
68
2 H F
23

Promptuariū Montholonij tom. II



TOMVS SECVNDVS



H S

Promptuarij diuini iuris ac vtriusq; huma
ni, Pontificij & Cæsarei, ab Ioãne
de Montholon Eduensi hu=
manorum iuriũ docto=
re: ad dei honorẽ &
studiosorũ vtili=
tatem elabo
rati.

PARISIIS
Ex officina Henrici Stephani.
1520

¶ Promptuarij diuini iuris & vtriusq humani per Ioannem de Montholon Eduēsem, humanorum iurium doctorem elaborati, Tomus secundus.



Psal.50.d. Abia. ¶Domine [a] labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Psal.88.c. ¶Quæ procedunt [aa] de labijs meis/ non faciam irrita.

119.a. ¶Domine libera animam meã a labijs iniquis: & a lingua dolosa.

139.c. ¶Venenum aspidum sub labijs eorum.

eodem. ¶Labor labiorum ipsorum operiet eos.

puerb.4.d ¶Detrahentia [b] labia sint procul a te.

16.b. ¶In labijs sapientis inuenitur sapientia.

12.c. ¶Propter peccata labiorum/ruina proximat malo.

16.b. ¶Vir insipiens [bb] fodit malum: & in labijs eius ignis ardescit.

16.d. ¶Qui attonitis oculis cogitat praua: mordēs labia sua perficiet malũ.

24.a. ¶Labia malorum/fraudes loquuntur.

24.d. ¶Non lactes [c] queq̃ labijs tuis.

26.d. ¶Quomodo si ornare velis argento sordido vas fictile [cc]: sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.

Eccli.10.c. ¶Labia insipientis/præcipitabunt eum.

Canti.5.d. ¶Sicut vita coccinea/labia tua: & eloquium tuum dulce.

Eccli.2.c. ¶Vę duplici corde/ & labijs scelestis.

21.d. ¶In labijs sensati inuenietur gratia.

Matth.15.a ¶Hypocritæ/bene prophetauit de vobis Isaias: dicēs. Populus [d] hic labijs me honorat: cor autem eorum lõge est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas & mandata hominum.

Ad heb. vltimo.c. ¶Per Christum offeramus hostiam laudis: idest fructum labiorum [e] confitentium nomini eius.

¶Cætera in verbis Erudire. Prouerb.10.c. Dolus Psalmo.30.c. Mendacium. Prouerb.12.a. & Stultus. Prouerb.10.b.c.

a ¶Domine labia mea aperies &c. In hoc scdo Prõptuarij sermonis tui tomo: aperias iterum (domine) icõposita minusq defecata labia mea: & laudem tuã annunciabit os meum: dilucide patefaciens/ quæ diuinitus pmulgata sũt hũana iura: nedũ sopiēdis forēsibus controuersijs: sed & tuorũ elucidationi sermonũ subseruiatre. ipsaq non ad solũ venãdũ quæstũ nũmarium (vt plærique proh pudor autumare vident) sed ad propellendas etiã vitiorũ senticosas fuligines/ & conquirendũ virtutũ candorem: sacras quoq literas enodandas conducere.

aa ¶Quæ procedunt de labijs meis / nõ faciã irrita. Hinc dicit tex. in c. Qualiter. in fi. de pactis. Studiose agendũ est/ vt ea quę pmittũtur. opere cõpleant. Hęc ibi. Et glo. in verbo cõpleant. Pro illius textualis decisiõis cõfirmatione/ citat hãc sniam: quæ procedunt de labijs meis/ nõ faciã irrita. Et facit bo. tex. Chryso. in c. Iuramēti versi. Et ideo 22.q.5. dum ibi dr. Dñs inter iuramentum & loquelam nostram / nullã vult esse distantiã: qa sicut in iuramento nulla conuenit esse perfidiam ita quoq in verbis nris nullum debet esse mendaciũ: quia vtrũq & piurium & mendaciũ/ diuini iudicij pœna dãnatur: dicente scriptura. Os quod mentitur/ occidit animam. Quisquis ergo verũ loquit/ iurat: qa scriptum est. Testis fidelis nõ mentietur. Hęc ibi.

b ¶Detrahentia labia sint procul a te. Videatur quod istis verbis annotatũ est in verbo detrahere.

bb ¶Vir insipiens fodit malum &c. Recurratur ad verbum insipiens.

c ¶Non lactes queq̃ labijs id est Neminem per adulationis verba foueas in peccatis suis. Pro hac declaratione quę est de mente glo. interli. est celebris tex. Gregorij. in c. Sunt nonnulli. 46. dist. de quo dictum est in verbo adulatio.

cc ¶Sic labia tumentia cum pessimo corde sociata de labijs tumētibus cum pessimo corde sociatis est tex. in c.1.46. dist. de quo dictum est in verbo arrogans. 1.

d ¶Populus hic labijs me honorat &c. Circa hęc verba/ & pro eorum accõmodatione potest notari tex. in c. Contingit. in prin. de sen. excõ. vbi dr. Quidã existunt: qui nec in modo tonsuræ/ nec in vestimentorum forma/ nec in qualitate negociorũ de clericatu quicq ostendunt: ad pœnę subterfugiũ se clericos exhibētes: cũ super excessibus quas seculari luxu cõmittũt/ ad publica iudicia pertrahuntur: circũcisis crinibus (vt possint circũuenire vindictã) pro clericis se repręsentãt. Clericalis fori priuilegiũ labijs allegantes qui factis pauloante negauerant clericatum. Hæc ibi.

e ¶Fructum labiorum cõfitentiũ nomini eius. Quęnã sint extirpanda ab ecclesia dei/ vt ecclesiastici dignũ deo possint fructum labiorum confitentiũ nomini eius reddere: declarat bo. tex. ex hac Pauli snia sumptus: put ibidem fatetur glosa in verbo fructum. in cle. prima. de celebra missarum. Graui (inquiens) nimirum turbatione mouemur: q ex nonnullorum rectorum negligentia/ quæ dum spem impunitatis permittit: multam nutrire pestilentiam consueuit in subditis. pleriq ecclesiarũ ministri modestia ordinis clericalis abiecta: dũ offerre deo sacrificium laudis/ fructum labiorum suorum/ in puritate conscientiæ & animi deuotione deberent: horas canonicas dicere seu psallere/ transcurrendo/ syncopando/ extranea quidem & plerũq vana / prophana & inhonesta intermiscendo colloquia: tarde ad chorum conueniendo/ seu ecclesiam ipsam absq rationabili causa ante finem officij exeundo frequenter: aues interdum portando seu faciendo portari/ canesq secum ducendo venaticos: ac quasi nichil prætendentes de clericali militia/ in corona/ vestibus/ & tõsura: diuia etiam celebrare aut eis iteresse nimis indeuote præsumunt. Nonnulli etiam tam laici q̃ clerici: præsertim in festorum certorũ vigilijs: dum in

ecclesijs deberent orationi insistere/non verent in ipsis earūq cimiterijs choreas facere dissolutas : & interdū canere cantilenas/ac multas insolentias ppetrare:ex quibus ecclesiarū & cimiteriorū violationes/ & inhonesta variaq delicta quandoq sequuntur:& ecclesiasticū plerūq pturbatur officium/in diuinę maiestatis offensam & astantium scandalum populorum. In multis insuper ecclesijs cū vasis/vestimētis/& cæteris ornamētis ad diuinū cultum necessarijs/indecentibus vtiq pensatis earum facultatibus/deseruitur. Ne igitur transgressiones inualescāt hmōi/ alijsq veniant in exemplū: sacri concilij approbatiōe hoc fieri phibentes/ sancimus: vt illi ad quos id pertinet & in eorum (si vtiq exempti non sunt) negligētiā vel defectum locorum ordinarij: si vero exempti fuerint / aut alias circa hoc priuilegiati supiores ipsorū omni negligentia vel incuria penit⁹ relegata/ circa reformanda pmissa & eorꝝ singula corrigēda:necnō vt in cathedralib⁹ regularibus & collegiatis ecclesijs/ horis debitis deuote psallat: in alijs vero cōuenienter & debite celebretur diuinū diurnum & nocturnū officiū si dei & apostolicæ sedis indignationē euitare voluerint/ solicitā curēt diligentiam adhibere:cōtradictores per censurā ecclesiasticā(dūmodo ad eos illā exercere ptineat) alijsq oportunis remedijs cōpescēdo:faciētes put ad eos spectat/in his & alijs quę ad diuinū cultū & morū informationem pertinent/ ad ecclesiarum & cimiterioꝝ respiciunt honestatem/ sacrorū statuta canonū: ad quæ scienda diligens curent habere studiū irrefragabiliter obseruari. Hęc ibi. Vnde etiam dicit textus in c. Dolentes.co.titu.i antiq. Dolentes referimus: q non solū quidā minores clerici/verūetiam aliqui ecclesiarum prelati circa comessationes superfluas & fabulationes illicitas(vt de alijs taceamus)fere medietatem noctis expendunt: & sōno residuum relinquētes vix ad diurnum concētum auiū excitant: transcurrendo vndiq continua syncopa matutinū. Sunt & alij qui missarum solennia vix celebrant quater in anno:& qd deterius est/interesse cōtemnūt:& si qn dū hęc celebrant intersint/ chori silentiū fugiētes:intēdunt exterius collocutionibus laicorū:dūq auditū ad indebitos sermones effundunt/aures intētas non porrigunt ad diuina. Hęc igit & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus/ districte pcipiētes in virtute obedientię: vt diuinū officium/nocturnū pariter & diurnū: qtnm eis dederit deus/ studiose celebrent pariter & deuote. Hęc ibi. Cætera quę hic dici possent dicent infra in verbo laus.

Laborare. Laborans & Labor.

¶Cōsumetur incassum labor vester: non proferet terra germen : nec arbores poma præbebunt(ait dominus ad diuinorum mandatorum transgressores) Leuiti.26.c

¶Homo [f] nascitur ad laborem:& auis ad volatum. Iob.5.b.

¶Frater non redimit [g]:redimet homo/ & non dabit deo placationem suam/& precium redemptionis animæ suæ:laborabit in ęternū & viuet adhuc in finem. Psal.48.b.

¶Laboraui clamans:raucæ factæ sunt fauces meæ. Defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Psal.68.a.

¶In labore [h] hominum nō sunt:& cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia:operti sunt iniquitate & impietate sua. Psal.72.a.

¶Existimabam [i] vt cognoscerem hoc labor est ante me. Et diffusius supra existimare. 72.c.

¶Pauper [k] sum ego & in laboribus a iuuentute mea:exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. 87.d.

¶Si in potentibus octoginta anni:amplius eorum labor & dolor. 89.c.

¶Dedit dominus electis suis regiones gentium:& labores [l] populorū posséderunt vt custodiant iustificationes eius & legem eius exquirant. 126.a.

¶Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit. Et supra in verbo beatus: vbi latius. 127.a.

¶Labor labiorum ipsorum operiet eos. 139.c.

¶Ne des [m] alienis honorem tuum:& annos tuos crudeli/ne forte impleātur alieni viribus tuis:& labores tui sint i domo aliena ; & gemas in nouissimis quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum &c. Vt supra in verbo extraneus. puer.5.b.

¶Anima [n] laborantis laborat sibi:quia compulit eum os suum. puer.16.d.

¶Noli laborare vt diteris &c. Vt supra ditare. 23.a.

¶Qui [o] addit scientiam/addit & laborem. Ecci.1.i fi.

¶Hanc ratus sum partem meam si vterer labore meo . Cūq me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meę & ad labores in Ecci.2.b.

f ¶Homo nascitur ad laborem:& auis ad volatum. i.(dicit glo.interli.)ideo corpus flagellatur: vt mens ad deum volet seu ad superiora eleuet. prout etiā est bo.tex.Aug.in c. Quis nos pótest. 23.q.4.

g ¶Frater non redimit/ redimet homo &c.De hoc dicto est tex. in c.In pręsenti seculo.in fi.13.q.2.

h ¶In labore hominum non sunt &c. Videatur annotatio in verbo homo.

i ¶Exstimabam vt cognoscerem &c. Recurratur ad verbum existimare.

k ¶Pauper sum ego &c. Recurratur ad verbum exaltatus.

l ¶Labores populoꝝ possederūt. Circa hęc verba notet tex.in c. Si de reb⁹.§.Si qua iā pcisi.23.q.7. vbi dr. Si qua iam pcisi possidere cœpistis:qa vobis ablata nobis dn̄s deus dedit/nō ideo cōcupiscimus aliena : qa illius imperio cuius sunt omnia facta/sunt nra:& iuste nostra sunt. Vos em̄ vtebamini ad pcisionē/nos ad vnitatem. Alioquin & primo pplo dei/ possent illi obijcere alienę rei cōcupiscentiā qui diuina potestate ab eorū facie q ea terra male vtebant: expulsi sunt.& ipi Iudęi/a qb⁹ ablatū est regnū scdm verbū dn̄i:& datū ē gēti faciēti iustitiā: possūt obijcere alienę rei cōcupiscētiā:qa Chri ecclesia possidet/vbi psecutores Chri pri⁹ regnabāt. Hęc ibi.

m ¶Ne des alienis honorē tuū &c. Declaret hęc tota snia/ put dictū est s.in verb.extrane⁹. n ¶Aia laborātis laborat sibi. Literalis sensus patet. Ethic⁹ aūt seu moralis hic eē pōt. Doctorē vt laboret/os suū cōpellit:qa necesse habet facere bona q dicit. Tex.est p hac declaratiōe(q ē glo.or.)in c. Multi sacerdotes. circa me. 40.dist. o ¶Qui addit scientiā addit & laborem. Cuicūq em(dicit glo.or.)plus committit plus exigitur

ab eo.cap.Precipue.11.q.tertia.& cap.Nulli fas.25.quæſtione prima.
p ℭ Animaduerti patere inuidiæ proximi. Videatur quod dictum eſt in verbo Inuidia.
q ℭ Non ſatiantur oculi eius diuitijs. legitur de quodā auaro cū tā inexplebili fuiſſe auaritia imerſum vt in extremis conſtitutꝰ dum ei ſacrum Chriſti corpꝰ fuiſſet allatum: an bene eſſet pōderatum/expetierit. Ita refert Archi.in c.Sicut hij.colū.1.47.diſtinctio.

quibus fruſtra ſudaueram vidi in omnibus vanitatem & afflictionē animi & nichil permanere ſub ſole.

Ecci.4.a. ℭContemplatus ſum omnes labores hominū & induſtrias & animaduerti [p] patere inuidiæ proximi.

Eccēs.4.b. ℭVnus eſt/& ſecundum non habet: non filium/non fratrem: & tamē laborare non ceſſat: nec [q] ſatiātur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicens. Cui laboro & fraudo animā meam bonis? In hoc quoq; vanitas eſt & afflictio peſſima.

Eccēs.5.d. ℭQuid prodeſt homini ꝙ laborauit in ventum? Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis/& in ærūna atq; triſtitia.

5.d. ℭHoc viſum eſt michi bonū/vt comedat quis & bibat: & fruatur lætitia ex labore ſuo/quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierū vitæ ſuæ/ quos dedit ei deus: & hæc eſt pars illius &c. Et ſupra diuitiæ.

6.c. ℭOmnis labor hoīs in ore eius: ſed anima eius nō implebitur bonis.

8.d. ℭQuanto [r] plus laborauerit homo ad quærendam rationem operum dei: tanto minus inueniet.

Sapiē.3.d. ℭBonorum laborum/glorioſus eſt fructus.

9.d. ℭQuæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore.

10.d. ℭSapientia reddidit [s] iuſtis mercedem laborum ſuorum.

Ecci. 7.b. ℭNon oderis laborioſa opera.

Ecci.33.c. ℭReſpicite/quoniam nō [t] michi ſoli laboraui: ſed & omnibus exquirentibus diſciplinam.

51.d. ℭModicum laboraui/& inueni michi multam requiem.

Eſaiæ.40.g ℭQui ſperant in domino/mutabunt fortitudinem: aſſument pennas ſicut aquilæ: current & non laborabunt: ambulabant & non deficiēt. Et ſupra fortitudo.

Oſeæ.12.c. ℭOmnes labores mei non inuenient michi iniquitatem quā peccaui.

Mat.11.d. ℭVenite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiā vos. Et latius ſupra in verbo iugum.

1.cori.4.c. ℭLaboramus operantes manibus noſtris (ait Paulus)

1.cori.15.b. ℭAbundantius [v] omnibus illis laboraui (dicit Paulus)

2.timo.2.a ℭLabora [x] ſicut bonus miles Chriſti.

ℭCætera ſupra in verbo doctrina.1.ad Titū.5.c.& in verbo gratis.2 ad Theſſa.3.b.

Exodi.23.c &.34.d. **Lactare & Lac.** ℭNon [y] coques hedum in lacte matris ſuæ.

1.regū.1.d. ℭLactauit [z] Samuelem mater ſua/donec amoueret eum a lacte. Et ſupra in verbo Anna.

Iob.10.b. ℭDomine ſicut [a] lac mulſiſti me: & ſicut caſeum me coagulaſti.

r ℭ Quāto plus laborauerit homo &c. Facit tex.cum glo.in c.1.in verbo incōphenſibilis. de ſum.tri. & fi.catho.
s ℭ Reddit mercedem laborum ſuorum. Hinc dicit textꝰ in cap. Niſi cum pridem.§.Porro. de renuncia. licet nō ſemper ſequatur laborē effectus: nichilominꝰ tamen ipſe labor eſt meritorius apud deum: iuxta quod legitur. Reddet deꝰ mercedem laborum ſanctorum ſuorū. Hæc ibi.
t ℭ Non michi ſoli laboraui. Iſtud etiam de ſe dicit Bonifacius papa octauus in hæc verba. Sollicitamur curis continuis: & aſſidua meditatione vrgemur/ vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium ſubditorum cōmodis: in quorū proſperitate vtiq; proſperamur/ iugi (quātum nobis ex alto conceſſum fuerit) ſolicitudinis ſtudio intēdamꝰ. Amplectimur quippe voluntarios pro ipſorū quiete labores: & noctes quādoq; tranſimus inſomnes/ vt ſcādala remoueamꝰ ab ipſis: & quas humana natura nouas ſemper deproperās edere formas: lites quotidie inuenire conatur. Nūc antiquorum declaratione: nunc vero nouorum editione iurium. prout nobis ē poſſibile reprimamus. & Innocen.quartꝰ in c. Frequens.circa prin ci.de reſti.ſpolia.lib.6. Dicit voluntarios labores appetimus: vt quietem alijs præparemus. Et idē dicit Imperator in Auctē. vt diui.iuſſi. ſubſcrip.ha.glo.quæſtio. in prin.colla.8.
v ℭ Abundantius illis omnibus laboraui. Hinc dicit tex. in c. Niſi cum pridē.§.Porro. circa me.de renun. Si laboris cauſam prætendis: exemplum te apoſtoli ſubleuabit: qui ſuadet tibi laborem hmōi nō refugere dum ſe aſſerit ꝓ cōmuni ſalute plus cæteris laboraſſe. & de hoc dicto Pauli meminit etiā tex. in c. Quis nos pōt.23.q.4.
x ℭ Labora ſicut miles Chriſti. Merces eñ fœlicitatis nō acquiritur: niſi per laborē virtutis. bonus eſt tex. in c. Ieiunium. circa princi. de cōſe. diſtin.5.
y ℭ Non coques hedum in lacte matris ſuæ. Declaretur ut ī. in verbo Hedus.
z ℭ Lactauit Samuelem mater ſua. Videatur ꝙ iſtis verbis annotatum eſt s. in verb. Anna.
a ℭ Sicut lac mulſiſti me: & ſicut caſeum me coagulaſti. Circa hæc verba notari pōt qd dicit Archi. de lacte & caſeo. in c. Deniq;. colū.1.4.diſtin. vbi dicit ꝙ lac eſt ſanguis colore mutato: ſed & caſeus ē lac coagulatū. Et lac a colore ſic noiatur/eo ꝙ ſit albus liquor. leucos eñ græci albū dicūt: cuius natura ex ſanguine pereat. Nā poſt ptū: ſi aliqd ſanguis nondū fuerit vero nutrimēto cōpletū: naturali motu fluit i māmillas: & earū virtute albeſcēs lactis accipit q̄litatē. Caſeꝰ aūt ſeipm cōmēdat & dicit quas cōfert vtilitates his verſibꝰ. Ignari medici me dicūt eē nociuū: Sed tñ ignorāt cur nocumēta ferā. Expertis reor eē ratū: qua cōmoditate Lāguēti ſtomacho caſeꝰ

¶Sufficiat [b] tibi lac caprarum in cibos tuos : & in necessaria domus puer.27.d.
tuæ/& ad victum ancillis tuis.

¶Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac/exprimit butyrum. puer.30.d.

¶Initium necessariæ rei hominum lac. Et latius supra in verbo Eccli.39.c.
initium.

¶Facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. Omnis [c] eni qui la= ad heb.5.d
ctis est particeps: expers est sermonis iustitiæ. Et diffusius supra
in verbo Cibus.

¶Sicut modo geniti infantes / rationabiles & sine dolo lac concupi= 1 petri.2.a.
scite: vt in eo crescatis in salutem. si tamen gustatis: quoniam dulcis
est dominus.

¶Cætera supra in verbis Bibere Cantico.5. Esca.1. ad Corinthios.
3.a. Filius. Ecclesiastici.30. Grex.1.ad Corithios.9.a.& infra in ver=
bo vbera.

Lachrymari. Lachryma & Lachrymatio.

¶Iudulgentiam [d] dei (dicit Iudich ad populum Israel) fusis lachry= Iudich.8.b
mis postulemus.

¶Lauabo [e] per singulas noctes lectum meum : lachrymis meis stra= Psal.6.b.
tum meum rigabo.

¶Fuerunt michi lachrymæ meę panes die ac nocte: dum dicitur mi= 41.a.
chi quotidie/vbi est deus tuus?

¶Posuisti [f] domine lachrymas meas in conspectu tuo. 55.b.

¶Cibabis nos pane lachrymarum :& potū dabis nobis in lachrymis 79.a.
in mensura.

¶Qui [g] seminant in lachrymis: in exultatione metent. 125.a.

¶In mortuū [h] produc lachrymas :& quasi dira passus incipe plorare. Eccl.38.b.

¶Aufert dominus deus lachrymam ab omni facie. Esaiæ.25.c.

¶Quis dabit oculis meis fontē lachrymarū? & plorabo die ac nocte/ Hiere.9.a.
interfectos filiæ populi mei.

¶Lachrymatus [i] est Ihesus in Lazari suscitatione. Et ifra Lazar9. Ioānis.11.

¶Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis (inquit Pau= 2.cori.2.b.
lus) per multas lachrymas non vt cōtristemini / sed vt sciatis quā cha=

additi opē. Case9 añ cibū cōfert si defluat alu9. Si cōstipet terminat ille dapes Ad fundū stomachi cū sumpta ciba ria trudit: Vim digestiuā nō minus ille iuuat. Si stomach9 languet: vel si min9 appetit/ille Fit grat9 stomacho concilians cibum. Hęc Archi. b ¶ Sufficiat tibi lac caprarū &c. Recurrat ad verbum cibus.

c ¶ Omnis qui lactis est particeps/expers est sermonis iustitiæ. Hęc sentētia in eos accōmodari pōt qui benignas adulationibus aures solent exhibere. prout notanter sentit Archi. in c. Sunt nonnulli. 46. dist. vbi dicit/ adulatio est mala: quia excludit sapientiā. Esaie.48. Quē docebit scientiam ablactatos a lacte auulsis ab vberib9. Item aufert iustitiam. Ad Heb.5. Omnis qui lactis est particeps/expers est sermonis iustitię. Itē priuat seu tollit vitam: quod figuratum est Iudicum.4. quādo Iohel post potū lactis interfecit Cisaram. Hæc Archi.

d ¶ Indulgentiam fusis lachrymis postulemus. Istd pręcæteris incumbit clericis: quia vt dicit textus in c. Conuenior.23.q.8. Lachrymæ debent esse arma clericorum. Sunt autem lachrymæ ad peccaminū deletionem/plurimū vtiles. Lachrymę eni (dicit Chrisosto) lauant delictū qd pudor est confiteri. cap. Lachrymę. de pœ. dist. prima: quod non est sic intelligēdum. vt lachrymæ sufficiant absq alia exteriori cōfessione: sed si pctm adeo prauū/ vt non nisi cum rubore magno confiteri possit: non ideo est desperādum: qa lachrymæ lauant. Hanc declarationem ponit Alberi. in dictionario suo. in verb. Lachrymę. & facit tex. in c. Quis aliquādo.§.1. de pœnitētia dis. 1. Lachrymæ tamē exteriores/licet vtiles: tamē non sunt semper necessarię/sed interiores sufficiunt quis exteriorū carentia arguat cordis duritiam/de quo videndus est bonus tex. in cap. Sūt plures, versi. Quędam enim impietas. de pœni. dist.3. vbi dicitur. Recte pœnitens quicquid sordis post purificationem contraxit: oportet vt abluat saltem lachrymis mentis: sed satis durus est/cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare/sed sciat culpabiliter se durum qui deflet dāna tēporis vel mortem amici & dolorē peccati non ostendit in lachrymis. Non est itaq vt quis se excuset non habere fontem lachrymarum/qui nonnūq ostendit lachrymis dolorem amore temporalium. Hæc ibi.

e ¶ Lauabo per singulas noctes lectum meum &c. Circa hanc sententiam notetur tex. in cap. Si quis diaconus. versi. Si eos 50. dist. vbi dicitur. Si criminosos durissimam pœnitentiam per plurimos annos videamus agere tunc nos & saluti eorum poterimus consulere & statuta canonum deberem9 temperare. Cum vero in aliquibus nec cōpunctio humilitatis. nec instātia orādi appareat: nec beatū Dauid imitetur/qui dicit. Lauabo p singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meū rigabo. Et illud. Cinerem tanq panem māducabā: & potū meum cum fletu miscebam. Possumus agnoscere si ad pristinos grad9 vel honores redirent: cum qta negligentia & cum qto torpore & animæ suę inimica securitate permanerent. Hęc ibi.

f ¶ Posuisti domine lachrymas meas in conspectu tuo. Vt lachrymas nostras ponat deus in conspectu suo: id declinemus oportet quod dicit Isidorus in c. Irrisor. versi. Multi enim. de pœni. dist.3. vbi dicitur. Multi lachrymas indesinenter fundunt & peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiam cerno: & effectum pœnitentiæ non habere: quia inconstantia mentis/non recordatione peccati lachrymas fundunt. Nunc vero reuiuiscente vsu/ea quę fleuerunt iterando cōmittunt. Hæc ibi.

g ¶ Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Recurratur ad verbum Exultatio.

h ¶ In mortuū produc lachrymas. De fletibus effundendis pro defunctis. vide quod dictū est in verb. dormire super illud apostoli. De dormientibus nolo vos contristari/sicut & cęteri. i ¶ Lachrymatus est Ihesus &c. De triplici fletu Christi dictū est in verb. flere. sup illud Lucę. Vidēs ciuitatē fleuit super illam.

ritatem habeam abundantius in vobis.

Ad heb. 5.b ¶Christus in diebus carnis suæ / preces supplicationesq; ad eum qui posset illum saluum facere a morte. cũ clamore [k] valido & lachrymis offerens / exauditus est pro sua reuerentia.

ad heb. 12.e ¶Non inuenit Esau pœnitentiæ locum: q̃q̃ [l] cum lachrymis iquisis set eam.

Apo. 7.i fi. &.21.b. ¶Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Et infra in verbo Sãctus vbi diffusius.

¶De lachrymis Magdalenæ habetur in verbo Ihesus.

Psal.7.d. **Lacus.** ¶Lacum [m] aperuit / & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

Psal.27.a. ¶Ad te domine clamabo / deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me / & assimilabor descendentibus in lacum.

.39.a ¶Exaudiuit dominus preces meas: & eduxit me de lacu miseriç / & de luto fçcis.

Psal. 87.b. ¶Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebris & in vmbra mortis.

¶De Daniele qui missus est in lacum habetur supra in verbo Daniel.

1.regũ.21.a **Laicus.** ¶Venit Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem: & dixit ei. Si quid habes ad manũ / vel quinq; panes da michi: aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid: ait illi. Non habeo laycos [n] panes ad manum: sed tãtum panem sanctum. Si mundi sunt pueri: maxime a mulieribus manducent. Et supra Dauid.

Gene.4.c. in fine. **Lamech.** ¶Mathusael genuit Lamech qui [o] accepit duas vxores / nomen vni Ada / & nomen alteri Sella.

Gene. 4.d. ¶Dixit Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ. Audite vocem meam vxores Lamech: auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum: & adolescentulum in liuore meo. Septuplum [p] vltio dabitur de Cain: de Lamech vero / septuagesies septies.

5.d. ¶Vixit Lamech centũ octoginta duobus annis: & genuit filium / vocauitq; nomen eius Noe: dicens. Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum / in terra cui maledixit dominus. Vixitq; Lamech postq̃ genuit Noe quingẽtis nonaginta quinq; annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni: & mortuus est.

Lamentatio. ¶De libro in quo scriptç erãt lamentationes: habetur Ezechiç.2. in fine. & infra liber.

k ¶Cum clamore valido & lachrymis. Videatur quod dictum est in verb. flere. Lucç.19.

l ¶Q̃q̃ cum lachrymis inquisisset eam. De istis lachrymis Esau est bo. textus in c. Iudas. de pœ. dist. 3. de quo dictum est in verbo Esau. 1.

m ¶Lacum aperuit &c. Declaretur vt supra. in verbo fouea. Aduertatur tamen q iure hũano proprie loquendo lacus differt a fouea seu fossa & etiam a stagno. Lacus eñ est quæ perpetuam habet aquam. Stagnũ ẽ qd tẽporaliter habet aquã ibidem stagnantem: quç quidẽ aqua plerũq; hyeme cogitur: fossa aũt est receptaculũ aquç manu factum. Ita dicit textus in l. 1. §. Lac⁹. ff. vt in flu. pu. nauiga. liceat. & glosa in l. Lacus. in princi. ff. de ac. re. do.

n ¶Laycos panes. Videatur quod dictũ est in verbo Dauid. Sed ibi dictis addatur videndus textus pro differẽtia inter clericos & laycos facienda. in cap. Duo sunt. 12. quçstio. prima. Vbi dicit Hieronymus. Duo sunt genera Christianorũ. Est autẽ vnũ genus: quod mancipatũ diuino officio / & deditũ cõtẽplationi & orationi ab omni strepitu tẽporalium cessare cõuenit: vt sũt clerici & deo deuoti videlicet conuersi. Cleros eñ grçce / latine sors. Inde huiusmodi homies vocant clerici: id est sorte electi. Omnes eñ de⁹ in suos elegit. Ili nãq; sũt reges / se & alios virtutibus regentes: & ita in deo regnum habent: & hoc designat corona i capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesiç i signũ regni qd in Christo expectatur. Rasio vero capitis: est temporalium omnium depositio: illi enim victu & vestitu cõtenti: nullam inter se pprietatem habentes / debẽt habere omnia communia. Aliud vero gen⁹ Christianorũ est vt sunt layci. Laos enim græce: est popul⁹ latine. His licet tẽporalia possidere: sed non nisi ad vsum. Nichil enim miserius est: q̃ propter nummũ / deũ cõtẽnere. His concessum est vxorem ducere: terrã colere: inter virum & virum iudicare: causas agere: oblationes super altaria apponere: decimas reddere: & ita saluari poterunt / si vitia tamen bñfaciendo euitauerunt. Hæc ibi.

o ¶Qui accepit duas vxores. Recurratur ad verbum duo. vbi de hoc facto Lamech: allegatus fuit text⁹ iuris canonici: nedum istius sententiæ / sed etiam sententiç sequentis annotationi subseruiens. & ibidem quid hodie sit agendum in eum qui duas simul vxores accipit.

p ¶Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagesies septies. Cain fuit punitus septies. i. perfecte: Lamech septuagesies septies. i. perfectius. Videtur ergo q magis peccauit Lamech q̃ Cain: quia magis punitus est: & q peccatũ Lamech grauius fuit vindicatum / quia plura cõmisit / homicidiũ scilicet & adulteriũ. Cain fratricidiũ tm̃. Ita dicit glosa in cap. Quomodo. in verbo septuagesies septies. 31. q. 1. Aliã declarationem dat text⁹ Nicolai papç. in c. An non. 24. q. 3. de quo dictum est in verbo duo.

q ℭ In tempore infirmitatis ostēde conuersationem tuam. Recurratur ad verbum infirmitas.

r ℭ Languores nostros Christus tulit &c. Dictum hoc ponitur in c. Cū Marthę. col. fi. de cele. missa.

s ℭ Sanans omnem languorem. De lāguoribus sanatis per Ihesum: dictum est in plerisq₃ locis in verbo Ihesus

t ℭ Erunt quatuor ordines lapidum &c. Hęc positio diuersarum gēmarum in rationali/ multiplicem variarum virtutū gratiā ostendit: q concordi serie in corde sacerdotis debet semper apparere. Singuli aūt lapides / singulis patrum nominibus inscribūt: dū sanctorꝫ vitā rector īspiciēs qmaxie virtutum operibus floruerint solicite scrutatur: & hæc cuncta in secreto pectoris colligit/ & operando prodit. In rationali etiam erūt quatuor ordines lapidum/ & singuli habuere tres lapides: vt sc₃ quatuor principalibus virtutibus/ fidem nō fictiam teneamꝰ. Quatuor em̄ ordines gēmarum habet in pectore sacerdos: cum omne qd cogitat: prudētia circūspectū/ fortitudīe firmū iustitia eximiū/ temperātia a malis omnibus fuerit segregatum. Sed ijdē ordines ternas habent gēmas: cū prudētia/ fortitudo/ iustitia & tēperātia/ trinitatis fide & rectā operatione cōsistit. Apte ergo sacerdos: vt opere fulgeat/ quatuor ī pectore versus gēmarū3 baiulat: vt vero cū operibꝰ fidei synceritate sit castus: ternas in singulis versibꝰ gēmas habet: vt omnibus vere fidei cōfessionem/ & imitandā actionem ostendat: vt & illi membra sacerdotis mereanī effici. Pro hac declaratione (quę est glosę ordi.) facit bo. textus. 40. dist. in prin. & in c. Sit rector. col. 3. 43. dist. de quo dictum est s. in verbo Aaron. vbi videatur.

v ℭ Si quis lapidē iecerit &c. Iure humano qui lapide vel alio tali genere hominem scienter interficit: quomodo puniendus veniat/ dictū est s. i verbo homicida. Qꝛ si lapidē iecerit quis in incertum / put a plerisq₃ fit: & casu hominem inuētum morti dederit/ an morte vel alia veniat pœna plectendus. est bonus textus in simili. in §. primo. & in §. Item si putator. institu. ad l. Aquil. de quo textu dictum est supra in verbo dephensus.

Lampas. ℭ De virginibus quę ornauerūt lampades suas. infra in verbo virgo.

Languere & Languor. ℭ Oculi mei lāguerūt prę inopia. Psal. 87. b.

ℭ Fulcite me floribus: stipate me malis/ quia amore langueo. Canti. 2. b.

ℭ Adiuro vos filiæ Hierusalem/ si inueneritis dilectum meum vt nuncietis ei quia amore langueo. Canti. 5. c.

ℭ Languor prolixior: grauat medicum. Ecci. 10. b.

ℭ Breuem languorem præcidit medicus. Ecci. 10. b.

ℭ Ante languorem humilia te: & in tempore [q] infirmitatis ostēde cōuersationem tuam. Ecci. 10. c.

ℭ Ante languorem/ adhibe medicinam. Ecci. 18. c.

ℭ Melior est mors / q̄ vita amara: & requies æterna / q̄ languor perseuerans. Eccli. 30. c.

ℭ Vere [r] languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Esaiæ. 53. b

ℭ Circuibat Ihesus totam Galileam/ sanans [s] omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Matth. 4. d

Lapis. ℭ In rationali summi sacerdotis / erunt quatuor [t] ordines lapidum. In primo versu: erit lapis sardius/ & topazius/ & smaragdꝰ. In secūdo: carbunculus/ sapphyrus/ & iaspis. In tertio: ligurius/ achates/ & amethystus. In quarto: chrysolithus/ onychinꝰ/ & berillus: īclusi auro erūt per ordines suos: habebūtq₃ [d] nomina filiorum Israel: duodecim nominibus: cælabuntur singuli lapides nominibus singulorū. per duodecim tribus. Exodi. 28. c

ℭ Si quis [v] lapidē iecerit/ & ictus occubuerit: reus erit homicidij & ipse punietur. Nūeri. 35. b. in fine.

ℭ Si non est in puella inuenta virginitas: eijcient eam extra fores domus patris sui: & lapidibus obruent viri ciuitatis illius: & morietur quoniam fecit nefas in Israel vt fornicaretur in domo patris sui. Deute. 22. d.

ℭ Si puellam virginem desponderit vir: & inuenerit eam aliquis in ciuitate & concubuerit cum ea: educes vtrunq₃ ad portam ciuitatis illius/ & lapidibus [x] obruētur. Puella quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir quia humiliauit animam proximi sui: & auferes malū de medio tui. Deute. 22. d

ℭ Scripsit [y] Iosue super lapides deuteronomiū legis Moysi: quod ille digesserat coram filijs Israel. Iosuę. 8. g.

ℭ Tulit Samuel in signū [z] victoriæ lapidem vnum: & posuit eum inter Masphat & inter Sen: & vocauit nomen loci illius lapis adiutorij. I. regū. 7. c.

x ℭ Lapidibus obruentur. De pœna stupri qd cum virgine cōmittitur. dictum est in superioribus: & diffusius dicetur in verbo stuprum.

y ℭ Scripsit Iosue super lapides. Circa hæc verba notetur/ ꝙ iure humano ea quę super lapides scripta reperiuntur fidem faciūt: si de nullius agatur p̄iudicio: & idem si agatur de pręiudicio modico. Ista ē cōclusio Panor. & aliorū. in c. Cū causam. de proba. Vnde dicūt docto. ꝙ talia scripta in lapidibus delens/ tenetur lege Iulia peculatus. put de hoc est bo. tex. in l. Qui tabulam æream. ff. ad l. Iuliam pecula.

z ℭ In signum victorię. Hodie lapides ponuntur in signū agrorum seu possessionum. l. 1. in fi. ff. de termi. mo. & dicetur infra in verbo Terminus.

a ¶Lapis solut⁹ calore in æs vertit. Idest cor durũ & diuini ignis amore frigidũ/feruore spiritus tãgitur: ex quo emollitur ad amorem/& solidatur ad operationẽ: vt sicut prius durus fuerat in amore seculi/ita se post modũ exerceat in amore dei. Ista est declaratio glo.or.circa quã potest videri textus in c. Omes huius seculi. in fine.47.distinc. vbi dicit. Si nequaq̃ amplius potestis/ saltẽtales estote in fructu bonorũ operũ:quales fuistis du dum in actione vitiorũ: nec debiliores vos habeat sancta libertas aeris. i.celestis conuersationis/q̃ in carne validos habuit vsus temere voluptatis. Hæc ibi.

Iob.28.a. ¶Ferrum de terra tollitur:& lapis [a] solutus calore in æs vertitur.
28.a ¶Lapidem caliginis/& vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante:eos quos oblitus es pes egentis hominis & inuios.
¶Locus sapphyri:lapides eius & globæ illius aurum.
Psal.20.a. ¶Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso.
90.c. ¶Angelis [b] suis mandauit de te: vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te/ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
117.c. ¶Lapidem [c] quem reprobauerunt ædificantes:hic factus est in caput anguli.A domino factum est istud:& est mirabile in oculis nostris.
Eccl.27.d. ¶Qui in altum mittit lapidem:super caput eius cadet.
27.d. ¶Qui statuit lapidem proximo suo:offendet in eo.
Matth.3.b. ¶Dico vobis : quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.
Matth.4.a ¶Accedens tẽtator dixit ad Ihesum. Si [d] filius dei es:dic vt lapides isti panes fiant. Et supra in verbo Ihesus.
2.cori.11.f. ¶Semel(inquit Paulus)lapidatus sum.
Ad ephe.2. ¶Iam non estis hospites & aduenæ:sed estis ciues sanctorũ. & domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum:ipso summo [e] angulari lapide Christo Ihesu:in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino.
Ad heb.12.e ¶Bestia [f] quæ tetigerit montem:lapidabitur.
Actu.7.p.fi ¶Iudæi lapidabant Stephanum inuocantẽ & dicentem:domine Ihesu suscipe spiritum meum. Et infra in verbo Stephanus.
Apoca.21.f. ¶Fundamẽta muri nouę ciuitatis Hierusalem/omni lapide precioso ornata sunt. Primum [g] fundamentũ:iaspis. Secũdũ:sapphyrus. Tertium:calcædonius. Quartum:smaragdus. Quintum:sardonix: Sextum:sardius. Septimũ:chrysolitus. Octauum:beryllus. Nonum topazyus. Decimum: chrysopassus. Vndecimũ:hiacynthus. Duodecimum:amethystus. Cętera videãtur in verbo Achab.3.regũ.21.d.in verbo anathema.Iosuę.7. in fine.in verbo blasphemare Leuitici.24.c.in verbo bos. Exodi.21.c.in verbo diuinatio. Leuitici.20.in verbo fides.Ad heb.11.g.In verbo filius. Deute.21.d.In verbo Iacob.Gene.28.In verbo Ihesus.Matth.24.a.& Io.8.in fine. In verbo interficere. Deute.13.b.In verbo Iosuæ.Iosuæ.4.in verbo lignum.Numeri.15.d.Et in verbo mons.Exodi.19.

Laqueus.

Psal.10.b. **Laqueus.** ¶Pluet [h] super peccatores laqueos ignis : & sulphur & spiritus procellarum/pars calicis eorum.
Psal.17.a. ¶Dolores iferni circũdederũt me:preoccupauerũt me laquei mortis.
34.b. ¶Veniat illi laqueus quę ignorat:& captio quam abscondit/apprehẽdat eam:& in laqueum cadat in ipsum.
56.b. ¶Laqueum parauerũt pedibus meis: & incuruauerũt animam meã.
63.b. ¶Narrauerunt vt absconderent laqueos:dixerunt/quis videbit eos?

b ¶Angelis suis mãdauit de te&c. Qꝫ sint nobis vtiles angeli dictũ est s. in verb. Angelus. sup illud Psal. Deo facit angelos suos spiritus:& ministros suos ignẽ vrentẽ.

c ¶Hic factus est in caput anguli. Archi. I c. 1.colũ.2.43.disti. dicit qꝫ sunt quidã prælati lapidei/sic dicti propter corũ temporalẽ fortitudinẽ:q̃ nõ sunt lapides in caput anguli.prout loq̃t hęc sententia/sed sunt lapides offensionis & scãdali. de quibus legitur apostolus ad Roma.9.

d ¶Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Recurratur ad verbum Ihesus.

e ¶Ipso summo angulari lapide Chro Ihesu. Tex.est ĩ quo hęc verba ponũtur in c. Fundamenta. in princi.de elec. libro.6.

f ¶Bestia quę tetigerit montem lapidabitur. Mõs est diuinitas/bestia defectus rationis: qd est quãdo verbum blasphemię pfertur in deũ. Tangere est offendere. Tãgit ergo montẽ bestia q offendit deũ blasphemia/quẽ pręcipit lex sine misericordia lapidari. Pro hoc dicto(qd est glo.or.)facit tex.i auten.vt nõ luxu. cõtra na.§.1.colla.6. vbi blasphemis imponit pœna mortis.

g ¶Primum fundamentum Iaspis &c. Hac sententia lapidũ pretiosorũ noia enumerantur. Et de hac enumeratiõe est etiã textus:tãetsi non ita exacte loquat/vt hęc sentẽtia.in c.principiũ. colũ.2.de pœni.distic.2. & in l. iterdũ.§. Species. ff. de publica. & vec. Colores autẽ istorũ lapidũ/aut saltẽ multoꝝ ex ipis exprimit Archid. in d.c. Principium : dicẽs. Sardius habet speciem terrę rubeę. Topazius omniũ lapidũ colorem in se habet. Iaspis viridis est coloris. Chrysolitus quasi aurum fulget/& videtur ex se emittere quasdam ardẽtes scintillas. De onicæ daniur hęc carmina. Multiplicat lites/& commouet vndiqꝫ rixas. Dicit & pueris nimias generare saliuas. Sed ibi si pręsens sit Sardius non vacet onix. Berillus habet colorem viridem & pallentem. Sapphyrus colorem habet aureum. Carbunculus superat ardentes geminas/nam velut ignitos radios iacit. Hęc Archidiaconus.

h ¶Pluet super peccatores laqueos. De quibusdam laqueis quos pluit seu mittit dominus super peccatores/est bonus tex.in c. Reuertimini. versi. Si quando.16.quęst.1.

i ℂ Imposuisti homines super capita nostra. Videatur annotatio in verb. Homo.
k ℂ Deus liberauit me de laqueo venantium &c. Declaretur vt dictum est in verb. Habitare.
l ℂ Laqueus cōtritus est &c. Io. An. in cle. In plerisq. in verb. Religiosos. de elec. dicit aliquos religiosos interdum etiam importune & per corruptelas laborare/ vt ad pontificalis veniaut apicem dignitatis: vt dicere possint cum Psalmista. Laqueus contritus est/ & nos liberati sumus.

ℂInduxisti nos in laqueū: posuisti tribulationes in dorso nostro: im= posuisti [i] homines super capita nostra. Psal.63.c.
ℂDeus liberauit [k] me de laqueo venantium: & a verbo aspero. Psal.90.a.
ℂAnima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. 123.a.
ℂLaqueus [l] contritus est: & nos liberati sumus. 123.ppe finē
ℂIn via hac qua ambulabā: abscōderunt superbi [m] laqueum michi. 141.b.
ℂAffligetur [n] malo/ qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet la= queos/ securus erit. puer.11.c.
ℂPeccātē [o] virum iniquum inuoluet laqueus: & iustus letabitur atq; gaudebit. 29.a.
ℂQui [p] laqueum alij ponit: peribit in illo. Eccl.27.d.
ℂLaqueo peribunt: qui oblectantur casu iustorum. dolor autem con sumet illos anteq̄ consumentur. 27.ppe finē
ℂInuēti sunt in populo meo impij: insidiātes quasi aucupes/ laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Hiere.5.f.
ℂProiectis argenteis in templo recessit Iudas: & abiens [q] laqueo se suspendit. Et infra in verbo Iudas Scarioth. Mat.27.a.
ℂTanq̄ laqueus superueniet dies nouissima: in omnes qui sedent su= per faciē omnis terræ. Cętera supra in verbo formido. Esaię.24.c. & in verbo diues. 1. Timo.6.b. Lucæ.21.f.i fi.&.g.i pri

Lassus. ℂHec est requies mea (ait dn̄s) Reficite lassum [r] & hoc est meum refrigerium. Esaiæ.28.c
ℂDeus sempiternus dominus dat [s] lasso virtutē: & hijs qui non sunt: fortitudinem & robur multiplicat. 40.g.

Latinus. ℂErat superscriptio scripta super Ihesum literis [t] Grę= cis & Hebraicis & Latinis: hic est rex Iudæorum. Lucę.23.e.

Latitudo. ℂEduxit me deus in latitudinē: saluum me fecit quo niam voluit me. Psal.17.c.
ℂDe tribulatiōe inuocaui dominū/ & exaudiuit me in latitudine dn̄s. 117.a.
ℂAmbulabam [v] in latitudine quia mandata tua exquisiui. 118.f.
ℂDe latitudine archę Noe: supra archa. De lato mādato infra mā datum. De lata via: infra via.

Latrina. ℂDestruxerūt milites & duces regis Ihesu/ Eden/ Baal. & fecerunt [x] pro ea latrinas vsq; in diem hanc. 4.reg.10.f.

Latro. ℂSyris ad Helisei p̄ces obcæcatis/ vltra nō venerūt latrones 4.regū.6.e

m ℂ Supbi. Idest diaboli: ita exponit Archi. in c. Nerui. 13. dist. & dictum est s. in verb. Diabolus. Mat. 13.
n ℂ Affligetur malo qui fidem facit p extraneo. His verbis literaliter acceptis/ videatur qd dictū est in verb. Extraneus. Allegorice autē/ a forte sanctorū extraneus dici potest/ q peccata sua non corrigit. Quicunq; vero talibus/ vel cōmunionis gratiā cōcedit: vel vitā promittit æternam (quia fidem facit pro extraneo) seipsum ante districti iudicis oculos/ vltione dignū reddet. Bonus est tex. quo hoc dictū glo. ordi. cōprobat. in c. Sunt nōnulli. 46 dist. de quo dictū est in ver. Adulatio. 33. & melior tex. in c. Si qs hominē. in prin. 11. quęsti. 3. & in c. Vę qui dicitis. eadē causa & q̄st.
o ℂ Peccantē virum iniquū inuoluet laqueus: & iustus letabitur atq; gaudebit. Quomō de peccatorū aduersitate possimus lætari atq; gaudere sine peccato/ dictū est in ver. Inuidia. vbi videatur.
p ℂ Qui laqueū alij ponit. Senes mali dicuntur iuuenibus laqueū ponere. Bo. est tex. ic. Paulus. 1. 2. q. 7. & idē in malis prælatis: quia laqueū subditis iniiciunt. Trahit em̄ eorū vita facile a subditis in exemplum. c. Magnę. de voto. c. Præcipue. 11. q. 3. Idem in his q peccatoribus blandiūtur/ ipsos ex eorū iniquitatibus cōmendātes. Ea em̄ cōmendatione fit/ vt ad peccandū reddātur procliuiores. c. Sunt nōnulli. 46. disti. Idē generaliter in oibus sacerdotibus suam vitā morū peruersitate fœdātibus: tales em̄ dicūtur verti in laqueū tortuosum/ in oibus locis ponētes scandalū. Ita dicit tex. in c. Transferūt. in fi. 24. q. 3. Idem in his q nimia in aliorū correctione vtūtur asperitate verborū/ aut etiā verberū. Talis em̄ asperitas peruersitatē potius parit q̄ emendationē. c. Recedite. 46. dist. & hoc modo laqueus poni dicitur. c. de viduis. i fi. 27. q. 1. Vltimo idē dici potest in his q hoies sic perplexos relinquunt inter duos actus/ vt neutrū agēdo/ conscientię scrupulū deuitent. Adhuc em̄ hoc casu laqueus poni dicit. tex. est in c. Literas. §. Porro. de resti. spolia.
q ℂ Abiens laqueo se suspendit. Recurratur ad verbum Iudas.
r ℂ Reficite lassum. Circa hęc verba videatur quę in hospitalitatis materia dicta sunt/ in verb. Hospitalis.
s ℂ Dn̄s dat lasso virtutē &c. Dn̄s lasso. i. debili in tēporalibus dat virtutē in spiritualibus: & his q nō sunt supple fortes in terrenis/ fortitudinē & robur multiplicat in cœlestibus. tex. est aptus vbi hęc declaratio pbat. in c. Oēs. circa mediū. 47. dist.
t ℂ Literis gręcis hebraicis & latinis. Videat qd dictū est in ver. Gręcus.
v ℂ Ambulabā in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Qui recte mādata dei exquirit/ ambulet necesse est in latitudine. i. in charitate quę q lata sit. i. q circa multos se extēdat/ est bo. tex. in c. Charitas est vt michi videtur de pœni. distinc. 2. de quo dictum est in verb. Charitas.
x ℂ Fecerūt pro ea latrinas. Pro necessitate (supple) cōi/ sunt em̄ quędā latrinę seu cloacę priuatę: & quędā

publicę/de quibus loquens l.1.ff. de cloacis: dicit. Curauit pretor vt cloacę & purgentur & reficiantur: quorum vtrūq; ad salubritatē ciuitatū/ & ad tutelā pertinet. Nā & cœlum pestilēs/ & ruinas minātur imundicię cloacarum. Hoc autē interdictū/ ne vis fiat ei qui cloacas purgare velit aut reficere: propositū est de cloacis priuatis. Publicæ enim cloacę publicā curam merentur. (Et subiungitur) Quia autē cloacarū purgatio & refectio/ ad publicam vtilitatē spectare videtur: idcirco placuit non esse interdicto addendū: qd non

Syriæ in terram Israel. Vbi amplius legatur.

2.para.22.a ℭOmnes maiores natu qui ante Ochoziam fuerunt/ interfecerunt y latrones Arabum qui irruerunt in castra.

Abdię.1.b. ℭQui dicis in corde tuo: quis detrahet me in terrā? Si fures z introissent ad te/ si latrones per noctem: quomodo conticuisses? nonne furati fuissent sufficientia sibi?

Matth.21.b ℭScriptū est (dixit Ihesus) domus mea/ domus orationis vocabitur: vos autem a fecistis illam speluncam latronum.

ℭDe latronibus b cum Ihesu crucifixis: videatur supra in verbo Ihesus. Matth.27.f. & Lucæ.23.f.

Ioan.10.a. ℭQui non c intrat per ostium in ouile ouium/ sed ascendit aliunde: ille fur est & latro.

Psal.90.b. **Latus Lateris.** ℭCadēt d a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis.

Ioan.19.f. ℭVnus militum lancea e latus Ihesu aperuit & continuo exiuit sanguis & aqua.

20.f. ℭCætera infra in verbo Ihesus.

Exodi.30.c **Lauare. Lauatio & Lauacrum.** ℭLoquutus est dominus ad Moysem: dicens. Facies f labium æneum cum basi sua/ ad lauandum: penesq; illud inter tabernaculum testimonij & altare: & missa aqua/ lauabunt in ea Aaron & filii eius manus suas ac pedes/ quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij: & quando accessuri sunt ad altare vt offerēt in eo thymiama domino: ne forte moriātur. legitimum sempiternum erit ipsi & semini eius per successiones.

Deute.23.b. ℭSi fuerit inter vos homo qui g nocturno pollutus sit somnio: egredietur extra castra: & nō reuertetur priusq̄ ad vesperam lauetur aqua:

vi) non clam/ nō precario/ ab alio vsus es: vt etiam si quis talem vsum habuerit/ tamen non prohibeatur volens cloacā reficere & purgare (Et subiungitur) Labeo etiā ait: eū qui priuatā cloacā in publicā mittere velit/ tuendum ne ei vis fiat. Sed & si quis velit talem cloacā facere/ quę exitū habeat ī publicā cloacā: nō esse eū impediendū Pomponius scribit. Hæc ibi. Et in l.2. de faciētib9 cloacas seu latrinas/ loquens textus dicit. Quāq̄ de reficiēda cloaca/ non autē de noua faciēda hoc interdicto cōprehendat. tamen æque interdicendū Labeo ait: ne faciēti cloacā vis fiat: quia eadem vtilitas sit. Hęc textus.

y ℭInterfecerūt latrones. De non habenda in latrones misericordia loquens Ambrosius in c. Est iniusta, paulopost pri. 23.q.4. dicit. Si quis latronem filijs deprecātibus motus/ & lachrymis cōiugis eius iflexus/ absoluendum putat: cui adhuc latrocinandi aspirat affectus: nonne innocentes tradit exitio/ qui liberat multorū exitia cogitantem? Certe si gladiū reprimit/ vincula dissoluit/ laxat exiliū. Cur latrocinādi qua potest clementiori via/ non eripit facultatem: qui voluntatem extorquere non potuit? Hæc ibi.

z ℭSi fures itroissent ad te/ si latrones p noctē &c. Recurratur p annotatiōe istoꝝ verborū ad verbū Fur.

a ℭVos autem fecistis illam speluncā latronū. De hoc dicto est textus in c. Saluator. 1. quęsti. 1. & in c. Et hoc diximus. 16. quęsti. 7. de quibus textibus dictū est in verb. Domus. Io.2.c.

b ℭDe latronibus cum Ihesu crucifixis/ videatur in verb. Ihesus. & ibi de istis latronib9 dictū est. Addatamē ibidē dictis textus in c. Si presbyter. 26.q.6. vbi dicit. Vera cōfessio in vltimo tēpore esse potest: qa dñs nō solum tēporis/ sed etiā cordis inspector est. sicut latro vnius momenti pœnitētia meruit esse in paradiso in hora vltimæ confessionis. Et in c. Agnouimus. circa mediū. ea causa & quęsti. vbi dicitur. Salutē hominū adimit: quisquis mortis tempore pœnitentiā sibi denegat: & desperat de misericordia dei/ qui eum ad subueniendum posse moriēti sufficere/ vel in momento non credit posse. Perdidisset vtiq; latro in cruce premiū ad dextrā Christi pendens: si illum vnius horę pœnitentia non iuuisset. cum esset in pœna pœnituit: & pro vnius confessione sermonis/ habitaculum paradisi eo promittente promeruit. Hęc ibi.

c ℭQui non intrat &c. Videatur qd dictum est in huius annotatione sentētię z. in verb. Fur.

d ℭCadent a latere tuo mille &c. Recurratur ad verbum Habitare.

e ℭLancea latus Ihesu aperuit. Videatur qd satis diffuse dictū est/ in verb. Aqua. & in verb. Ihesus.

f ℭFacies & labiū æneum &c. Per hoc labium/ compunctionis ablutionē & lachrymarū intelligimus: qua semper indigemus/ maxime cum mysterijs cœlestibus ministraturi accedimus. Quia enim altare holocausti/ in quo carnes victimarū dño incendebātur: extinctionē significat carnaliū cōcupiscentiarū per ignem spiritussancti. Altare vero thimiamatis: puritatē eorum qui sopitis oīno carnis illecebris/ sola expectatione & desyderio introitus cœlestis/ lachrymas fundunt amoris. Recte prope altare holocausti labium ponitur/ in quo abluti sacerdotes ingrediuntur tabernaculū: & thimiama dño incendunt. Duobus enim modis lachrymarū & compunctionis status distinguitur; quia primo quisq; conuersus/ pro peccatis lachrymando veniam precatur: quod cū dignis pœnitētiæ fructibus diu perfecerit/ securus de venia: desyderijs hiantibus optat affore tempus/ quo ad videndam faciem creatoris ingrediatur: nec absq; lachrymis huius vitæ longitudinem/ vel illius tolerat dilationem: dicens. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est &c. Circa hanc declarationem (quę est glo. ordi.) noretur textus in simili. in c.1. versi. Paueat præterea. de pœniten. distinc. 5 dum ibi dicitur. Paueat quem vera delectat pœnitētia: vt non prius ad dñi corpus accedat/ q̄ confortet illum conscientia bona: sed in hac separatiōe tremendū iudiciū cogitet: vbi & maius & terribilius separabit in ignē. Doleatq; nondū audeat sumere/ quē multū desyderat cibū salutarē.

g ℭNocturno pollut9 sit sōnio. De pollutiōe dicet in ver. Polluere.

& post solis occasum regredietur in castra.

¶Lauabo [h] per singulas noctes lectum meū : lachrymis meis stratum meum rigabo. Psal. 6.b

¶Lauabo inter innocentes manus meas : & circundabo altare tuum domine: vt audiam vocem laudis/& enarrē vniuersa miserabilia tua. Psal.25.b.

¶Asperges [i] me domine hysopo/ & mundabor : lauabis me/ & super niuē dealbabor. Psal.50.b.

¶Lætabitur [k] iustus cum viderit vindictam : manus suas lauabit in sanguine peccatoris. 57.ppe finē

¶Lauamini [l]/mundi estote: & auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis. Esaię.1.d.

¶Si laueris [m] te nitro: & multiplicaueris tibi herbā borith: maculata es in iniquitate tua coram me: dicit dominus deus. Hiere.2.c.

¶Saluos nos fecit deus per [n] lauachrū regenerationis & renouationis spiritussancti/quē effudit in nos abunde per Ihesum Christum saluatorem nostrum : vt iustificati gratia ipsius/ hæredes simus secundum spem vitæ æternæ: quæ est in Christo Ihesu domino nostro. ad titū.3.b.

¶Cætera in verbo baptizare. Ecclesiasti.34. in fine in verbo fluxus. Leui.25.b.c.d.& in verbo Naamā.4.Regū.5.c.

Laudare. Laudans. Laudabilis. Laus & Laudatio.

f ¶ Quādo irruit sopor super hoīes/& dormiūt in lectulo tunc aperit &c. Idest qn̄ ab exteriorib⁹ cessatur actiōibus/ tūc ea q̄ religionis sunt seu contēplationis melius exercētur. c. Vnico. de sindico. c. Te quidē. cū similibus. 11. q̄sti. 1. g ¶ Increpat per dolorē in lectulo/& oīa eius marcescere facit. Idest in pręsentis vitæ requie vel tentationis stimulis vel flagelli afflictione conturbat: & sic ossa. i. virtutes facit marcescere: quia cum in ea requie/quam nobis ab hoc seculo pręparamus: flagello tētationis afficimur: qui de virtutibus nostris inflari potuimus cognitæ infirmitatis nostrę tędio extenuamur: & omnis illa nostrarū virium pinguis viridisq; gratulatio/subito anxietatis mœrore siccatur. Pro hac sentētia (quę est glo. ordi.) bonus est tex. in simili. in c. Sunt plurimi in princip. 6. quęsti. 1. De quo vide in verb. Fama. 6.
h ¶ Lauabo per singulas &c. Recurratur ad verbum Lauare.

i ¶ Lectis eburneis. Variȩ sunt lectorum qualitates: vt enim quidam lecti dicuntur eburnei: sic quidam dicuntur testudinei. prout est tex. in l. hȩres meus. §. fi. ff. de lega. 3. Et quidam argentei vel aurei: vnde de Vlysse legitur ꝙ ex auro & argento lectum viuentis arboris truncis ornatum misit vxori Penolope/ quem ipsa recognoscendi viri signum accepit: vt voluit Homerus. Tex. est in l. legata. in fi. ff. de supel. lega. Simpliciter autem lecti appellatione comprehendũtur culcitra/ ceruical/ & alia lecti ornamẽta. Tex. est & ibi Bar. in l. librorũ. §. finali. ff. de lega. 3.

¶ Vȩ vobis qui dormitis i lectis eburneis [i] & lasciuitis i stratis vestris. Amos. 6. b.

Legatus & Legatio.

¶ Veniẽt legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet: manus eius deo. Psal. 67. g.

¶ Nuncius impij/ cadet in malum. Legatus [k] fidelis sanitas. puerb. 13. c.

¶ Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei qui misit illum: animam illius requiescere facit. puer. 25. b.

¶ Pro [l] Christo legatione fungimur/ tanꝗ deo exhortante per nos. 2. cori. 5. d.

k ¶ Legatus fidelis/ sanitas. Superiore mẽse Augusti i hoc anno. 519. supra millesimum creatus est legatꝰ apostolicus in partibus Gallicanis. Vtinam ergo fidelis sit/ vt ecclesiæ satis languẽti desyderata sanitas obueniat. Legati vero apostolici potestas quȩnam sit: magis ex facultatibꝰ expressim sibi datis/ ꝗ ex cõmuni iure dinoscendum est. Pleraq; enim legatos videmus facere: quȩ inspecta iuris cõmunis dispositione facere non possent. Vnde stando in terminis iuris cõmunis: legatus (ꝗuis de latere: qualis est ille qui est Cardinalis/ vt no. Panor. in c. 1. de offi. lega. in antiq.) nõ potest mandare vt aliquis in canonicũ recipiatur vltra solitum numerum. glo. est. & ibi Panor. in c. Pro illorum. in verb. Recepisse. de prȩben. & ita etiam per illam glo. dicit Panor. in c. Cum M. Ferrariẽsis. de cõsti. in. 9. col. Secũdo non posset restringere terminum a iure prȩfixum pro electione facienda. ita Panor. in c. Cum in veteri. in. 1. no. de elec. Tertio non posset cõmittere causas non existẽtibus in dignitate. Ita Domi. in c. Statutũ. de rescrip. in. 6. in. 4. colũ. Quarto nõ potest admittere postulationẽ factam de aliquo ineligibili. Panor. in c. Officij. in. 2. colũ. de elec. Quinto non posset cõmittere causam appellatione remota. Panor. in c. 2. de rescrip. Sexto non posset causam delegare vt simpliciter & de plano cognoscatur. glo. est in c. fi. in verb. Figura. de hȩre. in. 6. Septimo non posset confirmando supplere defectum solẽnitatis omissæ in contractibus vel in iudicijs. Panor. in c. 1. in. 1. colũ. de transac. quẽ refert & sequitur do. meus Iason in l. More. in. 7. col. ff. de iurisdi. om. iudi. Octauo non posset ecclesiã cõferre inuito patrono laico. tex. est in c. Cum dilectus. de iure pa. Nono cõtra constitutionẽ conciliarẽ non posset dispensare. glo. est in c. pe. de filijs prȩsby. Et ideo non posset cõmendare ecclesiã parrochialẽ/ non habẽti ætatẽ legitimam: vel non constituto in sacris. quia concilium contrariũ determinauit: vt patet in c. Nemo deinceps. vbi ita dicit Gemi. col. 2. de elec. lib. 6. Et de hoc etiã/ ꝙ scilicet cõtra cõcilij cõstitutionẽ non possit legatus etiã de latere dispẽsare. est etiã glo. in c. Dilectis. in verb. Facultas. de prȩben. & bo. tex. in c. Dilecto. vbi Panor. in. 1. col. eodẽ ti. Decimo nõ pōt cõferre vel dare ius ad beneficiũ vacaturũ. tex. est in d. c. Dilectꝰ. de prȩbẽ. Vndecimo in casibus in quibus recurrendũ est ad papã ꝓ interpretatione suȩ voluntatis/ nõ potest legatꝰ facere talem declarationem: qa actus declarãdi cohȩret personæ. l. Idẽ Põponius. §. fi. ff. de rei ven. Ita do. meus Decius in c. 2. col. 1. de offi. dele. Duodecimo nõ posset ad se auocare causam motã vel mouendã corã iudice cõpetenti. Tex. est in c. Peruenit. 11. quȩsti. 1. Decimotertio non posset etiã subsistẽte causa epm deponere. glo. est in c. 1. de offi. leg. licet posset ꝓnunciare deponendũ ar. glo. no. in c. biduũ. in verb. Annotauerit. 2. q. 9. quã Panor. seqtur in d. c. 1. colũ. 2. Decimoquarto nõ posset cõferre bñficia vacãtia in curia: etiã si haberet potestatẽ cõferẽdi bñficia qualitercũq; vacẽt. Ita dicũt do. de Ro. in deci. 460. Decimoqnto nõ posset epm trãsferre de vno epatu ad aliũ epatũ. c. qd ad trãslationẽ. de offi. lega. & notat Panor. in c. Cũ venerabilis. de cõsue. circa pri. Decimosexto nõ posset se itromittere de cã alicui ꝑ papã specialiter delegata. Tex. est in c. studuisti. de offi. le. Decioseptimo vt paucis verbis plurima cõplectar: legatꝰ nõ pōt regłariter aliqd attẽtare cõtra canones: nisi illud specialr iueniat sibi ꝓmissum. bo. est tex. quẽ ibi ad hoc notat Panor. i. 3. no. in c. Nisi specialis. de offi. le. & idẽ sentit Panor: in c. qa diligẽtia. i. 2 col. de elec. ic. Mãdata. de ꝑsump. & in c. dilecti. de Iudi. Quȩ aũt sint de iure cõi legatis cõcessa. breuiter dici pōt: ꝙ ille legatꝰ habet iurisdictionẽ in tota ꝓuicia sibi decreta nõ delegatã sed ordinariã: vnde eiꝰ potestas ꝑ mortẽ papȩ non expirat. tex. est in c. 2. de offi. lega. li. 6. & notat do. Iason. in d. l. more. in. 4. col. ff. de iurisdi. om. iudi. Et vlteriꝰ/ ꝑrio pōt dare facultatẽ ꝑlatis/ etiã exẽptis dũmõ epi nõ sint: trãseũdi de vna eccłia ad aliã. bo. est tex. in c. Si abbatẽ. de elec. lib. 6. Secũdo pōt cõferre bñficia vacãtia: si sit legatꝰ de latere. i. legatꝰ cardinalis: secus si sit tm̃ legatꝰ natus: qualis est is cui eo ipo ꝙ creał eps/ legatus est. et idẽ si tm̃ sit legatus missus/ qualis est is qui a papa mittitur & cardinalis nõ est: nec dignitatẽ habet ratione cuius cõpetat ei legatũ esse. tãetsi enim legatus de latere/ potestatẽ habeat etiã de iure cõi cõferendorũ beneficiorũ: non tamẽ eã habet legatus natus vel missus. Tex. est cũ ibi notatis ꝑ Panor. in c. 1. de appel. & melior tex. in c. 1. de offi. lega. lib. 6. Tertio pōt absoluere ab omi excõicatione etiam reseruata papȩ. tex. est in c. Ad eminentiã. de sen. excõ. iuncto c. Si qs suadente. 17. q. 4. qd verũ est in legato de latere. secus in alio c. Excõicatis. vbi Panor. de offi. lega. Quarto pōt reseruare beneficiũ collationi suȩ: dũmodo tñ eandẽ ecclesiã/ seu collatorẽ duplici reseruatione eodẽ tẽpore non grauet. tex. est in c. prȩsenti de offi. lega. in. 6. dũmodo etiã non sint eccłię cathedrales/ regulares aut collegiatȩ vel ecclesiarũ cathedraliũ dignitates post epm maiores/ & electiuȩ. Talia enim beneficia reseruare non pōt. Tex. est in c. pe. in princi. de offi. lega. in. 6. Quinto potest conferre beneficiũ etiã existens in patronatu alterius: ecclesiastici tamẽ & nõ laici. d. c. cũ dilectus. de iure pa. & c. Dilectꝰ. de offi. lega. Sexto concurrit etiã cũ episcopis in iurisdictione etiã ꝗtum ad ea quȩ sunt epalis dignitatis. c. fi. de cõiug. seruo. iuncto c. Accedentibus. de exces. prȩla. Septimo pōt cõferre beneficia etiã ad sedẽ apostolicã deuoluta probatur per tex. in c. pe. de prȩben. & ibi notat Panor. in. 1. no. & ita finaliter tenet & cõcludit glosa. in c. 1. i glo. fi. de offi. lega. in. 6. Octauo potest prȩsbyterum degradare. glo. est in c. 1. de offi. lega. in antiq. Nono potest ad eum appellari omisso medio. glo. est in c. 2. de cõsue. lib. 6. glo. in c. 1. in glo. magna. in fi. de offi. lega. & ratio est: quia in effectu non videtur appellatio interiecta/ omisso medio. qa cum quolibet ordinario legatus cõcurrit. Ita declarat Panor. in d. c. 1. Decimo pōt vnire beneficia existentia in sua legatione: etiã si eorũ collatio esset ad papã deuoluta. Ita Panor. in c. Scut vnire. in vlti. colũ. de exces. prȩla. Vndecimo potest dare literas indulgentiarum: & etiam dispensare sicut prȩlati inferiores possunt. vt in cap. Nostra. de pœni. & remis. & in c. fina. & ibi Panor. in vlti. no. de transac. & notat Specu. in titu. de dispen. §. sequitur. & ex hac vndecima multi casus in specie possent inferri/ quos pertranseo. De ipsis tamẽ & cæteris legatos apostolicos concernẽtibus videri pōt diffuse per Specu. in ti. de offi. lega.

l ¶ Pro Christo legatiõe funguntur. Proprie ꝑ Christo legatione fungi dicunt episcopi: vt est bo. tex. in c. Omnis. 2. Rñso. 7. quȩst. 1. dum ibi dicitur. Qui persequuntur episcopos/ eosq; de ciuitatibus ad ciuitates ire

Lectio & Legere.

1. timo. 6. d ℭ Attende [m] lectioni / exhortationi & doctrinæ.

Actuū. 15. d ℭ Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus / qui eū prædicent in synagogis: vbi per omne [n] sabbatum legitur.

Apoca. 1. a. ℭ Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quę in ea scripta sunt.

Lex.

Exodi. 12. prope finē. ℭ Eadem [o] lex erit īdigenæ & colono q̄ peregrinatur apud vos.

ℭ De lege hostiæ pacificorum / sacrificij & libamentorum: & hostiæ p̄ peccato: vide Leuitici. 6. & 7. quasi per totum.

ℭ De lege parturiētis mulieris: vide Leuiti. 12. & infra ī verbo mulier.

ℭ De legibus leprosorum seminifluorū & seminis fluxu laborātium: vide in dicto libro Leuitici in. 13. 14. & 15. capitulis.

ℭ De lege Nazareorum vide infra ī verbo Nazarenus. Et de lege Zelotipiæ: in verbo Zelotipia.

Psal. 18. b. ℭ Lex domini immaculata / conuertens animas: testimonium domini fidele / sapientiam præstans paruulis.

24. c. ℭ Quis est homo qui timet dominū: legem statuit ei in via quā elegit.

118. c. ℭ Legem pone michi domine viam iustificationū tuarum: & exquiram eam semper.

eodem. ℭ Da michi [p] domine intellectum / & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

118. q. ℭ Portio [q] mea domine / custodire legem tuam.

compellunt: non eos tantum persequuntur q̄tum dominum nostrum Ihesum Christum cuius legatione funguntur. Generaliter autem pro Christo .i. pro Christi honore legatione funguntur omnes pręcones seu promulgatores verbi diuini: vtpote cum de talibus scriptum sit. Quomodo pr̨edicabunt / nisi mittantur &c. Cum ex iniuncto. de hęreti. Et de istis tali legatione fungentibus dicit tex. in c. Scimus. 43. distinc. & c. fi. 47. dist. q̄ in obeunda eorum legatione perseuerātes esse debēt vt eam propter hominū collocutiones aut conuitia non deserāt. Et ita etiam de his dici debet qui pro principibus / aut alijs legatiōe fungūtur. Neq̧ enim debēt vlla ratione (nisi forsan necessaria fuerit) legationem deserere. tex. est in l. 1. & in l. 2. §. 1. de lega. Vnde etiam vt eorum nō prępediatur legatio / priuilegium habēt corpore iuris inclusum: ne aliqua actione p̄sonali vel reali / ex causa p̄ambula possint cōueniri. l. Consensisse. §. legatis. l. Nō alias. §. fi. & l. de eo. ff. de iudi. Multa alia possent hic dici quę videri possunt ī d. ti. de legationibus: & in d. l. Cōsensisse. §. legatis.

m ℭ Attende lectioni. Pro hoc dicto Pauli est bo. tex. in c. 1. 38. dist. de quo videatur in verb. Attendere.

n ℭ Per omne sabbatum legitur. Quando proprie aliquid legi dicatur / est bo. tex. in l. 1. in princi. ff. de his quę in testa. delentur: vbi dicit. Quæ in testamento legi possunt / ea incōsulto deleta & inducta nichilominus valent. Legi autē sic accipiendum est / non intelligi t̄m: sed oculis prospici quę scripta sunt. Cęterum si extrinsecus intelliguntur non videbuntur legi posse. Hæc ibi.

o ℭ Eadem lex erit indigenę & colono &c. Recurratur ⁊ ad verbū Colon⁹. & ibi dictis addendo notetur q̄ Demosthenes orator legem sic diffiniuit. Lex est cui om̄es homines decet obedire / propter multa & varia: & maxime / quia omnis lex est inuentio quędam & donum dei / dogma omniū sapientū / correctio voluntariorū / & non voluntariorū peccatorum: ciuitatis compositio cōmunis / sc̄dm quā omnes decet viuere qui in ciuitate sunt. Sed & philosophus summę stoicę sapientię Chrysippus / sic incipit librum quem fecit. Lex est omniū diuinarū & humanarū rerum notitia. Oportet autem eam etiam pręstare bonis & malis / & principem & ducē esse: & sc̄dm hoc est regula iustorum & iniustorū / & eorum quę natura ciuilia sunt: pręceptrix quidē faciendorū / prohibitrix aūt non faciendorum. Tex. est pręmissa omnia complectēs. in l. 2. ff. de legibus. Legis itaq̧ virtus .i. potestas hęc est: imperare / vetare / permittere. l. legis virtus. ff. codē. Erit autem lex honesta / iusta / possibilis / sc̄dm naturam / & sc̄dm consuetudinē patrię / loco tēporiq̧ conueniens / necessaria & vtilis: manifesta quoq̧: ne aliquid per obscuritatem incautum captione contineat: nullo priuato cōmodo / sed pro cōmuni ciuiū vtilitate conscripta. Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt: quia cum leges institutę fuerint / non erit liberum iudicare de ipsis: sed oportebit iudicare sc̄dm ipsas. Vnde Augusti. ait in lib. de vera religione. In istis temporalibus legibus / quanq̄ de his homines iudicent cum eas instituunt: tamē cum fuerint institutę & firmatę: non licebit iudici de ipsis iudicare sed sc̄dm ipsas. Tex. est cuius hęc verba sunt. in c. Erit autē lex. iuncto princi. c. sequentis. 4. distinc. De origine vero legum scribit Isidorus in lib. 5. ety. dicens. Moyses gentis hebręę / primus omniū diuinas leges sacris litteris explicauit. Photoneus rex Grecis primus leges iudiciaq̧ constituit. Mercurius Trismegistus primus leges ægyptijs tradidit. Solon primus leges Atheniensibus edidit. Licurgus primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius qui Romulo successit in regno: primus Romanis leges edidit. Deinde cū populus seditiosos magistratus ferre non posset decēuiros legibus scribēdis creauit: qui leges ex libris Solonis in latinum sermonē translatas. 12. tabulis exposuerunt. Fuerunt autē hi Appius Claudius. Titus Gemicius. Publius Roscius. Lucius Veturius. Caius Iulius. Aulus Mālius. Publius Sulpitius. Publius Curiatius. Titus Romulius. Spurius Posthumius. Hi decemuiri legū conscribendarū causa electi sunt. Leges autem redigere in libris primus / consul Pompeius instituere voluit / sed non perseuerauit obtrectatorum metu. Deinde cœpit Cęsar id facere / sed ante interfectus est. Paulatim autē antiquę leges vetustate atq̧ incuria aboleuerunt: quarum etsi iam nullus est vsus: notitia tamē necessaria videtur. Nouę autem leges a Constantino Cęsare cœperunt / & reliquis succedentibus. erantq̧ permixtę & inordinatę: postea vero Theodosius iunior Augustus ad similitudinē Gregoriani & Hermogeniani codicē factū constitutionū / a Cōstantini tēporibus: sub proprio cuiuscūq̧ imperatoris titulo disposuit: quē a suo noīe Theodosianū vocauit. Hęc tantilla de legum origine habetur in c. 1. & 2. 7. distinc. Apud legistas autē est amplus & diffusus text⁹. in l. 2. ff. de ori. iuris.

p ℭ Da michi intellectum &c. Videatur quod dictum est in verb. Intellectus.

q ℭ Portio mea domine dixi custodire legem tuam. Istud dicere incumbit pr̨ę cæteris viris ecclesiasticis. c. Cui portio. 12. quęsti. 1.

r ¶ Bonum michi lex oris tui &c. Glo. in c. Omnes. in verb. Tales. 47. distinc. dicit. Charitas potest in infinitum extendi: iuxta illud. Bonum michi lex oris tui super milia auri & argenti.

s ¶ Exitus aquarum &c. Recurratur ad verbum Exitus.

t ¶ Legum conditores iusta decernũt. Per sapientiam increatam quę deus est. c. Si iuxta. 37. distinc. Legum conditores iusta decernunt: hinc ciuiles leges dicuntur diuinitus per ora principum promulgatę. l. fi. C. de prę scrip. longi. tempo. l. 1. §. sed neq. C. de vete. iur. enu. & est bo. tex. in auten. vt hi qui se perhib. habe. res mi. in princip. Vnde si qua lex diuinis contraria pręceptis comperiretur: nullius momẽti cẽsenda esset. c. Non licet. c. Constitutiones. cũ similibus. 10. distinc. Et propterea dicit textus in c. Quis autẽ. eadem dist. Quis leges principũ dicat debere cõtemni/ nisi qui impunitũ sibi tm̃ existimet trãsire cõmissum?

v ¶ Qui quęrit legẽ implebitur ab ea: qui insidiose agit scandalizabitur ab ea. factę enim sunt leges/ vt earum metu humana coerceatur audacia tutaq sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia/ & nocendi facultas. Ita dicit textus in c. 1. in princi. 4. distinc.

x ¶ Sine mendacio consummabitur verbum legis. Facit bonus tex. in c. 1. col. 1. 35. quęsti. 10. de quo dictum est in verbo Dies. Mat. 24. c.

y ¶ Vę qui condũt leges iniquas. Quãdo lex iniqua dici possit/ satis colligitur ex his quæ habẽtur in c. Erit autem lex. 4. dist. c. de quo textu dictum est supra eodẽ in. 1. annotatione.

z ¶ Legis verba põderans. Ponderare verbi legis/ est sic legem intelligere/ vt legis mens non offendatur. Non ẽm satis legi facit/ nec legis verba vt debet põderat: qui nuda legis verba nõ offendit/ sed ipsius legis mentem violat atq peruertit. immo tunc fraudem legi facere dicitur: quia contra legem facit/ q id facit quod lex prohibet. In fraudem vero legis facit: qui saluis verbis legis/ sententiam eius circumuenit. Fraus enim legi fit: vbi id fit quod fieri noluit/ fieri autem non vetuit. Ita dicit textus in l. Contra legem. cum l. sequen. ff. de legi. Et de hac materia dictum est satis diffuse supra in verbo Fraus.

a ¶ Impune non cedit. Non enim deus aliquod malum vel in hoc/ vel in altero seculo relinquit impunitum. c. Quid ergo. de pœniten. distinc. 3.

b ¶ Omnia quęcunq vultis &c. Videatur quod dictum est in verb. Facere. Thobię. 4. c.

c ¶ Et omnis in illud vim facit. Magna pugna incumbit mortalibus in ascensu cœlorum: q enim homines carne mortali vestiti/ subiugent voluptatem & omnem illicitum appetitum: imitari volentes vitam angelicam: quomodo fit nisi violenter? Id violenter fieri negari non potest. bonus est tex. in auten. de monachis. in princip. colla 3.

d ¶ Lex per Moysem data est: gratia & veritas per Ihesum Christum facta est. Recurrat ad verbũ gratia. x.

¶ Bonum [r] michi lex oris tui: super milia auri & argenti. Psal. 118. f. in fine.

¶ Nisi q lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea. Psal. 118. m

¶ Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam. 118. q.

¶ Exitus [s] aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. 118. k. in fi.

¶ Pax multa diligentibus legem tuam domine: & non est illis scandalum. 118. x.

¶ Per me (ait sapientia) reges regnant/ & legum [t] conditores iusta decernunt. puerb. 8. b.

¶ Qui custodit legem/ filius sapiens est. 28. b.

¶ Qui declinat aures suas ne audiat legẽ: oratio eius erit execrabilis. eodem.

¶ Qui custodit legem beatus est. 29. c.

¶ In medio cogitantium legem assiduus esto. Eccli. 17. b.

¶ Qui [v] quærit legem/ implebitur ab ea: & qui insidiose agit scandalizabitur ab ea. 32. c.

¶ Homo sensatus credit legi dei: & lex illi fidelis. 33. a.

¶ Sine [x] mendacio consumabitur verbum legis: & sapientia in ore fidelis complantabitur. 34. b.

¶ De Sion exibit lex: & verbum domini de Hierusalem. Esaiæ. 2. a.

¶ Væ [y] qui condunt leges iniquas: & scribentes/ iniustitiam scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes: & vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ pręda eorũ: & pupillos diriperẽt. 10. a.

¶ Vbi est litteratus? vbi est verba legis [z] ponderans? vbi est doctor paruulorum. 33. c.

¶ Non peribit lex a sacerdote: neq consilium a sapiente/ nec sermo a propheta. Hiere. 18. c.

¶ De lege respectu sacerdotis: vide infra in verbo Sacerdos.

¶ Lacerata est lex: & non peruenit vsq ad finem iudicium. Abacuc. 1. a in fine.

¶ In leges diuinas impie agere/ impune [a] non cedit: sed tempus sequẽs hoc declarabit. 2. mach. 7. a

¶ Nolite (ait Christus) putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere sed adimplere. Matth. 5. b

¶ Omnia [b] quæcunq vultis vt faciant vobis homines: & vos facite illis. hæc est enim lex & prophetæ. 7. b.

¶ Lex & prophetæ vsq ad Ioãnem: ex eo regnum dei euangelizatur: & omnis [c] in illud vim facit. Facilius est autem cœlum & terram prę terire: q̃ de lege vnum apicem cadere. Lucę. 16. d.

¶ Lex [d] per Moysem data est: gratia & veritas per Ihesum Christum facta est. Ioan. 1. b.

e ¶ Nonne Moyses dedit vobis legem? Facit tex. in c. Moyses. in princip. 7. distinc.
f ¶ Nos legem habemus &c. Huius dicti meminit glosa. 13. distinc. in sum. de qua dictũ est in verb. Ihesus.
g ¶ Per legem iudicabuntur. Qui nouerunt diuina mandata/ auferetur ab eis excusatio quam alij habent de ignorantia: sed nec ipsi sine pœna erunt. Et licet grauius sit peccare hominẽ scientem q̃ nescientem: non ideo tamen ad ignorantiæ tenebras fugiendũ. Aliud est enim nescisse: aliud scire noluisse. Pro hac declaratione (quę est glo. ordi.) est tex. rotundus in ca. pe. & fina. 37. distinc.

Ioan. 19. b. ¶ Nonne [e] Moyses (dixit Christus ad Iudæos) dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem?

eodem. ¶ Nos [f] legem habemus (dixerunt Iudæi Ihesu mortem expetentes) & secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit.

ad ro. 2. c. d ¶ Quicunq; sine lege peccauerint: sine lege peribunt. Et quicunq; in lege peccauerunt: per [g] legem iudicabuntur. Non [h] enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Cum [i] enim gentes quæ legem non habent/ naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes/ ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum/ & inter se inuicem cogitationum accusantium/ aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum/ secundum euangelium meum per Ihesum Christum. Si autem tu Iudæus cognominaris: & requiescis in lege/ & gloriaris in deo: & nosti voluntatem eius/ & probas vtiliora instructus per legem: confidis te ipsum esse ducem cæcorum: lumen eorum qui in tenebris sunt: eruditorem insipientium/ magistrum infantium/ habentẽ formam scientiæ & veritatis in lege. Qui [k] ergo alium doces/ teipsum non doces. Qui prædicas non furandum/ furaris. Qui dicis non mœchandum/ mœcharis. Qui abominaris idola/ sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris: per præuaricationem legis/ deum inhonoras.

ad rõa. 2. d. ¶ Circuncisio quidem prodest/ si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis: circuncisio [l] tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputium/ legẽ cõsummans/ te qui per litterã & circunsionẽ præuaricator legis es.

ad rõa. 3. c. ¶ Scimus quoniam quæcunq; [m] lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur. vt omne os obstruatur: & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta est: testificata a lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Ihesu Christi: in omnes & super omnes qui credunt in eum.

ad rõa. 5. c. ¶ Vsq; ad legem peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur: cum lex non esset. sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysem: etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri.

5. in fine. ¶ Lex subintrauit vt [n] abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum superabundauit et gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam: per Ihesum Christum dominum nostrum.

7. a. ¶ An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mulier: viuente viro/ alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius: soluta [o] est a lege viri. Igitur viuente viro/ vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Si autẽ mortuus fuerit vir eius/ liberata est a lege viri: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.

h ¶ Non enim auditores &c. Videatur qd dictum est in verb. Factor.
i ¶ Cum gentes quę legẽ non habent &c. Bonus est textus circa hanc sententiã videndus. in c. Duę sunt. 19. questi. 2. de quo dictum est in huius annotatione sententiæ. in verb. Cogitare.
k ¶ Qui aliũ doces/ teipsum nõ doces. Videatur quod istis verbis annotatũ est ĩ ver. Docere.
l ¶ Si prępuitium iustitias legis &c. Gentiles cum scdm originem carnis ab Abrahã essent alieni/ tamen imitatione fidei & iustitię successerũt in filios Abrahe. vnde ab apostolo dicit eisdem. Si Christi/ ergo Abrahę semen estis hinc idem apostolus scribens Romanis ait. O Iudęe si circuncidaris/ nec legem eius obserues: circũcisio tua prępuitium facta est. quomodo & præputium si iustitias legis custodiat/ ĩ circuncisionẽ reputabitur. Præfertur ergo imitatio operis origini carnis. Ita dicit tex. in c. Quęritur. §. E cõtra. 22. q. 2.
m ¶ Quęcũq; lex loquitur/ his q in lege sunt loquitur. Idẽ est de vtroq; iure humano: vt scilicet lex seu cõstitutio q̃tumcũq; generaliter loquat: non extendat ad nõ subditos. Bon⁹ est tex. in l. 1. in verb. quos clemẽtiæ nostræ regit imperiũ. C. de sum. tri. & fi. ca. & in ca. fi. §. statuto. de consti. lib. 6. & melior & expressior textus in c. A nobis. 1. t. de sen. excõ. vbi dicitur. Hac sententia Quisq; furtum fecerit excommunicat⁹ sit nõ nisi subditi obligantur: nisi forte plus contulerit maior & largior auctoritas delegantis. Hęc ibi.
n ¶ Vt abundaret delictum. Declaretur vt dictum est s. in verb. Delictum.
o ¶ Soluta est a lege viri. Ideo viro defuncto potest (etiã non expectato qd olim præfigebatur annuo luctus tempore) alteri viro nubere: nec decretas a iure ciuili pter celerẽ trãsitum ad secũda vota pœnas subibit. c. 2. de secũ. nup. & late dictũ est s. in verb. Dauid. 2. Reg. 11. y.

p ℭ Concupiſcentiam neſciebam/ niſi lex diceret. non concupiſces. Hoc concupiſcentiæ malum elegit apoſtolus generale. vnde omnia mala oriuntur. Bona ergo eſt lex quę dum hoc prohibet/ omnia mala prohibet. Tex. eſt vbi poſita hac Pauli ſentẽtia ita dicitur. in c. Nam & concupiſcentiam. de conſtitu. vbi per doc. examinatur quęſtio quę poſſet hic diſcuti. An cõtraueniẽdo legi poſitiuę/ incurratur peccatum mortale? De qua quęſtione videatur ibidem per Panor. & do. meum Decium.

ℭ Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legẽ. Ad rõa. 7. c.
nam concupiſcentiam [p] neſciebam: niſi lex diceret. Non cõcupiſces.
Occaſione autem accepta: peccatum per mandatum operatum eſt in
me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuũ erat.
Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cum veniſſet mãdatũ/
peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum: & inuentum eſt michi
mandatum/ quod erat ad vitam: hoc/ eſſe ad mortem. Nam peccatum
occaſione accepta: per mãdatum ſeduxit me/ & per illud occidit. Itaq̃
lex quidem ſancta/ & mãdatum ſanctum & iuſtum & bonum. Quod
ergo bonum eſt/ michi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum vt appareat/ peccatum per bonum operatum eſt michi mortem: vt fiat ſupra
modum peccãs peccatum per mãdatum. Scimus enim quia lex ſpiritalis eſt. Ego autẽ carnalis ſum: venundatus ſub peccato. Quod enim
operor non intelligo. Non [q] enim quod volo/ bonũ hoc ago: ſed quod
odio malum/ illud facio. Si autẽ quod nolo/ illud facio: cõſentio legi/
quoniam bona eſt. Nunc autem iam non ego operor illud: ſed quod
habitat in me peccatum &c. Et in verbo infœlix.

ℭ Condelector (inquit Paulus) legi dei ſecũdum interiorem hominẽ. Ad rõa. 7. d
Video [r] autem aliam legem in membris meis/ repugnantẽ legi mentis
meæ: & captiuantem me in lege peccati/ quæ eſt in membris meis. Infœlix [s] ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia
dei per Iheſum Chriſtum dominum noſtrum.

ℭ Ego ipſe mente ſeruio legi dei: carne autem legi peccati. 7. in fine.

ℭ Qui [t] diligit proximum/ legem impleuit. 13. c.

ℭ Plenitudo legis/ eſt dilectio. eodem.

ℭ Quicunq̃ ex operibus legis ſunt/ ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt ad gal. 3. b.
enim. Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus/ quæ ſcripta ſunt in libro legis: vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud deum: manifeſtũ eſt/ quia [v] iuſtus ex fide viuit. Lex autem non eſt ex fide: ſed qui fecerit ea/ viuet in illis.

ℭ Hoc dico teſtamentum confirmatum a deo: quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex: non irritum facit ad euacuandam Ad gala. 3. c
promiſſionem. Nam ſi ex lege hæreditas: iam non ex promiſſione.
Abrahæ autem per repromiſſionem donauit deus. Quid igitur lex?
Propter [x] tranſgreſſionem poſita eſt: donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Lex ergo aduerſus
promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare/ vere
ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit [y] ſcriptura omnia ſub peccato: vt
promiſſio ex fide Iheſu Chriſti daretur credentibus &c. Vt ſupra
in verbo fides.

ℭ Omnis [z] lex in vno ſermone impletur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. 5. c.

q ℭ Non qd volo/ bonũ hoc ago &c. Glo. eſt quę huius dicti meminit. in c. Si Paulus, in verb. aliam. 23. q. 5. in c. Adhuc inſtant. in verb. Cõſcius. de pœni. diſtin. 3. & in c. Vir cum propria. in verbo Voluptate. 33. quęſti. 4. vbi glo. ſentiunt hoc dictum Pauli de primis motibus intelligendum/ qui nobis etiam inuitis obueniunt.

r ℭ Video aliam legem &c. Sæpe contingit vt hoc qd malignus ſpiritus ſeminat ĩ cogitatione/ caro in delectationẽ trahat; non tamen animus eidẽ delectationi cõſentiat. & cum caro delectari ſine aĩo nequeat: ipſe tamẽ anim⁹ carnis voluptatibus reluctans/ in delectatione carnali aliquo modo ligat̃ inuitus: vt ei ex rõne contradicat nec conſentiat: & tamen ea delectatiõe ligatus ſit/ ſed ligatũ ſe vehementer ingemiſcat. Vnde & ille cœleſtis exercitus pręcipuus miles gemebat: dicens. Video aliam legem &c. Ita dicit tex. in c. ſed penſandũ. paulo ante fi. 6. diſti. de quo textu videatur diffuſius ŝ. in verbo Delectari. De hac etiã ſentẽtia Pauli eſt bonus tex. in c. Si Paulus. 33. q. 5. de quo dictum eſt ŝ. in ver. Caſtigare: ſup illud. Caſtigo corpus meũ &c.

s ℭ Infœlix ego homo. Recurratur ad verbum Corpus. & ad verbum Infœlix.

t ℭ Qui diligit proximum/ legem impleuit. Recurratur ad verbũ Diligere.

v ℭ Iuſtus ex fide viuit. Videatur quod dictũ eſt in verbo Fides. Abacuc. 2. a.

x ℭ Propter tranſgreſſionem poſita eſt. Id eſt poſita eſt lex/ vt timore ceſſarent tranſgredi: & idem poſtea facerẽt ſola volũtate. Tex. eſt quo hęc declaratio (quæ eſt glo. interlinearis) probatur in c. fi. §. fi. 23. quęſti. 6. de quo tex. dictum eſt in verb. Dulcedo. Et conformiter ad hanc ſententiam dicit tex. in c. Duę. in princip. 19. quęſti. 2. Publica lex eſt quę a ſanctis patribus/ ſcriptis eſt confirmata: vt eſt lex canonum quę quidẽ propter tranſgreſſiones eſt tradita. Hęc ibi.

y ℭ Concluſit deus omnia ſub peccato vt omniũ miſereatur. Deus concluſit. i. concludi permiſit omnia/ Iudęos ſcilicet & gentiles ſub peccato/ vt omniũ miſereatur quo ad ſufficientiã: non tamẽ quo ad efficaciam. Ita hanc ſententiã declarat gloſa in c. Totam. de pœni. diſtinc. 3. Cętera dicãtur vt ŝ. in verb. Fides.

z ℭ Omnis lex in vno ſermone impletur &c. Declaretur vt dictum eſt in verb. Diligere: ſuper illud ad Ro. 13. Qui diligit proximum/ legem impleuit.

a ¶ Si spiritu ducimini non estis sub lege. Videatur qđ in istorum annotatiõe verbo℞ satis diffuse dictum est s̄.in verbo Caro.

b ¶ Iusto nõ est lex posita. Vt ei obediat timore pœnę: Sed bene vt ei obediat amore iustitię. Ita loquitur textus in l.2.ff.de legibus.de quo s̄.dictum est in prima annotatione.

c ¶ Sed iniustis &c. Videatur tex.in c.1.4.dis.de quo textu dictum est s̄.codē.super illđ. Qui quęrit legem implebitur ab ea. Leges aũt quę iniustis ac sceleratis seu criminosis pœnas infligunt/sunt scđm ius humanum diuersæ. Quędam est enĩ lex Iulia maiestatis: quę in eos q cõtra imperatorem vel remp.aliquid moliti sũt suum vigorem extendit. Cuius pœna animęamissionē sustinet/& memoria rei etiã post mortem dãnatur. Item lex Iulia. de adulteris coercendis: quę nõ solum temeratores alienarum nuptia℞ gladio punit/ sed & eos qui cum masculis nephãdam libidinem exercere audent. Sed eadē lege Iulia etiam stupri flagitiũ punitur cũ qs sine vi virginem vel viduam honeste viuẽtem stuprauerit. Pœnam aũt eadem lex irrogat peccatoribus:si honesti sunt/ publicationem partis dimidię eorũ bonorũ:si humiles/corporis coertionem cum relegatiõe. Item lex Cornelia de sicarijs quę homicidas vltore ferro persequit: vel eos qui occidendi causa cum telo ambulant. Eadem lege & venefici capite dãnantur/qui artib⁹ odiosis/tam venenis q̃ susurrijs magicis hoies occiderint/ vel mala medicamenta publice vendiderint. Alia deinde lex asperrimum crimen noua pœna persequitur: quę Põpeia de parricidijs vocat/qua cauetur:vt si quis parentis aut filij aut oĩno affinitatis(eius quę nuncupatione parricidij continet)fata perpetrauerit/ siue clam siue palã id ausus fuerit:necnon is cuius dolo malo id factum est/ vel conscius ac particeps criminis existit: licet extraneus sit/ pœna parricidij punietur. & neq̧ gladio/neq̧ ignibus neq̧ vlla alia solēni pœna subijcietur: sed insutus culeo cum cane & gallo gallinacio & vipera & simia: & inter eas ferales angustias cõprehensus (scđm quod regionis qualitas tulerit)vel in vicinum mare vel in amnem pijciat. vt omniũ elemẽtorũ vsu viuus carere incipiat/ & ei cœlũ superstiti/& terra mortuo auferat. Si quis aũt alias cognatione vel affinitate personas cõiunctas necauerit:pœnam.l. Cornelię de sicarijs sustinebit. Item lex Cornelia de falsis q̃ etiã testamẽtaria vocat/ pœnam irrogat ei/qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit/signauerit/recitauerit/ subiecerit: vel signũ adulterinum fecerit/scripserit/expresserit sciens dolo malo. Eiusq̧ legis pœna in seruos vltimũ suppliciũ est: in liberos.vero deportatio. Item lex Iulia de vi publica seu priuata apud eos exorit: qui vim vel armatã vel sine armis cõmiserint. Sed siquidē armata vis arguat/deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogat. Si vero sine armis: in tertiam partē bonorũ suorum publicatio imponitur. Si aũt per vim raptus virginis vel viduę vel sanctimonialis vel alterius fuerit perpetratus:& peccatores & hi qui opē flagitio dederũt/ capite puniunt. Itē lex Iulia peculatus eos punit/qui publicã pecuniam vel rem sacrã vel religiosam furati fuerint. Sed si quidē ipsi iudices tēpore administrationis publicas pecunias substraxerint/capitali animaduersione puniũtur:& nõ solũ hi/sed etiã q ministeriũ eis ad hoc adhibuerint: vel q substractas ab eis sciẽtes susceperint. Alij vero q in hãc legē inciderint/ pœnę deportatiõis subiunget. Est & lex Fãnia de plagiarijs/ quę ĩterdum capitis pœnã irrogat interdũ leuiorem. Sũt & alię leges quatuor: lex Iulia de ambitu. Lex Iulia repetundarum. lex Iulia de annona/ & lex Iulia de residuis: quę de certis capitulis loquũtur/& animęquidē amissionem nõ irrogãt sed alijs pœnis eos subijciũt/ qui pręcepta earum neglexerint. Pręmissa oĩa sic de legibus in criminosos animaduertentib⁹ cõpendiose collecta/habent in.§.1.cũ octo.§.§.sequentib⁹.insti.de publi.iudi. Lex aũt Fãnia de plagiarijs/ locũ habet qñ aliquis distrahit alienũ seruũ vel filiũ: ita q̧ eũ pater vel dñs habere nõ pôt.l.1.l.lege.l. Eũ.& l.pe.§.fi. ff.ad l.fa.de plagia. Et qui liberum hominē dolo malo de loco in locum trãsportat. Et qui seruũ in fuga cõstitutũ vẽdit vt statim emptio teneat.l.In fuga. C.ad l.fa.de plagia. Lex uero Iulia de ambitu / locũ habet. Primo si qs dederit clã pecuniã vt aliquē sortiat honorē nõ in ciuitate Romana.l.1.i pri.ff.ad l. Iuliã.de ambi. Dixi clã quia palã pôt.l.1.§.1.ff.de polli. Scđo habet locũ qñ qs stat in magistratu vltra annũ.l.1. C.ad l.Iul.de ãbi. Tertio: si reus vel accusator domũ iudicis de cã criminali cognoscẽtis ingrediat vt ei faueat.l.1. in fi.ff.eodem. Et quarto si qs iudex nouũ vectigal instituerit.d.l.1.§.Itē is qui.ff.eo. Eius aũt pœna est cẽtũ aureorũ cũ infamia. vt pbat in d.l.1. Sed in casu deportat: qñ scȝ bis idē officium est assecutus.l.1. C.eo.ti. Lex Iulia repetũdarũ ptinet ad eas pecunias/quas quis in magistratu potestate curatione/ legatiõe vel quo alio officio/munere/ministerio ve publico acceperit.l.1.ff.ad l.iu.repe. Pœna aũt huius legis est ciuilis in quadruplũ. vt C.ad l.Iu.repe.l.1. Criminalis extraordinē.l.Iulian⁹.§.Hodie.ff.eo. Lex Iulia de annona aduersus eũ est/qui cõtra annonã fecerit societatē ve cogerit quo annona carior fiat. & pœna.20.aureorum statuitur.l.2.ff.ad l. Iu.de ãnona. Lex Iulia de residuis locũ habet qñ aliqđ superfluit ex aliqua administratione publica:& ipse q eã administrationē gessit illud in vsũ suũ conuertit.l.2.&.3.§.Lege.ff.ad l.Iu.peculatus. Pœna aũt huius legis est in simplo/& ĩ tertia parte simpli.l.4.§.Sed & qui pecuniã.ff.codē. Hæc de p̃fatis legibus exposuimus/ vt vobis possibile sit summo digito & q̃si p indicē ea tetigisse. Alioqui diligẽtior eorũ sciẽtia vobis ex latioribus digesto℞ seu pandectarũ libris/deo ppitio aduenturã ē. Hęc sunt verba.§.Finalis.insti.de publi.iudi. qqm̃ instituto meo bñ respõdẽtia vsurpanda esse censui. De pœnis aũt q̃ a varijs canonibus/scđm criminũ variationē infligũt(ne hoc loco plixior sim q̃ par sit)reseruo dicendũ. ĩ. in verbo pœna.

Ad gala.5.c in fine. ¶ Si spiritu [a] ducimini/non estis sub lege.

I.timo.I.b. ¶ Scimus quia bona est lex/si quis ea legitime vtatur: sciẽtes hoc: quia lex [b] iusto non est posita: sed iniustis [c] & non subditis/impijs & peccatoribus/sceleratis & contaminatis/parricidis & matricidis/homicidis/ fornicarijs/ masculorum concubitoribus/plagiarijs [cc] mendacibus & periuris: & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur: quæ est secũdum euangelium gloriæ beati dei quod creditum est michi.

Ad heb.7.b ¶ Translato [d] sacerdotio/necesse est vt legis translatio fiat.

ad heb.7.c ¶ Nichil ad perfectum adduxit lex.

Actuũ.23.a. ¶ Tu (inquit Paulus) sedens iudicas me secundũ legem: & contra legē iubes me percuti.

Iacobi.I.d ¶ Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis/ & permanserit in ea/non auditor obliuiosus factus/sed factor operis: hic beatus ĩ facto suo erit.

Iacobi.2.b. ¶ Si legem perficitis regalem secundum scripturas : diliges proximũ tuum sicut teipsum: benefacitis. Si autem personam accipitis: pecca-

cc ¶ Plagiarijs. Declaretur vt s̄.proxima anno.

d ¶ Translato sacerdotio &c. Hæc sñia ponitur

tum operamini/redarguti a lege quasi transgressores.

¶Quicunq; [c] totã legem seruauerit: offendat autem in vno/factus est omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis/dixit & nõ occides. Q; si non mœchaberis occides autem/factus es transgressor legis. Iacobi.2.b.

¶Cætera supra in verbis: Fides. Ad Romanos.3.c. Et ad Gala.2.d Filius. Ad Galathas.4.a. Ihesus. Lucæ.2.c.d. Mandatum.a. Matth.22.d.

Legifer. ¶Dominus iudex noster/dominus legifer noster/dominus rex noster: ipse saluabit nos. Esaiæ.33.d.

Legislator. Ecce deus excelsus in fortitudine sua: & nullus ei similis in legislatoribus [f]. Iob.36.c.

¶Constitue domine legislatorem super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt. Psal.9.d.

¶Benedictionem [g] dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion. Psal.83.b.

¶Vnus est legislator & iudex/qui potest perdere & liberare. Iacobi.4.c

Legisdoctor. ¶A charitate/corde puro/consciẽtia bona/& fide non ficta quidam aberrantes: conuersi sunt in vaniloquiũ: volentes [h] esse legis doctores non intelligentes/neq; quæ loquuntur/neq; de quibus affirmant. 1.timo.1.b

¶Quidam erat in concilio Phariseus nomine Gamaliel/legisdoctor honorabilis. Actuũ.5.f.

Legisperitus. ¶Pharisei & legisperiti [i] consiliũ dei spreuerunt: in semetipsos/non baptizati ab eo. Lucæ.7.c.

¶Quidam legisperitus surrexit tentans Ihesum & dicens. Magister/quid faciendo vitam eternã possidebo? At ille dixit ad eũ. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo/& ex tota anima tua/& ex omnibus viribus tuis/& ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi. Recte respondisti: hoc fac & viues. Lucæ.10.d. &.e.

¶Vobis legisperitis væ (ait Christus) qui oneratis homines oneribus quæ portare non possunt: & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Lucæ.11.f.

in c. Translato. de constitu. vbi pro huius expositione sententiæ subiungit textus qui Aug. est. Quia enĩ simul & ab eodem & sub eadem sponsione vtraq; data sunt: quod de vno dicitur/sacerdotij scz translationẽ esse factam necesse est vt de altero intelligatur. Hęc tex. De cuius intellectu dicetur.§. in verbo sacerdotium.

c ¶Quicũq; totã legẽ seruauerit &c. Offendens in vno: factus est omniũ reus. Ingratus enim extitit q plenus virtutibus deum non oĩno timuit. In hoc enĩ quisq; peccator fit culpabilior/quo est deo acceptior. Ideo enĩ Adam plus peccauit/qa omni bono abundauit. Etiam aliomodo offendẽs in vno/reus est oĩm: quia omnes virtutes patiũtur detrimentum ab vno vitio. Nam si qs cadit in auaritiam/largitatem destruit/& etiam castitatẽ minorauit. Amore enĩ pecuniæ vel violaret castitatẽ/vel saltẽ minus amaret. Si enĩ tanta pptet deum adhuc cãstitas inest vt nolit eandem perdere: tamen saltẽ minori gaudio/minori affectiõe tuetur eam/vbi videt inde procedere damnum pecunię. Sicq; & in alijs: quę & si non expellant in perceptiõe vni9 vitij vel satis vel parum minuũtur/vel intentiõe deteriorant. Vnde omnis virtus amissi cuicũq; crimini est deflẽda/& de omnibus indulgentia petenda est. Tex. est cui9 hęc oĩa verba sunt. in c. 1.§. Defleat. de pœ. disti. 5. Et ppterea textus Innocẽtij papę.2. huic sententiæ inniteus: dicit in c. fi. de pœni. dist.5. Fratres nostros episcopos & præsbyteros admonemus/ne falsis pœnitentijs laicorum animas decipientes/in infernũ ptrahi patiãtur. Falsam aũt pœnitentiã esse constat/cum spretis plurib9 de vno solo pœnitentia agitur/aut sic agitur de vno: vt non discedat ab alio. Vnde scriptum est. Qui totã legem obseruauerit/offẽdit aũt i vno: factus est omnium reus/scz q̃tum ad vitam æternam. Sicut enĩ si peccatis omnibus esset inuolut9: ita si in vno tm̃ maneat, vitæ ęternę ianuam non intrabit. Hęc ibi. Hinc etiam dicit textus in c. Defleat. de regu. iuris. Defleat peccator quia offendens in vno factus est omnium reus. Hæc tex. vbi glosa (positis tribus supioribus declaratiõib9) subiungit quartam: dicens. Offendens in vno. i. in charitate/fit omniũ reus. Vnde apl's. Et si tradidero corp9 meũ ita vt ardeã: charitatẽ autem non habuero/nichil michi prodest. Hęc glosa.

f ¶In legislatoribus. De varijs legislatoribus loquitur tex. in cap.1. 7. dist. de quo dictum est supra. ĩ verbo lex. in prima annotatione.

g ¶Benedictionem dabit legislator &c. Videatur quod dictum est in verbo benedictio.

h ¶Volentes esse legis doctores/non intelligentes neq; quę loquũtur/neq; de quibus affirmãt. Loquendo in terminis iuriũ humanorum/qui sufficientẽ habet scientiam: põt se facere pmoueri ad doctoratum sine pctõ. Secus est in minus instructis/qui se promoueri facientes incidunt in peccatum pręsumptionis. glo. est in clemẽ. 2. de magist. & notat Panor. in c. Cum in cũctis. col.2. de elec. Doctores autem decretorũ/doctores legũ pcedere debent: quia canonum scia nobilior est legali. Ita concludunt Panor. & alij. in c. Clerici. de iudi.

i ¶Qui oneratis homines oneribus &c. Circa hanc sententiam notandus est tex. Aug. in c. Omnia. 12. distin. vbi dr. Oia quę neq; sanctarum scripturarum auctoritatibus continẽt/nec in cõsilijs episcoporũ statuta inueniuntur/nec consuetudie vniuersalis ecclię roborata sunt: sed diuersorum locorum diuersis morib9 innumerabiliter variantur: ita vt vix aut nunq oĩno possint inueniri causæ/quas in eis constituendis hoies secuti sunt: vbi facultas tribuitur sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quis enim neq; hoc inueniri possit/quõ

contra fidem sint: ipsam tñ religionem christianã (quam in paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei voluit esse liberam) seruilibus oneribus premũt adeo: vt tolerabilior sit cõditio iudęorum. qui etiamsi tempus libertatis non cognouerunt: legalibus tamẽ sacramentis / nõ hũanis p̄sumptionibus subijciuntur. Hęc ibi. Cętera. ſ. onus. Matth. 23.

Leui. 13. a. b c. d.

Lepra & Leprosus.

¶ Homo [k] in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula / aut quasi lucens quippiã / idest plaga lepræ: adducetur [l] ad Aaron sacerdotem / vel ad vnum quenlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute / & pilos in album mutatos colorem: ipsamq; speciem lepræ humiliorem cute / & carne reliqua: plaga lepræ est: & ad arbitrium [m] eius separabitur. Sinautem lucens candor fuerit in cute: nec humilior carne reliqua / & pili coloris pristini: recludet [n] eum sacerdos septẽ diebus / & consyderabit die septimo. Et siquidem lepra vltra non creuerit / nec transierit in cute priores terminos: rursum recludet eum septem diebus alijs: & die septimo contemplabitur. Si [o] obscurior fuerit lepra / & non creuerit in cute: mundabit eam quia scabies est: lauabitq; homo vestimenta sua & mundus erit. Quod si [p] postq̃ a sacerdote visus est / & redditus est mundicię / iterum lepra creuerit: adducetur ad eum & immundiciç condemnabitur. Plaga lepræ si fuerit in homine: adducetur ad sacerdotem & videbit eum. Cumq; [q] color albus in cute fuerit / & capillorum mutauerit aspectũ: ipsa quoq; caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabitur atq; inolita cuti. Contaminabit itaq; eum sacerdos & non recludet: quia perspicuę immundiciæ est. Sinautem effloruerit discurrẽs lepra in cute / & operuerit omnem carnẽ a capite vsq; ad pedes / quicquid sub aspectu oculorum cadit: consyderabit eum sacerdos / & teneri lepra mundissima iudicabit: eo q; omnis cutis in candorem versa sit / & idcirco homo mundus erit. Quando vero caro viuens in ea apparuerit: tunc sacerdotis iudicio polluetur / & inter immundos reputabitur. Caro [r] eni viua si lepra aspergitur / immunda est. Quod si rursum

k ¶ Homo in cuius carne & cute &c. Quę hic de lepra dicũtur / ponit glo. in c. Voluisset. §. Ex his itaq;. versi. Moysi quoq;. de pœniten. dist. 1. vbi Archidiaconus ethicam seu moralem assumẽs interp̄tationem: dicit q; tũc lepra dr̃ esse in cute / quando peccatum apparet ex opere exteriori: in carne vero cum peccatũ est in conscientia siue in anima.

l ¶ Adducetur ad Aarõ sacerdotem / vel ad vnum filiorum eius. Sic qui vult a lepra peccati mundari: debet ad sacerdotem venire / vt ei suorum peccaminũ facta cõfessione: pc̃tã sua discernenda discutiendaq; cõmittat. Ita per hanc sententiam sentit tex. in d. c. Voluisset. §. Ex his. versi. Moysi. de pœ. disti. 1. & ibidem. Multę aliç tũ veteris tũ noui testamẽti sententiæ ad eundem effectum citantur.

m ¶ Ad arbitrium eius separabit. Sic pc̃tõribus ad sacerdotis arbitriũ pro pc̃i lepra separatio. i. pœnitẽtia iniũgitur. Pro qualitate em̃ peccati & p̄sidentium arbitrio tẽpora pniç decernenda sunt. Vnde Leo papa. Tẽpora pœnitudinis / habita moderatiõe cõstituenda sunt tuo iudicio: prout cõuersorũ animos prospexeris esse deuotos: pariter etiã habens ętatis senilis initiũ: & periculorũ quorũcũq; aut ægritudinũ respiciens necessitates. Vnde etiã in concilio Carthaginensi dr̃. Pœnitentibus secundũ differentiã peccatorum / epĩ arbitrio pœnitentiæ decernantur. Præmissa habent in c. 1. in fi. iũcto princi. c. Sequentis. & in c. Pœnitentibus. 26. q. 7. Hinc dicit Hiero. in c. Mensuram. de pœni. dis. 1. Mensuram tẽporis in agenda pœnitẽtia. Idcirco non satis apte prętigunt canones / pro vno quoq; crimine: vt de singulis dicant qualiter vnũquodq; emẽdandũ sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendũ statuũt. quia apud deũ non tam valet mẽsura temporis / q̃ doloris: nec abstinentia tm̃ ciborum / q̃ mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa tẽpora pœnitentiæ / p fide & conuersatione pœnitentiũ abbreuianda pręcipiũt: & pro negligentia ptelanda ęstimãt. Hęc tex. vbi glo. in verb. doloris. quæ cõiter tenet: dicit. Tantũ esse in pnia imponẽda datum sacerdotibus arbitriũ q; possent tantã in homine contritionẽ perspicere / q; nullam ei iniungerent pœnitentiam. Pręmissa istis verbis mystice acceptis accõmodantur: Literaliter aũt ea sumendo / aduertendũ est: q; etiam hodie de generali consuetudine / leprosi a cõione hominũ separantur. Ita dicit tex. in c. 1. in prin. de coniug. lepro. quę generalis consuetudo iure canonico satis est approbata: vt ibidẽ dicit glo. & facit tex. in c. 2. de eccle. ædif. dum ibi dicitur. Constituimus. vt vbicũq; tot simul leprosi sub cõmuni vita fuerint congregati: q; ecclesiam cũ cimiterio sibi cõstituere / & proprio gaudere valeant p̄sbytero / sine cõtradictione aliqua pmittantur habere. Hæc ibi. Imo nedum in vita separari debent / sed etiam in morte: quia cum alijs in cimiterio vel ecclesia sepeliri nequaq̃ debent. Ita cõcludit Panor. in c. Sacris. de sepul. Cętera videantur infra eodem. c.

n ¶ Recludet eum septem diebus: & considerabit die septimo. Docemur non esse faciles in iudicãdo alterius crimine: sed omnibus prius diligenter animaduersis / iudicium ferre. de quo videatur quod dictum est ṡ. in verbo iudicare. Ad Roma. 14. a.

o ¶ Si obscurior fuerit lepra / & non creuerit in cute &c. Sic cordis peccata q̃ intus manentia / aliorũ mores nequaq̃ corrũpunt / facilius remittunt. c. Quis aliqñ. versi. Secreta. de pœni. dist. 1.

p ¶ Si postq̃ a sacerdote &c. Sic pc̃tm̃ semel dimissum: si / vt canis vomitũ / resumamus: imũdi cẽsemur / & pristinam nobis parum profuisse pniam mõstramus. c. Pœnitẽtes. cũ. 7. sequẽ. de pœ. dist. 3. Hinc dicebat Augsti. in enchiridio. Cauendũ est ne qsq̃ existimet nefanda illa crimia: qualia qui agũt / regnũ dei nõ possidebunt / quotidie ppetrãda & eleemosinis quotidie redimẽda. In melius est qppe vita mutanda: & per eleemosinas de p̄teritis pc̃tis est ppitiandus deus: non adhoc emẽdus quodãmodo / vt ea semp liceat impune cõmittere. Nemini em̃ dedit laxamentũ peccãdi / q̃uis miserãdo deleat iã facta pc̃tã: si nõ satisfactio cõgrua negligat. Hęc tex. Aug. ic. Sane cauendum. de pœ. dist. 3.

q ¶ Cũq; color albus in cute fuerit &c. Sic manifesta legis pręuaricatio infert clarissime / hoĩez peccati labe cõmaculatũ esse: & talẽ ppterea absq; alia discussione iudicari posse. c. Estote misericordes. in fi. de regu. iur.

r ¶ Caro viua si lepra aspergat: imunda est. Caro viua lepra aspergitur

versa fuerit in alborem / & totum hominem operuerit : consyderabit eum sacerdos/& mūdum esse decernet. Caro & cutis in qua vlcus natum est / & sanatum : & in loco [s] vlceris cicatrix alba apparuerit siue subruffa : adducetur homo ad sacerdotē/ qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua/& pilos versos in candorem: contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta est in vlcere. Q̄ si pilus coloris est pristini/ & cicatrix subobscura/ & vicina carne nō est humilior: recludet eum septem diebus. Et si quidem creuerit adiudicabit eum lepræ. Sinautē steterit in loco suo: vlceris cicatrix est/& homo mundus erit. Caro autem & cutis quam ignis exusserit/ & sanata albā siue ruffam habuerit cicatricem: consyderabit eam sacerdos. Et ecce si versa est in alborem/ & locus eius reliqua cute est humilior: cōtaminabit eum: quia plaga [t] lepræ in cicatrice orta est. Q̄ si pilorum color non fuerit immutatus: nec humilior plaga carne reliqua/& ipa lepræ species fuerit subobscura: recludet eum septem diebus/& die septimo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra contaminabit eum. Sinautem in loco suo candor steterit non satis clarus/plaga combustionis est. Et idcirco mundabitur: quia cicatrix est combusturæ.

¶ Vir siue mulier in cuius [v] capite vel [x] barba germinauerit lepra: videbit eos sacerdos. Et siquidem humilior fuerit locus carne reliqua/& capillus flauus solito q̄ subtilior : contaminabit eos / quia lepra capitis ac barbæ est. Sinautem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni/& capillum nigrum : recludet eum septem diebus [t] & die septimo intuebitur. Si non creuerit macula/& capillus sui coloris est/& locus plagæ carni reliquę æqualis : radetur homo absq̄ loco maculæ/& includetur septem diebus alijs. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo/nec humilior carne reliqua: mundabit eum: lotisq̄ vestibus suis/ mundus erit. Sinautem [y] post emundationem rursus creuerit macula in cute : non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit commutatus: quia aperte immundus est. Porro si steterit [z] macula/& capilli nigri fuerint: nouerit hominem sanatum esse: & cōfidenter eum pronunciet mundum. Leui.13.d.e

seu lepram habet: dicit glo. ordi. q̄ si de anima(quę vita carnis est) aliquid falsum existimat: quales sunt Arabici qui animam simul cū corpore mori putant: & postea vtrūq̄ resurgere. c. Quidā. versi. Arabici. 24. q. 3.

s ¶ In loco vlceris cicatrix apparuerit. In cicatrice sanati vulneris lepram portant/qui post agnitionē fidei/ & medicinam dei quam in Christo suscipiunt: rursus aliquod iudicium erroris aut perfidiæ veteris dogmatis ostendunt. contra quos loquens textus in c. Ad abolendā §. Illos. de hære. dicit. Illos qui post abiurationē erroris sui/vel postq̄ se proprij antistitis examinatione purgauerūt/ dephensi fuerint: in abiuratam hęresim recidisse / seculari iudicio sine vlla penit⁹ audiētia decernimus relinquēdos. Hęc tex. De cuius intellectu est tex. qui videri potest in c. Super eo. de hęre. lib. vi.

t ¶ Plaga lepræ in cicatrice orta est. In cicatrice lepram habet / qui in abstinentiæ cruciatu corpora sua exurunt & p infidelitatē nō mūdicia inde/sed lepram gignūt q̄les sunt Circūcelliōes/ qui amore martyrij semetipsos perimūt vt violenter de hac vita discedentes martyres nominentur. c. Quidam. versi. Circūcelliōes. 24. q. 3.

v ¶ In cuius capite germinauerit lepra. In capite viri lepra germinat: cū in diuinitate seu in Chro erratur. Ita Archi. in c. Voluissent. col. 1. de pœ. dist. 1. Fuerunt autē plerīq̄ qui in Chro errauerunt. In primis enim fuerūt quidam vocati Basilidiani/ a Basilide sic appellati: q passū Ihesum abnegauit. cap. Quidā. versi. Basilidiani. 24. q. 3. Alij fuerunt Carpocratiani a Carpocrate quodā sic dicti: qui dixit Christum hominē fuisse tm̄: & de vtroq̄ sexu pgenitum. d. c. Quidā. versi. Carpocratiāi. Alij fuerunt Pauliani a Paulo Samorano exorti: qui dixit non semper fuisse Christum/sed a Maria sumpsisse initiū. d. c. Quidā. versi. Pauliani. Fuerunt etiā Ebionitę ab Ebione dicti siue a paupertate: Christum em per prouectū solū virum iustum putant effectū. d. c. Quidam. versi. Ebionitę. Alij fuerunt Fotiniani dicti a Fotiniano Gallogręcię Smyrnę episcopo nūcupati: q asseruit Christum ex Maria per Ioseph/nuptiali coitu fuisse conceptum. d. c. Quidā. versi. Fotiniani. Alij fuerunt Aetiani dicti ab Aetio. Et Eunomiani ab Eunomio quodā dialectico Aetij discipulo: dissimilē patre asserentes filium. d. c. Quidā. versi. Aetiani. Alij fuerūt Noetiani vocati qui dicebāt Chrm/ eūdē esse & patrē & spiritū sanctū: ipsamq̄ trinitatē in officiorū noibus/ nō personis accipiunt. d. c. Quidā. versi. Alij Arrhiani dicti ab Arrhio Alexandrino epo: qui coęternū patri filiū nō agnoscēs/ diuersas in trinitate substantias asseruit. d. c. Quidā. versi. Arrhiani. Alij Apollinaristæ vocati ab Apollinare: qui dicebat Chrm corpus tantūmō sine aia assumpsisse. d. c. Quidā. versi. Apollinaristæ. Alij Bonosiani a Bonosio quodā epo exorti: q Chrm dei filiū adoptiuum non pprīū asseruit. Alij Nestoriani dicti/ a Nestorio Constantinopolitano epo sic nūcupati: qui vnū Chrm ī verbo dei & carne nō credidit sed separatū atq̄ seiunctum: alterū filiū dei / alterū filiū hoīs pdicauit. d. c. Quidā. versi. Nestoriani. Alij Euticiani dicti ab Eutice Cōstātinopolitano abbate/ q Christum post hūanā assumptionē negauit existere de duabus naturis: sed solā in eo diuinā asseruit esse naturam. Alij Gnoitę dicti ab ignorantia: quia ad peruersitatē a qua exorti sunt/ id adijciunt: q̄ Christi diuinitas ignoret quæ sunt scripta de futura die & hora nouissima. d. c. Quidā. versi. Gnoitę. Sūt & alię hęreses sine auctore & sine noibus/ ex qbus: alię Chri diuinitatē passibilē esse dicunt: alię Chri natiuitatē de patre in tēpore initiū tēporis dant: & alię liberationem hoīm apud inferos Chri descēsione non credunt. d. c. Quidam. versi. Sunt & aliæ.

x ¶ Vel in barba. In barba leprā gerūt (dicit glo. or.) q de apostolis vel discipulis Chri peruerse sentiunt: quales sunt Cathaphrygę qui aduentū spūssancti non in apl̄os/ sed in se traditum asserunt. d. c. Quidā. versi. Cathaphrygijs. 24. q. 3.

y ¶ Sinautem post emundationem &c. Videatur q̄d dictum est s̄. eodem. p.

z ¶ Si steterit macula/& capilli nigri fuerint &c. Id est si luxerit impietatē suā/& veram egerit pœniten-

tiam: nouerit hominem esse sanatum. c. Quia diuinitatis. cum similibus. de pœni. distin. 1.
a ¶ In cuius cute candor apparuerit &c. Peccati macula exterior nequaꝙ̃ nos reddit immundos / si vsqꝫ ad consensum non perueniat. c. Sed pensandum. 6. distin.
b ¶ Habebit vestimenta dissuta &c. Qui lepra peccati sordidatus veram vult pœnitentiam agere vestimẽta habeat dissuta. i. in humilitate verset: caput nudũ. i. intellectũ paratũ ad intelligẽda suę emendationis remedia, Os veste contectum: ne fœtorẽ peccati loquẽdo diffundat in alios. & cõtaminatũ ac sordidũ se clamabit. i. singulas peccatorũ suorũ circunstantias homini scienti eum soluere / diligenter ꝑpalabit. c. 1. vbi diffusus tex. de pœ. distin. 5.
c ¶ Solus habitabit extra castra. His verbis literaliter acceptis: aduertendum est / ꝙ iure humano leprosi habitãt etiam soli. i. separati ab alijs non leprosis: vt dictum est s. eodẽ. m. quod verum videtur nisi vxores habeant. Virũ enim leprosum vxor etiam nõ leprosa: & vxorẽ leprosam vir etiam non leprosus sequi debet. ꝑut tamen & scdm ea quæ Alexander papa tertius ad Cantuarieñ. archiepm scribẽs in c. 1. de cõiug. leproso. dicit inquiens. Quoniã cum vir & vxor vna caro sint / non debet alter sine altero esse diutius. Mandam⁹ quaten⁹ vt vxores viros / & viri vxores qui lepræ morbũ incurrũt sequant: & eis coniugali affectione ministrent: solicitis exhortationib⁹ inducere non postponas. Si vero ad hoc iduci non poterunt / eis arctius iniungas vt vterqꝫ altero viuente cõtinentiã seruet. Qꝫ si mãdatũ tuũ seruare cõtempserint: vinculo excõicationis astrigas. Hęc tex. qui ꝑcedit qñ alter cõiugũ q in leprã incidit nõ peteret debitũ ab altero tũc eñ põt superior tolerare vt habitent seorsum: hortando eos ad continentiam. Sed si debitũ peteret: tunc pręcise esset reddendũ a sano: nec excusaretur volẽdo cõtinere. Bo. est tex. quẽ ita Panor. intelligit. in c. 2. in pri. & in versi. si. eo. ti. Imo leprosi nedũ vxores añ lepram habitas possunt secũ habere: sed etiã post leprã & separationẽ eorũ: possunt si cõtinere nolunt / & aliquã quę sibi nubere velit inuenerint: ad matrimonium cõuolare. Tex. est in d. c. 2. versi. Leprosi. de coniu. lepro.

Leui. 13. c. f. ¶ Vir siue mulier in [a] cuius cute cãdor apparuerit: intuebitur eos sacerdos. Si deprehẽderit subobscurum alborem lucere in cute: sciat nõ esse lepram / sed maculã coloris candidi & hominem mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt / caluus & mundus est. Et si a fronte ceciderint pili: recaluaster & mundus est. Si autem in caluitio / siue in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus / & hoc sacerdos viderit: demnabit eum haud dubie lepræ quæ orta est in caluitio.

Leuiti. 13. f. ¶ Quicunqꝫ maculatus fuerit lepra / & separatus ad arbitrium sacerdotis: habebit [b] vestimenta dissuta / caput nudum / os veste contectum: contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tẽpore quo leprosus est & immundus: solus [c] habitabit extra castra.

Leuiti. 13. f. in fine & g. per totum. ¶ Vestis [d] lanea siue linea quæ lepram habuerit in stamine atqꝫ subtegmine: aut certe pellis / vel quicquid ex pelle confectum est. Si alba vel rufa macula fuerit: infecta lepra reputabitur: ostendetur ꝙ sacerdoti. Qui cõsyderatam recludet septem diebus: & die septimo rursus aspiciens: si depręhenderit creuisse / lepra perseuerans est: pollutũ iudicabit vestimentum & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco cõburetur flãmis. Qꝫ si eam viderit non creuisse: præcipiet / & lauabunt id in quo lepra est: recludetqꝫ illud septẽ diebus alijs. Et cũ viderit faciem quidẽ pristinam non reuersam: nec tamen creuisse lepram: immuudum iudicabit / & igne comburet: eoꝙ infusa sit in superficie vestimẽti vel per totum lepra. Si autẽ obscurior fuerit locus leprę / postꝙ̃ vestis est lota: abrumpet eũ & a solido diuidet. Qꝫ si vltra apparuerit in his locis quę prius immaculata erant lepra [e] volatilis & vaga: debet igne comburi. Si cessauerit / lauabit aqua ea quę pura sunt secundo: & munda erunt. Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei / staminis atqꝫ subtegminis / omnisqꝫ suppellectilis pelliceę quomodo mũdari debet vel cõtamiari.

¶ De mundatione leprosi / & de eius oblatione secundum legem Mosaicam & sacrificio pro eo offerendo: habetur Leuitici. 14. a. b. c. d. & e. in principio.

14. e. f. g. ¶ Locutus est dominus ad Moysem & Aaron: dicens. Cum ingressi fueritis terram Chanaam / quam ego dabo vobis in possessionem. Si fuerit plaga [f] lepræ in ædibus: ibit [g] cuius est domus nuncians sa-

d ¶ Vestis quę leprã habuerit. In veste dr̃ esse lepra / cũ in virtutibus (quæ sunt vestes aiæ) peccat. vt cũ aliquis de virtutib⁹ superbit. Ita dicit Archi. in c. Voluissent. colũ. 1. de pœ. dis. 1. Lepra aũt in veste lanea (scdm glo. or.) significat illos: q pro adulatione delinquẽtes corrigere nolũt / sed consentiũt. de qbus loquit̃ tex. Greg. in c. Sit rector. versi. Sępe nãqꝫ. 43. dist. & in c. Sũt nõnulli. 46. dist. In veste vero linea significat eos: q quasi per iustitiam sęuiũt & peccatorẽ plus ad desperationẽ ꝙ̃ ad sanitatẽ trahũt. de quib⁹ ẽ tex. apertus in c. Recedite. in princip. 45. dist.
e ¶ Lepra volatilis & vaga. Lepra volatilis & vaga pc̃ti nos tenet: qñ nos mala egisse cognoscim⁹ & vitam⁹: sed ipsa culpa in alijs actib⁹ surrepit / ꝙ̃ nos in alijs tenuit. Sunt eñ qui carnali immũdicie subiecti ad se redeunt. Reatũ agnoscũt & cũ se correxerit de bono castitatis eleuant. Et sic quos imundicia operis tenebat in corpore: imundicia elationis tenet in mente. Lepra ergo volatilis nõ plene vestimentũ deseruit / sed locũ mutauit. Sic etiã q de diuitijs supbit / correctus pauperib⁹ oia distribuit: sed in corde elationẽ sumit: & lepra volatilis locũ mutauit. Alius sępe imoderatis verbis & inepte letitiæ deditus / a ꝑdicatione corripit̃: sed dũ vult esse grauis / & imoderate a gaudio cõstringit̃ / iracundus efficit̃. Pro hac declaratiõe (ꝙ̃ est Greg. per glo. or. citati) est bo. tex. eiusdẽ Grego. in c. Nerui testiculorũ. versi. Qꝫ melius. 13. dist.
f ¶ Plaga leprę in ædib⁹. Plaga leprę dr̃ esse in ędibus seu in domo: qñ peccatũ est in cõsciẽtia / vel in eccl'ia. Ita Archi. in d. c. Voluissent. col. 1. de pœ. dist. 1.
g ¶ Ibit cuius est domus &c. Pro cognoscenda quę in ędibus est. i. in eccl'ia / plaga leprę. i. hęretica prauitate

cerdoti: & dicetur. Quasi plaga lepre videtur michi esse i domo mea. At ille præcipiet vt efferantur vniuersa de domo / priusq̄ ingrediatur eam: vt videat vtrū leprosa sit: ne immūda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq; postea: vt cōsyderet lepram domus: & cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes / & humiliores superficie reliqua: egredietur ostium domus: & statim claudet eam septem diebus. Reuersusq; die septimo / consyderabit eam. Si inuenerit creuisse lepram: iubebit erui lapides in quibus lepra est / & proijci eos extra ciuitatem in locum immūdum: domū autem ipsam radi intrinsecus per circuitum: & spargi puluerem rasuræ extra vrbē / in locum immundum: lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerint: & luto alio liniri domum. Si autem postq̄ eruti sunt lapides / & puluis elatus: & alia terra lita: ingressus sacerdos viderit [h] reuersam lepram / & parietes aspersos maculis: lepra est perseuerans & immūda domus: quam statim destruēt & lapides eius ac ligna / atq; vniuersum puluerem proijciēt extra oppidum in locum immundum. Qui intrauerit domum / quando clausa est: immundus erit vsq; ad vesperum: & qui dormierit in ea / & comederit quippiā: lauabit vestimēta sua. Q. si introiens sacerdos viderit leprā non creuisse in domo / postq̄ demolita fuerit: purificabit eam reddita sanitate: & in purificatione eius sumet duos passeres / lignūq; cedrinum: & vermiculum atq; hysopum: & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas: tollet lignum cedrinum & hysopum / & cocum & passerem viuum: & tinget omnia in sanguine passeris immolati: atq; in aquis viuētibus: & asperget domum septies: purificabitq; eam tam in sanguine passeris / q̄ in aquis viuentibus: & in passere viuo / linoq; cedrino: & hysopo atq; vermiculo. Cumq; dimiserit passerem auolare in agrum libere: orabit pro domo / & iure mundabitur. Ista est lex omnis lepræ / & percussuræ lepræ vestium & domorum / cicatricis & erumpentium papularum: lucentis maculę / & in varias species coloribus immutatis: vt possit scire quo tēpore mundum quid / vel immundum sit.

¶Homo de semine Aaron qui [i] fuerit leprosus aut patiēs fluxum seminis / nō vescetur de his quæ sanctificata sunt michi: donec sanetur. Leui.22.a.

¶De Maria sorore Aaron quæ perfusa lepra apparuit: habetur Numeri.12. & infra in verbo Maria soror Moysi.

¶Si difficile [k] & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris: inter sanguinem & sanguinem / causam & causam: lepram & non lepram: & iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge & ascēde ad Deute.17.b

quidnam hodie faciendum sit / est bo. tex. in c. Cum ex iniuncto. §. pe. & fi. de hęre. vbi dicitur. Quilibet archiepiscopus vel eps / per se aut per per subdiaconū suū / aut alias honestas / idoneasq; personas. bis aut saltem semel in anno pprīā parrochiā in qua fama fuerit hęreticos habitare circūeat: & ibi tres aut plures boni testimonij viros / vel etiā si expedire videbitur: totā viciniā iurare cōpellat. q si quis ibidem hæreticos sciuerit / vel aliquos occulta conuenticula celebrantes / seu a cōmuni cōuersatione fideliū vita & moribus dissidentes: eos epo studeat indicare. Ipe autē eps ad p̄sentiam suam cōuocet accusatos: q nisi se ab obiecto reatu purgauerint / vel si post purgationē exhibitā in pristinā fuerint relapsi psidiam: canonice puniātur. Si q vero ex eis iuramenti religionē obstinatiōe dānabili respuentes / iurare forte noluerint: ex hoc ipsi tanq̄ hæretici reputent. Volumus igitur & mandam⁹ & in virtute obediētię districte p̄cipimus vt ad hęc efficaciter exequēda / epi p dioceses suas diligenter inuigilent: si canonicā velint effugere vltionem. Si quis enī eps super expurgando de sua diocesi hęreticæ prauitatis fermento negligens fuerit / vel remissus: cum id certis indicijs apparuerit / & ab epali officio deponat / & in locū ipi⁹ alter substituatur idoneus: q velit & possit hæreticam cōfundere prauitatem. Hæc ibi.

h ¶Viderit reuersam lepram &c. Quādo lepra. i. hæretica prauitas reuertit. i. qn̄ qs i eā relabitur quā abiurauerat hæreticam prauitatē pijciendus est extra oppidū. i. extra tuitionem ecclesiasticam. quia sine vlla penitus audiētia iudicio tradendus est seculari: q̄uis si adhuc pœniteat / nequaq̄ sint ei pœnitenti eccliastica pniæ ac eucharistię sacramenta deneganda. c. Super eo. de hęre. in vi.

i ¶Qui fuerit leprosus / aut patiens fluxum sanguinis &c. Non solū sacerdotes / sed etiā ministrantes vult abstinere a perceptione ciborum sanctoꝝ / donec pœnituerint. Et ita etiam vult tex. in c. Qui scelerate. & in c. Timorem. de consecra. dist. 2. & in cap. 1. paulo ante finem. de pœni. dist. quinta.

k ¶Si difficile & ambiguum &c. Hęc tota sententia ponitur in c. Per venerabilem. versi. Rationibus. Qui filij sint legi. & pro eius interp̄tatione subinsertur. Cum Deuteronomiū lex scda interp̄tet / ex vi vocabuli cōpbat: vt qd ibi decernit in nouo testamento debet obseruari. Locus enim quē elegit dn̄s / apostolica sedes esse dinoscitur. Cū enim Petrus vrbem fugiens exiuisset: volens eū dominus ad locum quē elegerat reuocare: interrogatus ab eo. Domine quo vadis respondit: venio Romam iterum crucifigi. qd intelligens p se dictum / ad locū ipm protinus est reuersus. Sūt aūt sacerdotes Leuitici gn̄is fratres nostri. i. cardinales / q nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existūt. Is vero super eos sacerdos siue iudex existit: cui dn̄s inqt Petro. Quodcūq; ligaueris super terrā: erit ligatū & in cœlis. Eius vicarius / qui ē sacerdos in eternū scdm ordinem Melchisedech / cōstitutus a deo iudex viuorū & mortuorū. Tria quippe distinguit iudicia. Primū iter sāguinē & sanguinē: per qd criminale intelligitur & ciuile. Vltimū inter lepram & lepram p quod ecclesiasticum & criminale notat. Mediū inter causam & causam / qd ad vtrūq; refert / tam eccliasticum q̄ ciuile: in quib⁹ cum aliquid fuerit difficile / vel ambiguum: ad iudicium est sedis aplice recurrendū. cuius sentētiam q superbiens cō

tempserit obseruare: pcipit. i. per excōicationis sententiā/ velut mortuus a cōione hoim separari. Hęc ibi.
l ℭ Veniesq ad sacerdotes Leuitici generis. Per hæc verba (dicit Panor. in d.c. Per venerabilem)col.3. Qui filij sunt legi. & in c. Ex gestis. in glo. 1. de cle. non residen. q ex iure diuino elicitur saltē figuratiue/ q papa non pōt explicare ardua negocia sine consilio cardinaliū. & subiungit: q non est textus melior in iure/ q in d.c. Per venerabilē: ad probandū q Cardinalat9 sit de iure diuino/ saltem figuratiue: cum ibidē papa hęc verba de cardinalib9 exponat. Et facit in aliqd arg. qd legitur. Dñi em sūt cardines terrę: & posuit super eos orbē. De hac materia & cęteris cardinalium prerogatiuas concernentibus: vide in solēni tractatu de prestan. cardi.

locum quē elegerit dominus deus tuus: veniesq [l] ad sacerdotes Leuitici generis/ & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresq ab eis/ qui indicabunt tibi iudicij veritatē: & facies quodcunq dixerint/ qui præsunt loco quē elegerit dominus/ & docuerit te iuxta legem eius: sequerisq sententiam eorum: nec declinabis [m] ad dextrā neq ad sinistram. Qui autē superbierit/ nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tēpore ministrat domino deo tuo: ex decreto iudicis/ morietur homo ille: & auferes malum de Israel: cūctusq populus audiens timebit: vt nullus deinceps intumescat superbia.

ℭDe Naaman leproso: habetur. 4. Regū. 5. & infra Naaman.
ℭDe Ozia rege leproso: habetur. 2. Regū. 26. in fine. & infra Ozias.
Esa. 53. a. b. ℭNon est species ei neq decor. Et vidimus eum/ & non erat aspectus: & desyderauimus eum despectum/ & nouissimum virorū: virum dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius/ & despectus: vnde nec reputauimus eum. Vere [n] languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum/ & percussum a deo/ & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus.
ℭDe leprosis mundatis a Ihesu: vide supra in verbo Ihesus.
Mat. 10. a. ℭLeprosos [o] mundate dicit Christus ad discipulos.

Letari. Letās. Letatus. Letitia & Letificare.

Iudicū. 9. b ℭNūquid possum deserere vinum meum quod lætificat deum & homines: & inter ligna cętera promoueri? Et infra vinum.
Psal. 4. b. ℭSignatum [p] est super nos lumē vultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo.
Psal. 9. a. ℭLætabor & exultabo in te domine: & psallā nomini tuo altissime.
15. in fine. ℭAdimplebis me domine lætitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq in finem.
20. a. ℭDomine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.
29. b. ℭAd vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
29. c. ℭConuertisti planctum meum in gaudium michi: concidisti [q] saccū meum & circundedisti me lætitia.
50. b. ℭAuditui meo dabis gaudiū & lętitiam: & exultabūt ossa humiliata.
50. c. ℭRedde michi domine lætitiam salutaris tui: & spiritu [r] principali confirma me.
57. b. ℭLętabitur [s] iustus cum viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
85. a. ℭLætifica domine animam serui tui: quoniam ad te domine animā meam leuaui.

m ℭNec declinabis ad dextram/ neq ad sinistrā. Pro multiplici istorum verborum declaratione. recurratur ad verbum dextra.
n ℭVere languores nostros &c. Hæc oia de Chfo in pphetiæ spū pnūciata sunt. put ē bo. tex in c. In quadam. colū. fi. de celeb. missa.
o ℭLeprosos mundare. Leprosos mundare ex diuina pēdet misericordia/ non ex hūana industria seu medicorū auxilio. Est enim lepra morbus incurabilis. Vñ prælato ecclīastico lepre morbum incurrente coadiutor dandus est: q curam habeat animarum/ & de facultatibus ecclię congruā recipiat portionem: & de eisdē ecclesiæ facultatib9 plato leproso necessaria ministrent. Neq em etiam pp̄ter lepram debet platus inferior/ aut superior puta eps/ amoueri: sed solum ei coadiutor dari. Tex. ē in c. de Rectoribus. & in cap. Tua nos. de cleri. ęgro. & in d.c. Tua nos. dicit Panor. hanc eē cōmunē opi. licet Hostiē. ibidē inter platū inferiorem & superiorē distinguat/ epm coadiuuādū/ inferiorē aūt platum remouendū existimās. Et pp̄ter hui9 morbi horrorēcōtagionēq ac incurabilitatē/ separant leprosi a cęteris/ vt s. dictū est sed eis dat puilegiū a iure vt de hortis & nutrimentis animaliū suorū decimas soluere non teneant. Tex. est in c. Cū dicat. in fi. de eccle. ædi. Et licet huius morbi incurabilitate non obstante/ matrimonium iam factum semper remaneat: nec sit dissoluēdū: sponsalia tñ de futuro/ propter hunc morbum superuenientem dissoluuntur: ita q desposatus/ leprosus effectus suā desposatā sanā/ ad matrimoniū cōsūmandū cogere nō pōt/ nec ecōtra. Tex. est in c. fi. de cōiu. lepro.
p ℭSignatū est super nos &c. Recurrat ad verbū lumē.
q ℭCōcidisti saccū meū/ & circūdedisti me lętitia. Satis cōforme est qd alibi dicit Psal. Scdm multitudinē dolorū meoꝝ/ consolatiōes tuæ lętificauerūt animā meam. Cui dicto facta est annotatio (q hic posset accōmodari) s. in verbo Consolatio.
r ℭSpiritu principali confirma me. Recurratur ad verbum confirmare.
s ℭLętabitur iustus cum viderit &c. Recurratur ad verbum lauare.

De leuitis dictum est s̃. in verbo diacões. vbi visum ẽ eos accipi pro his qui in templo ministrabãt. Vnde iuxta hanc sñiam quę de immobilibus bonis ipsorum loquitur: notari potest tex. odiosam esse talium bonorũ p̃sertim in laicos translationem decernens. in cap. 2. in prin. de re. eccle. non alie. lib. 6. dum ibi dicitur. Cõsultissimo prohibemus ędicto/ vniuersos & singulos pręlatos bona immobilia seu iura ecclesiarũ sibi cõmissarum laicis subijcere submittere seu supponere/ absq̃ capituli sui consensu & apostolicę sedis licentia speciali: non cõ-

demptæ non fuerint in iubileo: reuertentur ad dominos. quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. Suburbana autem eorum non veneant: quia possessio sempiterna est.

Nũeri. 3. a. ❡ Loquutus est dominus ad Moysem: dicens. Applica [f] tribum Leui: & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis/ vt ministrent ei. Et excubent & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij: & custodiant vasa tabernaculi/ seruientes in ministerio eius. Dabisq̃ [g] dono Leuitas Aaron & filijs eius/ quibus traditi sunt a filijs Israel.

cedendo bona ipa vel iura in emphiteosim/ seu alias alienando: in forma & rationibus a iure permissis. Sed constituẽdo vel recognoscẽdo seu profitendo ab illis ea tã q̃ a superioribus se tenere/ seu ab ipsis eadem aduocãdo prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur Auoner. vel ipsos patronos vel aduocatos seu patronos ecclesiarum: vel bonorũ ipsarũ perpetuo aut ad tempus non modicum statuendo. Contractus aũt omnes etiam iuramenti pœnę vel alterius cuiuslibet firmitatis adiectione vallatos: quos de talibus alienationibus sine hmõi licentia & consensu contigerit celebrari: & quicquid ex eis secutũ fuerit decernimus adeo viribus omnino carere: vt nec ius aliquod/ nec prę̃scribendi etiã causam parent. Et nichilominus pręlatos qui secus fecerint/ ipso facto ab officio & administratione. Clericos etiam qui scientes contra inhibitionem prędictam aliquid esse prę̃sumptum/ id superiori denũciare neglexerint a perceptione beneficiorum quæ in ecclesia obtinent/ sic grauata triennio statuimus esse suspẽsos &c. Hæc ibi. Et textus in cap. Nulli liceat. eodem titulo. in antiq. vbi dicitur. Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ siue agrum siue rusticum mãcipium. Neq̃ specialis hypotecę titulo obligare. Alienatiõis aũt verbũ cõtinet conditionem/ donationem/ venditionem/ permutationem & emphiteoticum perpetuum cõtractum. Vnde omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant pœnas timẽtes quas Leonina constitutio cõminat. Hęc text⁹. De leonina aũt constitutione est tex. in cap. Monemus. in fi. 12. quæstio. 2. vbi dicitur. Alienans sine dubio canonicam subeat vltionem: & quod ecclesiæ iniuste ablatũ ẽ/ reddere cõpellatur. Ita vt deinceps nullas vires p̃ his ad litigandum vel possidendum habere possit. Hęc ibi. Vel melius dici potest q̃ textus d. c. Nulli. in fi. dum meminit leoninę cõstitutionis/ se retulit ad l. Iubemus. §. Sane. 1. C. de sacro. eccle. vbi (posita prius de rebus ecclię immobilibus non alienandis constitutione) dicitur: Si hęc nostræ perennitatis statuta audaci spũ & mente sacrilega/ quisq̃ œconomicorum vel hominum temeranda crediderit. Ipse quidẽ q̃ p̃teruo ausu ecclesiastica p̃dia donationis seu cõmutationis titulo/ vel cuiuscũq̃ cõtract⁹ alterius nõie (nisi eo modo quo nunc statuimus) acquirere vel habere tẽtauerit: omnium huiusmodi fructum proprię temeritatis amittat: & precia quidem & mũera/ quę eius gratia data fuerint œconomo siue alijs cuiuscũq̃ personis/ ecclesię lucris & cõmodis acquirantur. Prædia autẽ & in his oĩa cõstituta/ ab ipsis clericis & tẽporalibus œconomis cum fructibus seu pensionibus vel accessionibus totius medij temporis vendicentur. vt tanq̃ penitus a nullo empta vel vendita teneant. Oeconom⁹ aũt qui hoc fecerit (imo fieri passus fuerit cõmissa sibi) œconomatus administratione priuetur: deq̃ eius bonis quodcũq̃ exinde incõmodum ecclesię contigerit reformetur: hęredesq̃ eius ac successores ac posteri/ super hoc facto sine consensu competenti ab ecclesiasticis personis actione pulsentur. His tabellionibus qui huiusmodi contractuum vetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere: irreuocabilis exilij animaduersione plectendis. His quoq̃ iudicibus vel ius gestorum habentibus qui huiusmodi donationum vel contractuum gesta cõfecerit: dignitatis propriæ & bonorum omnium spoliatione donãdis. Hęc ibi. Et licet illa dispositio esset localis/ vt ibi patet tamẽ fuit prorogata per imperatorem successorem Leonis ad omnes ecclesias. prout est textus apertus in Auctenti. de non alie. aut permutan. re. eccle. §. Quia vero Leonis. colla. 2. De bonis tamen ecclesiarum regularium/ per religiosos obtentarum est facta specialis constitutio in concilio Vieneñ. in hęc verba. Monasteriorum & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere cupientes: perpetuo prohibem⁹ edicto/ ne quis religiosus monasterio/ prioratui/ ecclesię/ seu administrationi: cuiuis prę̃sidẽs iura redditus/ aut possessiones eiusdem alicui ad vitam eius/ seu aliud certum tẽpus: pecunia etiã inde recepta quouis modo cõcedat: nisi necessitas aut vtilitas monasterij prioratus/ ecclesię aut administrationis hmõi hęc exposcat: Cõuent⁹ sui aut si conuentũ non habeat p̃lati proprij assensu ad hoc nichilominus accedente. Si q̃s aũt contra hoc fecerit: pœnã suspensionis ab officio eo ipso incurrat: nec ex cõcessiõe ipsi⁹ ius aliquod acquirat. Verum prę̃missa ad locationes/ vel etiam redditũum aut fructuũ venditiones/ ad tempus modicũ faciendas declaramus vllatenus nõ extẽdi. Hęc habetur in cle. 1. de re. eccle. non alie. Alia quę circa hanc materiam dici possent: videant per discursum causę duodecimę. in. 2. q. & in Auctẽ. Hoc ius porrectũ. C. de sa. eccle. canonica. 10. q. 2. c. 2. §. Hoc ius porrectũ. i.

f ❡ Applica ad te tribum Leui &c. De Leui/ Leuitę exorti sunt: a quibus in templo dei mystici sacramenti mysteria explebant. Ita dicit tex. in c. Cleros. versi. Leuitę 21. dist. de quo dictũ ẽ diffusius. s̃. in verb. Diacones. in prima annota. vbi videatur.

g ❡ Dabisq̃ dono leuitas Aaron & filijs ei⁹. Et sic Leuitę quos diacones seu diaconos vocam⁹: subsunt ep̃is & p̃sbyteris. Vñ in Niceno cõcilio legit. Peruenit ad sanctũ Conciliũ/ q̃ in locis q̃busdã & ciuitatib⁹/ p̃sbyteris sacramẽta diaconi porrigãt. hoc neq̃ regula/ neq̃ consuetudo tradidit: vt hij q̃ offerẽdi sacrificij nõ habẽt p̃tãtẽ his q̃ offerũt corp⁹ Chri porrigant. Sed & illud innotuit: q̃ qdã diacones ẽt añ ep̃os sacramẽta sumant. Hęc ergo oĩa amputent & excidãtur: & i sua diaconi mẽsura p̃maneãt: sciẽtesq̃ q̃a ep̃oꝝ ministri sũt/ inferiores a p̃sbyteris habẽt. Per ordinẽ ergo post p̃sbyteros sacrę grãm cõionis accipiãt/ aut ep̃o aut p̃sbytero porrigente eis. Sed nec sedere in medio prę̃sbyteroꝝ diacono liceat: q̃a si fiat/ hoc p̃ter regulã p̃bat̃ur existere. Si q̃s aũt post has definitiões obedire noluerit: a ministerio cessare debebit. Hęc Niceni concilij cõstitutio: habet in c. Peruenit. 93. dist. Et in cõcilio Laodiceñ dictũ ẽ. Nõ oportet diaconũ corã p̃sbyteris sedere/ sed iussiõe p̃sbyteri sedeat. c. Nõ oportet. eadẽ dis. Et in cõcilio Carthagineñ decretũ hoc est: diaconi ita se p̃sbyteris sicut ep̃is ministros esse cognoscãt. c. Diaconi ita. eadẽ dis. Et in sexta synodo quę fuit Cõstantinopolis. vt habetur in c. Prima aũt synodus. in fi. 16. disti. dictum ẽ. Prę̃cipimus ne diaconus quis ẽt in dignitate/ hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit/ ante p̃sbyterum sedeat: nisi cum locũ habuerit proprij patriarchę aut metropolitani sui p̃ aliquo capitulo.

Tunc enim ſicut illius locum tenens honorabitur. c. ſi. in prin. 93. diſtin. Vnde dicit Pelagius papa in c. Diacones propriam. eadem diſt. Diacones propriam conſtituimus obſeruare mēſuram/ neq; vltra tenorem paternis canonibus deputatū quippiam tentare permittimus: & nichil horum in ſuo miniſterio penitus applicare/ quæ primis ordinib9 proprie decreuit antiquitas. Abſq; epiſcopo vel prēſbytero. i. prēter auctoritatē epi vel prēſbyteri baptiſare non audeāt/ niſi pdictis ordinibus fortaſſis longius conſtitutis neceſſitas extrema compellat qđ etiam laicis chriſtianis facere plerūq; cōceditur. Sacri corporis erogatione ſub conſpectu epi ſeu prēſbyteri niſi his abſētibus ius non habeant exercendi. Hęc ibi.

❡Locutus eſt dominus ad Moyſem: dicens. Ego [h] tuli leuitas a filijs Iſrael pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Iſrael. erūtq; leuitæ mei &c. Nūeri. 3. b. in fine.

❡Locutus eſt dominus ad Moyſem dicēs. Tolle [i] leuitas ex medio filiorum Iſrael: & purificabis eos iuxta hunc ritum. Aſpergātur aqua/ luſtrationis: & radant omnes pilos carnis ſuæ. Cumq; lauerint veſtimenta ſua/ & mundati fuerint: tollent bouem de armentis: & libamētum eius ſimilam oleo conſperſam. Bouem autem alterum de armento accipies pro peccato: & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis/ conuocata omni multitudine filiorum Iſrael. Cumq; leuitę fuerint coram domino: ponēt filij Iſrael manus ſuas ſuper eos: & offeret Aaron Leuitas munus in conſpectu domini a filijs Iſrael / vt ſeruiant in miniſterio eius. Leuitæ quoq; ponēt manus ſuas ſuper capita boū: e quibus vnum facies pro peccato: & alterū in holocauſtum domini/ vt depreceris pro eis. Statueſq; Leuitas in cōſpectu eorum & filiorum eius: & conſecrabis oblatos domino / ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael vt ſint mei. Et poſtea ingrediantur tabernaculū fœderis vt ſeruiant michi. Sicq; purificabis & cōſecrabis eos in oblationē domini: quoniā dono donati ſunt michi a filijs Iſrael. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael accepi eos. Mea ſunt enim primogenita omnia filiorum Iſrael tam ex hominibus q̄ de iumētis. Ex die quo percuſſi omne primogenitū in terra Aegypti: ſanctificaui eos michi: & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael: tradidiq; eos dono Aaron & filijs eius de medio populi: vt ſeruiant [k] michi pro Iſrael in tabernaculo fœderis & orent pro eis ne ſit in populo plaga: ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuarium &c. Nūeri. 8. b. c. per totū.

❡Locutus eſt dominus ad Moyſem dicens. Hæc eſt lex Leuitarum: 8. d.

h ❡Ego aſſumpſi leuitas pro omni primogenito. Leuitę aſſumuntur pro primogenitis/ cum nō ſint primogeniti. Leui enī tertius naſcit de Lia: primus nāq; eſt Ruben. Secundus Simeon. Tertius Leui: ſed apud deū non habentur primogeniti qui corpore & natiuitate pcedūt: ſed quos propſito mētis ipſe in ordinem primitiuorum indicat aſſumendos. Pro hoc dicto gloſæ ordi. facit tex. in c. Quęritur. §. Itē opponitur. 22. quęſtio. 2. vbi probatur q; Iacob/ tametſi natu poſterior tamen primogenitus eſt reputatus deo ita diſponente vt ab Eſau primogenita emeret. Ab initio enī dictum erat. Iacob dilexi/ Eſau aūt odio habui.

i ❡Tolle leuitas ex numero filiorum Iſrael &c Myſtice ordinem eccleſiaſticum iſtruit/ q; rite prouehendus ſit aliqs ad dignitatem ſacerdotij. Vnde hodie anteq̄ ad ſacerdotalem ordinē fiat promotio/ prius debet promotio fieri ad ordines minores qui quatuor ſunt/ accolytatus/ exorciſtatus/ lectionatus/ & oſtiariatus: & poſtea ad duos ſacros ſubdiaconatum ſcʒ & diaconatum: & demū ad ſacrum ordinē ſacerdotalem. Q; ſi prioribus ordinibus non habitis/ ſacerdotalis ordo fuerit acceptus: non habet eius executio donec alij fuerint accepti. valet tamen ordinis ſacerdotalis collatio etiam ſi nullū ex pcedentibus accepiſſet: imo etiam ſi necdum in clericum fuiſſet ordinatus. Tex. eſt cum glo. in verbo miniſtrare/ quæ cōmuniter tenet in opinio. Vincentij. in c. 1. de cleri. per ſal. promo. & notat in c. 1. 52. diſtin. De ſolennitatibus aūt quę in iſtorum ordinum collatione ſeruari debent/ eſt tex. in c. Accolytus. cum tribus ſeq. & in c. Prēſbyter. cum principio cap. ſequentis. & in c. Subdiaconus. 23. diſtin. vbi dicitur. Accolytus cum ordinatur ab epiſcopo quidē doceat qualiter in officio ſuo agere debeat. ſed ab Archid. accipiat cæroferarium. i. candelabum cum cęreo: vt ſciat ſe ad accendēda eccleſię luminaria mancipari. Accipiat & vrceolū vacuū ad ſuggerendum vinū in euchariſtiam ſāguinis Chriſti. Exorciſta cum ordinatur accipiat de manu epi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi: dicente ſibi epiſcopo. Accipe & cōmenda memoriæ & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energuminuʒ ſiue baptiſatum ſiue cathecuminū. Lector cū ordinatur faciat de illo verbum eps ad plebem/ indicans eiuſdē fidē ac vitam atq; ingenium: poſthoc ſpectante plebe tradat ei codicem in quo lecturus eſt dicens. Accipe & eſto relator verbi dei. habiturus (ſi fideliter & vtiliter impleueris officium tuum) partem cū eis qui verbum dei miniſtrauerint. Oſtiarius cum ordinatur poſtq̄ ab archidiacono inſtructus fuerit qualiter in domo dei debeat conuerſari: ad ſuggeſtionem Archid. tradat ei eps claues eccłię/ de altario dicens ei. Sic age/ ſic viue quaſi redditur9 deo rationem pro his rebus quæ his clauibus recluduntur. Subdiaconus cū ordinatur patenam de manu epiſcopi accipiat vacuā/ & calicem vacuū. De manu vero Archi. accipiat vrceolum cum aqua manili & manutergio. Diaconus dum ordinat ſolus eps qui eum benedicit/ manus ſuper caput eius ponat: qa non ad ſacerdotium/ ſed ad miniſterium conſecratur. Prēſbyter aūt cum ordinatur epiſcopo eum benedicente/ & manum ſuper caput eius tenente: etiā omnes præſbyteri qui pſentes ſunt manus ſuas/ iuxta manus epi ſuper caput illius teneant. Eccleſiaſtica etiam inſtitutione præfixū nouimus: vt omnis ſacerdos cū ordinatur: orario vtroq; humero ambiatur: ſcʒ vt qui imperturbatus pcipitur perſiſtere inter pſpera & aduerſa: virtutū ſemper ornamento vtroq; circūſeptus appareat humero. Hæc ibi.

k ❡Vt ſeruiant michi &c. Viderint miniſtri dñi/ q̄ neceſſarium ſit eis officij ſui iura cuſtodire: nec terrenis lucris vel voluptatibus inhiare: quibus proprium eſt tabernaculo deſeruire/ & pro populo orare ne ſit in eo plaga diſperdens. Alioquin & ſe & populū in perditionem diſperdunt. bo. eſt tex. quo hæc ſententia glo. ordi. probatur in cap. Ipſi ſacerdotes. 1. q. prima.

¶ A vigintiquinq; annis &c. Hinc dicit concilij Toletani constitutio de qua habetur in c. In veteri.77. distin. In veteri lege ab anno.25. Leuitę tabernaculo seruire iubentur: cuius auctoritatē in canonibus & sancti patres secuti sunt. Nos & diuinę legis & pręceptorum canonū immemores & infantes & pueros / leuitas facimus ante legitimam ętatem / ante experientiam vitæ. Ideoq; ne vlterius fiat a nobis & diuina lege & canonicis admonemur sententijs vt a.25. anno suę ętatis leuitę consecrantur. & a tricesimo presbyteri ordinentur. Hęc tex.

a viginti [l] quinq; annis & supra / ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis. Cumq; quinquagesimum annum ætatis impleuerint seruire cessabunt: eruntq; ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis: vt custodiant quæ sibi fuerint commendata. Opera autem ipsa non faciant. Sic dispones leuitas in custodijs suis.

¶ De ciuitatibus quę iussę sunt dari leuitis: habetur Nūeri.35.a.&.b.

2.regū.15.c ¶ Sadoch sacerdos [m] & vniuersi leuitæ portabāt archam fœderis dei. Et latius supra in verbo archa.

2.pa.23.a.b ¶ Confortatus Ioiada assumpsit centuriones: qui circumeuntes Iudam / congregauerunt leuitas de cunctis vrbibus Iuda & principes familiarum Israel: veneruntq; in Hierusalem. Dixitq; ad eos Ioiada. Ecce filius regis regnabit sicut locutus est dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quem facietis. Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbatum sacerdotum & leuitarum & ianitorum / erit in portis. Tertia vero pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atrijs domus domini: nec quispiam alius ingrediatur domum domini / nisi sacerdotes & qui ministrant de leuitis. Ipsi tantummodo [n] ingrediantur: quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circūdent regem: habentes singuli arma sua. Et si aliquis alius ingressus fuerit templum / interficiatur: sintq; cum rege intrante & egrediēte. Fecerūt ergo leuitæ / & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioaida pontifex.

29.f. ¶ Ezechias rex constituit leuitas in domo domini: cum cymbalis & psalterijs / & cytharis: secundum dispositionem [o] Dauid regis & Gad videntis / & Nathan prophetæ. Siquidem domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntq; leuitæ tenentes organa Dauid / & sacerdotes tubas: & iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare.

eodem. ¶ Præcepit Ezechias & principes leuitis / vt laudarent dominum sermonibus Dauid & Asaph videntis: qui laudauerūt deum magna lætitia / & incuruato genu adorauerunt.

29.g. ¶ Sacerdotes pauci erant: nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent. Vnde & leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos / donec

Qui tñ hodie non seruatur. Sed ea in promouēdis ad sacros ordines debet ætas considerari / de quā habetur in cle. Generalem. de æta. & quali. vbi dicitur. Generalem ecclesiæ obseruantiā volentes antiquis iuribus i hac parte præferri: decernim⁹ vt (alio nō obstante impedimēto canonico) possit quis libere i decimooctauo ad subdiaconat⁹ / & i.xx. ad diaconat⁹. & in.25. ānō ętatis suæ ad pręsbyterat⁹ ordines promoueri. Hæc tex. Q; si ante pmemoratas ætates quis fuerit promotus: suspenditur ordinans a collatione ordinum / & ordinat⁹ ab executiōe ipsi⁹ ordinis vsq; ad legitimam ętatem. c. Vel nō est cōpos de tempo. ordi. Non est tamen sic ordinatus ipso facto suspensus / sed venit suspendendus. Vnde si āte legitimā ætatem ordinatus in pręsbyterum celebret: si adhuc per suspiotem non erat suspensus / nō efficitur irregularis. Ita tenet Cardi. zaba. in d. cle. Generalē. in sexta quęstio. i fi. quod nota / quia de hoc casu vidi iā tertio dubitari. primo i ciuitate Eduēsi āno.1511. Secundo in ciuitate Parisiēsi anno.1512. & Tertio in eadē Parisia ciuitate anno.1513.

m ¶ Sacerdos & leuitę portabant arcā fœderis. Circa hæc verba notetur quod dicitur in concilio Carthaginen. pręsente præsbytero diaconus eucharistiam corporis Chri populo (si necessitas cogit) iussus eroget. c. Pręsente pręsbytero.93. distin. & facit tex. in c. Diacones propriam. in fi. eadem distin.

n ¶ Ipsi tantūmodo ingrediantur. An hodie solis sacerdotibus & leuitis: & cæteris deo sacratis hominibus aliquam partem domus domini liceat ingredi: aduertendū est breuiter post pa. in cle. 1. de vita & hone. cleri. q ecclesia in plerisq; locis tres habet partes. prima est illa quę vicina est & proxima altari maiori: quæ solet quandoq; cancellis includi. & hęc pars qnq; sacrarium / quandoq; pręsbyteriū vocat / quādoq; sancta sanctorum. & in hac parte debent esse clerici celebrantes: pręsbyter sc3 diaconus & subdiaconus. Et ita pōt loqui textus i d. c. 1. de vita & hone. cleri. Secunda pars est chorus: & hęc pars subdiuiditur ab altari in multis locis per cancellos / etiam a toto corpore ecclesiæ: & in hac parte debent stare clerici tantum psallentes: duplici ratione Prima ne impediant clericos diuina ministrantes. Secunda vt clerici honorificentur / & sic eis deferatur in sedib⁹. vt habetur de consecra. distinctione secunda. in cap. Sacerdotum. Tertia pars est reliquū corpus ecclesiæ & vulgariter appellatur nauis ecclesiæ: & in illa parte ecclesię debent stare laici audientes diuina. Ita Panor. in d. c. 1. col. prima. In duobus tamen casibus laicis nedum masculis / sed etiam fœminis prope altare licitū ē accedere. Primus est causa orandi / secundus grā cōmunicandi: id est sacri Christi corporis assumendi. textus est in d. c. 1. in fi. de vita & hone. clerico. vbi Panor. addit tertium casum / scilicet causa offerendi. Subiūgit tamen post Innocentium q pręmissa pcedunt de honestate / ita q laicos contrauenientes non obligant ad peccatum / maxime vbi consuetudo est in contrarium. Subiungit etiam idem Panor. q laici præsertim deficientibus clericis / licite inuitant ad cantandū cum clericis: & maxime hoc fit in Francia vbi sunt boni cātores / similiter in Alamania bassa. Hæc Panormi.

o ¶ Secūdū dispositionē Dauid regis. De hac dispositiōe regis Dauid habet aliquid.21. dis. paulo post pri.

impleretur opus. Et sanctificarent antistites/ Leuitæ [p] quippe faciliori ritu sanctificantur q̃ sacerdotes.

ℂLeuitæ silentiũ faciebãt in omni populo: dicentes. Tacete/ quia sanctus est: nolite dolere. 2. Esdrę. 8. c

ℂLeuitæ [q] decimas accipiẽt ex omnibus ciuitatibus operũ nostrorũ. Erit autem sacerdos filius Aaron cum leuitis in decimis leuitarum: & leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo dei nostri ad gazophilacium/ in domo thesauri. Ad gazophilacium enim deportabunt filij Israel/ & filij Leui: primitias frumenti vini & olei: & ibi erũt vasa domini sanctificata: & sacerdotes & cantores & ianitores & ministri: & non dimittemus domum dei nostri. 10. d.

ℂSicut enumerari non possunt stellæ cœli/ & metiri arenæ maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei/ & Leuitas [r] ministros meos. Hiere. 33. d.

ℂSedebit dominus conflans & emundans argentum: & purgabit [s] filios Leui. Mala. 3. a.

ℂEx tribu Leui duodecĩ milia signati. Cætera supra ĩ verbo decima. Numeri. 18. d. Apoca. 7. b

Leuis & Leuitas.

ℂNunq̃ (ait Sara filia Raguelis) cum ludentibus miscui me: neq; [t] cum his qui in leuitate ambulabãt participem me feci. Thobię. 3. c

ℂQui [v] credit cito/ leuis corde est: & minorabitur. Eccli. 19. a.

ℂCursor leuis explicat vias suas. Et supra cursor. Hiere. 2. e.

ℂNunquid (dicit Paulus) leuitate vsus sum/. Cætera in substantiuis. 2. cori. 1. d.

Lia.

ℂRecurre ad verbum Iacob.

Liber substantiuum.

ℂReperit Helchias sacerdos librum legis domini: qui datus fuerat per manum Moysi. Vbi latius. 2. para. 34. c

ℂQuis michi (inquit Iob) tribuat auditorẽ: vt desyderium meũ audiat omnipotens: & librum [x] scribat ipse qui iudicat: vt in [y] humero meo portem illum: & circundam illum quasi coronam michi: per [z] singulos gradus meos pronunciabo illum: & quasi principi offeram eum. Iob. 3. d.

ℂMisit rex Anthiocus libros per manus nũciorum in Hierusalem & per omnes ciuitates Iudę vt sequerentur leges gentium terrę: & prohiberent holocausta & sacrificia & placationes fieri in templo dei & pro- 1. mach. 1. e. in fine.

p ℂLeuitę quippe faciliori ritu sanctificãtur. Facit tex. in arg. in c. Prębyter. iuncto c. Diaconus. 23. dist. de quo dictum est s. eodem. i.

q ℂLeuitę decimas accipient &c. Et leuitę offerent decimam partem decimę. Videatur quod dictum est s. in verbo decima. Numeri. 18. d. vbi de decimis quas accipiebãt & soluebãt leuitę dictum est.

r ℂEt leuitas ministros meos. Finito eñ sacerdotio legali/ sacerdotium Chri manebit in æternum. Notat in c. Translato. de consti. Et iste est sensus datus a glo. ordi. Verbis aũt hui9 sniç literaliter acceptis: in sacerdotib9 q̃ in proprijs leuitis melius procederet: dicente Hiero. ĩ c. Legim9. col. 3. 93. disti. Diacones paucitas honorabiles/ presbyteros turba cõtẽptibiles facit.

s ℂEt purgabit filios Leui. Videatur tex. in c. Et purgabit. 50. distinctio.

t ℂNeq; cum his qui in leuitate ambulant: participẽ me feci. Leuitas etiam satis iure humano est improbata: vt in notabili casu pbat textus. in c. Quidam. de de renũ. vbi cõstitutiõe generalis concilij dicit. Quidã cedendi licentiã cum instantia postulantes/ ea obtẽta cedere ptermittũt. Sed cũ in postulatiõe hmõi aut ecclesiarum cõmoda (quibus psunt) aut salutẽ videantur propriam attendisse quorum neutrũ suasionibus aliquorũ q̃rentium quę sua sunt/ seu etiã leuitate qualibet/ nolum9 impedire: eos ad cedendũ decernimus cõpellendos. Hęc ibi. Quandoq; tamẽ leuitas non improbat. Vnde dicit Specu. i ti. de restitu. institu. §. fi. versi. Hoc quoq;. Leuis & constans vt res expostulat esto.

v ℂQui cito credit leuis corde est. Facit qd dicit glo. in c. Omnib9. in glo. fi. 2. q. 5. vbi dicit q leues dicuntur qui de facili credũt ea quæ probari non possunt.

x ℂEt librum scribat ipse q iudicat. Christus cui pater dedit omne iudicium veniens ad nostram redemptionem nouũ nobis testamentum condidit: eritq; q̃q; auctor iudicij/ qui nunc est auctor libri: vt tunc districtius exigat/ q nũc mansuetus iubet. Circa hanc declarationẽ (q̃ est glo. or.) põt notari tex. in c. Hęc aũt. §. Ex his. 23. q. 4. vbi de ea qua venit Christus mansuetudine sermo fit: & textus in Aucten. Iusiurandũ qd pręsta. ab his &c. §. fi. Ibi terribili iudicio magni dei/ & saluatoris nostri Ihesu Christi. colla. 2. vbi Chrm districte singula iudicaturum probatur.

y ℂVt in humero meo portẽ illũ & circũdẽ &c. Librũ in humero portare (dicit glo. or.) est scripturam sacrã operãdo pficere. Prius aũt describit in hũero portari/ & postmodũ sicut corona circundari: qa sacri eloquij mãdata/ si mõ bñ portãt in opere/ postmodũ nobis victoriæ coronã exhibẽt in retributiõe. Neq; eñ aliter pennis retributio a nobis sperãda est: nisi librũ portem9. i. qd ex sacra scriptur ab onũ esse faciẽdũ cognoscim9/ opere cõpleam9. Sciẽti qppe bonũ/ & nõ facienti: pctm est illi. Et q Chrm dicit se nosse/ & eius mãdata nõ seruat/ mẽdax est. Dicit tex. post diuinũ eloquiũ. in c. Si eñ. paulo añ. §. Eligat. de pœ. dist. 2.

z ℂPer singulos gradus meos pnũciabo illũ. Incremẽta virtutũ gradus vocat: qm per ipsa ascẽditur/ vt ad cœlestia obtinenda veniat. Et quasi per singulos gradus librũ pronũciat q percepisse se ei9 sniam/ nõ p verba tm sed et p opa demõstrat. seu qui p incremẽta virtutũ quę accepit/ ei semper laudẽ suę pietatis reddit. Ita dicit textus vbi hæc verba Iob ponunt in c. Dum sanctam. colũ. 1. de pœni. distin. prima.

hiberent celebrari sabbatum & dies solennes.

1.mach.1.g. ℭLibros[a] legis dei cōbusserūt (Antiochi regis principes) igni/& scindentes eos: & apud quęcunq; inueniebantur libri testamenti domini: & quicunq; obseruabant legem domini/secundum edictum regis trucidabant eum.

Psal.68.f. ℭDeleantur[b] de libro viuentium: & cum iustis non scribantur.

138.c. ℭImperfectum meum viderunt oculi tui: & in[c] libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur/& nemo in eis.

Eccēs.12.d. ℭFaciendi[d] plures libros/nullus est finis.

Esaię.29.d. ℭErit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti litteras: dicēt. Lege istū: & respōdebit non possum/signatus est enim. Et dabit liber nesciēti litteras: diceturq; ei. Lege: & respōdebit/nescio litteras.

Ezech.2.d. ℭVidi & ecce manus[e] missa ad me in qua[f] erat inuolutus liber: & expandit illum corā me: qui[g] erat scriptus intus & foris. & scriptę[h] erāt in eo lamentationes/& carmen/& vę.

Danie.12.a ℭSaluabitur populus omnis qui inuentus fuerit scriptus[i] in libro.

Actuū.19.d ℭMulti ex Iudęis qui fuerant curiosa sectati/cōtulerunt libros & cōbusserūt[k] eos coram omnibus: & computatis precijs illorum/inuenerunt pecuniam denarium quinquaginta milium: ita fortiter crescebat verbum dei & confirmatur.

ℭCætera supra in verbo Ihesus. Lucæ.4.c. & Ioā. vlti. in fine. & infra in verbo videre. Apoca.5. & Apoca.20.

Liber/adiectiue/ & Libertas.

ℭDe seruis libertate donandis vide infra in verbo Seruus.

Deute.15.c ℭCum tibi vēditus fuerit frater tuus hebręus aut hebræa/& sex annis

a ℭLibros legis dei combusserunt. Recurratur ad verbum Antiochus.

b ℭDeleantur de libro viuentium/& cum iustis non scribantur. Secundū iustitiam delet quis de libro viuentiū: quia gratia substracta ea operari permittit quibus ętern ā meretur dānationem. Hinc propheta loquēs ex persona Christi/ait. Deleantur de libro viuentium: hoc est substrahatur eis gratia/qua substracta hic in profundū vitiorum deinde in ęternam dānationem pręcipitent: & cum iustis non scribātur. i. nō apponat eis gr̄a qua fiāt digni æterna salute. Tex. est cuius hæc oia verba sunt in c. In domo. versi. Item scdm iustitiam. de pœni. dist. 4. vbi tn̄ glo. & Archid. dicunt: q; hęc psal. sentētia/magis respicit deletionem scdm pręsciētiā/ q̄ deletionē secundū iustitiam. Deleri aūt scdm pręscientiā/est ad mortē non ad vitā pscri. c. Benedictus. versi. Similiter. de pœ. dist. 4. Quid autē sit liber vitę declarat idē Archidiaconus in cap. Si ex bono. §. Finis. eadem distinctio. vbi dicitur q; liber vitę ęternę secūdū Hug. de sancto Victore. est cuius origo est æterna & superadmirabilis/essentia inuestigabilis/scriptura indelebilis/ & verba innumerabilia/& omnia sūt vnum verbū/ de quo dictum est. In principio erat verbum. Alibi vero sc; tn̄ d. c. In domo. col. 1. dicit idē Archid. q; liber vitę est notitia dei: & notitia dī pdestinatio qua pręde stinauit ad vitam oēs saluandos. Non est aūt intelligendum q; deus scribat aliquem in hoc libro quē postea deleat: sed dicūt aliq inde deleri: sc; sedm spē illorū q credunt se ibi scriptos. Ita Archid. in d. cap. In domo.

c ℭIn libro tuo omnes scribentur. In libro domini scribi dicimur secundum pręscientiam & secundum iustitiam. Scribi secundum pręscientiam/est ad vitam pręordinari. Secundum iustitiam scribi/est deo auctore ea operari: quorum merito sit dign9 ęterna salute. Tex. est in c. Si ex bono. in fi. iuncto c. Nouit. §. Porro: de pœniten. dist. 4.

d ℭFaciendi plures libros nullus est finis. Plures hacten9 facti sunt/& quotidie fiunt libri: sed vt hac tēpestate: ita priscis tēporibus non omnes admissi sunt. Vnde pro his quos ecclesia recepit/& quos non admittendos censuit: potest videri amplus ac diffusus textus in cap. Sancta. §. Iam nunc subijciendum. decimaquita distictio. Quid autem proprie veniat appellatione librorum/declarat Vlpianus iureconsultus. in l. Librorum. ff. de lega. 3. sic inquiens. Librorum appellatiōe continentur omnia volumina siue in charta siue in mēbrana sint/siue in quauis alia materia. Vnde si cui centum libri sint legati: centum volumina ei dabimus/non centum quæ quis ingenio suo metitus est quæ ad libri scripturam sufficerent: vt puta cum haberet Homerum totum in vno volumine: non. 48. libros computamus/sed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum est. Libris tamē legatis/libri nondum perscripti non continebuntur non magis q̄ vestis appellatione nondū detexta cōtinetur: sed perscripti libri nondū malleati vel ornati continebuntur: proinde & nondum conglutinati vel emēdati cōtinebuntur: sed & mēbranę nondum consutę continebuntur. Hæc textus. dicte l. Librorum. in principio. iuncto. §. 1. & §. Sed nec cœpti. De libris vero sufficientibus ad decisiōnem causarū/ videatur quod diffuse scribit Fely. in cap. 2. in. 18. col. de rescrip. in quo cap. 2. per Panor. & alios cōmuniter concluditur: librum decreti approbatum esse & pro Auctentico haberi.

e ℭManus missa ad me. Ad eos manus domini extenditur/qui beneficium dei cōsequūtur. Vn̄ & extēsione manuum Moysi ad deum/ Israel superauit Amalech. c. si. in fi. 36. distin.

f ℭIn qua erat inuolutus liber. Dei bn̄ficio datus est nobis sacrę scripturæ liber/inuolutus. i. multiplicib9 sententijs plenus & quarūlibet aliarum scientiarū succo refert9. c. legimus. versi. Hic idem Ambrosi9. 37 distin.

g ℭQui erat scriptus intus & foris. Diuina nāq; scriptura sensum habet exteriorem satis patentē/& interiorem mysticum multiplicem & varium: prout dictum est s. in verbo intellectus.

h ℭIn eo scriptæ erāt lamētationes & carmē & vę. In diuinę scripturę libro/lamentatiōes scribūt. Vnde scindite corda vr̄a/& nō vestimēta vr̄a. Iohel. 2. & c. Scindite. de pœ. dist. 1. & Carmē. Vn̄ gaudete in illa die: qa merces vr̄a copiosa ē in cœlis. Mat. 5. & 1. q. 1. c. Teneam9. & ve vn̄/ibi erit fletus & stridor dentiū. Mat. 8. & c. Ecclię principes. 35. dist.

i ℭScriptus in libro. i. pdestinat9 ad vitā. d. c. Si ex bono. i fi. de pœ. dis. 4.

k ℭCombusserunt eos coram omnibus. De libris impiorum seu perfidorum publice concremandis: est bonus textus in l. Dānato. versiculo. Necnō. C. de hęre. vbi dicitur. Impios libros nephandi & sacrilegi Nestorij

aduersus venerabilē orthodoxōrum sectam/decretaq sacratissimi cœtus antistitum Ephesi habiti scriptos: habere aut legere aut describere non audeat quisq̄: quos diligenti requiri studio/& publice comburi decernimus. Et in l. Mathematicos. C.de episco.audien. Dicit tex. mathematicos si non sunt parati codicibus erroris p prij/ sub oculis epōrum incendio cōcrematis/catholicę religionis cultui fidē tradere: non solū ab vrbe Roma sed etiam ab omnibus ciuitatibus depelli decernimus. & in l. Quicūq. paulo ąte fi. C.de hęre. dicit tex. Omnes hmōi chartę ac libri qui funestū Euthicetis hoc ē Apollinaris fuerint dogma cōplexi incēdio cōcremētur: vt facinorosę puersitatis vestigia ita flammis cōbusta pereāt. Hęc ibi. De istis autē libris loquens Archi. in c. fi. i fi. 24. q. 2. dicit p illū tex. q libri hęreseos pro enormitate & odio delicti/si penes aliquem inueniantur: faciūt vt censeatur ac reputetur hæretic⁹. & ex hoc solo possit vt hæreticus dānari. Quod tñ in alijs criminibus non fieret: quia si in scrinio alicui⁹ iueniātur rationes aut instrumenta/per quæ appareat eum vsurarium fuisse: ex hoc solo non iudicabitur vsurari⁹. nisi alia iudicia concurrant. Ita tenēt glo. & Archi. ibidē. Posset tamen ponderari textus incōtrariū in cle. 1. de procu. & in l. Fili⁹. ff. ad mace

seruierit tibi: in septimo anno dimittes [l] eum liberum. Et quem libertate donaueris: nequaq̄ [m] vacuum abire patieris: sed dabis viaticū de gregibus/& de area & torculari tuo/quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memēto q & ipse seruieris in terra Aegypti & liberauerit te dominus deus tuus: & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit: nolo egredi eo q diligat te & domum tuam/& bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulam & perforabis aurem eius i ianua domus tuæ: & seruiet tibi vsq in æternum. Ancillæ quoq similiter facies. Et habetur similis sententia. Exodi. 21. b.

❡Deus vltionum dominus: deus vltionum libere [n] egit. Psal. 93. a.

❡Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: non [o] defraudes illum libertate: neq inopem derelinquas illum. Eccli. 7. c.

❡Vt quid libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? 1. cori. 10. f.

❡Vbi [p] spiritus domini est: ibi libertas. 2. cori. 3. d.

Liberare. ❡Suscitauit domin⁹ iudices qui liberarēt filios Israel de vastantium manibus. Sed nec eos audire voluerunt fornicantes cū dijs alienis: & adorantes eos. Iudicū. 2. c.

❡Libera me domine & pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me. Iob. 17. a.

❡Facile est (ait Iudas Machabæus) cōcludi multos i manu paucorū: & non est differētia in conspectu dei cœli liberare in multis & in pau- 1. mach. 3. b in fine.

l ❡Septimo anno dimittes eum liberum. Sic etiam iure humano in plerisq casibus/serui consequuntur libertatem. Primo enim seruus languidus a dño de domo eiectus/& nemini in curam datus consequitur hodie libertatem: etiam nullo iure patronatus domio reseruato. Tex. est in l. Vnica. §. Sed scimus. C. de lati. liber. tollē. Secūdo ancilla vēdita sub pacto/ne pstituat: pstituta libera efficitur: & idem si vendēs sibi reseruauit in casum pstitutiōis manus iniectionē/& ipe postea eā pstituit: quia adhuc libera efficitur/nec aliqd ius patronatus reseruat. d. l. Vnica. §. Similiq modo. Tertio serui pileati cadauer domini antecedentes vel in lecto cadaueris stantes liberi efficiuntur: iure tamē patronatus patronis integro reseruato. d. l. Vnica. §. Sed & qui dñi funus. Quarto si quis homini libero suam ancillam i matrimonio collocauerit/& dotē pro ea conscripserit: ancilla libera efficit. d. l. Vnica. §. Sed & si quis. Quinto qui suā ancillam tradidit in matrimoniū tanq̄ liberam/siue confecerit dotalia instrumēta/siue non/aut sciēs eā duci tacuit ex studio: dominium ei⁹ amittit: eaq ad ingenuitatē capitur seu libertatē consequit. tex. est in Auctēn. Adhoc. in prin. C. eo. ti. Sexto si dñs inter acta quēdā seruum filiū suū noiauerit: voci eius q̄tum ad liberā cōditionem standū est: vt sit seruus vera libertate/& nō falso dñi sermone sustentatus. d. l. Vnica. §. Similiq mō si domin⁹. Septio si dñs instrumenta seruitutis tradat seruo/vel corrūpat in pręsentia quinq testiū: seruus liber efficitur/iure patronatus dño illęso seruato. d. l. Vnica. §. pe. Octauo seruus qui vindicauit necē domini pro pmio libertatem cōsequitur/snia contra occisores lata & non prius. l. 1. C. Qui. ex cau. serui. p pręm. liber. acci. Nono seruus qui defert falsatorem monetæ libertatē consequitur/& domino fiscus dat pcium serui. l. 2. C. eo. ti. Decimo si qs seru⁹/crimē raptus virgis dissimulatione pręteritū/aut pactione transmissum detulerit in publicū: libertate donatur. l. Si quis seruus. C. eo. Vndecimo si desertorem militię seruus prodiderit/libertatem consequitur. l. fi. C. eo. Duodecimo si seruus vēditus est hoc pacto/vt intra annum fiat liber: etiā si sine hęrede decesserit & emptor & venditor/seruo libertas cōpetit. sed & si mutauerit voluntatem venditor/nichilominus libertas cōpetit. l. 1. ff. Qui sine ma. ad liber. pue. & facit tex. in l. Eū qui ita. & in l. Si qs hac lege. ff. eodē. Qz si in vēditione serui sub conditione vt manumittat nullum tēpus sit pfixum. i. qd manumitti debeat: tūc fauor inducit vt infra duos mēses si ambo pręsto sunt. i. tā seruus q̄ emptor eius. Seruo eñi absente nisi emptor infra. 4. menses imposuerit libertatē/ex cōstitutionibus ad libertatem eripit. Ita dicit tex. in l. Latin⁹ larg⁹ q̄ est l. fi. ff. eo. m ❡Nequaq̄ vacuū abire patieris. Iure hūano dñs seruū libertate donans/censet ei peculiū suū donare: nisi expresse adimat. l. Si sticho peculiū. ff. de peculio. Quod verū si seruus donet libertate inter viuos: secus si in vltima voluntate. hanc distinctionem facit tex. in. §. Peculiū aūt. insti. de legatis. & in l. Vnica. ff. de pecu. eius qui liber. meruit. n ❡Libere egit. Dicitur quis libere facere seu libere facere posse qñ sine auctoritate alterius vel consensu pōt facere. bonus est tex. in c. de multa. in verb. libere. & ibi Panor. col. 1. de pben. in c. Cum liberū. & ibi Panor. de sepul. in c. Cum in cunctis. §. Cum vero. in verbo liberam. de elect. Et est glo. i cle. Dudum. in verbo libere. de sepul. notat Dominicus in c. 2. col. 4. de consti. in vj. & Iason in l. Centurio. colū. 25. de vulga. & pupil. ff. o ❡Non defraudes illum libertate. Facit celebris tex. Gregorij papæ in c. Cum redemptor. 12. q. 2. vbi dr. Cū redēptor noster toti⁹ cōditor creaturę/adhoc ppitiat⁹ hūanā voluit carnē assumere: vt diuinitatis suę gra/dirupto (quo tenebamur captiui) viculo seruitutis/pristinę nos restitueret libertati: salubriter agit si hoies quos ab initio natura liberos ptulit/& iusgentiū iugo restituit seruitutis: in ea q̄ nati fuerant manumittentis beneficio libertati reddantur. Atq ideo pietatis intuitu/huius rei consideratione permoti: nos Montanum & Thomam famulos sanctę Ro. ecclīæ. cui nos deo auctore deseruimus/liberos ex hac die ciuesq Ro. efficim⁹: oēq vrm relaxam⁹ seruitutis peculiū. Hęc ibi. Cętera q̄ hic de fauore libertati debito dici possent/pertranseo. p ❡Vbi spūs dei ibi libertas. Tex. est hinc sumptus i c. Duę sūt. in fi. 19. q. 2.

q ¶ Non in multitudine &c. Recurratur ad verbum differentia.
r Libera me de sanguinibus. i. de peccatis. Glo. est ita hæc verba declarans in c. Inter hęc hircum.2. in verbo sanguine. de pœni. dist. 2.
s ¶ Ne dicas reddam malum pro malo. Videatur circa hęc verba bo. tex. in c. Sex sunt differentiæ. 23. q. 3. de quo dictum est in verbo Dauid.

cis: quoniam non [q] in multitudine exercitus victoria belli: sed de cœlo fortitudo est.

Psal.21.a. ¶ In te domine sperauerunt patres nostri: sperauerũt/ & liberasti eos.

Psal.40.a. ¶ Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Et supra diffusius in verbo egenus.

50.c. ¶ Libera me de [r] sanguinibus deus deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

68.d. ¶ Intende domine animæ meæ/ & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

78.b. ¶ Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui libera nos.

114.b. ¶ Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum & liberauit me.

puer.20.c. ¶ Ne [s] dicas/ reddã malũ ꝑ malo: sed expecta dominũ & liberabit te.

24.b. ¶ Erue [t] eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

25.b. ¶ Gratia & amicitia liberant: quas [v] tibi serua/ ne exprobrabilis fias.

Sapiẽ.16.b ¶ Tu es domine qui liberas ab omni malo.

Ezech.7.c. ¶ Argentum [x] eorum: & aurum eorum nõ valebit liberare eos/ in die furoris domini.

Ad rõa.7. ppe finem. ¶ Infœlix [y] ego homo (ait Paulus) quis me liberabit de corpore mortis huius?

Psal.17.a. Liberator.

¶ Dominus firmamẽtum meum/ & refugium meũ/ & liberator [z] meus.

Gene.30.a. Liberi.

¶ Cernens Rachel ꝙ infœcunda esset inuidit sorori suæ: & ait marito suo Iacob. Da [a] michi liberos alioquin moriar.

31.c. ¶ Surrexit Iacob & ĩpositis liberis ac cõiugib⁹ suis sup camelos abijt.

Iob.24.b. ¶ Aliqui quasi onagri egrediuntur ad opus suum: vigilãtesq; ad prædam præparant [b] panem liberis.

Oseæ.9.c. ¶ Da eis vuluam sine liberis: & vbera arentia.

Hester.4.a Licere & Licitum.

¶ Nõ erat licitum: indutum sacco aulam regis intrare.

Thob.2.d. ¶ Non [c] licet nobis aut edere ex furto aliquid: aut contingere.

1.cori.6.c. ¶ Omnia [d] michi licent: sed non omnia expediunt.

t ¶ Erue eos qui ducuntur ad mortẽ. Recurratur ad id qđ diffuse dictum est in verbo ducere.
v ¶ Quas tibi serua &c. Declaretur vt in verbo exprobabilis.
x ¶ Argẽtum & aurum non valebit liberare. Applicando hanc sententiam iuri humano: argentum & aurum nõ valebit liberare/ quãdo species debetur & pro specie aurum vel argentum offertur/ qđ creditor nõ vult accipere. Aliud enĩ pro alio/ inuito creditore regulariter solui non potest. insti. qui mo. tol. obli. in prin. Idem si aurum vel argentũ debeat. sed totum id quod detur non offertur: Partẽ eñ oblatam non tenet creditor nisi velit recipere. l. Tutor §. Lucius. ff. de vsu. nisi debitor partem tantum fateretur. quia tunc ptem confessatã tenetur creditor accipere/ & super alia ptelitigare si velit. tex. est in l. Quidam æstimauerunt. ff. Si cer. peta. Vnde si pign⁹ sit obligatũ pro cetum: quis offerantur quinquaginta/ aut etiam oẽs aurei vno tãtum dempto: tñ pignus non erit liberatũ. Tex. est i l. Quãdiu. ff. de distrac. pig. & notat glo. in c. Sũt plures. de pœ. dis. 3. Multa alia possẽt hic cumulari quæ consulto ꝑtereo.
y ¶ Infœlix ego homo. Recurrat ĩ. ad verbum homo.
z ¶ Liberator meus. De Christo liberatore nostro/ ẽ moralis tex. in c. Cum redemptor. in princ. 12. q. 2. de quo dictum est supra in verbo libertas. o.

a ¶ Da michi liberos. Tametsi liberorum appellatio stricte hic sumat ꝑ filijs/ tñ proprie liberoꝝ appellatione nepotes & ꝓnepotes/ cæteriq; q ex his descẽdunt/ continet. Hos eñ oẽs liberoꝝ appellatione lex. 12. tabularũ cõphendit. l. Liberorũ. in prin. ff. de verb. sig. & ibi Bar. in. 1. oppo. dicit ꝙ istud est ex ꝓpria significatiõe. Quid autẽ de appellatione filiorũ an cõphendat etiã nepotes: tractat diffuse Bar. in d. l. Liberorũ. & dictũ est aliquid ŝ. in verb. Filius. Iob.27. Liberorũ tñ appellatio/ ꝓprie eos solos cõphendit: q ex libero sunt matrimonio ꝓgeniti. Tex. est in c. fi. in prĩ. 32. q. 4. de quo videndũ est qđ late notat in c. In præsentia. de ꝓba. & in l. Generaliter. C. de insti. & substi. sub condi. fac. b ¶ Pręparant panẽ liberis. Præparandus est panis liberis/ sed non ex pręda: in necessitate tñ leuius esset crimen. c. Si qs propter necessitatem. de furtis.
c ¶ Non licet nobis aut edere aliqđ ex furto. Recurratur ad verbum furtum. d ¶ Oia michi licent/ sed nõ oia expediũt. Istis verbis facta est ãnotatio ŝ. in verb. Expedire. sed ibi dictis addat celebris tex. i hac materia in c. Siceñ. versi. Ita plane. 28. q. 1. vbi dr̃. Ipsum licitũ ptim qdẽ expedit/ partim vero nõ expedit: Expedit eñ tunc/ qñ non solũ ꝓpter iustitiã (q corã deo est) ꝑmittit: sed etiã hoibus nullũ ex hoc ꝑiudiciũ salutis infert. Velut cũ dat cõsiliũ virginib⁹ nõ nubẽdi apl's/ vn ꝓceptum dñi se nõ habere testat. Licet aliud facere. i. nubere & minus cotinẽtiæ bonũ tenere in nuptijs. Ipsum quoq; licitũ etiã expedit: qm̃ in vetita & illicita ruiturã carnis infirmitatẽ. sic permisit excipere honestatem nubendi: vt neminem impediat ad salutem: quis magis expediret magisq; honestum esset/ si virgo consilium quo præceptum eam non compellit/ arriperet. Tunc autem

Omnia [e] michi licent: ſed ego ſub nullius poteſtate redigar.
¶ Omnia [f] michi licent: ſed non omnia ædificant. 1.cori.10.c
¶ Audiuit Paulus archana [g] quæ non licet homini loqui. 12.b.

Licentia. ¶ Non expedit vt inſoleſcat [h] per licētiam. Heſter.3.b.
¶ Videte ne forte hæc [i] licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. 1.cori.8.c.

Ligare. ¶ Conſerua fili mi præcepta patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo iugiter: & circūda gutturi tuo. puerb.6.c.
¶ Liga legem in digitis tuis: ſcribe illam in tabulis cordis tui. 7.a.
¶ Quodcunqꝫ [k] ligaueris ſuper terram &c. vt infra in verbo Petrus.
¶ Cohors & tribunus & miniſtri Iudæorū comprehenderūt Iheſum/ & ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primum. Ioan.18.c.

Lignum. ¶ Produxit dominus deus de humo omne [l] lignū pulchrum viſu/ & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi/ lignumqꝫ ſcientiæ boni & mali. Gene.2.b.
¶ Præcepit homini deus: dicens. Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem [m] ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunqꝫ enim die comederis ex eo: morte morieris &c. 2.c.
¶ Dominus oſtendit Moyſi lignum: quod cū miſiſſet in aquas in dulcedinem [n] verſæ ſunt. Exodi.15.d
¶ Facies (dixit dominꝰ ad Moyſem) altare de lignis Sethim quod habebit quinqꝫ cubitos in longitudine: & totidē in latitudine/ ideſt quadrum: & tres cubitos in altitudine. 27.a.
¶ Factum eſt cum eſſent filij Iſrael in ſolitudine/ & inueniſſent hominem colligētem ligna in die ſabbati: obtulerūt eum Moyſi & Aaron/ & vniuerſæ multitudini. Qui recluſerunt eum in carcerem: neſcientes Nūeri.15.d

non expedit id quod licitum eſt quando permittitur quidem: ſed vſus ipſius poteſtatis alijs affert impedimentū ſalutis: ſicut eſt diſceſſio coniugis fidelis ab infideli: quam non prohibet dominus ꝓcepto legis: quia coram illo iniuſta non eſt: ſed prohibet apl's conſilio charitatis/ quia infidelibus affert impedimētū ſalutis: non ſolum qa pernicioſiſſime ſcandalizētur offenſi; verūetiam quia cū in alia coniugia ceciderint: viuentibus eis a quibꝰ dimittuntur adulterinis nexibus colligati/ difficile reſoluuntur. Hęc tex. qui adhuc dilatat hāc materiam: ſed hæc pro huius declaratione ſententię ſufficiunt.

e ¶ Omnia michi licent: ſed ego ſub nulliꝰ redigar poteſtate. Videatur quod dictū eſt in verbo expedire.

f ¶ Omnia michi licent: ſed non omnia ędificant. Simile dicit textꝰ in l. Non omne. in prin. ff. de regu. iuris. Nō omne quod licet honeſtum eſt. Et notat Archi. in c. Aliud. in pricipio. 11. q. prima.

g ¶ Quæ non licet homini loqui. Recurratur ad verbum arcanū.

h ¶ Inſoleſcat per licentiam. Qꝛ nimia licētia/ inſoleſcendi præbeat argumentum: eſt etiā bonus tex. in cap. Placuit. in fine. 21. qſt. 2. vbi ꝓmiſſo ꝙ aliq clerici proprijs eccleſijs auctoritate propria dimiſſis/ ad alias tranſibant: ſubiungitur. Non poterit in talibus propagatiōis aboleri licentia: niſi fuerit ī eis per correctionē diſciplinę correctio ſubſecuta. Hæc ibi. Vnde ꝑ ampliori declaratione huius materię aduertendū eſt: ꝙ q̄dā eſt licentia ꝓſumptionis/ de qua hæc ſententia loqui poteſt: & d. c. Placuit. Alia ē licentia diſpenſationis: vt quando per ſymoniam ignoranter promoto datur licentia exequendi officium. cap. ſi. in fi. 1. q. 5. Alia eſt licentia occaſiōis: de qua loquitur Aug. in c. Si tu abſtines. 27. q. 2. vbi dr̄. Si tu abſtines ſine vxoris voluntate: tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuę imputabitur abſtinentię. Alia eſt licentia permiſſionis ſeu tolerantię: de qua loquens textus in c. Qui ſyncera. in fi. 45. diſtin. dicit. Iudęi omnes feſtiuitates feriaſqꝫ ſuas liberam habeant obſeruandi celebrandiqꝫ licentiam. Et facit tex. in Auctēn. Licentiam. C. de epiſ. & cleri. Alia eſt licentia approbationis. de qua eſt tex. in c. De his. in fi. 28. diſt. vbi dr̄. Quibus volūtas propria deſiderium nubendi perſuaſerit: conceſſam ab apoſtolo licentiam auferre non poſſumus. Hęc ibi.

i ¶ Ne forte hęc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Licētia ꝑmiſſionis ſeu tolerātię: cæteris eſt nōnūq̄ pernicioſa. Vnde & dicitur quędam eſſe quę licent: quę tamen non expediunt: vt dictum eſt ī verbo ꝓximo.

k. ¶ Quodcunqꝫ ligaueris &c. De iſtis verbis ſatis diffuſe loquuntur iura canonica. de quibus reſeruo dicendum in verbo Petrus.

l ¶ Omne lignum pulchrum viſu &c. Lignum hoc loco pro arbore ſumitur. Proprie tamen arbor a ligno diſtinguitur. Arbor em̄ eſt cum terrę coaleſcit. lignum vero quando iam ſciſſum eſt. Tex. eſt cum glo. in l. pe. ff. Pro ſocio. Sed nec omnis arbor abſciſſa vocatur lignum/ termino proprie ſumpto. Ligni enim appellatio/ q̄uis nomen generale eſt: tamen ſic ſeparat vt ſit aliud materia: aliud lignum. Materia eſt/ quę ad ædificandum fulciendūqꝫ neceſſaria eſt. Lignum quicquid cōburendi cauſa paratum eſt. Tex. eſt ita dicens in l. Ligni appellatio. in prin. ff. de lega. 3. Vnde Offilius lib. 5. iuris partiti ita reſcripſit. Cui ligna legata ſunt: ad eum ligna omnia pertinere quæ alio nomine non appellantur. veluti virgę/ carbones/ nuclei oliuarum: quibus ad nullā aliā rem niſi ad cōburendum poſſit vti. d. l. Ligni. verſi. Offilius. Immo ſpecialius loquēdo lignis legatis quod comburendi cauſa paratum eſt: continetur ſiue ad balnei calefactionē ſiue dictarū hypocauſtarum/ ſiue ad calcē/ ſiue ad aliam rem coquendam ſolebat vti. Vnde etiam lignorum appellatione in quibuſdā regionibus vt in Aegypto vbi arundine pro ligno vtuntur: & arūdines & papyrū cōburunt: & herbulę quędam vel ſpinę vel vepres continebuntur. Ita dicit textus in d. l. Ligni appellatio. verſi. Lignis. & verſi. Lignorum.

m ¶ De ligno ſciētię boni & mali ne comedas. Oportebat vt hō ſub dn̄o poſitus ab aliquo ꝓhiberet/ vt virtus eſſet merēdi obediētia: quę ſola veriſſime virtꝰ ē rōnali creaturę degēti ſub ptāte dei. Sicut primū & maximū vitiū tumoris: velle vti ptāte ſua/ qđ eſt inobedientia. Nō em̄ erat vn̄ homo habere ſe dominū cogitaret: niſi ei aliquid iuberetur. Arbor ergo nō erat mala: ſed ſciētię dicta nocendi bonū & malū: quia poſt ꝓhibitionē erat in illa trāgreſſio futura qua homo experiēdo diſceret quid eſſet inter obediētiæ bonum/ & obedientiæ malum. Pro hoc dicto qđ eſt glo. or. eſt tex. apertus qui Gregorij eſt in c. Quid ergo. 11. q. 3. de quo textu dictū eſt ſ. ī huius annotatione ſuię. in verbo comedere.

n ¶ In dulcedinem verſæ ſunt. Hæc aquarum amaritudo

in dulcedinē per ligni īmissionē versa: citatur per textū in c. Reuera. versi. Marath. de conse. distinc. 2. ad probandum: non esse vsquaq incredibilem panis & vini post verbo sacramentaliū prolationē/ in Christi corpus & sanguinē conuersionē. De quo textu dictū est diffuse s. in verb. Ihesus.

o ℭ Obruerunt eum lapidibus. De hoc homine/ ob collecta ligna in sabbato lapidibus obruto: notāter loquitur textus in c. Quid ergo. in fi. 23. questi. 5. dicēs. Si quis punitus sit/ vt ille qui in sabbato ligna collegerat: talis postea non puniet: quia culpa leuis præsenti iudicio seueritatis compensata sit. Et idē dicit textus in c. Ignis succensus est. i fi. & in c. querat hic aliquis. in fi. prin. de pœni. distinc. 3. Et dicit Archi. in cap. Ad eius. in princi. 5. distin. q hodie colligere ligna in sabbato peccatū non est.

quid super eo facere deberent. Dixitq dominus ad Moysem. Morte moriatur homo iste: obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq eduxissent eum foras obruerunt [o] eum lapidibus: & mortuus est sicut præceperat dominus.

Deute. 21. d ℭMaledictus a deo est qui pendet in ligno.

Iudicū. 9. b ℭIerunt ligna [oo] vt vngerent super se regem. Dixeruntq oliuæ. Impera nobis. Quæ respondit. Nunquid possum deserere pinguedinem meam/ qua & dij vtuntur & homines: & venire vt inter ligna promouear? Dixeruntq ligna ad arborem ficum. Veni & super nos regnum accipe. Quæ respōdit eis. Nunquid possum deserere dulcedinem meā fructusq suauissimos/ & ire vt iter cetera ligna pmouear? Loquutaq sunt ligna ad vitem. Veni & impera nobis. Quæ respondit eis. Nunquid possum deserere vinum meum quod letificat deum & homines: & inter ligna cætera promoueri? Dixerūt omnia ligna ad rhamnum. Veni & impera super nos. Quæ respondit eis. Si vere me regem vobis constituistis/ venite: & sub vmbra mea requiescite. Si autem non vultis egrediatur ignis de rhamno & deuoret cedros Libani.

3. regū. 6. c. ℭFecit Salomon in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum: decem cubitorum altitudinis.

2. para. 9. c. ℭSerui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir/ & ligna thina/ & gēmas pretiosissimas: de quibus fecit rex/ de lignis scilicet thinis/ gradus in domo domini & in domo regia citharas quoq & psalteria cantoribus.



Iob. 14. b. ℭLignū [p] habet spem: si precisum fuerit/ rursum virescit: & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius: & in puluere mortuus fuerit trūcus illius: ad odorē aquæ germinabit/ & faciet comā quasi cū primum plantatum est &c.

Psal. 1. a. ℭLignum [q] quod plantatum est secus decursus aquarū: fructum suū dabit in tempore suo.

Canti. 3. d. ℭFerculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.

Esaię. 40. e ℭForte lignū & imputribile elegit artifex sapiens: quærit quomodo statuat simulachrum quod non moueatur.

Ezechie. 17 in fine. ℭScient (ait dominus) omnia ligna regionis: quia ego [r] dominus humiliaui lignum sublime/ & exaltaui lignū humile/ & siccaui lignum viride/ & frondere feci lignum aridum. Ego dn̄s loquutus sum & feci.

47. c. ℭSuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraq parte/ omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo: & non deficiet fructus eius per singulos mēses. Afferet primitiua: quia aquæ eius de sanctuario egredientur. Et erunt fructus eius in cibum: & folia eius ad medicinam.

Lucę. 23. e. ℭSi in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet?

1. petri. 2. d. ℭPeccata nostra Christus pertulit in corpore suo super [s] lignum: vt peccatis mortui/ iustitiæ viuamus.

Apoca. 2. b. ℭVincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso dei mei.

oo ℭ Ierunt ligna vt vngerent sup se regē &c. Hæc parabola de oliua/ ficu/ & vinea/ recusantibus super alias arbores promoueri: tria indicat genera hominū regiminis dignitatem refugientium. Primi sunt deuoti: quærētes in oratione & diuinis obsequijs occupari: a qbus distrahit cura regiminis quæ causat distractionem mentis. & isti significantur per oliuam. Et de istis loquitur textus i c. In scripturis. 8. questi. 1. Secundi sunt sacratū literarū studiosi: quarum dulcedine per regiminis curā nolunt retrahi: scientes q om̄e qd hic eminet/ plus mœroribus afficitur: q honorib gaudet. ca. Nerui. versi. Alius pēsare. 13. distinc. & isti per ficum signantur. Tertij sunt hoies vere humiles: qui se promotione ad aliorum regimē indignos existimant: sed tamen pro obediētię merito & alio commodis/ oblatas dignitates nonnunq accipiūt. Instar vitis/ quę tametsi ob eius humile lignū ab alio sustētetur: Apto tamē tempore suauissimū oibus exhibet fructū. Et de istis loquitur bonus tex. Augustini in c. Vos autem fratres. 16. questi. 1. & d. ca. In scripturis. in fine. 8. questi. 1.

p ℭ Si precisum fuerit: rursum virescit. Hoc lignum dici potest lignū cęduum: sicut silua cędua vocatur scdm Seruium/ quę succisa rursus ex stirpibus aut radicib renascitur. l. Sylua cędua. ff. de verbo. sig.

q ℭ Lignū qd plantatū est. Videat qd dictū est s. eodē. in. 1. anno.

r ℭ Ego dn̄s humiliaui lignū sublime &c. Hac sententia scdm glo. interlinearē ostenditur loco Iudęorum olim sublimium: & virore scripturarū & prophetarū florentium/ populum gentilē tunc humilem & aridū subrogatum esse. Vnde videatur textus idem probans in c. Cum igitur. §. Hac itaq. versi. Est & alia. & versi. Deinde. 35. questi. 1. de quo dictum est in verb. Ihesus. Matthęi. 15. x.

s ℭ Super lignum. Quare Christus ad faciendā humani generis redemptionē crucis lignū elegerit: videatur quod satis diffuse dictum est s. in verb. Crux.

¶Cetera in verbis Archa. Gene.6.c. & Exo.25.b. Iustitia. Sap.14.a. & in verbo linguatus. Eccli.8.a.

Lilium. ¶Ego flos campi & lilium conualliũ. Sicut [t] liliũ inter spinas: sic amica mea inter filias. Canti.2.a.

Lingua & Linguatus. ¶Descẽdamus (dixit dominus lo- Gene.11.a.
quens de filijs Adam/ turrim Babylonis ædificãtibus) & cõfundamus
ibi linguam eorum: vt non audiat vnusquisq; vocẽ proximi sui.

¶Vertit Pharao nomen Ioseph: & vocauit eum lingua [v] ægyptiaca/ 41.f.
saluatorem mundi.

¶Ait Moyses. Obsecro domine nõ sum eloquẽs ab heri & nudiuster- Exodi.4.c.
tius: & ex quo loquutus es ad seruum tuũ: impeditioris & tardioris lin-
guæ sum. Et infra Moyses.

¶Linguã impij Nicanoris præcisam iussit Iudas Machabeus parti- 2.mach.15.f
culatim auibus dari.

¶Disperdat [x] dominus vniuersa labia dolosa/ & linguã magniloquã. Psal.11.a.

¶Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum. 33.c.

¶Dixi [y] custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. 38.a.

¶Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. 44.a.

¶Filij [z] hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorũ gla- 56.a.
dius acutus.

¶Exacuerunt [a] vt gladiũ linguas suas: intenderunt arcum rẽ amarã/ 63.a.
vt sagittent in occultis immaculatum.

¶Dixit dominus ex Basan/ cõuertã: conuertã in profundum maris. 67.c.
Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimi-
cis ab ipso.

¶Posuerunt [b] in cœlum os suum: & lingua eorum transiuit in terra. 72.b.

¶Acuerũt linguas [c] suas sicut serpẽtes: venenũ aspidũ sub labijs eorũ. 139.a.

¶Vir linguosus [d] non dirigetur in terra: virum iniustum mala capiẽt 139.c.
in interitu.

¶Argentum electum/ lingua iusti: cor autem impiorum pro nichilo. puer.10.c.

¶Est qui promittit & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua au- puerb.12.c.
tem sapientium est sanitas.

¶Hominis est animam præparare: & domini gubernare linguam. 16.a.

¶Qui [e] vertit linguam/ incidet in malum. 17.c.

¶Mors & vita in manibus linguę: & qui diligũt eam: comedent fru- 18.d.
ctus eius.

¶Lingua mollis confringet duritiam. 25.c.

¶Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricũ operatur ruinas. 26.in fine.

¶In lingua [f] sapientia dignoscitur: & sensus/ & scientia/ & doctrina/ Eccli.4.d.
in verbo sensati.

t ¶Sicut lilium inter spinas &c. Hęc verba solent ab ecclesia in laudẽ verbiparę virginis accõmodari: quę vt liliũ inter spinas enascens: sine vllo punctionis aculeo nitorẽ cõtrahit & odorẽ: sic inter spinas. i. peccatores conuersationẽ habens/ nullã prorsus cõtraxit spinarũ. i. peccatorũ compunctionẽ. Sed vt in ipso cõceptu nichil habuit originalis peccati: ita in sua cõuersatione nullam actualis aut mentalis reatus labem accepit. de quo videatur qd dicetur. i. in verb. Maria virgo. De lilijs autẽ obiter notetur qd dicit Egidius de Ro. in suo trac. de potesta. eccle. q; sc; arma liliorũ fuerũt regi Frãcię Clodoueo cœlitus demissa. de quo reseruo dicendum. i. in verb. Rex.

v ¶Ligua ægyptiaca. Vide quod statiz dicet de pluralitate linguarũ.

x ¶Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: & linguam magniloquã. Cum tñ linguã vnã dolosus habeat: multas tamẽ videt habere quales sunt causidici male cõscientię/ qui solum lucrũ non conscientiã seu iustitiam attendentes: linguã variant diuersis modis. Et dicit Isido. duodecĩo etymologiarũ/ q; serpens præ cęteris animalibus/ linguã suam celerius mouet: sic & dicti causidici (proch dolor) propter pecuniæ quæstum linguas variant: vt nedum triplicẽ/ sed etiã multiplicẽ habere videantur. Vnde de istis dici potest: dispdat dominus vniuersa labia dolosa/ & linguã magniloquã. Ita dicit Albe. de Ro. in dictionario in verbo Lingua.

y ¶Dixi custodiam vias meas &c. Recurrat ad annotationẽ factã in verb. Delinquere.

z ¶Filij hominũ dẽtes eorũ. Recurratur ad verbum Dens.

a ¶Exacuerũt vt gladiũ linguas suas &c. Hęc sententia potest in eos q alijs detrahunt accõmodari. Si quidẽ eorum lingua/ instar gladij nocet: immo nõnunq plus gladio. vnde videantur quę dicta sunt s. in verb. detrahere. K.

b ¶Posuerũt in cœlum os suum &c. De hoc dicto Psal. est textus in c. Intantum. 21. distinc. de quo dictũ est sup hac sententia in verb. Cœlum.

c ¶Acuerũt linguas suas sicut serpẽtes. Satis astipulatur quod legitur Ecclesiastes. 10 Si mordeat serpens: in silentio nichil eo minus habet/ q occulte detrahit. Cui dicto facta est annotatio (quę hic posset accõmodari) s. in verb. Detrahere.

d ¶Vir linguosus nõ diriget in terra. Idest vir q nimia loquẽdi voluptate capitur/ rectã loquẽdi meusurã non sortietur. Multiloquio enim subditus: ex eo sese inquinat. qd si ordinate promeret: plem rectę cogitationis edere in audientiũ corde potuisset. Et dũ incautus p loquacitatẽ defluit: nõ ad vsum generis sed ad imundiciã semẽ fundit. Ita dicit tex. in c. Sit rector. paulo ante fi. 43. distinc.

e ¶Qui vertit linguã: incidet in malum. Linguã vertit/ qui presentibus adulatur. & eidẽ absentibus detrahit. hoc autem & illud parat malum gehẽnę. c. Summa iniquitas. in prin. 6. quęsti. 1. iuncto c. Sunt nõnulli. versi. Væ his qui consuunt paluillos sub omni cubito manus. 46. distinc.

f ¶In lingua sapientia dinoscitur. Videatur qd super hac sentẽtia dictum est in verb. Doctrina.

Eccl.4.d. ℭNoli[g] citatus esse i lingua tua: & inutilis & remissus i operib⁹ tuis.

5.c. ℭOmnis peccator probatur in duplici lingua.

5.d. ℭLingua imprudentis: subuersio est ipsius.

eodem. ℭNe appelleris susurro in vita tua: & lingua tua ne capiaris & confundaris.

6.a. ℭLingua eucharis in bono homine abundabit.

8.a. ℭNon litiges cum homine linguato: & nõ strues in ignẽ illius ligna.

9.in fine. ℭTerribilis[h] est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odiosus erit.

19.c. ℭEst qui[i] labitur in lingua sua: sed nõ ex animo. Quis[k] est enim qui non deliquerit in lingua sua?

21.b. ℭNotus a longe potens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso.

25.b. ℭBeatus qui lingua sua non est lapsus.

26.b. ℭIn muliere zælotipa flagellum linguæ omnibus communicans.

37.d. ℭVerbum nequam immutabit cor ex quo partes quatuor oriũtur: bonum & malum/vita & mors/& dominatrix[l] illorũ est assidua lingua.

28.b. ℭCertamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinẽ: & lingua[ll] testificans adducet mortẽ. Si sufflaueris/quasi ignis exardebit & si expueris super illam/extinguetur.

28.c. ℭLingua[m] tertia multos commouit: & dispersit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitũ destruxit: & domos magnatorũ effodit. Virtutes populorum concidit: & gentes fortes dissoluit.

eodem. ℭLingua tertia mulieres viratas eiecit: & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam non habebit requiem: nec habebit amicum in quo requiescat.

ℭFlagelli plaga liuorẽ facit: plaga[n] autem linguæ comminuet ossa.

ℭMulti ceciderunt in ore gladij: sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.

ℭBeatus qui tectus est a lingua nequam: qui in iracundia illius non transiuit: & qui non attraxit iugum illius: & in vinculis eius nõ est ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum est: & vinculum illius vinculum æreũ est: mors illius/mors nequissima: & vtilis potius inferus q̃ illa. Perseuerãtia illius nõ permanebit: sed obtinebit vias iniustorũ in flamma sua non comburet iustos.

28.d. ℭSepi[o] aures tuas spinis: & linguã nequam noli audire: & ori tuo facito ostia/& seras auribus tuis.

eodem. ℭAttende/ne forte labaris in lingua: & cadas in cõspectu inimicorũ[p] insidiantium tibi: & sit casus tuus insanabilis in mortem.

36.d. ℭSi est lingua curationis/est & mitigationis & misericordiæ.

40.c. ℭTibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam: & super vtraq̧ lingua suauis.

51.a. ℭCõfitebor tibi domine rex: quoniam adiutor & protector factus es

g ℭNoli citat⁹ esse in lingua tua &c. Hinc alibi scriptũ est. Non in sermone regnũ dei: sed in virtute. Facit optimus tex. in c. Multi sacerdotes. paulopost prin. 40. dist. de quo dictum est s. in verb. Disciplinatus. t.

h ℭTerribilis est in ciuitate sua homo linguosus. Facit qd dicit tex. Augustini in c. Nemo peritorũ. 11. q. 3. Nemo peritorũ aut prudẽtiũ putet q̃ minus sit periculũ in verbis lingua mẽtiendo: q̃ manib⁹ sanguinẽ fundẽdo.

i ℭEst qui labitur in lingua sua: sed non ex animo. De tali dicit tex. in c. 1. in fi. 15. q. 6. Non tñ attendenda sunt quæ fiunt: q̃tum quo animo fiãt. Amplius enĩ respicit deus ad cogitationes & spõtaneas voluntates: q̃ ad actus q per simplicitatẽ aut necessitatẽ fiunt. De hoc etiam est bo. tex. i c. Homines. 22. q. 2. de quo videatur s. in verb. Iurare.

k ℭQuis autẽ est q in lingua nõ offendit. Videatur qd statim annotabitur super illud Iaco. 3. Qui in lingua non offendit: hic perfectus est vir.

l ℭDominatrix illorũ est assidua ligua: q͂ per linguam secreta cordis panduntur. Mors enĩ & vita in manib⁹ linguę dicit Archi. post Salo. in c. Si enĩ. de pœni. dist. 2.

ll ℭLingua testificans/adducet mortẽ. Facit text⁹ in c. Homicidiorum. de pœni. dist. 1.

m ℭLingua tertia/multos cõmouit &c. Hęc sentẽtia de hęreticis itelligi solet/quorum lingua tertia dicit: quia nec veteri nec nouo testamẽto concordat. & in populos gentes/ & regna hæreticũ virus excitat/quos tñ nullaten⁹ audiẽdos/ defendendos/aut tutandos vtrũq̧ ius humanũ decreuit. vt dictum est in ver. Hęreticus. Et vt hoc incõcusse possit obseruari: statuit Fredericus imperator/ vt potestates/consules/siue rectores qbuscunq̧ fungantur officijs: pręstent publice iuramẽtũ q̃ de terris suę iurisdictioni subiectis/ vniuersos hęreticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus suis exterminare studebunt. Ita vt amodo quandocũq̧ qs fuerit in potestatẽ seu perpetuã seu temporalẽ assumptus/hoc teneatur capitulum firmare iuramẽto. Alioquin neq̧ pro potestatibus/neq̧ pro consulibus/ neq̧ p rectoribus habeãtur. eorumq̧ sentẽtias irritas iudicauit & inanes. Tex. est vbi hęc habet in auten. Statuim⁹. C. de epis. audiẽ. & facit tex. ĩ c. Vt inqsitionis. de hęre. in. 6.

n ℭPlaga linguę cõminuet ossa. Idest peior est interitus animę quã occidunt hęretici: q̃ omnis cruciat⁹ corporis. Hęc declaratio est glo. or. pro qua facit bo. tex. in c. Si habes. versi. Quid dicam. de coniuge. 24. quęst. 3. de quo textu videatur s. in verb. Anima. super illud. Mulier viri pretiosam animam capit.

o ℭSepi aures tuas spinis: & ori tuo facito ostia. Simile est quod dicit text⁹ in c. Ex merito. 6. quęst. 1. Caueat vnusquisq̧ ne aut linguam aut aures prurientes habeat. i. ne aut ipse alijs detrahat: aut alios detrahentes audiat. Hęc ibi & de hac materia dictum est diffusius in verbo Detractio.

p ℭInimicorum insidiantiũ tibi. Inimici insidiantes nobis: sunt dęmones. c. Nulli. 3. q. 1. in prin.

q ¶ Qui loquitur lingua/non hoībus loquitur: sed deo &c. Hac tota sentētia monentur verbi diuini ad populum proclamatores: vt ea quę a populo possint intelligi prędicent: non autē alta & subtilia theologicę sapientiæ mysteria: quæ tametsi ab ipsis possint: ab auditoribus tamen nequeunt intelligi. Et ad hoc etiam cōmonet textus in superioribus transcrptus. in c. fi. §. Pariter. 43. distinc.

r ¶ Nisi forte iterpretet: vt ecclīa ędificationē accipiat. Et sic enūciari possunt etiā alta ac secretiora fidei mysteria: si auditores/eorum fuerint intelligēdorum capaces. prout etiā intuuit tex. in c. In mandatis. versi. Si vero. iuncto versi. pręce. 43. dist.

s ¶ Tam multa genera linguarū sunt. Textus in c. Septuagita. paulo ante finē. 16. distinc. videtur pbare in toto orbe. 72. esse linguarū genera. Et ita etiā dicit Cardi. zaba. in cle. 1. in. 14. no. de magis. vbi tñ subiungit: q̄ sunt tres liguæ sacrę/ hebraica græca & latina. Sed tex. ibidē meminit tantū triū linguarū Hebraicæ scilicet Arabicę & Chaldęę: statuēs vt peritia huiusmōi linguarū possit haberi præserti ad infidelium qui eis linguis vtūtur eruditionē: Scholas in dictarum linguarum generibus/ vbicunq̄ Romanā curiā residere cōtigerit. Necnō in Parisieñ. & Oxonieñ. Bonoñ. & Salamantino studijs erigēdas esse. Decernensq̄ vt in quolibet illorum locoꝝ teneātur viri catholici/sufficientē habentes Hebraicę Arabicę & Chaldęę linguarū notitiam: duo videlicet cuiuscūq̄ linguę periti/q̄ scholas regāt inibi: & libros de linguis ipsis in latinū transferentes: alios linguas ipsas solicite doceant: earumq̄ peritiā studiosa in illos instructiōe transfundāt: vt instructi & edocti sufficienter / in linguis huiusmōi fructū speratū possint deo aucto re producere/ fidē propagaturi salubriter in ipos populos infideles. Hæc tex. vbi glo. in verb. Hebraicę: quā ibi sequitur Cardialis dicit: q̄ de gręca lingua non fit ibi mentio: qa olim græci fideles erāt. & sub obediētia papę: sed quia hodie scismatici sunt/ nec recognoscunt caput Romanæ ecclesię: forte esset expedientior gręcę linguæ doctrina q̄ aliarum. Hęc glo. Cætera de lingua græca videantur in verbo Græcę.

t ¶ Qui loquitur lingua: oret vt iterpretetur. Qui scientiā habet/ & eoꝝ quę loquitur itelligentiā: oret vt alios de his nedum docere possit/ sed etiam erudire. Si quidē non omnis doctrina prodest: sed ea quæ erudit seu instruit auditores. d. c. fi. §. Pariter. 43. distinc. & dictum est in verb. Docere. Ecclesiastici. 18.

v ¶ In ecclesia volo quinq̄ verba &c. Pauca quę ab auditoribus capi possint/ vtilius est depromere: q̄ plurima quę ab eis non intellecta nullum eis fructum possint afferre. Hæc est mens huius sententię pro qua facit bon. tex. in l. 2. versi. Deinde. C. de vete. iur. enucle. vbi dicit. Multo vtilius est pauca idonea effundere/ q̄ multis inutilibus hoīes pręgrauari. Et facit tex. in auten. de referen. in fi. colla. 2. & in c. Tales. cū glo. 1. 23. distinc.

x ¶ Linguę in signū sunt nō fidelibus sed ifidelibus. Idest sermones dei incognita lingua & peregrina obscuri sunt/ ne videātur a pfidis: vt cū audiunt signū sit: qa ppter perfidiā factū est/ ne audiētes itelligāt. hoc vtiq̄ fit ifidelibus qbus tegūtur sensus: fidelib9 aūt cōuenit pphetia & nō lingua incognita. tex. est hanc declaratiuā sententiā (quę est glo. or.) pbans in allegato. c. In mādatis. 43. dist.

michi: & liberasti corpus meum a perditione/ & a laqueo linguæ iniquæ: & a labijs operantium mendacium.

¶ Dedit michi dn̄s linguam mercedē meam / & in ipsa laudabo eum. Eccli. 51. d.

¶ Omnem linguam resistentem tibi/ in iudicio iudicabis. Esaię. 54. d

¶ Omnis lingua confitebitur deo. Ad ro. 14. b

¶ Qui [q] loquitur lingua/ non hominibus loquitur sed deo. Nemo enī audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat: hominibus loquitur/ ad ædificationem & exhortationem & cōsolationem. Qui loquitur lingua semetipsum ædificat: qui autē prophetat/ ecclesiā dei ædificat. Volo autē omnes vos loqui līguis/ magis autē pphetare. Nam maior est qui pphetat/ q̄ qui loquitur līguis: nisi [r] forte interpretetur/ vt ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero: nisi vobis loquar/ aut in reuelatione/ aut in sciētia/ aut in pphetia/ aut ī doctrina? Tamē quæ sine aīa sunt vocē dantia/ siue tibia siue cithara: nisi distinctionē sonituum dederint: quomodo sciēt quod canitur aut quod citharizatur. Etenim si incertam vocē det tuba: quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo scietur quod dicitur? Eritis enim in aera loquētes. Tam [s] multa vt puta genera linguarum sunt in hoc mundo: & nichil sine voce est. 1. cori. 14. a. b. &. c.

¶ Qui [t] loquitur lingua: oret vt interpretetur. Nam si orē lingua/ spiritus meus orat: mēs autem mea sine fructu est. Quid est ergo? Orabo spiritu/ orabo & mente: psallam spiritu/ psallam & mente. 1. cori. 14. c

¶ Gratias ago deo meo q̄ omnium vestrū lingua loquor. Sed ī ecclesia [v] volo quinq̄ verba sensu meo loqui: vt & alios instruam: q̄ decem milia verborum in lingua. 14. d.

¶ Linguæ [x] in signum sunt non fidelibus/ sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus/ sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum: & omnes linguis loquantur: intrent autem idiotæ aut infideles: nonne dicent quid insanitis? Si autem omnes prophetent: intret autem quis infidelis vel idiota/ conuincitur ab omnibus/ diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt / & ita cadens in faciem adorabit deum / pronuncians q̄ vere deus sit in vobis. Quid ergo est fratres? Cum conuenitis/ vnusquisq̄ vestrum psalmum habet: doctrinam habet / apocalypsim habet / linguam habet: interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Sine lingua quis loquitur secūdum duos: aut vt multum tres & per partes/ & vnus interpretetur. Si autē non fuerit interpres: taceat in ecclesia: sibi autem 1. co. 14. e.

loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant: & cæteri diiudicent. Qđ ſi [y] alij reuelatum fuerit ſedēti: prior taceat.

Ad phil.2.d. ¶Omnis lingua cōfiteatur: quia dominus Iheſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.

Actuū.2.a. ¶Apparuerunt [z] apoſtolis diſpartitæ linguæ tanq̄ ignis &c. Vt ſupra in verbo Apoſtolus.

Iacobi.1.d. ¶Si quis [a] putat ſe religioſum eſſe/non refrenans linguam ſuam: ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio.

Iaco.3.b.c. ¶Si quis [b] in verbo non offendit: hic perfectus eſt vir. Poteſt etiā freno circūducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus: ad conſentiendum nobis/omne corpus illorum circunferimus. Ecce naues cum magnæ ſint/& a ventis validis minentur: circunferuntur autem a modico gubernaculo: vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum eſt: & magna exaltat. Ecce q̄tus ignis q̄ magnam ſyluam incēdit. Et lingua ignis eſt: vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris quæ maculat totū corpus: & inflammat rotam natiuitatis noſtræ/inflammata/a gehenna. Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpētum & cæterorum: domantur & domita ſunt a natura humana: linguam autem nullꝰ hominum domare poteſt. Inquietum malū/plena veneno mortifero. In ipſa [c] benedicimus deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines qui ad imaginem & ſimilitudinem dei facti ſunt.

1.petri.3.b ¶Qui vult vitam diligere/& dies videre bonos: coerceat linguam ſuā a malo: & labia eius/ne loquantur dolum.

¶Cetera.§. ī verbo corripere. Pro.28.d.& ī verbo detractio. Sap.1.c.

3.regū.10.b **Lyra.** ¶Fecit rex Salomō de lignis thinis fulcra domꝰ domini/& domus regiæ: & cytharas lyraſq; cantoribus.

1.para.15.b ¶Dixit Dauid principibus Leuitarum/vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſicorum: nablis videlicet & lyris & cymbalis: vt reſonaret in excelſis ſonitus letitiæ.

Heſter.3.d. **Litteræ & Litteratura.** ¶Litteræ [d] ſignatæ regis Aſſueri annulo/miſſæ ſunt per curſores regis: vt occiderēt & delerēt omnes Iudæos/a puero vſq; ad ſenem/paruulos & mulieres vno die & bona eorum diriperent.

Pſal.70.c. ¶Quoniam [e] nō cognoui litteraturam: introibo in potētias domini.

Eſaiæ.29.d ¶Erit vobis viſio omnium/ſicut verba libri ſignati: quem cum dederint ſcienti litteras: dicēt. Lege iſtū: & reſpōdebit. non poſſum/ſignatus eſt enim. Et dabiť liber neſciēti litteras: diceturq; ei: lege/& reſpōdebit neſcio litteras &c.

Ioan.7.b. ¶Mirabātur Iudæi de Chriſto: dicentes. Quomodo hic litteras ſcit: cum non didicerit?

2.cori.3.b. ¶Littera occidit/ſpiritus autem viuificat.

y ¶Qđ ſi alij reuelatū fuerit ſedenti/prior taceat. Hinc dicit tex. in c. Eſto ſubiectꝰ. verſ. Peſſimę. 45. diſt. Peſſimę cōſuetudinis eſt in quibuſdā eccleſijs tacere preſbyteros: & pręſentibus epis nō loq. quaſi eis inuideāt/aut eos dedignētur audire. Sed ſi aliqđ (vt inquit apoſtolus) fuerit reuelatū ſedēti/prior taceat. Gloria enim patris/eſt filius ſapiens: & gaudeat epiſcopus in iudicio ſuo cum tales elegerit ſacerdotes. Hæc ibi.

z ¶Apparuerunt apoſtolis diſpartitę linguę. Hinc dicit textus Gregorij in c. Sit rector. colū.2.43.diſt. Super paſtores primos ī linguarū ſpecie ſpirituſſanctus inſedit: quia nimirū quos repleuerit/de ſe protinus loquētes facit. Et dicit tex. in c. venit ſacerdos. in fi. de cōſe. diſtinc.4. Apoſtolis ſpirituſſanctus datꝰ eſt in igneis linguis ꝑpter incredulos: nobis autē iam in plenitudine eccleſiæ non per ſigna/ſed per fidē veritas eſt quęrenda.

a ¶Si quis putat ſe religioſum eſſe/nō refrenans linguam ſuam &c. Vnde in Toletano cōcilio legitur in loco benedictionis cōſedentes dn̄i ſacerdotes nullus debet/aut indiſcretis vocibꝰ ꝑſtrepere/aut quibuſlibet tumultibꝰ ꝑturbare. Nullus etiā fabulis vanis vel viſibus agi: & (qđ eſt deterius) obſtinatis diſceptatiōibus tumultuoſas voces effundere. Si qs eñ (vt apoſtolis ait) putat ſe religioſum eſſe/nō refrenans linguā ſuam ſed ſeducens cor ſuum: huiꝰ vana eſt religio. Cultū eñ ſuum iuſtitiæ perdit: quā do ſilentio iudicioꝝ obſtrepentiū turba confundit: dicente ꝑpheta. Erit cultus iuſtitię ſilentium. Tex. eſt ita dicens. in c. In loco. 5. quęſti 4.

b ¶Si quis in verbo nō offendit &c. Alias eſt ſi quis in lingua non offendit. Et ita citať hoc dictū per glo. in c. Si eñ. in verb. Impia. de pœni. diſtic.2. vbi dicit Archi. ꝙ quia ī manibus linguę vita & mors (vt dicit Salomon) circūcidenda eſt lingua noſtra cultello diſcretionis. Si enim in lingua/tm̄ vita eſſet/nō eēt opus circunciſione. Si tm̄ mors: non circunciſione/ſed abſciſſione opus eſſet. ſed quia in ea vita eſt & mors: circunciſio neceſſaria eſt.

c ¶In ipſa benedicimus deum & patrem. Linguę potiores quibus deū benedicimus/ſunt tres: Hebraica Gręca & Latina/prout dicit zaba. §. Relatus. in cle.1. de magiſ. Vnde ipſarum cognitio perutilis eſt. Locutio eñ diuinarum ſcripturarū ſcdm̄ cuiuſq; linguę proprietatē accipienda eſt. Habet enim omnis lingua quędā propria locutionum genera/quę cū in alia trāſferūtur/vidētur abſurda. Ita dicit textus in c. Locutio. 38. diſtinc.

d ¶Literę ſignatæ. De literis ſignatis emanātibus a perſona autētica: an fidem faciant/ita ꝙ eis credi debeat. Recurratur ad ea quę dicuntur per Cano. in c. Poſt ceſſionē. de proba.

e ¶Quoniā nō cognoui līaturā. Alias eſt negociationē: vñ recurre ad verbū Negociatio.

¶Ab infantia sacras [ee] litteras nosti/quæ te possunt instruere ad salutem: per fidem quæ est in Christo Ihesu. 2.timo.3.d.

¶Insanis Paule (ait Festus preses) multe te literæ ad insaniã cõuertũt. Actuũ.26.E.

Litigare. Lis & Litigiosus.

¶Homo peruersus suscitat [f] lites: & verbosus separat principes. puer.16.d.

¶Non litiges cum homine potente: ne forte incidas in manus illius. Eccli.8.a.

¶Non litiges cum homine linguato: & nõ strues in ignẽ illius ligna. eodem.

¶Abstine [g] te a lite/ & minues peccata. 28.b.

¶Homo iracundus incendit lites: & vir peccator turbabit amicos: & in medio pacem habentium immittit inimiciciam. eodem.

¶Certamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducet mortem.

¶Stultas & sine disciplina questiones/deuita: sciẽs quia generãt lites. 2.timo.2.d

¶Seruum [h] domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes: docibilem/patientem: cum modestia corripiẽtem eos qui resistũt veritati: nequando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem: & resipiscant a diaboli laqueis/a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. eodem.

¶Oportet [i] episcopum non litigiosum esse. Et supra episcopus. 1.timo.3.a.

¶De litigiosa muliere vide in verbo mulier.

Liuidus & Liuor.

¶Viro [k] cupido & tenaci sine ratione est substantia: & homini [l] liuido ad quid aurum? Eccli.14.a.

¶Nequam est oculus liuidi & auertẽs faciem suam: & despiciens animam suam. 14.b.

¶Flagelli plaga liuorem facit: plaga [m] autem linguæ cõminuet ossa. 28.c.

¶Vulnus & liuor/ & plaga tumens non est circumligata: nec curata medicamine: neq; fota oleo. Esaie.1.b.

¶Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore [n] eius sanati sumus. Esaiæ.53.c.

Loculus.

¶De loculis quos habebat Iudas Scarioth: vide supra in verbo Iudas Scarioth.

ee ¶ Sacras literas quę te possunt instruere per fidem &c. Sacrę enĩ literę in veritatis viam nos inducunt. dicit tex. in cle. j. de magis. vbi zaba. in cõmendationẽ diuinarũ scripturarũ dicit. Scriptura diuina est speculum rationabile: in quo anima suę conditionis principiũ contẽplatur. Et subiungit citando Grego. q sacra scriptura omnẽ scientiã/gratiã/atq; doctrinã transcẽdit: ad patriã vocat: a terrenis desyderijs ad cœlestia amplectẽda cor legentis inuitat. Cassiodorus etiam testatur: q omnis splendor rhetoricę eloquẽtię: oĩs modus poeticę locutionis: quęlibet varietas decorę pronũciationis: a diuinis scripturis sumpsit exordiũ. tex est Cassiodorũ referens in §. Legimus. le. 1. versi. Cassiodorus. 37. distin. Et in c. Sicut stellas. 38. dist. dicit textus. Sicut stellas cœli nõ extinguit nox: sic mẽtes fideliũ & inhærentes firmamẽto sanctę scripturæ non obscurat mũdana iniquitas.

f ¶ Suscitat lites. Lis a contẽtione limitis prius nomen sumpsit. de qua Virgili⁹. Limes erat positus: litẽ vt discerneret agri. Ita dicit tex. in c. Forus. versi. Lis autẽ. de ver. sig. Proprie vero litis nomẽ/ actionem signat/motã vel mouendã/ siue in rem siue in personã. l. Litis nomen. ff. eo. titu. Sed non dicit pprie esse in aliquo statu ante contestationẽ. Dictũ est notabile Baldi in l. 1. C. de rela. de quo scribit Felynus in c. Cęterũ. in. 1. colũ. de rescrip. Quæ tñ contestatio non requirit in actu/qui de sui natura non dirigit cõtra certum aduersariũ, glo. est no. in l. Quinquaginta. i verb. Contestãdus. ff. de excu. tuto. & notat Bar. in l. naturaliter. §. nichil cõe. col. pe. ff. de acq. pos. Dicitur autẽ litis contestatio quasi ficta quo ad actorẽ/per oblationẽ libelli: sed per hanc quasi litis cõtestationẽ nõ peruenitur ad sententiã diffinitiuã. l. Et post edictum. ff. de Iudi. Interueniẽte tñ postea rei responsione dicit vere facta litis cõtestatio. Ita declarat Iason in d. l. naturaliter. §. nichil cõe. col. 43 Hodie tñ etiã post factã quasi litis cõtestationẽ & sic post petitionẽ actoris posset ad diffinitiuã perueniri actore absente. Ita Bar. in d. §. Nichil cõe. colũ. fi. Proprie vero litis cõtestatio dicit fieri corã iudice/& non corã arbitro. Ita Panor. in c. sup quęstionũ (per illũ tex.) in princi. colũ. 2. de offi. dele. Hęc q̃tum ad forum contẽtiosum. Respectu autẽ fori conscientię cui melius applicatur hęc sententia: notetur circa eam textus. 46. dist. in princi. vbi dicit. Parati ad lites in subiectos tumide intonãt: qd ex arrogantia superbię prouenire manifestũ est.

g ¶ Abstine a lite: & minues peccata. Vt enĩ dicit tex. in cle. Dudũ. versi. Scim⁹ enĩ. de sepul. Dissensiones & scandala: prauis actibus aditũ præparant: rancores & odia suscitant/& illicitis motibus ausum prębent. Hęc tex. vbi glo. in verb. Actibus allegat hanc sententiã.

h ¶ Seruũ dñi non oportet litigare. Hinc dicit in cõcilio Magũtino. Contẽtiones vel lites aut rixas amare: vel in placitis secularib⁹ disputare (excepta defensione orphanorũ aut viduarũ) ministris altaris dñi: necnõ & monachis oĩno cõtradicimus. c. 1. versi. Contẽtiones. iũcto versi. Ecce talia. Ne cle. vel mona. Et dicit tex. i c. Sicut sacerdotes. i fi. 2. q. 7. sicut domini sacerdotũ segregata debet esse cõuersatio a laicorũ cõuersatione: ita & litigatio. quia seruũ dñi non oportet litigare: sed mitẽ esse ad oẽs. Hęc ibi. Et facit tex. in c. Te quidẽ. 11. q. 1. in l. Consulta diualia. C. de testa. in l. Repetita. C. de epis. & cleri. & in c. Vnico. cũ multis similibus de sindi. Aliqua alia (quę hic dici possent) videantur s. in verb. Aduocatus.

i ¶ Oportet epm non litigiosum esse. Recurrat ad verbũ Episcopus. & ibi dictis addat tertia ratio quare litigiosus in epm phibet promoueri: qa scilicet litigiosus/alios ad discordiã prouocat: & sic litigiosos ad cõcordiã puocare nõ pot: qd tñ ex officio facere debet eps. c. Discordãtes. 90. dist. Hãc rõnẽ ponit Archi. 46. dis. i pri.

k ¶ Viro cupido & tenaci ad qd aurũ? Recurrat ad ea quę in materia cupiditatis dicta sunt i ver. Cupidus.

l ¶ Homini liuido ad quid aurum? Videatur dicta in verbis Inuidus & inuidia.

m ¶ Plaga linguę cõminuet ossa. Declaretur vt in verb. Lingua.

n ¶ Liuore eius sanati sumus. Facit tex. in c. Cum Marthę. colũ. fina. de cele. missa.

o ¶ Non contendas cum viro locuplete. Facit qd habet in l.3. in prin. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. de quo dictum est in verb. Contendere.k. p ¶ Est qui locupletat. Idest desudat vt locuples fiat/ siue vt loculos plenos habeat. A loculorum enim plenitudine locuples appellat dicit glo. in l. Dñs sticho.§. testamento. in ver. Locu lor. ff. de pecu. lega. Aliter autẽ & aliter scdm materiæ diuersitatẽ ius humanũ locupletes appellat. l. nõn alli. ff. de accusa. auten. preterea. C. vnde vir & vxor. l. Tam demẽtis. C. de epis. audi.§. sed nostra. cũ si. isti. de suc. li.

Locuples.

Sapie.8.a. ¶ Si diuitiæ appetuntur in vita : quid sapientia locupletius quæ operatur omnia?

Eccli.8.a. ¶ Non cõtendas [o] cum viro locuplete : ne forte econtra constituat litem tibi.

11.c. ¶ Est qui [p] locupletatur parce agendo : & hæc est pars mercedis illius in eo q dicit. Inueni requiẽ michi: & nunc mãducabo de bonis meis solus : & nescit q tempus prætereat illum & mors appropinquet / & relinquet omnia alijs: & moriatur.

19.a. ¶ Operarius [q] ebriosus nõ locupletabitur: & qui spernit modica paulatim decidet.

21.a. ¶ Domus quæ nimis locuples est: annullabitur superbia. Sic substãtia superbi eradicabitur.

27.a. ¶ Propter [r] inopiã multi deliquerũt: & qui quærit [s] locupletari: auertit oculum suum.

1.petri.3.a. ¶ Quietus & modestus spiritus est in conspectu dei locuples.

Apoca.3.d. ¶ Dicis q diues sum & locupletatus/ & nullius egeo: & nescis quia tu es miser/ & miserabilis/ & pauper/ & cœcus/ & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum/ probatum: vt locuples fias/ & vestimentis albis induearis: vt non appareat confusio nuditatis tuæ: & collyrio [t] inunge oculos tuos vt videas.

Locus.

Iosuæ.5.p pe finem. ¶ Solue (inquit angelus ad Iosuæ) calciamẽtum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas/ sanctus est.

Iob.37.a. ¶ Expauit [v] (inquit Iob) cor meum: & emotum est de loco suo.

2.mach.5.c. ¶ Non [x] propter locum/ gentem: sed propter gentem locum deus elegit. Ideoq & ipse locus particeps factus est populi malorũ: postea autem fiet socius bonorum.

Psal.22.a. ¶ Dominus regit me / & nichil michi deerit : in loco pascuæ ibi me collocauit.

23.a. ¶ Quis ascẽdet in montẽ domini : aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mũdo corde : qui non accepit in vano animam suam/ nec iurauit in dolo proximo suo.

30.b. ¶ Statuisti [y] domine in loco spacioso pedes meos.

75.a. ¶ Factus [z] est in pace locus eius : & habitatio eius in Sion.

puer.27.a. in fine. ¶ Sicut auis trãsmigrans de nido suo: sic [a] vir qui derelinquit locum suum.

q ¶ Operarius ebriosus non locupletabit. Recurrat ad verbũ Ebriosus.

r ¶ Propter inopiã multi deliquerũt. Videat quod dictum est in verb. Delinquere.bb.

s ¶ Qui quærit locupletari auertit oculum. Auertit oculũ a dei timore vt sic locupletetur etiã iniuste: cum tamen locupletari non debeat aliqs cum alterius iniuria vel iactura. dicit tex. in c. Locupletari. de regu. iuris. in sexto.

t ¶ Collyrio inunge oculos tuos. Declarẽtur hæc verba vt dictũ est in verb. Emere.

v ¶ Expauit cor meum/ & emotũ est de loco suo. Videat quod dictũ est in verb. Cor.

x ¶ Non propter locum/ gentẽ &c. Recurratur ad verbũ Eligere.

y ¶ Statuisti in loco spacioso pedes meos. Id est viam quæ quãdoq michi difficilis erat/ facilẽ michi fecisti. bo. est tex. circa hanc declarationẽ (quæ est glo. or.) vidẽdus in c. fi. in fi. 23. quæsti. 6.

z ¶ In pace factus est locus dei. Hinc dicit tex. in c. 2. in prin. de imu. eccle. lib. 6. Decet vt cuius in pace factus est locus/ cultus sit/ cum debita veneratione pacificus.

a ¶ Sic vir qui derelinquit locum suũ. Quãdo locus pprius absq ali qua culpa/ imo cũ merito deseri possit : dictũ est aliquid in huius annotatione sententiæ 8. in verb. Derelinquere. Sed ibi dictis addat celebris textus in c. Mutationes. 7. q. 1. vbi dicit. Mutatiões etiã epõrũ statutũ est cõi vtilitate atq necessitate fieri licere/ sed non propria cuiusq voluntate aut dominatione. Petrus sanctus magister noster & princeps apostolorum/ de Antiochena ciuitate vtilitatis causa est translatus Romam: vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq de quadã parua ciuitate/ apostolica auctoritate mutatus est in Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate in qua ordinatus erat: electione ciuium/ propter doctrinã vitãq bonam quam habebat auctoritate huius sanctæ sedis & cõmuni episcoporum/ & reliquorum sacerdotũ ac populorũ concilio/ translatus est Ephezum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatẽ: nec transfertur de minori ad maiorem/ qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit: sed aut vi a propria sede depulsus: aut necessitate coactus / aut vtilitate loci vel populi: non superbe sed humiliter ab alijs translatus est. Nam sicut episcopi habẽt potestatem regulariter ordinare episcopos & reliquos sacerdotes: sic quotiẽs vtilitas aut necessitas coegerit: supradicto modo mutare locũ potestatẽ habẽt. Hæc ibi. Vnde etiã Pelagius papa ad Benignũ archiepiscopum scribens. Scias (inquit) frater dilectissime: aliud esse causam necessitatis & vtilitatis: aliud præsumptionis ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem/ qui non mutat mentem: idest qui non auaritiæ causa aut dominationis/ aut propriæ voluntatis vel delectationis suæ migrat de ciuitate ad ciuitatem: sed causa necessitatis & vtilitatis mutatur. Nam plurimorum vtilitas/ vnius vtilitati præferenda est. Aliud est enim mutare/ & aliud mutari. Ita dicit tex. Pelagij papæ in c. Scias. eadem cau. & quæsti. & idem probatur in c. Episcopus. & in c. Tẽporis qualitas. eadẽ causa & quæsti. & in c. Inter corporalia. de transla. episco. De hoc etiam (q scilicet nonnunq operæpretium sit locum suum deserere) est notabilis textus Isidori in c. Valet. 81. distinc. vbi dicitur. Valet in-

terdum conuersis pro salute suę animę/ mutatio loci. Plerunq; enim dum mutatur locus / mutatur mentis affectus. Congruum est ergo / & ibi etiam corporaliter euelli: vbi quisq; illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisq; praue vixerit / in aspectu mentis apponit quod saepe ibi quisq; cogitauit vel gessit. Haec ibi. Et facit tex. in c. Fratrem ibi. Cum loco & mentem mutet. 86. dist. Quantum etiam ad corporeā valetudinē / loci mutatio nōnunq̄ vtilis est: quę tamē prius fuerat perniciosa. Vnde qui de vno loco ad alium transfertur. Si in translationis loco male valeat: ad priorem valetudinis recupandę gratia reuocandus est. text⁹ est no. in c. Quorūdam. 74. distinc.

¶Cuncta subiacent vanitati: & omnia pergunt ad vnum locum. De Eccles. 3. d.
terra [b] facta sunt: & in terram pariter reuertuntur.

¶Si [c] spiritus potestatem habentis ascenderit super te: locum tuum ne 10. b.
dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.

¶Cōfide in domino & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei Eccl. 11. c.
subito honestare pauperem.

¶Ecce dominus egredietur de loco suo vt visitet iniquitatem habitatoris terrae cōtra eum: & reuelabit terra sanguinem suum / & non operiet vltra interfectos suos. Esaiae. 26. d prope finē.

¶Cum [d] inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te / sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit / dicat tibi. Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade / & recumbe in nouissimo loco: vt cū venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice ascēde superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat / humiliabitur: & qui se humiliat / exaltabitur. Lucę. 14. b. & c. in prī.

Locusta.

¶De erugine / locusta & bruco [e]: habetur. 2. Para. 6. & supra in verbo Erugo.

Longanimitas.

¶O homo an diuitias bonitatis dei & patientiae & longanimitatis contemnis? Ad rōa. 2. a

¶Fructus spiritus est longanimitas. Et supra fructus. Ad gala. 5. d

¶Charissimi satagite immaculati & inuiolati deo inueniri / in pace & domini nostri Ihesu Christi: longanimitatem [f] salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundū datam sibi sapiētiam scripsit vobis. &c. 2. petri. 3. d

Longe.

¶Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Psal. 118. b.

¶Longe [g] est dominus ab impiis: & orationes iustorum exaudiet. puer. 15. d.

¶Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi &c. Et infra occidere. Eccli. 9. c.

Longeuus.

¶Honora patrem tuum & matrem tuam: vt sis lōgaeuus super terram / quam dominus deus tuus dabit tibi. Exodi. 20. b

¶Non sunt [h] longaeui sapientes / nec senes intelligunt iudicium. Iob. 32. b.

¶Exultatio viri est longaeuitas [i]. Eccli. 30. d.

Loqui. Loquens. Loquacitas & Loquela.

¶Omnes videntes me / deriserunt me: locuti sunt labijs & mouerunt caput. Psal. 21. b.

¶Non sunt loquelae neq; sermones: quorū non audiātur voces eorū. [k] Psal. 18. a.

¶Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala 27. a.

b ¶De terra omnia facta sunt &c. Idē probat texius inc. In ecclesiastico. 13. quęsti. 2.

c ¶Si spiritus potestatē habētis ascenderit super te / locū tuum ne dimiseris: quia curatio cessare faciet peccata maxima. Idest si diabolus praua tibi suggesserit / prauisq; suis suggestionibus te fecerit aungrere: non ideo tamē desperaueris. quia poenitētia cessare faciet peccata quātumuis magna. cap. Talis. c. Sicut Achab. c. Adhuc psidi instant. versi. Nā quicunq. de poeniten. dis. 3.

d ¶Cū inuitat⁹ fueris ad nuptias &c. Hac sentētia monemur ad humilitatem. Vnde videri possunt quę dicta sunt s. in verb. Humilitas.

e ¶Locusta & bruco. Locusta species vermis est: & qui post habitas alas locusta dicit / ante alas vero vocatur brucus. Et sic locusta mater est: Bruc⁹ vero foetus ei⁹. per locustā autem itelligi solet ianis gloria / per brucū vero ingluuies siue crapula. Ita dicit Archidia. in c. Reuertimini. i fine. 16. quęsti. 1. Et de locustis est bonus tex. apud legistas in l. Excepto. in princi. C. locati. vbi pbatur q colono mercedis remissio faciēda est eo tempore / quo edaci locustarum pernicie sterilitatis vitium intercessit.

f ¶Domini nostri Ihesu Christi salutem arbitremini. Facit quod dicit Esaias. Expectat dn̄s vt misereatur vestri. cui dicto facta est ānotatio / huic sentētię satis accommoda. in ver. Expectare.

g ¶Longe est dominus ab impijs. Simile est qd alibi dicit Sapiēs. Dona iniquorū non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur dominus. de quo est textus hanc etiam sententiam ad eundem effectum citans. in c. In grauibus. in fi. 3. quęsti. 7.

h ¶Non sunt longęui sapientes. Haec sententia non omnes / sed quosdam senes respicit. Vt plurimum enim in antiquis est sapientia: & in multo tempore prudentia. prout dictum est s. in verb. Antiquus.

i ¶Est lōgęuitas. Longęuitas seu lōgęuū / centū anni sunt. §. 1. & ibi notat in aut. de resti. & ea q parit &c.

k ¶Quorum non audiātur voces eorum. Planius dixisset / in quibus non audiantur voces eorum / scilicet apostolorum. Exiuit em in omnem terram sonus eorum. c. Fundamenta. in princi. de elec. lib. 6.

l ¶ Loquutus es domine in visione sanctis tuis. Circa hæc verba potest notari textus in c. fina. circa prin. de cõsecra. distinc. 5. vbi dicitur. Dicere & loqui in trinitate non secundum consuetudinem nostram: qua & nos sermocinamur & loquimur accipiendum est: sed iuxta formam incorporalium naturarum siue naturalium. & maxime trinitatis: quæ voluntatem suam ingerit in corda credentium/ & eorum cordibus inserit qui eam digni sunt audire. Hæc ibi.

autem in cordibus eorum.

Psal. 88. d. ¶ Locutus [l] es domine in visione sanctis tuis: & dixisti. posui adiutorium in potente/ & exaltaui electum de plebe mea.

¶ Loquebar in testimonijs tuis domine in conspectu regum / & non confundebar.

puer. 13. a. ¶ Qui custodit os suum/ custodit animam suam: qui autem [m] inconsyderatus est ad loquendum/ sentiet mala.

16. b. ¶ Voluntas regum/ labia iusta: & qui recta loquitur/ dirigetur.

23. b. ¶ In auribus [n] insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.

25. in fine. ¶ Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu: ita [o] vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

Ecclẽs. 3. b. ¶ Tempus [p] tacendi & tempus loquendi.

5. a. ¶ Ne [q] temere quid loquaris: neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram deo. Deus enim in cœlo: & tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui.

Eccli. 11. a. ¶ Priusquam [r] audias ne respondeas verbum: & in medio seniorum ne adijcias loqui.

13. b. ¶ Ne retineas ex equo loqui cum potente: ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te: & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius, & conseruabit verba tua: & non de malicia & de vinculis.

13. d. ¶ Diuite decepto multi recuperatores. Loquutus est superba: & iustificauerũt [s] illum. Humilis deceptus est/ insuper & arguitur. Locutus est sensate: & non est datus ei locus.

eodem. ¶ Diues locutus est/ & omnes tacuerunt: & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper loquutus est: & dicunt. Quis est hic? Et si offenderit: subuertent illum.

19. b. ¶ Qui odit loquacitatem: extinguit maliciam.

22. b. ¶ Est tacens/ qui inuenitur sapiens: & est odibilis/ qui procax est ad loquendum. Est auté tacens: non habens sensum loquelę. Et est tacens: sciens tempus apti temporis.

23. b. ¶ Cum stulto ne multum loquaris.

20. a. ¶ Indisciplinosæ [t] loquelæ ne assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati.

32. a. ¶ Loquere [v] maior natu: decet enim te. Primum verbum diligentis scientiam: & non impedias musicam.

m ¶ Qui inconsyderatus est ad loquendum sentiet mala. Videatur quod dictum est in verbo Incõsyderatus. & ibi dictis addatur text⁹ in quo hæc sentẽtia ponitur: in c. Qui ambulat. in fine. 5. quęsti. 5.

n ¶ In auribus insipientium ne loquaris. Idem cõmonet Origenes in c. In mandatis. versi. Si vero. 43. distin. de quo dictum est in verbo Despicere. c.

o ¶ Ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum. Idest sicut vrbs muris non vallata/ telis hostium patet: sic si murum silentij non habeat/ inimici iaculis patet ciuitas mentis: & cũ se per verba extra semet ipsam iacit: apertam se aduersario ostendit: quã tanto ille sine labore superat: quanto ipsa quæ vincitur contra seipsam p multiloquiũ pugnat. Qui enim multiloquio subditus est: ex eo sese faciliter inquinat. c. Sit rector §. Prouidendum. circa finẽ. 43. distinc.

p ¶ Tempus tacendi & tempus loquendi. Hinc dicit textus in. d. c. Sit rector. in princi. 43. distinc. Sit rector discretus in silentio: vtilis & cautus in verbo: ne aut tacenda proferat/ aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorẽ protrahit: ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit. Hæc ibi.

q ¶ Ne temere quid loquaris. Pro huius & multarum subsequẽtium annotatione sententiarũ aduertendũ/ quod vt inculpabiliter loquamur: plura videntur necessaria. Primo namque locutio nostra debet esset cauta/ vt scilicet sic inordinate ad loquendum non rapiamur: quod erroris vulnere corda audientium feriantur. d. c. Sit rector. circa medium. 43. distinc. Secundo debet esse consyderata/ vt scilicet tẽpus/ locum & audientes consyderemus: quia quotiens loquimur/ aut non in oportuno tempore/ aut non in oportuno loco/ aut non vt conuenit audientibus: totiens sermo malus procedit de ore nostro. c. Quotiens. in princip. 22. quęsti. vlti. Tertio debet esse non ociosa: quia pro omni verbo ocioso reddituri sumus rationem in die iudicij. dicto c. Quotiens. in fi. Quarto debet esse vera: vt sicut est in voce/ sic sit in mente. c. Iuramenti. 22. quęsti. 5. Quinto non debet esse maledica. Talis enim locutio in loquentis perniciem plerunque emittitur. c. Illud. 11. quęsti. 3. Sexto non debet esse adulatoria. c. Sunt nonnulli. 46. distinc. Et septimo non debet esse detractoria. c. Ex merito. 6. quęsti. 1.

r ¶ Priusquam audias/ ne respondeas verbũ. Tex. est hinc sumptus in c. Eorum. 11. q. 3. de quo in verb. Audire.

s ¶ Et iustificauerunt illum. Videatur quod dictum est in verb. Diues.

t ¶ Indisciplinosę loquelę ne assuescat os tuum. Facit tex. in d. c. Quotiens. 22. quęsti. vlti.

v ¶ Loquere maior natu. Videatur quod dictũ est in verb. Antiquus. super illud Iob. In antiquis est sapiẽtia: & in multo tempore prudentia.

¶Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. Si bis inter- Eccli.32.b.
rogatus fueris: habeat caput respōsum tuum. In multis esto quasi in-
scius: & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorum loqui
ne presumas: & vbi sunt senes non multum loquaris.

¶Qui sophistice [x] loquitur odibilis est: in omni re defraudabitur. 37.c.
Non est enim illi data a domino gratia: omni enim sapiētia defrau-
datus est.

¶Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Zacha.8.c.

¶Cum tradent vos (ait Christus ad discipulos) homines: nolite cogi- Matth.10.c
tare quomodo / aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora
quid loquamini. Non enim [y] estis vos qui loquimini: sed spiritus pa-
tris vestri qui loquitur in vobis.

¶Christus dęmonia multa eijciebat: & non [z] sinebat ea loqui quoniā Marci.1.d.
sciebant eum.

¶Ex abundantia [a] cordis os loquitur. Lucę.6.g.

¶Qui [b] de terra est: de terra loquitur. Ioā.3.d.

¶Nunq̄ sic locutus est homo (dicebant Iudæi de Christo) sicut hic Ioā.7.g.
loquitur.

¶Orationi instate/vigilantes in ea gratiarum actione: orantes simul Ad col.4.a
& pro nobis vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendū my-
sterium Christi: propter quod etiam victus sum vt manifestem illud:
ita vt oportet me loqui.

¶Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus [c] autem ad loquen- Iacobi.1.c.
dum.

¶Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur. Ioan.4.a.

¶Exhortatio nostra non de errore/neq; de immundicia/neq; [d] in do- Ad thes.2.a
lo/sed sicut probati sumus a deo vt crederetur a nobis euāgelium. Ita
loquimur non quasi hominibus placentes/sed deo: qui probat corda
nostra.

¶Tu loquere quæ decent sanam doctrinam. Ad titū.2.a

¶Cetera in verbis Apostolus. Actuum.2.a. Correctio. Prouer.29.a. Credere. Marci.16.d. Filius ad Heb.1.a. Fingere. Prouer.29.c. Gloria. Ioan.7.b. Ihesus. Ioan.9.d. & Ioan.18.d. Lex. Ad Roma.3.c. & ad Roma.7.a. Lingua.1. Corin.14.a.b.c.d.e.&.f. Mulier.1. Cori.14.f. & paruulus.1. Corin.13.c.

Loth. ¶Aram genuit Loth. Gene.11.d.

¶Tulit Thare Abraham filium suum: & Loth filium Aram filium fi- Eodem.

x ¶Qui sophistice loquitur odibilis est &c. Hæc sententia declarari posse videtur per textum in c. Omnē vim.37. distinc. vbi dicitur. Omnem vim inuentorum suorum/in dialectica disputantes ponunt hęretici: quæ Philosophorum sententia diffinitur non astruendi vim habere/sed studium destruendi. Sed non in dialectica placuit deo patri filio & spirituisancto. Regnum enim dei in simplicitate fidei est: non in contentione sermonis. Hæc ibi.

y ¶Non enim vos estis qui loquimini &c. Simile dicit textus in cap. Cathecumini. de cōsecratio. distinc.4. circa medium. vbi præmisso qd cathecuminus martyriū susceperat: concludēdo q; perinde est ac si baptismi sacramētum suscepisset: dicit Qui baptisatur/manus impositiōe pōtificis accipit spiritumsanctum. Hic habitaculum spiritussancti efficitur. dum non est ipse qui loquitur/sed spiritus sanctus qui in illo loquitur. Hæc ibi.

z ¶Non sinebat ea loqui. Recurratur ad verbum Ihesus.

a ¶Ex abundantia cordis os loquitur. Idest verba oris taliter accipiuntur/qualiter ex corde procedunt: quod verū est q̄tum ad diuinū/non autem q̄tum ad humanū iudicium. Humanę enim aures talia verba nostra iudicant/qualia foris sonant. Diuina vero iudicia talia foris audiunt: qualia ex intimis proferetur. c. Humanę aures. vbi hæc declaratio (quæ est de mente glos. ordi. & interlinearis) probatur. 22. quęsti.5.

b ¶Qui de terra ē: de terra loquitur. Qualis enim quisq; est: tales (vt plurimum) sunt eius sermones. 46. distinc. in princip. & in c.1.

c ¶Tardus autem ad loquendum. Qui em̄ inconsyderate loquitur/sentiet mala. Prouerb.13. &.5. quęsti.5. ca. fi. vnde dicit textus in c. Ponderet. in princi. 50. distinc. Ponderet vnusquisq; sermones suos: postq̄ autem quis loqui inceperit/mature & discrete pronunciet: vt sic veterem & bene fundatā videatur habere peritiam. l. dum fratres. ff. de iur. pa. Et hoc per Specu. in ti. de aduo. §. Sequitur videre.

d ¶Neq; in dolo/sed sicut probati sumus &c. Facit textus in c. Is autem.1. Rñso. 22. quęsti.2. vbi dicitur. Verba propterea instituta sunt/non vt per ea se inuicem hoies fallant: sed vt eis quisq; in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam/non ad quod sunt instituta: peccatum est. Hæc ibi.

e ¶Facta est Rixa inter pastores gregum Abram & Loth. Rixa inter pastores Loth & pastores Abræ/controuersiam significat inter pastores catholicos/& subuersores hęreticos. Ita dicit glos. ordina. circa quam/& pro hac controuersia inter catholicos pastores & hæreticos dinoscenda: videndus est bonus textus in c. Excommunicauimus. §. Adijcimus. de hęreti. de quo dictum est in superioribus. Hęc autem cōtrouersia cōtra hęreticos nedū ab ecclesiasticis pastoribus: sed etiā a secularibus dominis est assumēda. d. c. Excōmunicauimus. versi. Moneantur. Vnde dicit textus in c. Pręsidētes. eo. ti. in.6. Pręsidētes regimini alicuius regni prouincię seu loci(licet excōicati) vel de facto tm̄ & nō de iure iurisdictionē habētes: ac eo⁊ officiales ad requisitionē ordinariorum vel delegatorum ipsorum aut inquisitorum hęreticę prauitatis: non valentium sine morę dispendio vel negocij pe

riculo recursum habere ad superiores: qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi. possunt & debẽt cõtra hereticos credẽtes / fautores / receptatores & defensores eorum iustitiã & suum officiũ exercere. Hęc ibi. bo Frater.

f ¶ Fratres enim sumus. Recurratur ad ea quæ in istorum annotatione verborum dicta sunt supra in verbo Frater.

g ¶ Diuisi sunt alterutrum. Ili inter quos bonorum est societas / possunt etiam iure humano quãdocũq; volũt societatẽ diuidere cõmuni consẽsu. Altero autem inuito quãdoq; fieri non potest. prout de hoc videri potest per textũ in .§. Manet autẽ societas. insti. de societate. & in l. Actiõe. §. Labeo. §. seq. ff. pro socio.

lij sui: & Sarai nurum suam vxorem Abram filij sui: & eduxit eos de Hur Chaldæorũ vt irent in terram Chanaan. Veneruntq; vsq; Arã & habitauerunt ibi.

Gene.13.b.c ¶ Loth qui erat cum Abram fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula: nec poterat eos capere terra vt habitarẽt simul. Erat quippe substãtia eorum multa: & nequibãt habitare communiter. Vnde [e] facta est rixa inter pastores gregũ Abrã & Loth. Eo autẽ tẽpore Chananęus & Pheresæus habitauit i terra illa. Dixit ergo Abrã ad Loth. Ne quæso sit iurgiũ iter me & te: & iter pastores meos & pastores tuos: fratres [f] enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est: recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris: ego dextram tenebo. si tu dexteram elegeris: ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaq; Loth oculis: vidit omnem circaregionem Iordanis quæ vniuersa irrigabatur anteq̃ subuerteret dominus Sodomam & Gomorrã sicut paradisus domini / & sicut Aegyptus veniẽtibus in Segor. Elegitq; sibi Loth regionem circa Iordanem: & recessit ab oriente. Diuisitq; [g] sicut alterutrum a fratre suo. Abram habitauit i terra Chanaam. Loth vero moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem: & habitauit in Sodomis.

Ge.19.a.b.c ¶ Venerũt duo angeli Sodomam vespere: sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos surrexit & iuit obuiã eis: adorauitq; pronus in terram: & dixit. Obsecro [h] domini: declinate in domum pueri vestri: & manete ibi. Lauate pedes vestros: & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt minime: sed in platea manebimus. Compulit illos oppido vt diuerterẽt ad eum. Ingressisq; domum illius: fecit conuiuium: coxit azima: & comederunt. Prius autem q̃ irent cubitum: viri ciuitatis vallauerũt domum illius: a puero vsq; ad senem omnis populus simul. Vocaueruntq; Loth & dixerunt ei. Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoscamus [i] eos. Egressus ad eos Loth post tergum occludens ostiũ: ait. Nolite quæso fratres mei: nolite malum hoc facere. Habeo [k] duas filias quę nondum cognouerunt virum: educam eas ad vos: & abutimini eis sicut vobis placuerit: dummodo viris istis nichil mali faciatis / quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rursus ingressus [l] es (inquiunt) vt aduena: nũquid vt iudices. Te ergo ipm magis q̃ hos affligemus. Vimq; faciebãt Loth vehementissime. Iam prope erat vt infringerẽt fores: & ecce miserunt manum viri: & introdu-

h ¶ Obsecro domini declinate i domũ pueri &c. Ex hoc loco scripturę commendari solet virt⁹ hospitalitatis / & i exẽpluʒ imitatiõis citari hoc factũ Loth. Vnde recurratur ad ea quę dicta sunt in ver. Hospitalitas.

i ¶ Vt cognoscam⁹ eos. Declaretur vt in verbo Angeluss.

k ¶ Habeo duas filias &c. Vtrum admittẽda sit cõpẽsatio flagitiorũ vel quorũcunq; peccatorũ / vt nos faciam⁹ mali aliqd ne alius grauius malũ faciat: an potius perturbationi Loth nõ consilio tribuendũ sit / quod hic dixit Loth merito q̃ritur. Et nimirũ periculosissime admittit hęc cõpensatio. Si autẽ ꝑturbationi humanę tribuit: & mẽti tãto malo permotę nullo modo imitãda est. Ita dicit Augustin⁹ citatus hic p glo. or. & in decreto per Grattanũ. 14. dist. i prin. & in. c. 1. vbi glo. in verb. Periculosissime. Ex hoc dicto dicit Augustinũ velle: ꝙ nemo debet min⁹ malũ cõmittere vt alter euitet mai⁹ malũ: & intelligũt hoc qdã: ꝙ nemo debet minus mortale committere / vt alius euitet maius mortale: sed veniale debet cõmittere vt alter euitet mortale. Nã etiam animã qs debet ponere pro proximo / & sic mortẽ tẽporalem potest aliquis subire: ne alter incurrat pœnam ęternam. de pœnitẽ. distinc. 2. c. Charitas. §. proximis. sed pro veniali debet tñ pœna tẽporalis / p mortali ęterna. 11. q. 3. c. Nemo. ergo aliqs põt peccare venialiter ne alter peccet mortaliter. Item quia apostolus dicit. orabam esse anathema pro fratrib⁹ meis: sed nemo anathematizatur nisi pro mortali. d. c. Nemo. 11. q. 3. igitur &c. Itẽ cum vitiũ & virtus sint contraria nec se cõpatiantur. 32. q. 1. c. Cum renunciatur. sed venialia simul cũ virtutib⁹ insunt homini: non ergo proprie dicuntur vitia: igitur &c. Alij tamẽ dicũt ꝙ nullũ peccatũ debet homo facere: vel p suo bono / vel alterius. vt. 23. q. 5. c. Cum homo. versi. qd si alius. Non eñ de⁹ vult tale dãnũ tali lucro cõpensari. c. Si dicat. 33. q. 5. Non eñ debet qs crimẽ suum alienis cõmodis impendere. c. Scut nõ suo. 45. dist. Pręterea ꝙ neq; p salute alteri⁹ tẽporali vel ęternali debeat quis peccare venialiter: ex eo patet ꝙ nullus perducẽdus est ad salutẽ opitulãte mendacio. c. Faciat. 22. q. 2. Hæc glosa. Et ita etiã videt trãsire glosa in c. Non magnopere. in verb. Obtẽtu. in prin. & ibi Panor. colũ. fi. ne cle. vel monachi. Sed ex prędictis difficultas insurgit: Quare Loth redarguatur ab Augustino cũ alibi cõmendetur ab Ambrosio qui in libro suo de patriarchis ait. Offerebat sanctus Loth filiarum pudorem. Nam etsi illa quoq; flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat scdm naturam coire / q̃ aduersus naturam delinquere. Pręferebat domus suę verecundię / hospitalem gratiã etiam apud Barbaras gentes inuiolabilem. ita dicit Ambrosius. & habetur in c. Offerebat. 32. quęst. 7. dici potest ꝙ Ambrosius considerauit pietatem Loth ad hospites. Augustin⁹ vero delictum filiarum. Ita dicit glo. in d. c. Quod ait in glo. ma. in fi. 14. distinc.

l ¶ Ingressus es vt aduena nunquid vt iudices? Facta est his verbis annotatio in verb. Angelus.

m ❡ Eos qui foris erant percusserunt cæcitate. Isti percussi fuerunt non oīmoda cæcitate/ sed quadā visus turbatione quam Græci aorasiam dicunt: quę facit non videre non oīa: sed id quod non est opus. Quomodo enim deficerēt quęrendo ostium/ si cæcitate percussi essent vt nichil viderent. Sua enim calamitate turbati nichil vlterius requirerent. Ita dicit glo. or. hic. & idem Archi. in d. c. Quod ait sodomitis. in prin. 14. distinc.

n ❡ Egressus Loth locutus est ad generos suos. In sequētibus filię Loth virgines fuisse dicūtur. Et ipse etiā ad sodomitas dixit. Ecce duę filię meę quę nondū cognouerūt viros &c. Nūc autē dicitur habuisse generos. Sed quidā arbitrantur eas quæ viros habuerūt in sodomijs perijsse/ & quę virgīes erāt cum patre exijsse. Sed hebraica veritas habet. Egressus Loth locut⁹ est ad sponsos suos. quod quidem magis verum esse videtur ex hoc qd sequit. q accepturi erant filias suas. Vnde datur intelligi ꝙ scriptura spōsos generos vocat. Hęc sunt verba Hiero. quę habētur i c. Egressus. 27. quæsti. 2. Et ita etiam ꝙ sponsi filiarū alicuius possint appellari sui generi. est textus i l. labeo. 2. Rñ. ff. de gradi. affi. & dictū est in verb. Gener.

xerunt ad se Loth/ clauseruntꝙ ostium : & eos qui foris erāt percusserunt [m] cæcitate a minimo vsꝙ ad maximum: ita vt ostiū inuenire nō possent. Dixerūt autem angeli ad Loth. Habes hic quēpiam tuorum generum/ aut filios aut filias? Omnes qui tui sunt educ de vrbe hac. Delebimus enim locum istum eo ꝙ increuerit clamor eorum coram domino : qui misit nos vt perdamus illos . Egressus [n] itaꝙ Loth: loquutus est ad generos suos/ qui accepturi erant filias eius: & dixit. Surgite egredimini de loco isto quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.

❡ Cum esset mane: cogebant Loth angeli: dicentes. Surge: tolle vxorem tuam & duas filias quas habes/ ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante [o] illo: apprehenderunt manum eius/ & manum vxoris/ ac duarū filiarum eius eoꝙ parceret dominus illi. Eduxerūtꝙ eum & posuerunt extra ciuitatem: ibiꝙ loquuti sunt ad eum: dicētes. Salua animam tuam noli [p] respicere post tergum : nec [q] stes in omni circaregionem: sed [r] in mōte saluum te fac: ne & tu simul pereas. Dixitꝙ Loth ad eos. Quæso domine mi quia inuenit seruus tuus gratiā coram te & magnificasti gloriam & misericordiam tuam quam fecisti mecum vt saluares animam meam: nec possum [s] in monte saluari: ne forte apprehendat me malum/ & moriar. Est ciuitas [t] hic iuxta ad quā possum fugere parua: & saluabor in ea. Nunquid nō modica est & viuet anima mea? Dixitꝙ ad eum . Ecce etiā [v] ī hoc suscepi preces tuas: vt non subuertam vrbem pro qua loquutus es . Festina & saluare ibi: quia non potero facere quicq̄/ donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatū est nomen vrbis illius Segor. Ge. 19. d. e.

❡ Sol egressus est super terram: & Loth igressus est Segor. Igitur dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem a domino de cœlo : & subuertit ciuitates has & omnem [x] circaregionem Gene. 19. e.

o ❡ Dissimulante illo apprehenderū manū ei⁹ &c. Sic qui aliquo carnali affectu malorū consortiū exire dissimulant: crebra bonorū ammonitione cogēdi sunt/ ne bonos mores corrūpāt exēpla maloꝝ. Sępe eñ malorū cōsortia etiā bonos corrumpūt: & multo magis eos qui ad vitia proni sunt. Vnde nulla communio debet esse hebręis ad fidē christianā translatis/ cū his qui adhuc i veteri ritu cōsistunt: ne forte eorum participatione subuertantur. Ita dicit tex. in c. Sępe maloꝝ. in prin. 28. q 1.

p ❡ Noli respicere post tergū. Nemo enim mittens manum ad aratrū & respiciens retro : aptus est regno dei. c. Pennata. de pœni. 2. & dictū est s. in verb. Aratrum.

q ❡ Nec stes in omni circaregione. Idest sicut sodomitica sic cętera fuge vitia q̄uis minima: quia si collecta contra nos fuerint/ ita nos grauabūt & opprimēt: sicut vnum aliquod graue peccatum. c. Tres sunt. versi. Est enim pœnitentia. de pœni. distinc. 1. de quo tex. dictum est diffusius in verb. Dimittere. m.

r ❡ Sed in monte. Idest in culmine virtutum/ ascendendo de virtute in virtutem: de quo ascensu textus est in c. Dum sanctam. col. 1. de pœnitē. distinc. 2.

s ❡ Non possum in monte saluari &c. Abdicatio propriæ voluntatis per monasticę vitę professionē altus mons est. Si quidē sic agētes fructū deo dant & arborē. dicit glo. in cle. Si dñm. de reliq. & vene. sanc. Sed qui viderit se non posse conscendere/ melius est vt in Segor paruula ciuitate remaneat. i. contētus sit laicali & cōmuni vita: q̄ montē virtutis arripiat/ & ad secularia redeat. Melius est enim viam dñi non agnoscere/ q̄ post agnitam retroire. c. Quidā de aposta. Virginitas etiam altus mons est: sed si quis videt se non posse conscendere/ maneat in Segor. i. in legitimo matrimonio. c. Nuptiarū. paulopost princip. 27. quęsti. 1.

t ❡ Est ciuitas hic ad quam possum fugere iuxta &c. Iuxta dicitur & tamē ad salutem tuta: quia (dicit glo. ordi.) actiua vita nec a mundi curis ex toto discreta/ nec a gaudio ęternę salutis est aliena. c. 1. in fi. de sum. tri. & fi. ca. c. Nisi cum pridem. colū. penul. de renun.

v ❡ Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas. q. d. Qui potest capere capiat. non omnes capiunt verbum hoc de ascensu montis. d. c. Nuptiarum. 27. quęsti. 2.

x ❡ Omnem circaregionem. Textus in cap. Clerici. in princip. iuncta glo. in verbo Quinꝙ. de exces. pręla. dicit. Quinꝙ ciuitates igne consumptas: scilicet Sodomam & Gomorram Seboim Segor & Escalę. Textus vero in c. Sed & continuo. iuncta glo. in verb. Seboim. adiungit sextam ciuitatem scilicet Adoniam. & ita etiam sex scilicet ciuitates perijsse dicit Hostien. in d. c. Clerici. subiungens ꝙ duę scilicet Adonia & Seboin perierūt propter vicinitatē: vt dicit textus in d. c. Sed & cōtinuo. in prin. Alię vero propter delictū propriū: postea tamē dicit Hostien ꝙ Escalę nō inuenit in historia/ sed Segor plura noīa est sortita: quorū forte vnū est Escalę/ & sic tm̄ quinꝙ perierūt. prout dicit textus in d. c. Clerici. Et dicit glo. in d. c. Sed & cōtinuo. ꝙ loc⁹ dictarū ciuitatū effect⁹ est Aqueus & Aspala/ qui dicit Mare mortuū/ & aqua illa nec est natabilis: nec potabilis/ ibi ferrum natat/ ibi sunt poma pulcherrima exterius: interius autē plena fauilla & cinere/ & his verbis describit luxuria: quia aqua luxurię nō est natabilis nec potabilis: & in ea ferrū natat/ pluuia mergitur & poma inueniunt/ quę exterius pulcherrima sunt: iterius aūt plena Fauilla & Cinere. prout post Archi. i d. c. Sed & cōtinuo. dicet in ver. Luxuria.

y ¶ Vniuerſos habitatores vrbium. Infantes cū parentibus in ſodomitis cremati ſunt: prout eſt tex. in c. Eccleſia. verſi. Item paruulos ſodomitarum.1.quęſti.4. vbi dicitur. Paruulos ſodomitarū non excuſauit ignorantia quin pro paterno ſcelere/cœleſti igne conſumerentur: ſed igne hoc pœna illis diminuta eſt/quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta. Pariter etiā demonſtratū eſt peccatis parentum/paruulos aliquādo corporaliter flagellari. z ¶ Verſa eſt in ſtatuam ſalis. Ad condimentū ſcilicet fidelium/vt ſuo exemplo fideles ſic condirētur: & cautiores fierent ꝙ retro nō reſpicerēt ad eam criminū viam quā deſeruerant reuertentes: qd eſt q̃ periculoſiſſimum.d.c. Quidā. de apoſta. cū ſimilib9 allegatis ſ. in verb. Aratrum: ſuper illud. Nemo mittens manum ad aratrū &c. Vel hac punitiōe vxoris Loth monemur/ vt in acquieſcendo bonis aliorum conſilijs faciles nos exhibeamus: ita accōmodat hanc punitionē gloſa in ca. Peruenit ad nos.84.diſtinc.

vniuerſos [y] habitatores vrbium: & cūcta virentia. Reſpiciēſq; vxor eius poſt ſe verſa [z] eſt in ſtatuam ſalis.

Gene.19.f.g ¶ Cum ſubuerteret dominus ciuitates regionis illius: recordatus eſt Abrahæ: & liberauit Loth de ſubuerſione vrbium in quibus habitauerat. Aſcenditq; [a] Loth de Segor: & manſit in mōte: duæ quoq; filiæ eius cum eo. Timuerat enim manere in Segor: & manſit [b] in ſpelunca: & duæ filiæ eius. Dixitq; maior ad minorem. Pater noſter [c] ſenex eſt: & nullus virorum remanſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morē vniuerſæ terræ. Veni inebriemus eū vino: dormiamuſq; cum eo/ vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen. Dederunt [d] itaq; patri ſuo bibere vinum nocte illa: & igreſſa eſt maior: dormiuitq; cū patre. At ille [e] non ſenſit/nec quando accubuit filia: nec quando ſurrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem. Ecce dormiui heri cū patre meo: demus ei bibere vinum etiā hac nocte/& dormies cum eo/ vt ſeruemus ſemen de patre noſtro. Dederūt & illa nocte patri ſuo bibere vinum. Ingreſſaq; minor filia: dormiuit [f] cū eo: & nec tūc quidē ſenſit quando concubuerit vel quando illa ſurrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre ſuo: peperitq; [g] maior filiū & vocauit nomen eius Moab. Ipſe eſt pater Moabitarum vſq; in preſentem diem. Minor quoq; peperit filium/& vocauit nomen eius Ammon: ideſt filius populi mei. Ipſe eſt pater Ammonitarum vſq; hodie.

Lucæ.17.g. ¶ Memores eſtote vxoris Loth.

2.Ioā.2.b. ¶ Deus iuſtum Loth oppreſſum a nephandorum iniuria ac luxurioſa cōuerſatione eripuit. Aſpectu enim & auditu/iuſtus erat: habitans apud eos qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabāt.

Lucere & Lux.

Gene.1.a. ¶ Dixit deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucē ꝙ eſſet bona. Et diuiſit [h] lucē a tenebris appellauitq; lucem/diem: & tenebras/noctem.

Iob.30.d. ¶ Preſtolabar [i] lucem: & eruperunt tenebræ.

38.b. ¶ Auferetur ab impijs lux ſua: & brachium excelſum confringetur.

Pſal.62.a. ¶ Deus deus meus ad te de luce vigilo.

96.ppe fi. ¶ Lux orta eſt iuſto: & rectis corde letitia.

a ¶ Aſcēditq; Loth de Segor: & mãſit in mōte &c. Sic cōiugati de humilitate actiuę vitę qñq; tranſeunt ad altitudinē contēplatiuę: de quo videatur qd dictū eſt in verbo Coniungere: ſuper illud. Quod deus cōiunxit homo non ſeparet.

b ¶ Mãſit in ſpelunca ipſe & duę filiæ eius: idem habetur in c. Sexto die. verſi. Legimus.36. diſtinc.

c ¶ Dixitq; maior ad minorē. Pater noſter ſenex eſt &c. Iſtud dicit ſcdm Hiero. pro excuſatione filiarum: quia genus humanū defeciſſe putauerunt. Ideoq; cum patre accubuerūt. Et idem dicit & apertius do. Archidia. in d.c. Sexto die. i fi. vbi dicit. Filię Loth ęſtimatione ſua regeneratrices humani generis erant. Putabant enim totum genus humanum qd Eua mundo pepererat p ignem qui ſodomam cōbuſſit eſſe deletum. & ideo intrauerunt ad patrem/ vt noua origine mūdo homines generarēt. Hęc Archi.

d ¶ Dederuntq; patri vinum bibere &c. Et dormiuit cum patre &c. Hinc dicit tex.35. diſt. in fi. prin. Loth quē Sodoma nō vicit vina vicerūt/nō fuit autē Loth imunis a crimie peccati: tum quia angelo nō credidit ſe poſſe ſaluari in Segor: tum quia inebriatus eſt. Ita dicit Archi. in c. Inebriauerunt. et ibi eſt bonus tex.15.q.1. De illo autem textu dictum eſt ſ. in verb. Ebrius. in .1. annotatione.

e ¶ At ille non ſenſit &c. Gloſa & ibi Archi. in d.c. Inebriauerunt. in verb. Neſciens. in fi. dicunt ꝙ Loth in actu carnis non fuit neſciens: quia natura non patitur ꝙ aliquis neſciens coeat/ſed ideo dicitur neſciens ſeu non ſenſiſſe: quia neſciebat filias eſſe: ſed vxorem eſſe credebat. Et pro hoc eſt bonus textus in c. Dixit. in fi.32. quęſti.4. vbi dicitur. Loth ſancti filię/hanc cauſam quęrendę poſteritatis habuerunt: ne genus deficeret humanum. & ideo publici muneris gratia priuatā culpam prętexuit. i. diminuit. hęc tex. iuncta glo. ī verb. Prętexuit.

f ¶ Dormiuit cum eo. Vnde dicit tex. in c. Quęlibet.40. diſtinc. Loth in ipſa peruerſa ciuitate fuit iuſtus in monte peccauit. per hoc inferens non loca: ſed perſonarum merita inſpicienda.

g ¶ Peperitq; maior filium &c. De partu filiarum Loth loquēs textus in c. Sexto die. verſicu. Legimus.35. diſtinc. dicit. Fuit ebrietas origo inceſti concubitus peſſimę regeneratricis partus deterior: quod dictum Archidiaconus ibi declarans: dicit ebrietas. i. Loth inebriatus: fuit origo. i. cauſa inceſtus. Vnde videtur fuiſſe malus/ ſed deterior fuit peſſimę regeneratricis. i. duarum filiarum vterq; partus Ammon: ſcilicet & Moab qui ſemper populum dei perſequebantur.

h ¶ Diuiſit lucem ac tenebras. Lux enim a tenebrarū obſcuratur caligine. dicit glo. poſt Eſaiam in cle. Dolentes. in verb. Caligine. de hęreti.

i ¶ Preſtolabar lucem & eruperunt tenebrę. Multi lucem pręſtolantur ęternam in quos erumpent tenebrę vbi erit fletus & ſtridor dentium. c. Sacerdotibus. in fi.11. quęſti.1.

¶Iustorum [k] semita quasi lux splendēs procedit & crescit vsq ad per= puer.4.c.
fectum diem.
¶Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa. puerb.15. d
¶Sapientia hominis lucet in vultu eius: & potētissimus faciem illius Ecclēs.8.a.
commutauit.
¶Populus [l] qui ambulabat in tenebris/ vidit lucem magnam: habitā= Esaia.9.a.
tibus in regione vmbræ mortis/ lux orta est eis.
¶Erit lux lunæ sicut lux solis: & lux solis erit septempliciter sicut lux 30.f.
septem dierum/ in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui: &
percussuram plagæ eius sanauerit.
¶Ego dominus/ & non est alter: formans lucem & creās tenebras/ fa= 45.a.
ciens pacem & creans [m] malum.
¶Mane mane dñs dabit iudicium suum in luce: & non abscondetur. Sopho.3.a.
¶Vos [n] (ait Christus ad discipulos) estis lux mundi. Non potest ciui= Matth.5.b.
tas abscondi supra montem posita: neq accendūt lucernam & ponūt
eam sub modio: sed super candelabrum/ vt luceat omnibus qui in do=
mo sunt. Sic luceat [o] lux vestra coram hominibus/ vt videant opera
vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.
¶Filij huius [p] seculi prudentiores filijs lucis/ in generatione sua sunt. Lucę.16.b.
¶Quod factum est in verbo vita erat/ & vita erat lux hominū/ & lux Ioan.1.a.
in tenebris lucet/ & tenebræ eam non compræhenderunt. Fuit homo
missus a deo/ cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium/ vt te=
stimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum: non
erat ille lux/ sed vt testimoniū perhiberet de lumine: erat lux vera quæ
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
¶Lux venit in mūdum/ & dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucē. Ioā.3.c.
¶Omnis [r] qui male agit/ odit lucem/ & non venit ad lucem: vt non ar= eodem.
guantur opera eius. Qui autem facit veritatem/ venit ad lucē. vt ma=
nifestentur opera eius. quia in deo facta sunt.

k ¶Iustorum semita quasi lux splendens &c. Hęc sententia ponitur in c. Non reuertebātur. de pœni. dist. 2. & ibi pro ipsius elucidatione dicitur in iustorum animo bonum desyderium atq intellectus lucis intimę iam pars diei est: sed quia vsq ad finem vitę in virtute proficiunt ad perfectū diem: tunc veniunt quando ad cœlestia regna perducti in ea luce quam desyderant/ iam minus aliquid non habebunt. Hęc ibi.

l ¶Populus qui ambulabat in tenebris &c. In celebritate natiuitatis dñi tres missę solent decātari: quarū prima repręsentat statū q fuit ante legē/ quando oēs erant in tenebris: vñ media nocte dicit & pro eius initio hæc pphetia sumitur. populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā &c. tex. est cum glo. in c. Cōsuluisti. de cele. missa.

m ¶Creans malum. Videatur quod dictū est in verb. Creare.

n ¶Vos estis lux mūdi. Istud de summo pontifice dicit Hieronym⁹ p Gratianum citatus in c. Quoniā vetus. circa mediū. 24. quęsti. 1.

o ¶Sic luceat lux vestra corā hominibus &c. Textus est circa hanc sententiā videndus in cap. Quatuor. 12. q̄sti. 2. vbi premisso q quatuor portiones sunt de bonis ecclesiasticis faciēdę: quarum vna sit pontificis/ altera clericorum: tertia pauperum: & quarta fabricę ecclesię: subiungit. Ea quæ ecclesiasticis restaurādis ędificijs attributa sunt: huic operi veraciter pręrogata/ locorum doceat instauratio sanctorū manifesta: quia nephas est si sacris ędib⁹ destitutis in lucrū suum pręsul impēdia his sacris ędibus deputata conuertat. Et ipsam nichilominus ascriptam pauperib⁹ portionem ēē diuinis rationibus se dispensasse monstraturus videatur: tamen iuxta hoc quod scriptum est/ vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est: oportet etiam pręsenti testificatione pręcidari/ commendari/ & bonę famę pręconijs non taceri. Hęc tex. Et facit tex in c. Agite. in princi. de pœni. distinc. 1.

p ¶Filij huius seculi &c. Videtur quod dictum est in verb. Filius.

q ¶Erat lux vera quę illuminat omnē hoiem venientē in hūc mundū. Circa hęc verba notādus est tex. in c. Cleros. versi. Accolyti. 21. distinc. vbi dicitur. Accolyti gręce/ latine Ceroferarij dicuntur a deportandis cereis: quando legendum est euangeliū aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis/ & deportantur non ad effugandas tenebras/ dum sol eodem tempore rutilat: sed ad signū lętitię demonstrandū/ vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur. de qua in euangelio legitur. Erat lux vera quę illuminat omnē hominem venientē in hunc mundū. Secundo notetur tex. in c. Cum ex iniuncto paulopost prin. de hęre. vbi dicit. Deus lux vera quę omnē hominē venientē in hunc mundū illuminat/ intantū odit opera tenebrarum: vt apostolos suos in mundum vniuersum pręedicaturos euangeliū omni creaturę missurus eis pręceperit aperte: dicens. Quod dico vobis in tenebris/ dicite in luce: & quod in aure auditis super tecta pręedicate. Hęc ibi.

r. ¶Omnis qui male agit/ odit lucem. Hinc dicit Innocentius. 2. in c. Perniciosam. 18. quęsti. 2. Perniciosam & detestabilem consuetudinē quarūdam mulierum (quę licet neq scdm regulā beati Benedicti neq Basilij aut Augustini viuant: sanctimoniales tamen vulgo censeri desyderāt) aboleri decernimus. Cum enim iuxta regulam beati Benedicti degentes in cœnobijs/ tam in ecclesia q̄ in refectorio atq dormitorio: cōmuniter esse debeant/ propria sibi ędificant receptacula & priuata domicilia: in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites minus religiosos cōtra sacros & bonos mores suscipere/ nullaten⁹ erubescūt: qa ergo ois q male agit odit lucē/ ac p hoc ipse abscōdite in iniustorum tabernaculo se arbitrātur posse latere oculos iudicis cuncta conspiciētis: hoc iam inhonestum detestandūq flagitium ne vlterius fiat omnino prohibemus/ & sub pœna anathematis interdicimus. Hęc ibi. Et textus cum glo. in verbo Secrete. in c. Clericus solus. in fine. 81. distinc. dicit. Archidiaconus sub prętextu humilitatis aut officij non intret frequenter domicilia matronarum: aut forte per clericos: aut domesticos matronę mandet aliquid secrete: quia omnis qui male agit odit lucem. Et in ca. Consuluit. versicu. Ne vero. de offi. delega. dicit textus. Ne iudicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris prohibemus: quia iuxta testimonium veritatis Qui male agit odit lucem. Hæc textus vbi glo. in verbo Agit. allegat illud Horatianum pro dicto consimili: Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. Et aduertendum est q ex

hac sententia euangelica concludi solet contra eos/qui non nisi occulte volunt agere sinistrã oriri presumptionem. Ita ex hoc dicto dicit glo. in d.c. Consuluit. in verb. Odit lucem Et ad hoc est tex. cum glo. in verb. Occulte. in c. Anastasius. 19. distinc. in c. Vt nostrum. vt eccle. bene. & in l. si. ff. de ritu nup.

s ¶ Credite in lucem/vt filij lucis sitis. Facit textus in c. Resuscitatus. versi. pe. de poeni. dis. 1. vbi dr. Christus ait. Omnis qui odit malum in luce agit. qui autẽ in luce agit (sicut Augu. ait) in Christo operatur. Qui autẽ in Christo operatur/ei⁹ filius probatur. Cuius enim opera quisque facit/eius filius esse perhibetur. Vnde quibusdam dominus ait. Si filij Abrahæ estis: opera Abrahę facite. Hęc ibi.

Ioan.9.a. ¶ Quãdiu sum in mundo (dicit Christus) lux sum mundi.

Ioã.12.f. ¶ Ambulate dum lucem habetis/vt non vos tenebræ comprehendãt. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadit.

eodem. ¶ Dum lucem habetis/credite [s] in lucem: vt filij lucis sitis.

12.g. ¶ Ego (dicit Christus) lux in mundũ veni/ vt omnis qui credit in me/ in tenebris non maneat.

2.cori.6.c. ¶ Quæ [t] participatio iustitię cum iniquitate/ aut quæ societas luci ad tenebras?

1.timo.6.c ¶ Deus solus habet immortalitatem: & lucem habitat inaccessibilem.

¶ Cætera in verbis dies. Eccli.33:a. Iob: Iob.3:d. & tenebræ. Exodi. 10.f.

1.regũ.22.c **Lucerna.** ¶ Tu lucerna mea domine/ & tu illuminabis tenebras meas.

Psal.17.d. ¶ Quoniam tu [x] illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas.

Psal.118.o. ¶ Lucerna [y] pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

131. ppe fi. ¶ Paraui [z] lucernam Christo meo.

puer.13.b. ¶ Lux iustorum lætificat/lucerna [a] autem impiorum extinguetur.

20.d. ¶ Lucerna domini spiraculum hominis/ qui inuestigat omnia secreta ventris.

21.a. ¶ Exaltatio oculorum est dilatio cordis / lucerna impiorum peccatũ.

Eccli.26.c. ¶ Lucerna [b] splendens super candelabrum sanctum: mulier bona/ & species faciei super ætatem stabilem.

Lucę.11.e. ¶ Nemo [c] lucernam accẽdit & in abscondito ponit: neque sub modio/ sed supra candelabrum: vt qui ingrediuntur lumen videant.

Lucæ.12.d. ¶ Sint lumbi [d] vestri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus vestris &c.

Apoca.21.g ¶ Ciuitas dei non eget sole neque luna vt luceant in ea: nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. Et supra in verbo ciuitas. Cætera infra Oculus. Lucæ.11.

t ¶ Quę participatio iustitię cum iniquitate/ quæ societas luci ad tenebras. De hac sententia est bo. textus in c. Resuscitatus. de poeni. distinc. 1. de quo textu videatur s. in verb. Conuẽtio. in vl. annotatione.

v ¶ Lucẽ habitat inaccessibilẽ. Quia nullus ad eam accedit/nisi ex dono eius: quomõ autẽ ad eã accedatur est textus in d.c. Resuscitatus. paulo post princi. de poeni. distinc. 1. vbi dicitur. Habet anima sibi deũ pñsentem per gratiam quę viuens peccatũ suum confitetur: eamque vitam quæ deus est inhabitat/quam inhabitando viuere facit. si autem illam inhabitet: ergo templum spiritussancti facta est: ergo illuminata est: ergo a tenebris peccatorum expiata est: ergo templum diaboli esse desinit quę ad lucẽ venit/cuius respectus tenebras fugat. Hæc ibi.

x ¶ Quoniã tu illuminas lucernã meam domine &c. Quoniã tu dñe sanctos ecclesiæ doctores qui sunt lucernę ardẽtes in vniuersali ecclesia c. 1. de reliq. & vene. sanc. li. 6. Illuminasti/tenebras meas illumina: quia scire meum absque te domine nescire est. c. Legimus. i. circa finẽ. 37. distinc.

y ¶ Lucerna pedibus meis verbũ tuum. Quomodo verbum dñi sit operationibus nostris vera lucerna: est bonus tex. in c. Sicut stellas. 38. distinc. de quo videatur s. in verb. Liiere. 2 ad Timo. 3.

z ¶ Paraui lucernam Christo meo. Hæc verba accõmodãtur Io. baptistę qui Christi fuit pręcursor. c. Hæc autem. paulo ante finẽ. 23. quęsti. 4.

a ¶ Lucerna impiorum extinguẽtur. Idest huius seculi fœlicitas tenebrosum habet exitũ. c. Ecclesię principes. in prin 35. dist. & facit textus in c. Paratus. in fi. ibi. Nichil est infœlicius &c. 23. q. 1.

b ¶ Lucerna splendẽs sup candelabrũ sanctũ/mulier bona. Hęc sententia deiparę virginis Marię cõmendationi posset accõmodari. Fuit enim splendens lucerna super sanctum candelabrum. prout liquebit ex his quæ dicentur. J. in verbo Maria virgo.

c ¶ Nemo lucernã accẽdit &c. Christus (dicit Beda) lucernã accẽdit/qui testam humanę naturę flãma suę diuinitatis impleuit. c. 1. cũ fi. de sum. tri. & fi. ca. quã lucernã nec credẽtib⁹ abscõdere: nec modio supponere hoc est sub mẽsura legis voluit includere. c. Ideo pmittẽte. §. his ita respõdet. 25. q. 1. vel intra vni⁹ gẽtis termios voluit cohibere. c. Cũ igit. §. Est autẽ & alia causa. 35. q. 1. sed supra candelabrũ posuit. i. ecclesiã: qa in nostris frõtibus fidẽ suę incarnatiõis affixit vt q ecclesiã fideliter ingredi voluerint/ lumẽ veritatis palã queãt inuenire. c. qa ex sola. 24. q. 1

d ¶ Sint lumbi vestri pręcincti/ & lucernę ardẽtes in manibus vestris. Circa hãc sententiã notet tex. in c. Quis sanctus. de poeni. dist. 1. vbi dr. Qui sanctus sacerdos est/ & comedit pascha dñi: accingatur baltheo castitatis/ vt audiat cũ apostolis. Sint lũbi vñi pręcincti/ & lucernę ardẽtes in manib⁹ vestris. Hęc tex. quẽ declarãs Archi. dicit. Qui sanctus. i. bon⁹ est sacerdos/ & comedit pascha dñi. i. digne vult recipere corpus Christi: accingatur ad pugnandũ contra diabolum baltheo castitatis: quasi zona. Sicut enim zona astringit vestes ne defluãt/ sic castitas restringit hominẽ ne in luxuriã defluat seu carnales concupiscentias. Et sint lũbi vestri pręcincti. i. motus carnaliũ desyderiorum cohibete & refrenate cinctorio castitatis. & lucernę ardentes in manibus vestris. i. opera vestra sint ardentia charitate/ & alijs lucentia per exemplum. Hæc enim duo facit lucerna: ardet in se/ & alijs lumen pręstat. Hæc Archi.

Lucifer. ℭTecum [e] principium in die virtutis tuæ. In splendori= Psal.109.a.
bus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

ℭQuomodo [f] cecidisti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? Corrui= Esaiæ.14.c.
sti in terram qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo. In cœlū i fi. &.d.in principio.
ascendam: supra astra dei exaltabo solium meum: sedebo in mōte te=
stamenti in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubiū:
similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profun=
dum laci &c.

ℭHabemus firmiorē propheticum sermonem: cui benefacitis: atten= 2.petri.1.d.
dentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso donec dies elucescat:
& Lucifer oriatur in cordibus vestris.

Lucas. ℭLucas est mecum solus (ait Paulus) 2.ad tio.4.b.in fine.

Lucrari. Lucrifacere & Lucrum. ℭNon [g] inueniet puerb.12. prope finē.
fraudulentus lucrum.

ℭQuid [h] prodest homini si vniuersum mundū lucretur: animæ vero Mat.16.d.
suæ detrimentum patiatur?

ℭCum [i] liber essem ex omnibus (dicit Paulus) omnium me seruum 1.ad cori.9.c.in fine. &
feci: vt omnes lucrifacerem: & factus sum Iudæis tanq̄ Iudęus: vt Iu= d.in prin.
dæos lucrarer. His qui sub lege sunt quasi sub lege essem: cum ipse nō
essem sub lege: vt eos qui sub lege erant: lucrifacerem. His qui sine le=
ge erant/ tanq̄ sine lege essem: cum sine lege dei non essem: sed in lege
essem Christi vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infir=
mus/ infirmis: vt infirmos lucrifacerē. Omnibus [k] omnia factus sum:
vt omnes facerem saluos.

ℭMichi viuere Christus est (inquit Paulus) & mori lucrum. Ad phi.1.c.

ℭOportet diacones esse pudicos/ non bilingues: non multo vino de= 1.timo.3.b.
ditos: non [l] turpe lucrum sectantes: habentes misterium fidei in con=

e ℭ Tecum principium &c. Declaretur vt supra in verb. Gignere.

f ℭ Quomodo cecidisti de cœlo lucifer &c. Hinc dicit tex. in c. Quęlibet. in fi. 40. dist. Quid paradiso io cundius? quid cœlo securius? & tñ homo ex paradiso/ & angelus de cœlo peccādo cecidit. Hęc tex. vbi glo. in verbo Cecidit. dicit: ꝙ hic casus seu lapsus luciferi/ causa est quare nos persequitur: quia nos illuc ascēdere debemus vnde descēdit. & de hoc est celebris tex. in c. Visis. 16. quęsti. 2. de quo dictū est in verb. Inimicus. f. Sicut autē hic lucifer veram ad deū subiectionē infringēs/ cecidit: idignus habit⁹ aliorum cōsortio. Ita qui ecclesię subiectionē dirumpunt/ heretici censentur: & vt tales aliorū consortio iudicantur indigni. caduntq; cum eoꝝ auctore in inferni pręcipitiū. c. 3. de hęre. Fuerūt autē olim aliqui hęretici Luciferiani vocati a Lucifero Spmyrneñ. epo orti: q catholicos qui instāte psecutiōe perfidię Arrhianoꝝ consentiētes erant/ & postea correcti i cathedrā redire elegerunt/ dānantes qd prius credide rūt/ siue qd credidisse dissimulauerunt: quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanq̄ Petrum post fletum negationis: hanc matris charitatem supbe accipiētes/ eos recipere nolentes ab ecclię comunione recesserūt: & cū ipso lucifero authore suo qui mane oriebatur/ cadere meruerūt. Ita dicit tex. in c. Quidā. versi. Luciferiani. 24. q. 3.

g ℭNō inueniet fraudulentus lucrum. Videatur qd in huius annotatione sentētię dictū est in verb. Fraudulentus.

h ℭ Quid pdest homini &c. Recurratur ad verbum Detrimentum.

i ℭ Cum sim liber ex oībus &c. Hic notet tex. in c. Iam nunc. paulo ante fi. 28. quęsti. 1. vbi dicitur. Multa sunt facienda non iubente lege/ sed libera charitate: quod apostolus quēadmodum cōmendet eius verba testātur/ dum dicit. Cum sim liber ex omnibus. i. dicit glosa nullis beneficijs obnoxius/ omnium me seruum feci/ vt omnes lucrifacerem.

k ℭ Omnibus omnia factus sum vt omnes facerem saluos. Paulus omnibus omnia factus est/ non mētientis astu: sed cōpatientis affectu. i. non oia mala eorū fallaciter agendo/ sed oibus malis tanq̄ sua essent misericorditer medicando: alijs agens ex cōpassione quod sibi fieri vellet si opus esset. Hæc declaratio est glo. or. pro qua est bonus tex. vbi superiora verba factus sum infirmus infirmis ponuntur. in c. Recedite. 45. distinc.

l ℭ Non turpe lucrum sectantes. Facit primo tex. in c. Peruenit. 86. distinc. de quo in istorum annotatiōe verborum dictū est s. in verb. Diacones. Secūdo facit tex. in c. Consequēs. 88. dist. vbi dicit Gelasius papa. Consequens est vt illa quę de Picenis partibus nuper ad nos missa relatio nunciauit non prętereūda putemus. Plurimos clericorum negociationibus inhonestis & turpibus lucris inhiare/ nullo pudore censentes euangelicam lectionem: qua ipse dominus negociatores ex templo verberatos asseritur expulisse. Nec apostolica verba recolētes: quibus ait. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus. Psalmistā quoq; Dauid surda dissimulantes aure cantantem. Quoniam non cognoui negociationes/ introibo in potentias domini. Proinde huiusmōi aut ab indignis postea quæstibus nouerint abstinendum: & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio cupiditateq; cessandum: aut in quocunq; gradu sint positi: mox a clericalibus officijs cogantur abstinere. quoniā domus dei/ domus orationis & esse & dici debet: ne per officia negociationis/ potius sit latronū spelunca. Hęc ibi. Tertio facit tex. in c. Negociatorē clericū. eadem distinc. vbi dicit Hiero. Negociatorē clericū quasi quandam pestē fuge. Quarto pro ampliori huius turpis lucri declaratione notetur tex. sumptus ex Maguntino concilio. in c. 1. ne cle. vel mona. vbi dicit. Quicquid plus iusto appetit homo/ turpe lucrū est. Munera iniusta accipere vel etiā dare pro aliquo seculari quęstu/ pretio aliquem conducere/ in placitis secularibus disputare excepta defensione orphanorū aut viduarū/ conductores seculariū rerū/ aut pcuratores esse/ aleas amare: pondera iniusta vel mensuras habere/ negociū iniustū exercere. Canes & aues sequi ad venandū: & oibus qbuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia & his similia ministris altaris dñi/ necnon & monachis oino cōtradicimus. De qbus ait apl's. Nemo militās deo iplicat se negocijs secularib⁹. Hęc ibi. Vñ dicit Eugeni⁹ papa i c. Sacerdotib⁹. eo. ti. Sacerdotib⁹ & clericis denūcies publice: ne ministri laicoꝝ fiāt: nec in reb⁹ eoꝝ pcuratores existāt. Qz si postmodū facere

presumpserint/& occasione ipsius administrationis: propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude: indignum est eis ab ecclesia subueniri/per quos constat in ecclesia scādalū generari. Hęc ibi. Et propterea etiā dicitur in Lateraneñ. concilio/cui p̄erat Alexander tertius. Nec procurationes villarum/aut iurisditiones seculares sub aliquibus principibus & secularibus viris vt iustitiarius eorum fiat: clericorum quispiam exercere presumat. Si quis aūt aduersus hęc venire tētauerit: qa contra doctrinam apostoli dicentis. Nemo militans deo/implicet se secularibus negocijs: seculariter agit/ab ecclesiastico fiat ministerio alienus: pro eo ꝙ officio clericali neglecto/fluctibus seculi vt potestatibus placeat/se immergit. De hac conciliari constitutione text⁹ est in c. Sed nec procurationes. eodem titulo. Et in c. Secundum. eo. ti. dicit idem Alexan. tertius secundum instituta predecessorum nostroꝝ sub interminatione anathematis ꝓhibem⁹. ne monachi vel clerici causa lucri negocietur. Et ne monachi a clericis vel laicis suo nomie firmas habeāt. Et Innotertius in cap. Sicut. eodē ti. dicit. Mandamus quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis/ tabellionatus officium per beneficiorū substractionē appellatione postposita interdicas. Hæc ibi. & apud legistas facit textus in l. Repetita. C. de epis. & cle. & in l. Consulta. C. de testa.

scientia pura. Et supra diacones.

Cætera in verbo detrimentum. Ad philip. 3. b. Et in verbo Episcopus. Ad titum. 1. b.

Luctari. Vide supra in verbo Iacob. Gene. 32. f.

Gene. 21. b. **Ludens. Ludere & Ludus.** Cum vidisset Sarra filiū Agar Aegyptiæ ludentem m cum Isaac filio suo: dixit ad Abraham. Eijce ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et supra in verbo Abraham vbi diffusius.

m Ludentem cum Isaac. Glo. 1. & Hostien. in c. Lator. in prin. de homi. Dicunt licitum esse quandoꝙ ludere/sicut Isaac. tex. tamen iuncta glo. in verbo seducere. in c. Recurrat. versi. Ismael. 32. q. 4. Sentit ludum Hismaelis cum Isaac fuisse illicitum. Dicit em̄ ibi textus. Hismael erexit ceruicem/ & voluit seducere fratrem suum ludens cum illo. Et glo. in d. verbo seducere/ dicit: ꝙ Ismael faciebat luteas imagines & cogebat Isaac eas adorare. Qui aūt ludi liciti sint & qui illiciti: quia materia quotidiana est/plenius est attingenda iuxta doctrinā iurisconsulti in l. Legaui. ff. de libera. lega. Vnde distinguatur. Quidam enim est ludus gratia exercendę virtutis corporalis adinuentus: & talis permissus est & licitus: qualis est ludus iaculatorius. de quo est tex. vbi eius permissio probatur in l. Item si obstetrix. §. fi. ff. ad l. Aquiliam. & ludus pilę. l. Itē mela. in princi. ff. eo. & ludus colluctationis. l. Qua actione. §. Si quis in colluctatione. ff. eodē. & c. Lator. de homi. Et alij ludi de quib⁹ habetur in l. Solent. cum l. seq. ff. de aleę vsu. & alea. vbi dī. Senatusconsultum vetuit in pecunia ludere/ preterꝗ si qs certet hasta vel pila iaciendo/ vel currendo/ saliendo/ luctando/ vel pugnando ꝙ virtutis causa fiat. Quibus rebus ex l. Titia & Publicia & Cornelia etiam sponsionem facere licet. Hæc ibi. Vnde dicit text⁹ qui est de nouis constitutionibus Iustiniani imperatoris in Auctēn. Alearum vsus. circa me. C. de reli. & sump. fu. Ordinēt epi quinꝙ ludos. Comonouolon. Comodaulon. Regidalia. Kempo. & reypusara. Comonouolon. i. ludum vbi lapis in longum proijcitur. Comodaulon. i. ludum vbi lapis vel palus in breue spacium proijcitur. Regidalia. i. ludū vbi equites currendo in certantē ꝓijciunt. Kempon. i. ludū vbi ligno taxilli proijciuntur. Et reipusara. i. ludū vbi pōdus dētibus eleuatur. Hęc tex. cū glo. Sed hos ludos aliter & clarius explicat Hostiē. in c. Inter dilectos. de excel. prela. dicens Comonouolon ludum esse vbi iactus in longum protrahitur: sicut sorte est sagittare vel ludere ad mecellam vel piletum. Comodaulon esse ludum vbi iactus in breue spacium retrahitur: sicut est ludus billarum. Reipusara vbi ludus cum dentibus eleuatur. Kempon/ludum quo equo currente eques cum lācea eleuat positā rē in signū: puta chyrothecā/vel aliud simile. Regidalia ludū vbi cum pede vel ligno seu alia materia ob fraudis suspitionē tali iaciunt. Torneamentorū tñ ludus (tāmetsi grā exercēdæ corporeæ virtutis ineatur) scdm canones est prohibitus: quia ex eis mors hoim & animarum pericula sępe ꝓueniūt. c. 1. de Tornea. Et idē est saltem respectu clericorū in duello. c. 1. & 2. de cle. pugnā. in duel. de quo dictum est s. in verbo Dauid. Secundus est ludus naturę & ingenij recreatiuus/nec alicui fortunę subiectus: qualis est ludus scachorū/simplex lud⁹ tabularum/ ludus cytharę & similes. & iste permissus est etiam clericis scdm Inno. Panor. Henri. Bouhic. & cōiter docto. in c. Clerici. de vita & ho. cle. Oportet tamē ꝙ talis ludus non fiat cū verbis turpibus vel noxijs actibus. Secūdo ꝙ per eum animi grauitas non totaliter resoluatur. Et tertio ꝙ congruat psonę tēpori & loco/& secundū alias debitas circūstātias ordinet. Ita Henri. in d. c. Clerici. Quarto etiā exigitur saltem in clericis ne ꝓ quæstu ludatur. Tunc em̄ non eis liceret p̄sertim de bonis ecclesiæ quæ sunt pauperum. c. fi. 16. q. 1. Et ita tenet Archi. in c. Episcopus. in prin. 35. dist. Laicis aūt amplior datur libertas ludendi talibus ludis honestis: vt sc3 ludere possint pro parua ꝗtitate: puta pro vno solido/ & nō ꝓ vlteriori quātitate/ vt si quē vinci contigerit casū grauem non sustineat. Ita dicit tex. in d. Auctē. Alearum vsus. versi. Sed nec permittimus. Et accipiatur ibi solidus/pro aureo. Nec intelligatur ꝙ pro omni ludo possit poni vnus aureus: sed pro tota illa die qua inuicē duo ludunt/ non facta aliqua interpellatione: quoniam pro toto illo tempore vnus ludus dī: & non plures. Bar. in l. Inficiendo. §. Si infans. ff. de furtis. facit l. Pōponius. 2. de negoc. ges. & notat Ange. Are. in tracta. de crimi. in versi. Inuentore. in materia ludorū. Et in talibus ludis licitū est vincere/dūmodo fraus non cōmittatur. & cū psona administrationē habēte ludat/alias secus. V n̄ ille qui ludit cum monacho qui non habet ꝓprium vel cum filio qui ludit pecuniam patris: vel cum institore qui ludit pecuniam domini: si scit sciens non solum nichil lucratur/sed etiam furti tenet. ar. l. Seruus. cuiusdam. ff. de condi. inde. & idem si fraudē cōmittit. Ita tenet Bal. i Ru. C. de cōdi. ob tur. causā. versi. Venio ad secūdam ꝗstionem. Tertius est ludus fortunæ subiectus. vel in totū: vt ludus ad azardū. vel mixtim: vt ludus tabularū cum taxillis. Et iste ludus est prohibitus/ non de se: sed ratione consequētię/ propter crimina sc3 ꝗ ex eo oriuntur. Quę crimina congerit Archi. in d. c. Episcopus. 35. dis. & diffusius Hostien. in summa. in Rubri. de exces. prela. in §. Clericus etiam. De ꝓhibitione aūt isti⁹ ludi respectu laicorum est tex. in d. Auctē. Alearum vsus. in prin. C. de relig. & sup. fu. & i l. 1. ff. de aleę vsu. & alea. Respectu vero quorūcūꝙ clericorum est celebris tex. in Auctē. Interdicim⁹. C. de epis. & cle. vbi nedū fit ꝓhibitio clericis ne ludāt/ sed etiam ne alijs ludētibus participes sint aut inspectores. Et idē habet i c. Clerici officia. versi. Ad aleas. de vita & hone. cle. Qz si clericus huic prohibitioni cōtrauenat: potest iure ciuili a suo ministerio prohiberi: & tribus annis in monasterium pro agenda pnia retrudi: nisi grām sibi fecerit eps. tex. ē in d. Auctē.

in fine. de iure vero canonico si clericus sit publicus & manifestus aleator/repellitur ab obtinēdo bñficio tanq̄ vilis & indignus: etiā si aliter vt desisteret non fuerit admonitus. Tex. est qui Ita intelligit in c. Inter dilectos. de exces. prælа. Ab obtento aūt beneficio nō repellitur propter ludum/ nisi frequenter monitus vt desisteret nollet se corrigere. Tūc em̄ beneficio priuari posset. Ita loquitur tex. in c. Episcop9. 35. dist. imo forti9 dicit Panor. in d. c. Inter dilectos. in glo. 1. q̄ clericus aleator etiam occultus punitur: vt collatio bñficij sibi facta q̄uis valeat tamē possit ānullari: facta aūt aleatori publico ipso iure non valet. Hęc locum habent si causa lucri ludatur. Si vero ludatur pro conuiuio/ cessat prohibitio. Tex. est in l. fi. in prin. ff. de aleę vsu & alea. Quod videt pcedere etiam in clericis. glo. est relata ad textum in c. 1. in glo. 1. in fi. 35. dist. & in d. c. Inter dilectos. in verbo ludos. de exces. prælа. Panor. tñ in d. c. Clerici col. pe. & in d. c. Inter dilectos. tenet q̄ clericis etiā conuiuij causa ludere nō licet. Sed non videt habere efficacē rationē: quia tametsi conuiuia de confertis facere nō debeant/ tamē illud pcedit nisi ex Charitate fierent. c. Cōuiua cōia. 44. dist. Tutius tamē crederem opinionē suā seruari præsertim pp̄ter exēplum virtutis qd laicis ab ecclesiasticis est exhibendū. Secundo phibitio istorum ludorū videtur locū habere. nisi sit in contrarium consuetudo: quia cōsuetudine existēte in contrariū isti ludi sacris permissi videtur: saltē vt excusent in foro cōscientiæ. Ita tenet Bal. in d. Rub. C. de condi. ob turpem causā. & Io. An. & Calde. in d. c. Clerici. saltē qñ cessant fraudes & cætera mala ex istis ludis pueniētia. Panor. tamen qui tametsi i cæteris Largus sit in hac tñ materia strictus est tenet cōtrariū in d. c. Clerici. dicens q̄ etiam consuetudo non excusat/ nec hos ludos facit esse licitos. & idē tenet ibi Anto. de Butrio. qa cōsuetudo inducens peccatum/ seu reddens hoīes faciles ad pctm̄: non excusat. c. Ex parte. de consue. Certum aūt est istud esse in istis ludis prout magistra rerū docet experientia. Nec aliquorū ludentium bona intētio videtur eos excusare. Nō em̄ sunt hi ludi pp̄ter se prohibiti/ sed propter aliorum vitam q̄ in istis ludis facillime corrūpitur/ & varia crimina quæ ex eis sequūtur: quorū aliqua licet pp̄ter bonā intētionē aliquorū ludentium deuitentur: non oīa tñ vitari possunt. put ex sequentibus carminibus dicta crimina cōplectentibus liq̄re potest. Hęc cum taxillis ludendo crimina fiunt Ecclesiæ spretus/ vsuraq̄ siue rapina: Scandala/ vel linguæ blasphemia seu faciēdi furti Doctrina/ violentia crimina falsi & mortis causa/ deceptio/ perditioq̄ Tēporis & iuuenū corruptio. Iunges istis pdictis applausus/ vitaq̄ turpis. quæ carmina ponit Hostien. in d. c. Inter dilectos. & per eādē declarantur in summa eiusdem ti. §. Clericus. Aduertat tamē q̄ licet isti ludi prohibiti debēt oīno caueri: tamē ludi pręmissi possunt accipi etiam cum virtute quę vocatur a Philosopho. 4. Ethico. Eutrapelia: & hoc qñ debitæ circūstantiæ in ipsorum acceptione pro leuando omni animi labore obseruant. Immo si quis oīno eos declinaret: & sicut in factis/ ita etiā in dictis grauē & seuerum alijs se monstraret/ incideret in vitiū. Est em̄ contra hūanam rationem vt aliquis onerosum se exhibeat alijs: puta dum nichil delectabile exhibet/ & aliorum delectationes impedit. Vñ Seneca sic te geras sapienter/ vt nullus te abhorreat tanq̄ asperū/ neq̄ contēnat tanq̄ vilem. Defectus tñ ludi min9 est vitiosus q̄ excessus: quia scdm Philosophū 9. Ethicorū. Parum delectationis sufficit ad vitam quasi pro cōdimento/ sicut parū salis sufficit in cibo. Excessus aūt in ludo cōsiderat dupliciter. Primo ratione eorum q̄ interponuntur vt turpia verba vel facta quę tangunt in notabile detrimentum proximi: & tunc excessus ludi est mortale pctm̄. Secūdo consideratur ex omissione debitarum circūstantiarum/ loci/ tēporis aut psonę. & hic excessus potest eē mortale pctm̄. vt si quis intantū afficiat ludo vt potius pceptum dei vel ecclesiæ vellet īfringere q̄ ludū deserere. Aliqñ veniale pctm̄ est: vt cū non afficitur taliter/ q̄ pp̄ter ludū contra dei pceptum vel ecclesiæ vellet aliquid cōmittere. Hæc nouissima de defectu ludi & excessu ponit apd legistas Alberi. de Rosa. (post sanctum Tho. quē allegat) in dictionario suo. in verb. Ludus. circa prin.

¶Sedit[n] populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Exodi. 32. c.

n ¶ Sedit populus Israel manducare & bibere/ & surrexerunt ludere. Esus potusq̄ ad lusum impulit: lusus ad idolatriam/ quia si vanitatis culpa non caute cōpescitur ab iniquitate/ mens incauta deuoratur. Vñ qui modica spernit/ paulatim decidet. Si em̄ parua curare negligimus/ insensibiliter seducti etiā maiora audēter pperramus. Pro hac declaratiua snia (quæ est glo. or.) est bo. tex. in c. Si em̄. col. 4. ibi. Diabolus si viderit nos super fundamētū Chri ædificasse fœnum/ ligna/ stipulā. i. parua pctā negligere: tunc supponit incēdiū. i. maiora pctā. de pœ. dist. 2. Hæc aūt sentētia in eos pōt accōmodari/ qui ab epulis surgentes/ ludis a fortuna depēdētib9 se dedunt. Vnde videātur q̄ proxima annotatione dicta sunt. Et pro vberiori huius materię/ istis psertim tēporibus vsitatissime/ notetur q̄ iura etiā ciuilia sic hos ludos detestantur: vt velint q̄ is qui lusores recipit in eius domo seu habitatione pōt impune offēdi: ita q̄ ex iniuria vel pcussione sibi illata non datur actio/ nec fit punitio qñcūq̄ & vbicūq̄ sibi facta fuerit. dūmodo tñ occasiōe ludi facta sit. Tex. est valde singu. in l. 1. in prin. iuncto versi. Itē notandum. ff. de aleę vsu & alea. Immo etiam si eo tēpore quo ludit/ aliqd in ei9 domo fuerit substractum vel a lusoribus/ vel a quocūq̄ alio: non datur ei actio neq̄ pœnalis ipi9 facti neq̄ rei persecutoria. Tex. est in d. l. 1. versi. Quod autē ptor. ibi qd non puto verum. Pōt ēt mulctari arbitrio iudicis: qm̄ ipse ludū tenens est causa multorū malorū quæ ex ludis oriuntur. De quibus dictū est superiori pxima ānota. & pōt poni in cōpedibus: vel in carcerē detrudi. Tex est in d. l. 1. in fi. Nec obstat q̄ ille tex. loquatur de tenēte ludū q vim intulit quia satis intelligit vim inferre eo ipso q̄ stat cū altari parato. i. q̄ domū exhibet/ taxillos & lumina. Hęc em̄ satis cōpellūt præsertim iuuenes qui iuueniles calores nequeunt refrenare. l. fi. §. Filijs. C. de bo. q̄ li. Et ita illā l. 1. §. fi. intelligit Angel9 de Are. i suo solēni tractatu Maleficiorū/ in materia ludi. Secūdo iura etiā ciuilia hos fortunę ludos vsq̄ adeo exhorrent vt velint perditū in ipsis posse repeti si solutū sit & si non sit solutū nō debere solui. tex. est in d. Auctē. Alearum vsus. circa me. Qꝫ si seruus vel filiusfa. vict9 fuerit patri vel dño cōpetit repetitio. l. fi. §. 1. in prin. ff. de aleæ vsu & alea. & si monachus amiserit: monasterio dabitur repetio. ar. eorum q̄ notantur in c. Cum olim. 2. de priuile. & in c. Q̄rto. de offi. ordi. An aūt in foro conscientiæ teneatur vincens ad restitutionē: diuersi diuersa sentiunt. Sed veritas est q̄ in tribus casibus tenetur. Primo: si lucretur ab illis qui res suas alienare non possunt: vt minores/ furiosi/ pdigi/ vxores/ monachi/ serui. Secūdo: si traxit victū ad ludendum ex cupiditate lucrādi. Et tertio: si fraudulenter lucretur. Hęc colligunt ex his q̄ notat Hostiē. in sum. de pœni & remissi. §. Quæ pnia. versi. Sed nūquid potest repeti. Heri. in c. Inter dilectos. de fi. instru. Inno. i c. Quia plerique. col. 1. in fi. de imnu. eccle. & Panor. & alij in c. Clerici officia. de vita & ho. cle. & Bal. in Rub. de condi. ob. tur. cau. dum loquitur de ludēte cum falsis taxillis. Et si filius aut seruus vicerit: non solū ipe tenet ad restitutionē q̄tum ad forū cōtētiosum/ sed ēt pater aut dñs peculiotenus. Tex. ē i d. l. fi. in fi. Qꝫ si ille qui in istis ludis vetitis pdidit nollet vel negligēs eēt repetere quod pdidit: eps loci vel pcurator fisci posset repetere. Et qñ ignorat a quo sit lucratū: expēdet vel in piā causam/ vl in opus publicū. Quādo aūt scitur: illi victo/ vel eius hæredibus debet restitui. nō obstante nisi quinquaginta annorum pręscriptione. Tex. ē in d. Auctē. Alearum vsus. Tertio: præfatos ludos sic insectantur iura: vt velint contractus inter collusores initos nō efficaces.

Pro hoc bonus est tex. & ibi notat Bar. in l. Si quis cum sciret. ff. de vsura pro emp. Et ideo vendens in ludo nõ tenetur de euictione. l. Filiosa. §. 1. ff. Quarum re. ac. non datur. Et propterea etiam si a collusore detur collusori pecunia mutuo: repeti non poterit. Et idẽ si is qui ludũ tenet mutuet. glosa est in di. l. fi. in verbo accipit pecuniam. ff. de aleato. Immo etiam idem dicendũ est si extraneus det ludẽti: vel ei quem statim scit lusurum/ pecuniã mutuo: qa adhuc talis pecunia nõ videtur repetibilis. bo. est tex. in l. Verũ. §. pe. ff. de Mino. & facit tex. in l. Si vero non remunerandi. §. Si adolescens luxuriosus. ff. Man. Et ita etiã tenet Angelus. in d. tractatu male. Dicit tamen Imola. in d. c. Clerici. de vita & ho. cleri ꝙ de cõsuetudine pecunia mutuata ludentibus nõ repetitur nisi in quatuor casibus. Primo si mutuans sit collusor. Secundo si sit ludũ tenens seu domum lusoribus exhibens. Tertio si detur minori ludenti. Et quarto si ei detur cui bonis interdictum est. Et idẽ puto si detur alijs liberam bonorum suorũ administrationem non habentibus: puta seruis/ vxoribus/ monachis & similibus. Quarto & vltimo. In istorum ludorum abominationẽ statuunt iura: vt ea domus in qua isti ludi solent exerceri/ publicetur. Tex. est in d. Auctẽ. Alearum vsus. qd verũ videtur nisi sit domus pupilli/ viduę/ aut alterius miserabilis personę. Facit bo. tex. in l. 1. C. de fil. mo. Quinto in odium istorũ ludorũ cõiter cõcluditur ꝙ assiduo lusori sicut prodigo vel furioso põt interdici bonis. Ita Bal. in l. Ea lege. C. de condi. ob cau. Et notat per do. meum Deciũ. in c. Pastoralis. in fi. de iudicijs. Vltio aduertitur ꝙ licet Panor. i d. c. Clerici. col. pe. de vita & ho. cle. sẽtit ꝙ licet victo nõ sit faciẽda restitutio nisi i tribus superioribus casibus: tamen per vincentem debet id qd lucratus est erogari pauperib⁹: etiam si ipse tractus sit seu inuitat⁹ ad ludũ. Et idẽ simpliciter tenet Cardinalis zabarel. in cle. 2. versi. Sed & tales. in. 10. q. (vbi tamẽ de clericis loquitur) eodem titulo.

1. regũ. 6. a. ¶ David & omnis Israel ludebãt [o] coram domino in omnibus lignis fabrefactis & cytharis & lyris & tympanis & sistris & cymbalis.

puer. 26. c. ¶ Sicut [p] noxius est qui mittit sagittas & lanceas in mortẽ: ita vir qui fraudulẽter nocet amico suo: & cum fuerit deprehensus/ dixit: ludẽs [q] feci.

Eccli. 30. b. ¶ Lacta filium tuum & pauentem te reddet. Lude cum eo & cõtristabit te.

Eccli. 47. a ¶ Cum leonibus lusit David quasi cum agnis/ & in vrsis similiter fecit. sicut in agnis ouium in iuuentute sua.

Gene. 1. b. **Luminare & Lumen.** ¶ Dixit deus: fiant luminaria in firmamento cœli/ & diuidãt diem ac noctem: & sint in signa & tempora & dies & annos: vt luceant in firmamento cœli/ & illuminẽt terram.

o ¶ Ludebant coram domino in omnibus lignis &c. Isti ludi instrumentales satis permissi videtur/ si fiant in dei honorẽ/ & diuini cultus ampliorẽ magnificentiã: ita ꝙ nichil turpe resonent: sed id solum quod dei cõcernit laudationem/ seu sanctorũ commendationẽ. Et idẽ est in ludis theatralibus. Si em̃ fiant in dei gloriã & diuinorũ mirabilium repñsentationem: permissum est vt fiant/ nedum in prophanis sed etiam in sacratis seu ecclesiasticis locis. glo. est quam cõiter doctores sequunt. in c. Cũ decorem. de vita & ho. cle. Et ita etiã tenet Hostiẽ. in summa eiusdẽ ti. §. Et in quibus. versi. Item ludi theatrales. Qz si ludis istis aliquod turpe seu fœdum immisceatur phibitũ est ne fiant: presertim in ecclesijs aut ecclesiasticis psonis: & consuetudo incõtrarium vocat corruptela/ proptereaq; est a prelatis extirpanda. Tex. est in di. cap. Cum decorẽ. de vita & hone. cle. Immo tales ludos clerici nedũ non debent facere etiam in locis prophanis/ sed etiã eos facientibus non debent adesse seu in loco vbi fiunt pñsentiam eorum exhibere. c. His igit. in prin. de vita & ho. cleri. Vnde in Agatheñ. concilio legit Presbyteri/ diacones/ subdiacones his cętibus non misceantur vbi amatoria cantaut/ & turpia aut obscẽni mot⁹ corporum choreis & saltationibus efferuntur: ne auditus & obtuitus sacris ministerijs deputati turpiũ spectaculorũ atq; verborum contagione polluantur. c. Presbyteri 34. dist. Et in concilio Laodiceñ. de quo habet in c. Non oportet. l. 2. de conse. dist. 2. dicitur. Nõ oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus quæ aut nuptijs aut scenis exhibẽt: sed añq theomelici ingrediant surgere, eos de conuiuio & abire debere. Hæc ibi. Et sunt hmõi ioculatores infames. l. 2. §. Ait prætor. ff. de his qui nõ infa. c. 1. in verbo histriões. 4. q. 1. Bis tñ pœnitentibus corpus Christi denegari non debet. Vnde legit in cõcilio Carthagineñ. de quo in c. pe. de conse. dist. 2. Scenicis atq; histrionibus cõuersis vel reuersis ad dñm/ gratia vel reconciliatio non deneget. Hæc ibi. Nec debent pmoueri ppter infamiã/ cũ ex arte illa fecerint officium vel in ea se assuefecerint publice pñsertim causa qstus. c. 1. 51. dist. Notant Inno. & Panor. in d. c. Cum decorẽ. de vita & ho. cle. vbi Panor. subiungit ꝙ adhoc vt dicãt se assuefecisse. sufficit ꝙ bis exercuerit publica auctoritate illã causa quęstus. ar. l. Palam. ff. de ri. nup. Si tamẽ intrarent monasterium purgaret infamia & possent pmoueri. Ita notat Bal. in Margarita sua in verbo promotus. Et talibus dare videt esse pctm̃ dicẽte Hiero. in c. Donare. 86 dist. Donare res suas hystrionibus vitiũ est imane non virtus. Circa hoc tñ videatur quod dicit. S. Tho. in secda secũdę. Et ppter inhonestatem huius artis/ clerici qui se ioculatores faciũt si per annũ illam artẽ exercuerint aut breuiori tempore & tertio moniti nõ resipuerint ipso iure carent omni priuilegio clericali. cle. 1. de vita & ho. cle. Sicut liberi sũt exhęredandi si contra voluntatẽ parentũ inter mimos vel arenarios perseuerauerint cũ patres eorũ non fuerint illi⁹ professiõis. §. Causas. in Auctẽ. Vt cum de appella. cog. colla. 9. notatur in cap. Quintauallis. de iureiu.

p ¶ Sicut noxius est &c. Recurratur ad verbum dephensus.

q ¶ Ludens feci. An sicut in his quę de se noxia sunt non excusatur quis dicẽs ludens feci vt hic. & dictum est s. in verbo dephensus ita etiam in cæteris actibus dicendũ sit videndus est bo. tex. de baptismo loquẽs in c. Spiritussanctus. §. Ecce. 1. q. 1. vbi dr baptisma nec etiam a paganis datum põt reiterari. Vnde legitur in hystoria ecclesiastica ꝙ Alexander eps Alexandrię cũ Petri martyris solẽnia celebraret post expleta missarum sacramẽta/ vidit super orã maris puerorum ludũ imitantiũ epm & gerentiũ ea quæ in ecclia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet/ & quid egissent percũctatur. Illi ordinem pandunt baptisatos quosda cathecuminos confitentur per Anastasiũ puerum qui illis fuerat eps simulatus: vbi ex responsis eorum vidit secũdum religionis nostrę ritum cũcta constare. Vñ statuit illis quib⁹ integris interrogationibus & responsionib⁹ aqua fuerat infusa iterari baptismũ non debere. Sed adimplere ea quę sacerdotibus mos est. Hęc ibi. Ex quo textu cõiter concluditur baptismum in forma ecclesię alicui collatũ & cum intentione baptisandi valere & esse efficacẽ tametsi iocose seu per modum ludi acciperet. Et ita concludit ibi glo. & glo. in c. Solet quęri. circa fi. de conse. dist. 4. Secus si cõfe-

tens non habuisset intentionem baptisandi: sed per modū ludi seu ioci contulisset. tunc enim propter intentio
nis defectum non esset baptismus/ vt ibidem concludit. Et idem dicēdū est in actibus pphanis. Si quis eni stipu-
letur/ spondes: & respondeat/ spondeo. Si hæc ioco dicātur: nulla nascitur obligatio. l. Obligationū fere. §. fi. ff.
de acti. & obliga.

Et factum est ita. Fecitq [r] deus duo luminaria magna: luminare maius vt preesset diei: & luminare minus vt preesset nocti.

¶Signatum [s] est super nos lumē vultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo. Psal. 4. b.

¶Apud te domine est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. 35. c.

¶Reuela domino viam tuā/ & spera i eo: & ipse faciet & educet quasi lumen iustitiam tuam & iudicium tuum tanq meridiem. 36. a.

¶Eripuisti animam meam de morte: & pedes meos de lapsu: vt placeam coram deo in lumine viuentium. 55. in fine.

¶Confessionē & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. 103. a.

¶Exortū est in tenebris lumē rectis: misericors & miserator & iustus. 111. a.

¶Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. Eccles. 11. c.

¶Si lumen quod in te est tenebræ sunt: ipsæ tenebrę quantæ erunt? M.tth. 6. c.

¶Quæ in tenebris [t] dixistis/ in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis/ prædicabitur in tectis. Lucæ. 12. a.

¶Ego sum lux mundi dicit Christus. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. Ioā. 8. b.

¶Omnia [v] quę arguuntur: a lumine manifestātur. Omne enim quod manifestatur lumen est. Ad ephe. 5. c

Lugere. Lugens & Luctus.

¶Versa est in luctū cythara mea: & organum meum in vocem flentium. Iob. 30. i fi.

¶Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic cōplacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Psal. 34. c.

¶Risus [x] dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. puer. 14. b.

¶Musica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia. Eccli. 22. a.

¶Beati [y] qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Matth. 5. a.

¶Cętera in verbis domus. Ecclesiastes. 7. a. Hester. Hester. 14. in pri. Iacob. Gene. 3. g. & Sanctus. Apoca. 21. b.

Lumbi.

¶Lumbi [z] mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Psal. 37. b.

¶Accinxit [a] fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium suum. puer. 31. c.

¶Vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturiētis: & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem. Hiere. 30. a

¶Sint [b] lūbi vestri præcincti: & lucernę ardentes in manibus vestris. &c. Vt supra lucerna. Lucę. 13. d.

r ¶ Fecitq deus duo luminaria &c. Tex. in c. Solitę. verū. Pręterea. de maio. & obe. Ad ostendendam sacerdotij super iperiū præeminentiā. citat hæc verba Genesis dicens. Fecit deus duo magna luminaria in firmamento cœli: luminare maius vt pręesset diei/ & luminare minus vt pesset nocti. Vtrūq magnum/ sed alterum maius. Ad firmamentū igitur cœli/ hoc ē vniuersalis ecclīæ fecit de9 duo magna luminaria. i. duas instituit dignitates q sunt pontificalis auctoritas & regalis potestas. Sed illa quæ pręest dieb9 id est spiritualibus maior est/ quę vero carnalibus minor. vt qta est inter solē & lunā/ tanta inter pōtifices & reges differentia cognoscat. Hæc ibi.

s ¶ Signatum ē super nos vultus tui dñe. Huius dicti meminit Cōpostulanus. in c. Firmiter. de sum. tri. & fi. ca. Hoc aūt dicto vult ppheta nos esse formatos ad imaginem dei: qua velut lumie illuminamur. Vñ videātur quæ dicta sunt s. in verbo homo. & in verbo imago. super illud Gene. 5. Formauit deus hominem ad imaginē & similitudinē suam.

t ¶ Quę i tenebris dixistis &c. Hinc dicit Io. Chryso. Nolite timere eos qui occidūt corp9 ne forte propter timorē mortis/ non libere dicatis qd audistis: nec fiducialiter prędicetis omnibus quod in aure soli audistis. Sicut enim ex his verbis ostenditur/ nō solum ille proditor ē veritatis q transgrediēs veritatē/ palā pro veritate mendacium loquit: sed etiam ille qui non libere veritatem pronūciat quam liberum pronunciare oportet: aut non libere veritatem defendit quam defendere conuenit/ proditor est veritatis. Nam sicut sacerdos debitor est vt veritatē quā audiuit a deo libenter pdicet: sic laicus debitor ē vt veritatē quā audiuit a sacerdotibus/ probatā qdē in scripturis/ defendat fiducialiter: quod si non fecerit prodit veritatē. Corde eni credit ad iustitiā/ ore aūt cōfessio fit ad salutē. Tex. est ex Chryso. sumptus pnulla oia cōplectēs. in c. Nolite timere. 11. q. 3. Et ad istam sententiam facit etiam tex. clarus in c. Cum ex iniuncto. de hęre.

v ¶ Omnia que arguuntur a lumine manifestantur. Videātur quę dicta sunt s. in verb. lux. super illd Io. 3. Omnis qui male agit/ odit lucem.

x ¶ Risus dolore miscebit &c. Recurrat ad verbum dolor.

y ¶ Beati qui lugent/ qm ipsi consolabuntur. Videatur quod dictum est in verbo beatus.

z ¶ Lumbi mei impleti sunt illusionib9. i. carnalis mea sensualitas varijs exagitatur diabolicis suggestionibus: quę etiam animam meā recte volentē/ non nisi cum maximo reluctamie sinūt operari. c. Sed pēsandum. in fine. 5. distin.

a ¶ Accinxit fortitudine lumbos suos &c. Bene lumbos primo accingit/ deinde roborat brachiū suū: qa bonum opus deo acceptabile non est si non prius carnis & mentis luxuria restringat. Pro hac declaratiua snia (quę est glo. or.) est tex. apertus in c. Nichil prodest. de conse. distin. 5.

b ¶ Sint lumbi vestri pręcincti &c. Require annotationē in verbo lucerna.

c ℭ State succincti lumbos vestros in veritate. Id est carnales concupiscentias viriliter refrenate non simulatorie seu műdanę glorię & ęstimationis intuitu: sed in veritate/intentioně scȝ vestrā in Chřm (qui est via veritas & vita) dirigentes. Alioqui non pręmium/sed pœnam potius conquiretis. c. Vide q̃tum. I. q. 1. facit c. Cauendū. de pœni. distin. 3.

d ℭ Succinti lumbos mentis vestrę. Id est (dicit glo. interli.) casti nedum corpore/sed etiam mente. Corporis nāq; castitas parū vtilis est/ nisi ei iuncta fuerit castitas mentis. Sicut enim nemo ipudice vtit corpore/nisi spū pri⁹ cōcepta nequitia ita nemo pudicitiā seruat in corpore: nisi spiritui prius insita castitate. c. de pudicitia in fi. 32. q. 4.

Adephe.6.c ℭ State [c] succincti lūbos vestros in veritate: & induti loricam iustitiæ: & calceati pedes in præparationem euangelij pacis &c.

1.petri.1.c. ℭ Succincti [d] lumbos mētis vestræ: sobrij perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelationem Ihesu Christi: quasi filij obedientiæ: non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desyderijs: sed secundum eum qui vocauit vos sanctum: vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis.

Luna & Lunaticus.

Psal.71.a. ℭ Permanebit deus cum sole & ante lunam in generatione & generationem.

71.b. ℭ Orietur in diebus domini iustitia: & abundantia pacis donec auferatur luna.

103.c. ℭ Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.

110. ppe. fi. ℭ Per diem [e] sol non vret te: neq; luna per noctem.

135.b. ℭ Dominus fecit lunam & stellas in potestatē noctis.

148.a. ℭ Laudate dominum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumē.

Eccli.27.b. ℭ Homo sensatus in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur.

50.a. ℭ Luna in omnibus in tempore suo ostēsio temporis & signum diei. Quasi stella matutina in medio nebulæ: & quasi luna plena in diebus suis lucet.

43.b. ℭ A luna signum diei festi luminare quod minuitur in cōsummatione: mensis secūdum nomen eius est crescens mirabiliter in cōsummatione. Vas castrorū in excelsis in firmamēto cœli resplēdens gloriose.

Esaię.30.f. ℭ Erit lux lunæ sicut lux solis. Et lux solis erit septēpliciter sicut lux septem dierum: in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui: & percussuram plagę eius sanauerit.

Ioel.2.c. ℭ A facie domini cōtremuit terra: moti sunt cœli: sol & luna obtenebrati sunt: & stellæ retraxerunt splendorem suum.

Ioel.2.g.ppe fine. ℭ Sol cōuertetur in tenebras & luna in sanguinem: anteq̃ veniat dies domini magnus & horribilis.

ℭ Erunt signa in sole & luna &c. Vt infra in verbo signum.

Mat.4.p.fi ℭ Ihesus/qui dęmonia habebant & lunaticos [f] & paraliticos curauit.

1.cori.15.f. ℭ Alia [g] claritas solis: alia claritas lunæ: & alia claritas stellarum.

ℭ Cætera in verbis dij. Sapien.13.a. Ihesus. Matthæi.17.c. & videre. Apoca.6.d. & .12.a. & .21.g.

Lupus.

Gene.49.d ℭ Bēiamin [h] lupus rapax mane comedet predā: & vespere diuidet spolia.

e ℭ Per diem sol nō non vret te/ neq; luna p noctem. Mystice dies psperitatem: sol: elationē luna/depssionē: & nox aduersitatem designat. Est ergo sensus. prosperitatis tempore non vreris elatiōe & tēpore aduersitatis nō vreris depressione. Hæc declaratio est de mente glo. or. Circa quā videatur qđ dictum est s̃ in verbo in die. super illud psal. In die mandauit deus misericordiam suam / & nocte canticum eius.

f ℭ Lunaticos. De lunaticis loquēs lex ciuilis / dicit q nullius sunt valoris / nec expedit tales in seruos habere. Ita probat textus. in l. Bouem. §. Aliquādo. ff. de ædil. ędic.

g ℭ Alia claritas solis/alia claritas lunę. Tex. in c. Solitę. §. Pręterea. de maio. & obedi. de solis supra lunam excellentia loquēs / & eam notabili proposito accōmodans/dicit: q̃ta inter solem & lunā/ tanta inter pōtifices & reges differentia cognoscat. Hæc text⁹. quem ibi declarās Hostiē. dicit. Sicut luna recipit claritatem a sole/non econtra. sic regalis potestas recipit dignitatē & illuminationem a pōtificali auctoritate/ & non ecōtra. sicut sol illuminat műdum p lunam/ quādo per se nō pōt vt noctis tēpore: sic & pontificalis per regalem siue temporalem / regit mundum siue ecclesiam dei: quando per se non pōt/ scȝ quando agitur de membrorū trūcatione seu sanguinis effusione. Hęc Hosti. Qui ēt respectu magnitudinis differentiā assignans inter solē & lunā/dicit: se legisse in lib. Almagesti demōstrati Ptolemei has ppositiōes. Manifestū est q magnitudo solis continet magnitudinē terræ centies & sexagesies septies: & insuper ei⁹ quartam & octauā: Secunda: palā est/ q magnitudo solis continet magnitudinem lunæ septies millies & sexcenties & quadragesies quater & insuper eius medietatem. Tertia: magnitudo lunæ/continet magnitudinem lunæ trigesies triginta vicibus/ & nouies & quartam & vicesimam eius. Hæc Hostien. Glosa autem ibi in verbo inter solem & lunam: clarius loquens/dicit q Terra est septies maior luna: sol autem octies est maior terra. Vñ cum tanta inter pontificalē & regalē dignitatem dicatur esse differentia q̃ta est inter solē & lunam: superest vt pontificalis dignitas sit quadragesies septies maior regali dignitate.

h ℭ Beniamin lupus rapax. His verbis (dicit Hiero.) de Paulo prophetia emittitur: qui in adolescētia acerrimus ecclesiæ persecutor: postea eius vehemens defensor/ & verbi diuini extitit propalator. c. Quis nos pōt. 33. quęstione quarta.

bilis est hominũ animas pręsentare: & volumus nulli fiduciã esse pascere meretricem / & in domo habere mulieres aut publice ꝓstituere ad luxuriam: & ꝑ alio quodã negocio talia mercari: neq̧ conscriptiones super hoc percipere / neq̧ fideiussores exigere. nec tale aliquid agere quod cogat miseras & inuitas suam castitatẽ cõfũdere. neq̧ sperare / quia licebit de cętero eis vestiũ datione aut ornamẽtorũ forsan aũt alimẽti decipere / vt ẽt inuite sustineant. Non eñ permittimus quicq̃ fieri tale: statuentes etiam reddi eis oẽm quam contigerit cautionẽ occasione sceleris hui⁹ exponi & neq̧ permittim⁹ scelestos lenones si quid dederunt eis hoc ab eis auferre / sed etiam ipsos lenones iussimus extra hanc fieri fœlicissimam ciuitatem: tanq̃ pestiferos & cõmunes castitatis vastatores factos (& subiungit) Si quis autẽ patiatur quendam lenonem & hmõi præpositũ operationis habere: & hęc denũciata cognoscẽs non ex domo sua expulerit sciat etiam .l.cem librarum auri sustinere pœnã & citra ipsam pdituiũ habitationẽ. Si qs aũt cõscriptionem de cętero in talibus ꝓsumpserit aut fideiussorem acceperit sciat nullam quidẽ vtilitatẽ hmõi fideiussionis habere. Etenim fideiussor quidẽ obligat⁹ non erit: conscriptio vero inualida manebit / & ipse inuentus nouissimũ in corpore suppliciũ sustinebit: non inuentus aũt a magna hac longissima ciuitate expellet.i. bannietur. Hęc ibi.

Psal.68.d. ℭEripe me domine de luto: vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me: & de profundis aquarum.

Esaię.64.d ℭNunc domine pater noster es: nos [q] vero lutum: & fictor noster tu / & opera manuum tuarum omnes nos.

Eze.13.b. ℭIpse ædificabat [r] parietẽ: illi autẽ liniebãt eum luto absq̧ paleis &c.

Ad rõa.9.e. ℭAn non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere / aliud quidem vas in honorem: aliud vero in contumeliam?

2.pe.2.I fi. ℭProuerbium est. Canis [s] reuersus ad suum vomitum: & sus lota in volutabro luti.

ℭCætera in verbis Fingere. Sapien.15.b. Et Ihesus. Ioan.9.a.

Luxuriari. Luxuriosus. Luxurio & Luxuria.

Deute.21.d ℭSi genuerit homo filium cõtumacem & proteruum: qui non audiat patris ac matris imperium: & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius / & ad portã iudicij: dicentq̧ ad eos. Filius noster iste proteruus & contumax est: monita nostra audire contemnit: comessationibus [t] vacat / & luxuriæ atq̧ cõuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis / & morietur. Et supra in verbo Filius.

2 Macha.6.a. ℭTemplum [v] luxuria & comessationibus gẽtium erat plenũ: & scortantiũ cum meretricibus / sacratisq̧ ædibus mulieres se vltro ingerebant: introferentes ea quæ non licebat.

Puer..20.a ℭLuxuriosa [x] res vinum / & tumultuosa ebrietas: quicunq̧ his delectatur: non erit sapiens.

Eccles.10.d ℭBeata terra cuius rex nobilis est: & cuius principes vescũtur in tempore suo ad reficiendum / & non [y] ad luxuriam.

Sapiẽ.2.b. ℭCoronemus nos rosis anteq̃ marcescãt (dicunt impij) nullum pratum sit quod non pertrãseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ.

Eccli.11.d. ℭMalicia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operum illius.

14.a. ℭQui aceruat ex animo suo iniuste alijs cõgregat: & in bonis illius / alius luxuriabitur.

21.c. ℭAudiuit [z] luxuriosus verbũ / & displicebit illi: & proijciet illud post dorsum suum.

p ℭ Eripe me dñe de luto vt non infigar. Videatur quod dictũ est in verbo eripere.

q ℭ Nos vero lutũ. Facit tex. in ecclesiastico.13.q.2.

r ℭ Aedificabat parietẽ &c. Textus est hui⁹ sniç declaratiu⁹. ic. Sũt nonnulli 46. distin. de quo textu dictũ est i verbo diuinatio: in vltima annotatione.

s ℭ Canis reuersus ad suũ vomitum. Text⁹ est de hoc prouerbio i.c. Irrisor. de pœnitentia. distin.3.

t ℭ Comessationibus vacat & luxuriæ. Recte primo dr̃ vacare comessationibus / & postea luxuriæ. Venter eñ & genitalia sibimetipsis vicina sunt: vt ex vicinitate membrorum vicinitas intelligat̃ vitiorum. Dicit tex. Hieronymũ citans. 44. dist. in princi.

v ℭ Templum luxuria & comessationibus &c. Recurratur ad ea quę super istis verbis dicta sunt in verbo Anthiochus.

x ℭ Luxuriosa res vinũ. Recurrat̃ ad annotationem istis verbis factã s. in verbo ebrietas.

y ℭ Et non ad luxuriam. i. non ad nimiã ingurgitationẽ. Abusus eñ circa cibos & potus recte vocat̃ luxuria: & idem in abusu cuiusq̧ rei. Tex. est cum glo. in l. 1. §. fi. ff. de ędil. ędic.

z ℭ Audiuit luxuriosus verbũ / & displicebit illi. Luxuria eñ etiã sapientissimos infatuat exẽplo Salomonis. 32. q. 4. c. Salomon. Præterea luxuria quatuor habet principales filias / quarũ nulla verbum sapiẽs amplectitur vt ex earum patebit elucidatiõe. Prima luxurię filia est cæcitãs mentis. Secũda icõsideratio. Tertia pręcipitatio. & quarta inconstantia: ad quorũ intelligentiã sciẽdũ est. ꝙ quando inferiores potẽtię seu vires :afficiũt̃ ad aliquã rẽ: tũc superiores vires ipediunt̃ seu exordinãt̃ in actib⁹ suis. Vñ cũ ꝑ luxuriã vires iferiores & maxime sensitiuę afficiãt̃ circa delectabilia venerea: tũc exordinãt̃ vires pricipales partis supioris / scʒ rõnis: q̃ sunt quatuor. Prima vis seu prim⁹ actus rõnis est cognoscere aliquẽ finem & vt bonũ apprehendere: & iste act⁹ impeditur per luxuriã, iuxta illud Danielis. 12. Species decepit te / & concupiscentia subuertit cor tuũ. Et ꝑ hoc

notatur filia prima scʒ cæcitas mentis. Secundus actus rationis/ est consiliū de his quę sunt agendā propter finē & hic actus impeditur per concupiscentiā luxurię. Vnde Teren. dicit de amore libidinoso: ꝙ est res quæ nec in se consilium habet/ nec modum. & per hoc notat secūda filia quę est pręcipitatio. Tertius actus rationis / est iudicium de agendis: & hoc impeditur per luxuriam. di enim Danielis. 13. Auertit sensum suum vt non recordaret iudicium iustorum. & per hoc notatur filia tertia/ quę est inconsideratio. Quartus actus rationis/ est pceptum de agendis qd impeditur p luxuriā: scʒ in quantum ex impetu homo impeditur id implere quod decreuit esse faciendum. Vnde cuidam diceti se recessurū ab amica/ dicit Terētius. Vna falsa lachrymula te ppediet. Et per hoc notatur quarta filia luxurię quæ est inconstantia. Pręmissa ponit apd legistas Alberi. de Rosa. in suo dictionario. in verbo luxuria. in vlti. nota.

¶ Super [a] filiam luxuriosam confirma custodiam: nequando faciat te in opprobriū venire inimicis: a detractione in ciuitate & abiectione plebis: & confundat te in multitudine populi. Eccli. 42. b

¶ De filio prodigo qui dissipauit [b] substantiā suam viuēdo luxuriose: habetur Lucæ. 15. cap. c. & infra portio.

¶ Luxuria opus est carnis. Et supra caro. Ad gala. 5. d

¶ Nolite inebriari [c] vino in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto: loquentes vobismetipsis in psalmis/ & hymnis/ & canticis spiritualibus. ad ephe. 5. d

¶ Cum luxuriatæ fuerint adolescentiores viduæ &c. vt infra in verbo vidua. 1. timo. 5. b

¶ Dictionum ab. L. litera incipientium Finis.

a ¶ Super filiā luxuriosam cōfirma custodiam. Recurrat ad ea q̄ dicta sunt in verbo filia: & ibi dictis addendo notetur: ꝙ mulieri luxuriose viuenti/ pōt interdici bonis & dari curator. l. Et mulieri. ff. de cura furio. Et pōt mulier luxuriose viuens/ personaliter capi scdm Bal. in l. Consentaneū. colū. fi. C. Quo & q̄n iudex: qd nō pcedit in muliere nupta luxuriose viuēte. Iura em̄ pœnalia loquētia i meretrice/ nō hn̄t locū i meretrice nupta. Vnde statutū disponēs vt meretrix ducat ad locū publicū: nō habet locū i nupta. Ita Andre. Sicul⁹ quē ibi refert Decius. col. 3. in c. Pastoralis. de iudi. & ita etiā tenet præfatus And. Sicu. in addi. ad Bal. in d. l. Consentaneum. per l. Si vxor. §. 1. ff. de adul. vbi cōmiscens secum tali potest accusari per maritum de adulterio: sed illa lex hanc cōclusionē non videtur probare: quia hoc ideo: quia ibi agitur de iniuria mariti: si aūt ageret de pjudicio mulieris: videretur ꝙ ptextu matrimonij non deberet excusari: quia frustra legis auxilium iplorat: qui peccat in legem. c. Quia frustra. de vsu. & quia reatus omnē honorē excludit. l. 1. C. Vbi sena. vel clarissi. Quod ū. dictū est de muliere luxuriosa/ vt sibi bonis interdici possit/ non procedit in viro luxurioso scdm Panor. in d. c. Pastoralis. col. 2. Quod intelligatur/ nisi vir luxuriosus esset propter suam luxuriā pdigus: tūc em̄ posset sibi interdici/ nō qdē simpliciter ppter luxuriā: sed pdigalitatē. Et ita loquitur glo. i l. Si quis. cū sciret. i verbo luxuriose. ff. de vsucapio. Et quod notat Bal. in l Ea lege in fi. C. de cōdi. ob cau. Mulier aūt luxuriosa quādoq; palā dicitur questū facere: quod q̄n sit declarat Vlpianus iurecōsult⁹ in l. palam in princi. ff. de Ri. Nup. dicens. palam quęstum facere dicemus/ nō tm̄ eam quę in lupanario se prostituit: verumetiā si qua vt solet in taberna / caupona vel qua alia pudori suo non parcit. Palam aūt sic accipimus passim/ hoc est sine delectu: non si qua adulteris vel stupratoribus se cōmittit/ sed quę vicē prostitutæ sustinet. Quæ tamē cū vno & altero pecunia accepta cōmiscuit/ nō videtur palam corpore quęstū facere.

b ¶ Dissipauit substantiam suā viuendo luxuriose. Videatur quod pxima annotatiōe dictum est circa hominem luxuriosum an ei possit interdici bonis.

c ¶ Nolite inebriari vino/ in quo est luxuria. Hoc dictū apostoli ponitur in. c. Vinolentū: paulo ante fi. 35. distin. Ratio aūt luxurię deuitandę/ qua. s. potissimū moueri debet homo vt eā declinet colligitur ex no. textu Isidori in c. Non solum. in prin. 32. q. 7. vbi dicitur. Non solum. de cōmissa fornicatiōe peccatū regnat in hoīe: sed si adhuc delectetur atq; animū teneat pcul dubio regnat. Et subiungit. Ex delectatione fornicandi varia gignūtur flagitia quibus regnum dei clauditur vt homo a deo separetur. Hęc ibi. Et quia vt notanter dicit Arch. in c. Sed & continuo. in fi. de pœni. disti. 1. Aqua luxuriæ non est natabilis: quia illaqueat. Non est potabilis/ quia non recreat. De qua dicit Hiero. Libido transacta semper relinquit pœnitudinem: nec satiat: quia extincta semper reaccēditur: super ea tamen ferrum natat. quia homo constans & firmus vincit. Sed pluuia mergitur: quia leuis & fragilis superatur & vincitur. In ea sunt poma exterius pulcherrima/ interius plena fauilla & cinere. quia forma mulieris apparens & sophistica/ intus plena est pctō & immūdicia: quā immundiciā & turpitudinē interius dominantē: si oculis corporalibus videremus/ nunq̄ eius laqueis caperemur. Vn̄ Seneca. Vtinam videndo mulierem aut nullos oculos haberemus: aut multos. Hęc Archi. qui subiungit: Si oculis corporalibus hmōi laqueos non videmus simus ornati pennis virtutum q̄ nos supra hmōi laqueos facient euolare/ & sic videbimus eos oculis interioribus & non capiemur in eis iuxta illud Salo. in puerb. Frustra iacit rete ante oculos pennatorum/ Hęc Archi.

e ¶ Instrue machinas. In materia machinarum potest obiter notari bonus textus in l. Si putator. ff. ad le. aquil. vbi de machinario preterentem hominem occidente/ dicitur eum non teneri/ si eam adhibuit diligentiam quam debuit/ alioqui secus. De machinis etiam loquitur textus in l. Si vi certo. §. Nunc videndum. versi. Plane. ff. cōmo. & in l. t. in fi. ff. de mor. infe. sed ibidē aliter q̄ hic accipitur machina.

f ¶ Statuit illic balistas & machinas &c. Iure humano machinę/ balistæ/ tormenta & cętera quę ad defensionem loci seu castri vel domus habētur/ censentur esse de adiacentibus ipsius loci/ castri seu domus: ideo donatione facta de loco/ domo vel castro/ censerentur etiā donata machinarū/ balistarum/ tormentorū & cęterorum id genus armorū munimenta. Pro hoc est bon⁹ tex. in l. 2. C. de bo. vacan. lib. 10. Et ita per illā. l. sentit Bal. in l. fi. ff. de consti. princi. Et ad hoc facit quod tenet idē Bal. in c. 1. §. Si q̄s de manso. in. 3. colū. de contro. inuesti. vbi dicit q̄ cōcesso castro in feudū intelliguntur concessę munitiones quę ad defensionē castri ibi positę sunt ppe tua patrisfa. destinatione/ quis non sint ibi affixę/ vt trabuchi/ maganelli/ balistæ & similia. Facit etiā qd volunt Anto. de butrio. Pe. de ancha. & Imo. in c. fi. de dona. vbi querunt si testator legauit alicui castrum in quo sunt reperta nomina debitorū: item arma/ an omnia cedāt in legato castri? Et concludunt q̄ nomina debitorum non veniunt/ sed bene arma quę erāt in castro ad eius tuitionem. & ita etiam tenet Io. And. in addi. Specu. in ti. de iurisdi. om. iudi. in addi. m. incipiente. vidisti duas opiniones. in fine. Textus tamen in l. Lucius Titius. §. Collegio fabrorum. ff. de lega. 3. videtur probare legata domo machinam non cedere: sed ibi machina pro instrumento bellico accipi non videtur.

Deu.20.c.f **Machina.** ¶ Si qua ligna non sunt pomifera / sed agrestia/ & in cæteros apta vsus: succide & instrue[e] machinas: donec capias ciuitatem quę contra te dimicat.

2.para.26.e ¶ Præparauit Ozias rex Iuda cuncto exercitui clypeos & hastas & galeas & loricas arcusq̄ & fundas ad iaciendos lapides: & fecit in Hierusalem diuersi generis machinas quas in turribus collocauit: & i angulis murorum vt immitterent sagittas & saxa grandia.

1.mach.6.f ¶ Comprehendit rex Antiochus Bethsuram: & constituit illic custodiam seruare eam: & cōuertit castra ad locū sanctificationis dies multos. Et statuit illic balistas & machinas & ignis iacula & tormenta ad lapides iaciendos & spicula & scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum & pugnauerunt dies multos.

2.mac.12.e ¶ In Ephron ciuitate machinæ multæ: & telorum erat apparatus.

Leui.21.c.d **Macula.** ¶ Locutus est domin⁹ ad Moysem: dicens: Loquere ad Aaron. homo de semine tuo per familias qui [g] habuerit maculam nō

g ¶ Qui habuerit maculam non accedet &c. Hęc secundum literam accipere nimis videtur esse absurdum. Non enim sunt hęc in hominis potestate. vnde q̄ propter has corporis maculas a sacro remoueatur ministerio/ nimis absurdum videtur. prout in simili est bonus tex. in c. fi. versi. Nouimus. 5. distinc. de quo textu videatur ... in verb. Fluxus. In istis ergo corporeis maculis est sensus moralis requirendus: de quo dicetur in subsequētibus annotationibus. Potest tamen addubitari: an scdm literam aliquę maculę corporales repellant aliquem a promotione? In qua materia breuiter dici potest q̄ si macula sit in paruis membris/ puta vngula vel parte digiti/ & nulla possit culpa inculpari eaq̄ non obstante possit habens talem maculam hostiam frangere: nec ei magnam deformitatem generet: talis macula non obest tex. est in c. fi. de corpo. vitia. & c. Lator pręsentium. 55. distinc. Q̄ si culpa posset ei imputari: vt quia obtulit duellum/ & sponte oblatum suscepit: de rigore iuris deponendus est/ sed tamen poterit cum eo auctoritate papę dispensari. c. 1. de corpo. vitia. c. 1. de cleri. pugnan. in duel. vel quia ipsemet ex indignatione/ aut voluntate propria sibi abscidit partē digiti: & tunc etiam promoueri non potest/ tex. est in c. Qui partem. in princip. 55. distinc. & idem si non abscidisset/ sed impotētia ad eucharistiam frangēdam vel nimia deformitas ei contigisset: quia adhuc non posset promoueri. c. Presbyterum. de cle. ęgro. Et idē videtur dicendum in eo qui claudus est: vt distinguatur an sua culpa vel non/ & an magna vel parua deformitas contingat. Simpliciter enim claudus sine sua culpa non repellitur a promouendo. c. Si quis in infirmitate. 55. distinc. Alioqui si claudus esset repellendus/ multi repellerentur pręsertim in partibus gallicanis. Ita dicit Hostien. in summa tituli de corpo. vitiæ. paulo ante fi. Ex alijs etiam maculis corporalibus deformitatem magnā non habentibus quis non repellitur. c. 2. & ibi doc. de corpo. vitia. An autem magnam vel paruam deformitatem macula pariat/ relinquitur arbitrio superioris. d. c. 2. de corpo. vitia. Hęc procedunt respectu membrorū apparentium. De eo autem qui maculatus est in membris non apparentibus/ qualis est Eunuchus dicendum est: q̄ aut in persecutione virilia sunt sibi amputata: & tunc potest promoueri etiam in episcopum. c. Eunuchus. 55. distinc. quod intellige de persecutione in qua nichil sibi potest imputari. Quid enim si maritus clericum cum vxore inueniat/ & de membris inimicis vindictam sumat? Certe imputandum est clerico: vnde sine dispensatione promoueri non poterit. Ita sentit Hostien. in summa in titu. de corpo. vitia. §. Et quæ impediant. versi. Quid enim. Aut fuerunt ei amputata eo tempore quo iudicij animum nō habebat: vt quia fuit sectus in cunabulis: et tunc etiam non impeditur promoueri. textus est in cap. Ex parte. b. de corpo. vitia. Nec est verum qd dicunt rustici: q̄ vbi quis sectus est non potest promoueri nisi testes siccos & pulverizatos gerat in bursa: quasi tunc intelligatur habere omnia sua membra. sed non curo vtrum habeat testes siccos vel virides: quia defectus illius membri nec deformitatem/ nec debilitatem inducit. Ita Hostiēsis in summa in dicto titu. de corpo. vitia. §. Et quæ impediant. versicu. Nec est verum. Aut fuerunt ei amputata non in persecutione. idest non ab hostibus: nec etiam eo tempore quo carebat animi iudicio/ sed ex voluntate propria: & tunc aut iusta causa subsistebat: puta infirmitatis & tunc promoueri potest cap. Si quis a medicis. in princip. 55. distinc. & cap. Ex parte. m. de corpo. vitia. Aut nulla subsistebat causa: & tunc promoueri non potest. Secundum enim statuta Niceni concilij/ illi ad clericatus ordinem prohibentur accedere: & si etiam in clero fuerint debent cessare qui se ipsos iam absciderint/ vel aucti aucerint vi ab alijs abscindantur. Ita dicit tex. in d. c. Ex parte. b. versi. Sane. de corpo. vitia. & dicto c. Si quis a medicis. versi. Si quis autem. & c. Si quis pro ęgritudine. 2. Rn. 55. distinc. &

dicit textus in c. Ex parte. b. versi. Sane. de corpo. vitia. & idē si subsistebat causa sed iniusta: puta quia volebat sic placere deo. Hęc em̄ causa stulta est: quia non ferro sed animo castitas quęri debet. Ideo talis promoueri non potest/ sed iam promotus deijci. c. Significauit. de corpo. vitia. c. Si quis absciderit. c. Hi qui. 55. dist. Et de hoc dictum est etiam s. in verb. Eunuchus. sed hic est repetitū vt ibidem omissa supplerentur.

h ❡ Si cœcus. Declaretur moraliter: vt in verb. Cœcus.

offeret panes deo suo: nec accedet ad ministeriū ei9. Si cœcus [h] fuerit: si claudus [i]: si vel [k] paruo vel grandi vel torto naso: si fracto [l] pede: si manu: si gibbus [m] si lippus [n]: si albuginem [o] habens in oculo: si [p] iugem scabiem: si impetiginem [q] i corpore vel herniosus: omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis: nō [r] accedet offerre hostias domino: nec panes deo suo: vescetur tamen panibus qui offerūtur in sanctuario: ita duntaxat vt intra velū nō ingrediatur: nec accedet ad altare/ quia maculā habet: & cōtaminare nō debet sanctuariū.

❡Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum/ sicut fecit sic fiet ei. Fracturam pro fractura: oculum pro oculo: dentem pro dēte restituet. Qualem inflixerit maculam talem sustinere cogetur. Leui. 24. c.

❡Animal [t] quod habuerit maculam: & vel claudum fuerit vel cœcū: aut in aliqua parte deforme vel debile: non immolabitur domino deo tuo: sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mundus q̄ immūdus similiter vescētur eis: quasi caprea & ceruo. hoc solum reseruabis vt sanguinem eorum non comedas: sed effundas in terrā quasi aquā. Deute. 15. d

❡Non immolabis domino deo tuo bouem & ouē in quo est macula aut quippiam vitij: quia abominatio est domino deo tuo. 17. a.

❡Sicut Absalon/ vir nō erat pulcher in omni Israel: & decorus nimis. A vestigio pedis vsq; ad verticem non erat in eo vlla macula. 2. regū. 14. f

❡Qui arguit [v] impium: ipse sibi maculam generat. puer. 9. b.

❡Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Canti. 4. b.

❡Impius bona in mala conuertens insidiatur: & in electis [x] imponet maculā. Cætera i verbis diues. Eccli. 31. b. & Ecclia. ad Ephe. 5. e. Eccli. 11. d.

Magis aduerbium.

❡Dilexisti maliciā super benignitatem: iniquitatem magis q̄ loqui æquitatem. Psal. 51. a.

❡Accipe disciplinam meam & non pecuniam: doctrinā magis q̄ aurum eligite. puerb. 8. b.

❡Vidisti [y] hominē sapientē sibi videri: magis illo spē habebit isipiēs. 26. b.

❡Laudaui magis mortuos q̄ viuentes: & fœliciorem vtroq; iudicaui qui necdum natus est/ nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Eccles. 4. a

❡Aduocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Eccli. 13. b.

i ❡ Si claudus. Declaret vt i ver. Claudus.

k ❡ Si paruo vel grādi vel torto naso. Paruo naso est/ qui ad tenendā mēsurā discussionis idoneus non est. Naso quippe odores fœtoresq; discernimus. Recte ergo p nasum discretio exprimitur per quā virtutes eligimus/ delicta reprobamus. Vnde etiā in laudibus sponsę dicit in canticis caticoℜ. Nasus tuus sicut turris quę est in Libano: qa nimirū sancta ecclesia: quę ex causis singulis tentamēta pdeant/ per discretionē cōspicit: & ventura vitiorū bella ex alto deprehendit: sed sunt nōnulli/ qui dum se existiari hebetes nolūnt: sępe in quibusdā inquisitiōibus plus q̄ necesse est exercētes: ex nimia subtilitate fallūtur. Vnde hoc quoq; subditur. vel grandi vel torto naso. Nasus quippe tort9 & grādis est discretiōis subtilitas immoderata: quę dū plus q̄ decet exercuerit/ actiōis suæ certitudinē ipsa confundit. Hęc declaratio ē Gregorij & habet in c. 1. versi. Paruo naso. 49. distinc. 1.

l ❡ Si fracto pede vł manu. Fracto pede vł manu est: qui viā dn̄i pgere oīno non valet/ atq; a bonis actibus fundit9 exors vacat: quaten9 hęc nō vt claudus saltē cū infirmitate teneat: sed ab his oībus alien9 oino existat. Ita dicit tex. in dicto c. 1. versi. Fracto pede. 49. dist.

m ❡ Si gibbus. Declaretur vt in verb. Gibbus.

n ❡ Si lippus. Quisnā moraliter lippus dicatur est tex. Gregorij in d. c. 1. versi. Lippus. 49. dist. de quo textu dictum est s. in verb. Deus. Ad Rō. 1. p.

o ❡ Si albuginem habens in oculo. Declaretur vt in d. c. 1. in versi. Albuginem. 49. distinc. de quo videatur s. in verb. Arrogans. h.

p ❡ Si iugem scabiem. Iugem scabiem habet cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie enim feruor viscerū ad cutem trahit: per quē recte luxuria designatur. Quod etsi cordis tentatio vsq; ad operationē prosilit: nimirū feruor intimus vsq; ad cutis scabiem prorumpit/ & foras iam corpus sauciat: quia dū in cogitatione voluptas non reprimitur: etiam in actione dominatur. Quasi em̄ cutis pruginē Paulus curabat abstergere cū dicebat ad Corinthios. Tentatio vos non apprehēdat nisi humana: ac si diceret. Humanū quidē est in corde tentationē perpeti: dęmoniacū vero est tētationis certamine & opatione superari. Ita dicit tex. in d. c. 1. versi. Iugē vero scabiē. 49. dist.

q ❡ Si impetiginē in corpore vel herniosus. Declarētur hęc verba vt in verb. Impetigo.

r ❡ Non accedet offerre hostias dn̄o. Quisq; cuilibet horū vitioℜ s. declaratorū subijcit: panes dn̄o offerre phibet: ne aliena delicta non valeat diluere/ quē adhuc propria deuastāt. Ita dicit tex. q est Gregorij in d. c. 1. in fi. 49. distinc.

s ❡ Fracturā pro fractura &c. Videatur quod dictū est in verb. Dens.

t ❡ Animal qđ habuerit maculā &c. Sunt quędā opera q̄ minus placēt deo: psunt tn̄ pximo. & si deo offerri nō possunt: comedi possunt. Cū em̄ deo minus placeāt p fuscata intētione quā deus ituetur: proximis tn̄ exēplo opitulant. Pro hoc dicto qđ est glo. or. est bo. tex. i c. Citi9. col. 2. de pœni. dist. 2. de quo videat in ver. Ducere. p.

v ❡ Qui arguit impium &c. Reccurratur ad verbum Generare.

x ❡ In electis imponet maculā. De his qui virulentis eorum detractionibus in alios maculam conijciunt dictum est s. in verb. Detrahere. k. vbi videatur.

y ❡ Vidisti hominē sapientem sibi videri. De illo qui Sapiens sibi videtur loqtur bo. tex. in c. 1. versi. Albuginem. 49. distinc. de quo videatur in verb. Arrogans. c.

z ¶ Magis autē laboret. Circa hęc verba aduertendū eſt ꝙ dictio magis/quādoqꝫ ponitur cōparatiue: qnqꝫ vero ponitur electiue. comparatiue ponitur quādo inter actus participationē habētes collocaꝛ. vt in ea ſententia doctrinā magis ꝗ aurū eligite. puer. 8. & in pleriſqꝫ alijs priorib⁹ & poſteriorib⁹ ſentētijs. Electiue vero: qñ īter actus participationē non habētes ponitur: & ita hic ſumi poteſt. Neqꝫ eñi furari & laborare participationē habent. Et ita etiam variatur in iure humano dictio magis. Qꝫ enim accipiatur cōparatiue eſt tex. in l. Clam poſſidere. §. fi. ff. de acqui. poſ. & in l. Iubere cauere. ff. de iuriſd. om. iudi. Qꝫ autē electiue ſumatur eſt tex. in l. 1. cū gloſa. in verb. Magis. ff. cōi diui. & in l. Conſilio. §. fi. ff. de cura. furio. Et hoc etiā modo (electiue ſcilicet) dictio magis ſumi videt in ſubſequēti ſentētia.

1. cori. 14. a ¶ Sectamini charitatē/ ęmulamini ſpūalia: magis autē vt ꝓphetetis.

ad ephe. 4. f ¶ Qui furabatur iam non furetur: magis [z] autem laboret operando manib⁹ ſuis quod bonū eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patiēti.

5. c. ¶ Nolite [a] communicare operibus infructuoſis tenebrarū: magis autem redarguite.

Ad phi. 1. b. ¶ Hoc oro (iquit Paulus) vt charitas veſtra magis [b] ac magis abūdet in ſcientia & in omni ſenſu: vt probetis potiora &c.

¶ Cætera in verbis amic⁹. Prouerbio. 18. in fine. Aurum. Eccli. 29. in fine. Correctio. Prouer. 29. c. Corripere. ꝓuer. 28. d. Cōmorari. Eccli. 28. c. Cura. Eccli. 41. c. Eligere. Pſal. 83. c. Eleemoſina. Thobiæ. 12. b Fabula. 1. ad Timot. 1. a. Fornicatio. Ad Ephe. 5. a. Genu. Ad Heb. 12. d. Homo. Actuum. 6. in fine. Iob. Iob. 42. in fine. Iuſtitia. Prouer. 16. a. Lingua. 1. ad Corin. 14. a.

Magiſter.

Exodi. 1. b. ¶ Prepoſuit rex nou⁹ Aegypti filijs Iſrael magiſtros [c] operum/ vt affligerent eos oneribus.

ꝓuer. 5. c. ¶ Cur deteſtatus ſum diſciplinam/ & increpationibus non acquieuit cor meum: nec audiui vocem docentium me: & magiſtris [d] non inclinaui aurem meam.

Mat. 10. c. ¶ Non [e] eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo ſicut dominus eius.

23. b. ¶ Nolite [f] vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. & patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.

a ¶ Nolite cōmunicare operibus īfructuoſis tenebrarū: magis autē redarguite. Cōicaꝛ operibus infructuoſis tenebrarū: qñ malis factis cōſortium voluntatis adiūgitur: aut cū expedit nō arguuntur. Ità ſentit text⁹ in c. A malis. & in ca. Ita ſociatur. 23. quęſti. 4.

b ¶ Magis ac magis abundet. Hæc dictio magis duplicata exaggerationē ſignat. Vnde dicit tex. in c. 1. circa mediū. 34. diſt. Qui ammonitus atqꝫ correptus/ nullaten⁹ emendatur: in hoc maxime diſplicet/ & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionē. Et in c. ſicut excellētiā. 23. quęſti. 4. dicit tex. ſicut excellentiam veſtrā ex hoſtilibus bellis in hac vita dñs victoriarū fecit luce fulgere: ita oportet etiā inimicis eccleſię eius/ omni viuacitate mentis & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroqꝫ triumpho magis ac magis eniteſcat opinio. Hęc ibi.

c ¶ Magiſtros operū. Pro hac & ſubſequētibus ſententijs/ notet rex. Vlpiani iurecōſulti in l. Quibus pręcipua. ff. de verbo. ſig. vbi dicit. Quibus pręcipua cura rerū incumbit: & qui magis ꝗ cęteri diligētiā & ſolicitudinē rebus qbus pręſunt debent: hi magiſti appellātur. quinetiā & ipſi magiſtratus per deriuationē a magiſtris cognominātur. vnde etiā cuiuſlibet diſciplinę pręceptores/ magiſtros appellamus a monēdo vel monſtrādo. Hęc ibi. Et facit tex. in l. magiſtri. ff. de pac. qui loqtur de magiſtris ſocietatū. Cętera videātur in annotatione ſequentiū ſententiarū..

d ¶ Magiſtris non inclinaui cor meū. Circa hęc verba aduertaꝛ ꝙ vt magri diſcipulorū corda facile poſſint promereri: & ea in diſcendā ſequendāqꝫ eorū doctrinā incliuare: debet id in ipſorum aſſumptiōe obſeruari/ qd habeꝛ in l. Magiſtros. C. de ꝓfeſſo. & medi. li. x. vbi dicitur. Magiſtros ſtudiorū doctoreſqꝫ oportet moribus primū/ deinde facundia excellere. Et qa ſingulis ciuitatibus adeſſe ipſe non poſſum: iubeo quiſquis docere vult/ ne repēte proſiliat ad hoc munus: ſed iudicio ordinis ꝓbatus/ decretū curialiū mereatur/ optimorū cōſenſu cōſpirante. Hęc ibi. Debet item poſt eorū aſſumptionē/ id fieri qd habeꝛ in l. 2. C. eo. ti. vbi dicit. Grāmaticos ſeu rhetores decreto ordinis ꝓbatos: ſi non ſe vtiles ſtudentibus prębeant: denuo ab eodē ordine reprobari poſſe incognitū non eſt. Hęc tex. Qui tametſi ſpecialiter loquatur in grāmaticis & rhetoribus: tamen ꝓcedit in quibuslibet alijs magiſtris aliorū docendoqꝫ munus obeuntibus. Poſſunt eñ oēs ꝗuis ſemel approbati/ poſtea reprobari ſi cōpertiātur inſufficientes bo. eſt tex. in l. vt gradatim. §. Reprobari. ff. de mune. & hono. & in l. ſed & reprobari. ff. de excuſa. tuto. Et dicit Bar. in d. l. Sed & reprobari: ꝙ dñs archiepiſcopus Capuanus in ciuitate Neapolitana ſemel fecit oēs doctores iterū examinari & ꝙ ex ipſis multi fuerūt reprobati. Et hoc etiā volunt And. de Baru. Ange. & Io. de pla. in d. l. 2. C. de profeſ. & medi. li. x. vbi dicunt. Nota hanc legem contra inſufficiētes doctores vt reprobētur: licet receperint inſignia doctoratus. Vñ etiā ſi magiſter ſeu doctor cōductus ad legendū inutiliter legat pro ſcholaſticis/ poterit eius cōductio caſſari. arg. l. Si duas. §. fi. ibi/ circa operationē ſe negligenter nō habeāt. ff. de excu. tuto. per quā ita dicit Io. de pla. in d. l. 2. Hi eñ ſoli docēdos ſuſcipere debēt/ qui docere poſſunt & nō alij. l. fi. C. de excuſa. artiſ. Nec debet doctor inſufficiens habere ſalariū vel prębendam annuā quę non titulis dignitatū: ſed pro meritis pſonarum tribuenda eſt. l. 1. C. de anno. ciuili. li. 11. Pro alijs quę hic dici poſſent recurraꝛ ad ea quę dicta ſunt ſ. in verb. Docere doctor & doctrina.

e ¶ Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum &c. Recurratur ad ea quæ dicta ſunt in verb. Diſcipulus. & in verb. Dominus. in annotatione huius ſententię

f ¶ Nolite vocari Rabbi. An vitioſum ſit magiſtri ſeu doctoris nomen appetere? Dici poteſt ꝙ ſi qs dignus ſit/ & magiſtri ſeu doctoris nomen expetat: non tumore ſuperbię/ ſed cōicationis charitate: vt ſcꝫ alijs cū meliori poſſit vtilitate/ auctoritati coniunctam ſcientiā quā didicit cōicare: nedū non peccat/ ſed etiā facit actum virtuoſum: qa cōicare alijs ſciētiā quā qs habet/ laudabile ē & ad charitatē ꝑtinet ſcdm illud Sapiē. 7. Sapientiam quā ſine fictione didici/ ſine inuidia cōmunico. & 1. Pe. 4. dr. Vnuſqſqꝫ ſicut accepit gratiā/ in alterutrum illam

administrantes. Q̄ʒ si quis dignus non esset/vel ad solam superbiam intuitum habens expeteret magistri seu doctoris nomen: a crimine non videretur excusandus. Et ita potest hęc sentētia intelligi. Hanc materiā ita sentit esse declarandā Archidi 48.distinc.in prin.glo.in cle.2.in verb. Honorē.de magis.& Panor.in c.Cū in cūctis.col.2.de elec. vt autem oīs superbię vanitas/in gradu magisterij seu doctoratus expetēdo vitetur: facta est cle.2.de magis.vbi dicitur. Cum sit nimis absurdū vt quis cum vanitate & imperitia ad honorē ascendat peritię literarū/non sine turbatione miramur illum apud scholasticos inualuisse abusum: q̄ pleriq̄ eorum q̄ in q̄uis scientia ad doctoratus vel magisterij assumuntur honorē:cum sua solenniter principia faciunt/ aut sui recipiunt insignia doctorat⁹: & circa cibos/vestes & alia/sic in expensis excedūt: q̄ & ipsi transeunte expensarū huiusmodi vanitate/ vacui plerunq̄ remaneāt & grauati: & cęteri qui non volunt vel nequeūt similes expensas subire: hac occasione frequenter a receptione honoris huiusmodi retrahūtur. Volentes igitur de oportuno super his remedio p̄uidere: illis ad quos vbilibet pertinet honorē tribuere memoratū: districte præcipim⁹ vt quicūq̄ de cętero ab eis dictū recipientes honorē: iuramēto prius astringant ne vltra tria milia turon. argēteorū in solēnitate circa huiusmodi doctoratū aut magisterium quomodolibet adhibēda expendant: ipsosq̄ nichilominus nisi forsā nobilis cōditions extiterint: vt. s. summam prędictā huiusmodi moderētur expēsæ efficaciter exhortantes: ac si hoc illorum cōgruere statui viderint iuramētū exigentes ab eis/q̄ certos infra summam pręfatam taxādos ab ipsis expensarum terminos non excedant. Si quis autem pontificali etiam dignitate pręfulgens non recepto prius iuramēto pręfato/ honorem cuiq̄ tribuerit supradictū: a collatione magisterij seu doctorat⁹ cuiuslibet per sex mēses sequētes eoipso nouerit se suspēsuʒ. Hęc ibi.

¶Ihesus dixit Nicodemo. Tu es magister in Israel & hec ignoras? Io. 3. b.
¶Erit tempus cum sanā doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desyderia coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. 2. timo. 4. a
¶Cum deberetis magistri esse propter tēpus rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei/ & facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. ad heb. 5. c.
¶Nolite plures magistri fieri: sciētes [g] quoniā mai⁹ iudiciū sumitis. Iacobi. 3. a.

Magnus & Magnitudo.

¶Erat Iob vir magnus inter omnes orientales. Et supra Iob. Iob. 1. a.
¶Magnus est deus fortitudine/ & iudicio/ & iustitia/ & enarrari non potest. 37. d.
¶Q̄ʒ magna [h] multitudo dulcedinis tuæ domine quam abscondisti timentibus te. Psal. 30. e.
¶Magnus dominus & laudabilis nimis & magnitudinis [i] eius non est finis. 144. a.
¶Generatio & generatio laudabit opera tua domine/ & potentiam tuam pronunciabunt: magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquētur/ & mirabilia tua narrabunt: & virtutem terribiliū tuorum dicēt & magnitudinem tuam narrabunt. 144. a. b.
¶Neq̄ ambulaui in magnis neq̄ in mirabilibus super me. 130. a.
¶Ne gloriosus appareas coram rege & ī loco magnorū [k] ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi ascende/ q̄ vt humilieris corā principe. puerb. 25. a
¶Non substrahet personam cuiusq̄ dominus qui est omnium dominator: nec [l] verebitur magnitudinem cuiusq̄. quoniam pusillū & magnum ipse fecit: & æqualiter cura est illi de omnibus. Sapiē. 6. b.
¶Quanto magnus [m] es humilia te in omnibus/ & coram deo inuenes gratiā: quoniā magna potētia dei solius/ & ab humilibus honoratur. Eccli. 3. c.
¶Magnus est dies domini & terribilis valde. Et quis sustinebit eum? Iohel. 2. c.
¶Ne [n] magnitudo reuelationum extollat me (iquit Paulus) datus est michi stimulus carnis meæ/ angelus sathanę qui me colaphizet &c. 2. cori. 12. b

Et latius vide supra in verbo Angelus.

Magnificare. Magnificatus & Magnificētia.

¶In conuiuio regis Assueri/ vinum vt magnificentia [o] regia dignum erat/ abundans & præcipuum ponebatur. Hester. 1. b.
¶Iussit rex Assuerus conuiuiū pręparari permagnificū/ cunctis principibus & seruis pro cōiunctione & nuptijs Hester. Et dedit requiem 2. d.

g ¶Sciētes quoniam maius iudicium sumitis. Textus est clarus quo istud probatur in c. Præcipue. 11. q. 3. & in c. Nulli fas. in fine. 25. quęsti. 1.
h ¶Q̄ʒ magna multitudo dulcedinis tuę &c. Recurratur ad verbum Dulcedo.
i ¶Magnitudinis eius non est finis. Idest/ est incomprehensibilis cogitatione vel loco. Hęc declaratio est glo. interlinearis/ pro qua est textus apertus in c. 1. in verb. Incomprehensibilis. de sum. tri. & fi. ca.
k ¶In loco magnorum ne steteris. Facit qd habetur per canonistas in c. Statuimus. de maio. & obe. & per legistas in l. 1. ff. de albo scriben. vbi concluditur sessiones non esse indistincte cuicunq̄ tribuendas: sed pro personarum meritis & gradibus statuendas.
l ¶Nec verebitur magnitudinē cuiusq̄. Immo maioribus maiora infliget cruciamina/ si aliqua supplicijs digna commiserint. d. c. Præcipue. 11. quęsti. 3.
m ¶Quāto magnus es/ humilia te in omnibus. Recurratur ad verbum Humilitas.
n ¶Ne magnitudo &c. Videatur quod dictum est in verb. Extollere.
o ¶Magnificentia regia dignum erat. Magnificentia proprie conuenit regibus/ quod ex vocabuli etymologia satis patet. Dicitur enim magnificus quasi magna faciēs. Magna autē facere prę cæteris regibus cōgruit.

Ita Panor. in c. Nouit. colũ. 1. de iudi. Et ad hoc facit bo. tex. in l. 1. in verb. Magnificentia meã. C. de vete. lib. 12. Aliquãdo tamen etiam inferioribus competit. prout est textus in l. 2. in prin. C. de offi. eius qui vicẽ alte. ge. vbi prefecto ascribitur magnificentia.

p ¶ Dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Facit tex. in c. 1. de dona. dum ibi dicitur hanc sibi legem nobilitas quodãmodo cõstituit: vt nisi beneficijs creuerit nichil se fecisse putet.

vniuersis prouĩcijs ac dona [p] largit⁹ est iuxta magnificẽtiã pricipalẽ.

Iob. 7. c. d. ¶ Quid est homo: quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Et supra homo.

Psal. 8. a. ¶ Eleuata est domine magnificentia tua super cœlos.

33. a. ¶ Magnificate dominũ mecum: & exaltemus nomẽ eius in idipsum.

67. g. ¶ Date gloriam deo super Israel: magnificentia eius & virtus eius in nubibus.

95. b. ¶ Confessio [q] & pulchritudo in cõspectu domini: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.

abdię vni. d ¶ Non magnificabis [r] os tuum in die angustiæ.

Lucæ. 1. ¶ Magnificat anima mea dominum &c. Vt infra Maria virgo.

Ad phi. 1. c. ¶ Sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo (ait Paulus) siue per vitam siue per mortem. Cætera in verbis diues. Ecclesiastici. 10. c. Lætitia. Esaiæ. 9. a. Lingua. Psal. 11. c. Prædestinare. Ad Roma. 8. f. & Vox. Psal. 28. f.

Exo. 14. d. **Magnalia.** ¶ Ait Moyses ad populum Israel. Nolite timere: state & videte magnalia domini quæ factur⁹ est hodie. Aegyptios enĩ quos nunc videtis: nequaq̃ vltra videbitis vsq; in sempiternum.

4. regũ. 8. b ¶ Rex Iuda loquebatur cum Giezi: dicens. Narra michi omnia magnalia quæ fecit Heliseus.

Eccli. 18. a. ¶ Quis [s] inuestigabit magnalia dei?

Actuũ. 2. b. ¶ Audiuimus apostolos loquentes [t] nostris linguis magnalia dei.

Eccli. 11. a. **Magnatus & Magnates.** ¶ Sapientia humiliati exaltabit caput illius: & in medio magnatorum consedere illum faciet.

20. d. ¶ Sapiẽs ĩ verbis ꝓducet seipsum: & homo prudẽs placebit magnatis.

eodem. ¶ Qui operatur terram suam inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur. Qui [v] vero placet magnatis effugiet iniquitatem.

32. b. ¶ Adolescẽs ĩ medio magnatorũ loqui nõ ꝓsumas. Et. s. Adolescẽs.

39. a. ¶ In medio magnatorũ ministrabit sapiẽs: & in cõspectu præsidis apparebit. Cętera. s. ĩ verbo hũiliare. Eccli. 4. a. & Pręsbyter. Ecci. 6. b.

Leuiti. 19. f. **Magus.** ¶ Non [x] declinetis ad magos: nec ab hariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos.

q ¶ Confessio & pulchritudo in cõspectu ei⁹. Præmittit cõfessio, subiungitur pulchritudo vt erudiamur, pulchritudinem. i. iustitiã nos aliter cõsequi non posse, nisi ꝑ iniquitatũ nostrarũ confessionẽ. vt enĩ dicit Ambro. in libro de paradiso non potest quisq; a peccato iustificari nisi peccatũ ante fuerit confessus. c. Non potest quisq;. de pœnitẽ. distinc. 1. de qua materia est amplius tex. in c. Voluissent. §. ex his (vbi videatur) eadem distinc. Hęc declaratio est de mẽte glos. interlinearis. Et pro ea videtur esse bon⁹ tex. in c. Totam. in fi. de pœnitẽ. distinc. 3. vbi de Dauid qui peccatũ suum agnouit seu cõfessus est, loquens Hieronymus dixit. Confessio & pulchritudo corã eo, vt qui fuerit sua peccata confessus dixerit: corruptę sunt & computruerunt cicatrices meę: & sic fœditatem vulnerũ in sanitatis decorẽ cõmutauit. Hęc ibi.

r ¶ Non magnificabis os tuum in die angustię. Quia scdm glo. interlinearem hęc sentẽtia potest intelligi de angustia spirituali: vt velit neminem in proprio peccato extolli debere. Videatur qđ dictum est. s. in verb. Gloriari: sup illud psal. Quid gloriaris in malicia &c.

s ¶ Quis inuestigabit magnalia dei? Facit tex. in c. Si ex bono. colũ. 1 & 2. de pœni. dis. 4.

t ¶ Loquẽtes nr̃is lĩguis magnalia dei. Quibuslibet linguis scire loqui magnalia dei expedit pręsertim ꝑ erudiendis infidelibus: vt est textus solennis in cle. 1. de magistris. de quo textu dictum est in verb. Lingua.

v ¶ Qui placet magnatis effugiet iniquitatẽ. Magnatos intellige non quoslibet temporalium copia bonoꝝ magnos existimatos. Sunt enĩ de taliũ numero ꝑmulti qbus placere: nõ esset effugere iniquitatẽ, sed incurrere. De his enĩ dicit Paulus. Si hoibus placerem: Christi seru⁹ nõ essem. c. fi. in fi. 47. dist. Sed eos magnatos potius accipe q̃ꝑpter suarũ magnitudinẽ virtutũ: magni apud deũ habẽtur. Talibus naq; qui placẽt: effugiũt dubio procul iniquitatẽ. Alioquĩ nõ placerẽt, quia nulla cõmunicatio lucis ad tenebras: nulla cõuentio Christi ad Belial: nullus cõsensus templo dei cũ idolis. c. Resuscitat⁹. de pœni. dist. 1.

x ¶ Non declinetis ad magos: nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Recurrat ad ea quę dicta sunt in ver. Ariolus, Aruspex, Augures, Augurium, & Diuinatio. Sed ibi dictis addendo: notetur tex. Augustini in c. Nec mirum in prin. 26. quęsti. 5. vbi dicit. In gentiliũ libris legitur ꝙ quędã maga Circe socios Vlyssis mutauerit in bestias. Legitur etiã de sacrificio ꝙ Archades deo suo Lyeo imolabant: ex quo quicũq; sumerent in bestiarũ formas conuerterẽtur. Sed hæc oia magicis pręstigijs potius fingebant: q̃ rerũ veritate cõplerentur. Hæc tex. Magi autem sunt qui vulgo malefici: ob facinorũ magnitudinẽ nuncupantur: hi sunt q ꝑmissu dei elementa concutiunt, turbãt mẽtes hominũ minus cõfidentiũ in deo: ac sine vllo veneni haustu, violẽtia tm̃ carminis interimũt. vñ Lucan⁹. Mens hausti nulli sanie polluta veneni Incãtata perit. Dęmonibus enĩ accitis audent vẽtilare vt quoscũq; suos perimãt malis artibus inimicos. hi etiam sanguine vtuntur & victimis sæpe contingunt mortuoꝝ corpora. Ita dicit pręfatus textus Augustini in dicto cap. Nec mirum. versicu. Magi. Hęc vero vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto orbe terrarum plurimis seculis valuit per quandam scientiam futu-

¶Anima [y] quę decliauerit ad magos & hariolos/& fornicata fuerit cū eis: ponā faciē meam cōtra eam: & interficiā illā de medio populi sui. Leui.20. b.

¶Saul abstulit magos & hariolos de terra &c. vt infra Saul.

¶Pręcepit rex Nabughodonosor vt conuocarētur harioli & magi & malefici & chaldæi: vt indicarent regi somnia sua. vbi latius. Danie.2.a.

Magi. ¶Cum natus esset Ihesus in Bethleē Iudæ in diebus Herodis regis: ecce magi [z] ab oriente venerunt Hierosolymam/dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum. Vidimus enim stellam [a] eius in oriente: & venimus adorare eum. Audiēs autem Herodes rex/turbatus est: & omnis Hierosolyma cū illo: & congregās omnes principes sacerdotū & scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerūt ei. In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptū est per prophetā. Et tu Bethleē terra Iuda nequaq̄ minima es in pricipibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meū Israel. Tunc Herodes clam vocatis magis: diligēter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem: dixit. Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis renunciate michi: vt & ego veniēs adorem eum. Qui cum audissent regem abierūt. Et ecce stella quam viderāt in oriente antecedebat eos/vsq̧ dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum/inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera [b]/aurum/thus & myrrhā. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodē: per aliam viam reuersi sunt in regionē suam. Mat.2.a.b.

Maiestas. ¶Vox domini super aquas: de⁹ maiestatis [c] ītonuit: dominus super aquas multas. Psal.28.a.

¶Sicut qui mel multum comedit/non est ei bonum: sic qui [d] scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Puer. 25.d.

Maior & Maius. ¶Dixit Cain ad dominū. Maior est [e] iniquitas mea quam vt veniam merear. Gene. 4.b.

¶Quid necesse est homini maiora se quærere. Cum ignorat quid cōducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ: & tempore quod velut vmbra præterit? Ecclēs. 7.a.

¶Benedicētes dominum/exaltate illū q̄tum potestis. Maior enim est omni laude. Eccli. 43. d.

¶Accesserunt discipuli ad Ihesum dicentes. Quisputas maior [f] est in regno cœlorum? Et aduocās Ihesus paruulum: statuit eum in medio eorum: & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli/non intrabitis in regnum cœlorum. Quicūq̧ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorum. Mat.18.a.

rorum. Ita dicit tex. qui est eiusdē Aug. in c. Qui sine. in fi.26. quęsti.2. Et aduertendū est q̄ hę turbationes aeris quę fiunt per artē magicam: possunt per artē contrariā tolli: secus si naturaliter obueniāt. Ita dicit Archi. in c. Non obseruetis.26. quęsti.7. Cętera quę hic de magis dici possent: videātur. j. in verb. Moyses.

y ¶Anima quæ declinauerit ad magos. Recurratur ad verbum Ariolus.

z ¶Ecce magi ab oriente venerunt. Magi hoc loco non malefici sed philosophi Chaldeorū dicūtur: qui philozophantur de singulis: & dicuntur de genere Balaam/& successores doctrinarū eius. Vn̄ magi a magnitudine sciētię sunt nūcupati. Quos em̄ Gręci philosophos/Persę magos appellant. Iudæi scribas/& Latini magistros. Ita dicit Archi. i c. Legim⁹.1. colū.2.37. dis.

a ¶Stellā eius. Pro istorū & subsequētiū verborū hui⁹ sentētię declaratione recurrat ad verbū Ihesus. vbi hęc sententia satis declarata est.

b ¶Obtulerūt ei munera/aurum/thus & myrrham. Magi tria munera obtulerunt/in quib⁹ nōnulli tres partes philosophiæ dicūt intelligi. Ita dicit textus in d.c. Legimus. versi. Magi.37. distinc. Archidia. vero ibi adducit id/qd ab ecclesia solet in istorū magorum cōmendationē decātari. Tria sūt munera pretiosa quæ obtulerunt magi dn̄o in die ista. & habent in se diuina mysteria. in auro: vt ostēdatur regis potētia. in thure: sacerdotē magnū considera. & in myrrha: dn̄icā sepulturā. Hęc Archi. Cętera dicant vt in ver. Ihesus.

c ¶Deus maiestatis intonuit. Maiestas dicit quasi maior status. Vnde proprie deo cōpetit. dicitur tamē & de hominib⁹ seu hoibus attribuit maiestas/prout est bo. tex. i auten. Gazaros. C. de hęreti. & in c. Vergētis. eodē ti. in antiq. dū ibi dicitur. Lōge graui⁹ est ęternam q̄ tēporalem/seu diuinam q̄ humanā lędere maiestatē. Et ideo maiestas quādoq̧ attribuitur imperatori. vt in procę. insti. & in pri. q̄nq̧ regi. vt in l. Regimie. C. vt nemo priuat⁹. q̄nq̧ prętori vt in l. pe. i fi. ff. de iusti. & iure.

d ¶Qui scrutator ē maiestatis opprimetur a gloria. Hanc sententiam intelligēdo de diuina maiestate: prout per iterpretes solet itelligi videātur q̄ in eius annotatiōe dicta sunt in ver. Gloria. Intelligēdo vero eā de maiestate humana: vidēdus est bo. tex. in l.2. C. de crimi. sacrile. vbi dicit. Disputare de principali iudicio non oportet. Sacrilegij em̄ instar est dubitare/an is dignus sit quē elegerit imperator. Hęc tex. quē glo. & doc. intelligunt in electo ad officiū seculare/& ex certa sciētia pricipis. Elect⁹ em̄ a principe in epm vel aliū pręlatū ecclesiasticū: detrudi seu reijci debet. pnt etiā factū est in epis electis ab imperatore Frederico. Hęc glo.

e ¶Maior est iniquitas mea/q̄ vt veniā merear. Videatur qd dictum est in verb. Cain.

f ¶Hic est maior in regno cœlorū. Astipulat huic sentētię qd dicitur in c. Multi. i fi.40. distinc. Non q̄ maior fuerit in honore inter homines/ille est iustior: sed qui fuerit iustior/ille est maior. Hęc ibi.

Mat. 20.d. ¶Scitis (ait Christus ad discipulos) quia principes gentium domi-
nantur eorum: & qui maiores sunt/potestatem exercent inter eos. Nõ
ita erit [g] inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri: sit ve-
ster minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus.
Cætera in verbis Loqui. Eccli. 32. a. & Holocaustũ. Marci. 12. d.

Canti. 2. a. **Malus arbor.** ¶Sicut [h] malus inter ligna syluarũ / sic dilectus
meus inter filios.

2. b. ¶Fulcite me floribus/stipate me malis: quia amore langueo.

7. c. ¶Erit odor oris tui/sicut odor malorum.

8. a. **Malum granatum.** ¶Apprehendam te/& ducam in domũ
matris meæ. Ibi me docebis/& dabo tibi poculum ex vino condito: &
mustum malorum granatorum meorum.

Malum punicum. ¶De malis punicis in veste Aaron sacer-
dotis: vide supra in verbo Aaron.

4. a. ¶Sicut [o] fragmen mali punici: ita genæ tuæ absq; eo q intrinsecus
latet.

4. d. ¶Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum / cum pomorum
fructibus.

Malus adiectiuum. ¶Vide in Substantiuis.

Geñ. 8. p. fi. **Malum substantiuum.** ¶Sensus & cogitatio hũani cor-
dis in malum [p] prona sunt ab adolescentia.

Psal. 22. a. ¶Et si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala: quo-
niam tu mecum es domine.

37. ppe fi. ¶Qui retribuunt [q] mala pro bonis/detrahebant michi: quoniam se-
quebar bonitatem.

39. c. ¶Circundederunt me mala/ quorum non est numerus: comprehen-
derunt me iniquitates meæ: & non potui vt viderem.

50. a. ¶Tibi [r] soli peccaui/& malum [s] coram te feci: vt [t] iustificeris i sermo-
nibus tuis: & vincas cum iudicaris.

90. c. ¶Non [v] accedet ad te malum: & flagellũ non appropinquabit taber-
naculo tuo.

g ¶Non ita erit inter vos: sed quicunq; &c. Facit textus in d. c. Multi. vers. Quicunq;. 40. distinc. de quo videatur s. in verb. Desyderiũ. 1. Et aduertatur q maioritas diuersimode solet consyderari. quãdoq; enĩ cõsyderatur respectu ordinis: & ita qui maiorem habet ordinem/maior est. Vnde subdiaconus accolyto: Diacon9 subdiacono: p̃sbyter diacono maior est. c. Legimus. in fi. 93. distinc. c. Statuimus. de maio. & obe. quãdoq; consyderatur ex p̃rogatiua cõsecrationis. Et sic episcopus maior est p̃sbytero. facit. c. Quãto. de consue. c. Olim. 95. distinc. Quandoq; ex p̃rogatiua administrationis. & sic Archidi. est maior archip̃sbytero. & ei obedire debet. c. plectis. 25. distic. Quandoq; ex p̃rogatiua ãtiquioris receptionis: & sic data omni alia paritate/q primo receptus est ad ordines/ vel ad religionẽ/ vel ad præbendam/ & similia: dicitur esse maior. ca. Cum omnes. de constitu. c. Ordinatiões. 75. dist. Quandoq; ex p̃rogatiua collatoris: & sic q est ordinatus a digniore dr esse maior. c. Per tuas. de maio. & obe. c. Cũ in distribuẽdis. de tẽpo. ordi. & quandoq; respectu virtutis. Et sic q virtuosior est/dicit esse maior. vt hic/& in d. c. Multi. in fi. 40. distinc. Multa quæ in materia maioritatis cumulari possunt/ videantur per Fely. diligenter cumulata in rub. de maio. & obed. & in c. Super eo. 2. in. 2. colũ. de testibus.

collegerat non habuit amplius: neq; qui minus parauerat/ habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc ęstimanda mysterio: sed virtus sacramenti spiritualis. Hęc tex.

y ℭ Sex diebus colligite: in die aūt &c. An etiā die dn̄ica colligere seu emere comedenda/ & coquere phibitum sit: Videatur quod dictū est supra in verb. Festum. circa princi.

z ℭ Gustusq; eius q̄si similecum melle. His verbis Mannę describitur naturalis gustus. Saporis aūt describit gust⁹ accidentalis q erat scdm propriā cuiusq; voluntatem put etiam est tex in c. Quotidie. in fine de cōsecra. dist. 2.

vsq; mane: & scatere cœpit vermibus atq; computruit. Et iratus est cōtra eos Moyses. Colligebant autem mane singuli q̄tum sufficere poterat ad vescendum. Cumq; incaluisset sol: liquefiebat. In die autem sexta collegerūt cibos duplices: id est duo gomor per singulos homines. Venerūt autē oēs principes multitudinis: & narrauerunt Moysi. Qui ait eis. Hoc est quod loquutus est dominus. Requies sabbati sanctificata est domino. Cras quodcūq; operādū est / facite: & q̄ coquēda sunt/ coquite. Quicquid autem reliquum fuerit reponite vsq; i mane. Feceruntq; ita vt præceperat Moyses & non computruit: neq; vermis inuentus est in eo. Dixitq; Moyses. Comedite illud hodie: quia sabbatum est domino: non inuenietur hodie in agro. Sex y diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est domini. Idcirco non inuenietur. Venitq; septima dies & egressi de populo vt colligerēt: non inuenerunt. Dixitq; dominus ad Moysem. Vsq; quo non vultis custodire mandata mea & legem meam? Videte q; dominus dederit vobis sabbatum: & propter hoc die sexto tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisq; apud semetipsum: & nullus egrediatur de loco suo die septimo: & sabbatizabit populus die septimo. Appellauitq; domus Israel nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album: gustusq; z eius quasi simile cum melle. Dixit autē Moyses. iste est sermo quem præcepit dominus: imple gomor ex eo: & custodiatur in futuras retro generationes: vt nouerint panem quo alui vos in solitudine: quando educti estis de terra Aegypti. Dixitq; Moyses ad Aaron. Sume vas vnum & mitte ibi man: quantum potest capere gomor: & repone coram domino ad seruandū in generationes vestras sicut pręceperat dn̄s Moysi. Posuitq; illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Filij autē Israel comederūt Man quadraginta annis: donec venirēt in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt vsq; quo tangerent fines terrę Chanaam. Gomor autem decima pars est ephi.

ℭ Anima [a] nostra arida est (dixerunt filij Israel) nichil aliud respiciūt oculi nostri nisi man. Erat autem man quasi semen coriandri coloris bedellij. Circuibat autem populus & colligens illud/ frangebat mola siue terebat in mortario: coquens in olla & faciēs ex eo tortulas saporis: quasi panis oleati. Cūq; descenderet nocte super castra ros: descendebat pariter & man. Nūeri.11.b

ℭ Defecit māna postq̄ comederūt de frugibus terræ: nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel: sed comederunt de frugibus pręsentis anni terræ Chanaan. Iosuę.5.c.

ℭ Spiritū bonū dedisti domine q doceret filios Israel (dixit Esdras) & manna tuū non prohibuisti ab ore eorū: & aquā b dedisti eis i siti &c. Neemi.9.d

Cætera in verbis archa ad Hebræ.9.a. Panis. Ioan.6.e. & vincens. Apoca.6.e.

a ℭ Aia nostra arida est. Is cui⁹ anima arida est. vtpote cum adhuc voluntatem peccandi retineat: i vero cœlesti pane seu in Eucharistię cōmunione nichil saporis inuenire potest. Vn̄ dicit Augu. Omnibus dominicis diebus cōmunicandum hortor/ si tamē mens in affectu peccandi non sit. Nam si adhuc habet voluntatem peccandi: grauari magis dico eucharistię pceptione q̄ purificari. Si tn̄ quis peccato mordeatur / sed peccandi de cętero non habeat voluntatem: cōmunicaturus satisfaciat lachrymis & orationib⁹ et confidens de domini miseratione/ accedat ad eucharistiā itrepidus & secur⁹. Tex. est de hoc dicto August. in d. c. quotidie. Paulo post princip. de consecra. dist. 2.

b ℭ Aquam dedisti eis in siti. Illis aqua de petra fluxit/ tibi sāguis ex Christo: illos ad horam satiauit aqua/ te sāguis diluit in ęternum. Iudęus bibit & sitit: tu cum biberis sitire non poteris. Illud in vmbra hoc in veritate. Audi/ qa vmbra est quę apud patres facta est: bibebant inquit apostolus de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus/ sed non in pluribus eorum complacitum ē deo. nam prostrati sunt in deserto. Hęc sententia quę istis verbis accōmodari potest/ ponitur in d. c. Reuera. colum. 1. de consecra. distinc. 2.

c ℭ Nemini de⁹ mādauit impie agere &c. Pro hoc dicto est bonus textus in ca. Non est q; cuiq̄. 15. quęsti. 1. de quo videatur supra in verbo Diabolus. n.

d ℭ Mandauit deus vnicuiq; de proximo suo. Verbum mandauit sumitur hic pro pręcepit. Dilectio enim proximi/ & eiusdem pro loco & tempore subuentio/ est de pręcepto: vt visum est supra. in verbo diligere. et in verbo eleemosyna. Quandoq; tamen verbum Mandare est verbum precarium: vt quando profertur ab ęquali/ respectu ęqualis vel a minore respectu maioris. tunc enim verbū mandare sumitur pro rogare. bonus est tex. in l. 2. in princip. C. communia: de lega. in c. filium. in prin. 1. quęsti. 1. in c. Mandastis. 1. quęsti. 5. & in c. Guilisarius. 23. quęsti. 3. Et eodē modo etiam verbum precarium quale est verbū Rogo sumitur. Nonnunq̄ p verbo imperatiuo/ prout est textus & ibi glo. in c. Rogo. 11. quęst. 3.

c ¶Nemini deus mandauit impie agere &c. Huius dicti annotatio proxime pręcedit.
d ¶Mandauit deus vnicuiq; de proximo suo. Et itidē annotatio hic ascribēda in prioris folij fine habetur.
e ¶Nunquid cōprehenderūt patres vestros? Facit tex. in c. 1. versi. Est enim verbum. 35. questi. 10.
f ¶Vt facias atq; custodias omnia mandata eius. Circa hęc verba & pleras; sententias subscriptas notandum est quod dicit Archi. in c. Quoniā. paulo post princip. 18. distinc. vbi dicit/ ꝙ mandata dei meditanda sunt: vt in psal. Concupiui salutare tuū/ & lex tua meditatio mea ē. Et alibi. Pręuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. & alibi. Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Secūdo sunt scrutanda: vt in psal. Declinate a me maligni/ & scrutabor mandata dei mei. Tertio sunt custodiēda: vnde in psal. Clamaui ad te/ saluū me fac: vt custodiā mandata tua. & ibi. Paratus sum/ & nō sum turbatus vt custodiam mandata tua. Quarto sunt diligenda: vt in psal. Meditabor in mādatis tuis quę dilexi. Et quinto sunt exercenda. vt in psal. Exercebor in mandatis tuis/ & considerabo vias tuas. Sexto sunt pronunciāda: vt in psal. In labijs meis pnūciaui omnia iudicia oris tui. Et alibi. Pronūciauit lingua mea eloquiū tuum. Hæc Archi.
g ¶Omnia mādata eius. Dicit oia: quia qui in vno offendit/ factus est omniū reus dicit textus post Iacobū apostolū in c. 1. versi. Defleat. de pœniten. dist. 5.
h ¶Fœnerabis gentib⁹ multis/ & ipse a nullo fœn⁹ accipies. Vir bonus fœnerat gētibus multis. idest in gētes multas virtutū charismata diffundit. Ipse autem a nullo fœnus accipit. idest remunerationem temporalem principaliter nō expectat/ sed æternam prestolatur. c. Cauendū. de pœnitē. distinc. 3. Cętera quę in huius annotatiōe sententię dici possent videant in ver. Fœnerari.
i ¶Non declinaueris ab eis neq; ad dexteram/ neq; ad sinistram. Recurratur ad ea quæ dicta sunt ś. in verbo Dextra. Prouerb. 4.
k ¶Si audire nolueris &c. Hoc loco aduertendum est ꝙ posteaq̄ dominus mandauit Moysi vt daret legem populo ś Moyses diuisit populum & sex tribus meliores posuit in mōte Garizim ad benedicendū eis q dn̄i leges obseruarēt. Sex vero

Eccli. 15. d. **Mandare.** ¶Nemini [c] mandauit dominus impie agere: & nemini dedit spacium peccandi.
17. b. ¶Mandauit [d] deus vnicuiq; de proximo suo.
24. c. ¶Legem mandauit Moyses in pręceptis iustitiarum: & hęreditatem domui Iacob: & Israel promissiones.
Threno. 1. f ¶Mandauit dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius.
Amos. 2. d. ¶Prophetis mandabitis: dicentes. Ne prophetetis.
9. a. ¶Si cælauerint se ab oculis meis (ait dominus) in profundum maris: ibi mandabo serpenti: & mordebit eos.
Zacha. 1. b. ¶Verba mea & legitima mea quæ mandaui seruis meis prophetis: nunquid non [e] comprehenderunt patres vestros? Et conuersi sunt: & dixerunt. Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secūdum vias nostras: & secundum adinuentiones nostras fecit nobis.
Ioan. 15. c. ¶Hæc mando vobis (dixit Ihesus discipulis) vt diligatis inuicem. &c. Vt habetur supra in verbo diligere.

Deute. 4. f. **Mandatum.** ¶Custodi præcepta domini atq; mandata/ quæ ego pręcipio tibi hodie (dixit Moyses populo Israel) vt bene sit tibi & filijs tuis post te: & permaneas multo tempore super terram/ quam dominus deus tuus daturus est tibi.
Deu. 28. a. b ¶Si audieris vocem domini dei tui/ vt facias [f] atq; custodias omnia [g] mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie: faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quæ versantur in terra. Venientq; super te vniuersæ benedictiones istę & apprehendent te: si tamen pręcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate: & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui: fructus terræ tuæ/ fructusq; iumentorum tuorum: greges armentorum tuorum: & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua: & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dominus inimicos tuos qui consurgent aduersum te: corruentes in conspectu tuo. Per vnam viam venient contra te: & per septem fugient a facie tua. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua/ & super omnia opera manuum tuarum: benedicetq; tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te dominus sibi in populum sanctum: sicut iurauit tibi/ si custodieris mandata domini dei tui: & ambulaueris in vijs eius. Videbuntq; omnes terrarum populi/ ꝙ nomen domini inuocatum sit super te: & timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis/ fructu vteri tui/ & fructu iumentorum tuorum: fructu terræ tuæ/ quam iurauit dominus patribus tuis vt daret tibi. Aperiet dominus thesaurum suum optimum cœlum/ vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetq; cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis [h] gentibus multis: & ipse a nullo fœnus accipies. Constituet te dominus deus tuus in caput/ & non in caudam: & eris semper supra & non subter: si tamen audieris mādata domini dei tui quæ ego præcipio tibi hodie: & custodieris & feceris: ac nō declinaueris [i] ab eis/ nec ad dextram nec ad sinistram: nec sequutus fueris deos alienos/ neq; colueris eos.
Deu. 28. f. g ¶Si audire [k] nolueris vocē domini dei tui: vt custodias & facias om-

nia mandata eius/& cærimonias quas ego præcipio tibi hodie: veniēt super te omnes maledictiones istę & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate : maledictus in agro . Maledictum horreum tuum/ & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui / & fructus terræ tuæ: armenta boum tuorum / & greges ouium tuarum . Maledictus eris ingrediens & maledictus egrediens . Mittet [l] dominus super te famē & esuriem/& increpationem in omnia opera tua quæ tu facies: donec conterat te & perdat velociter/propter adiuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me . Adiungat tibi dominus pestilentiam/ donec consumat te de terra ad quam ingredieris possidendam . Percutiat te dominus egestate/febri/& frigore/ardore & æstu/& aere corrupto/ac rubigine:& persequatur donec pereas . Sit cœlum quod supra te est æneum/& terra quam calcas ferrea. det dominus imbrem terræ tuæ puluerem : & de cœlo descendat super te cinis donec conteraris. Tradat te domus corruētem ante hostes tuos . Per vnā viam egrediaris contra eos/ & per septem fugias & dispergaris per omnia regna terræ . Sitq̧ cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cœli & bestijs terræ/& non sit qui abigat. Percutiat te dominus vlcere Aegypti: & partem corporis per quam stercora digerūtur: scabie quoq̧ & prurigine ita vt curari nequeas . Percutiat te dominus amentia & cæcitate ac furore mentis : & palpes in meridie / sicut palpare solet cæcus in tenebris : & non dirigas vias tuas . Omniq̧ tempore calumniam sustineas : & opprimaris violentia / nec habeas qui liberet te . Vxorem [m] accipias : & alius dormiat cum ea . Domum ædifices / & non habites in ea . Plantes vineam / & non vindemies eam . Bos tuus immoletur coram te: & non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo / & non reddatur tibi . Oues tuæ dentur inimicis tuis : & non sit qui te adiuuet . Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo/ videntibus oculis tuis & deficiētibus ad conspectum eorum tota die: & non sit fortitudo in manu tua. Fructus terræ tuæ & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras : & sis semper calūniā sustinēs: & oppressus cunctis diebus: & stupens ad terrorem eorū quæ videbūt oculi tui . Percutiat te dominus vlcere pessimo in genibus/& in suris: sanariq̧ non possis a planta pedis vsq̧ ad verticem tuū. ducetq̧ te dominus & regem tuum quem cōstitueris super te / in gentem quā ignoras tu & patres tui : & seruies ibi dijs alienis / ligno & lapidi : & eris perditus / ī prouerbiū ac fabulā omnib9 populis ad quos te ītroduxerit dominus . Sementē [n] multā iacies in terrā/& modicū cōgregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. Vineam plantabis & fodies/& vinū non bibes/nec colliges ex ea quippiam: quoniā vastabitur vermibus.

tribus posuit in monte Hebal ad maledicendum eis qui domini leges infringerent. De istis autem benedictionibus & maledictionibus loquuntur præcedens & hæc ac sequentes sententiæ. Et circa eas est notandus textus in c. Si igitur. §. fi. iuncto princip. c. sequē. 24. quęsti. 3. vbi dicitur. Relege veteres libros/& vide quę tribus in monte Garizi constitutę sunt/vt benedicerent populo: & quę in monte altero vt maledicerent. Ruben enim qui maculauerat thorum parentis & zabulon nouissimus Liæ filius & ancillarum liberi in monte Hebal ponūtur: vt maledicant his qui maledictione sunt digni. Cum ergo in singulis quibusq̧ fidelium sit propositi varietas : hoc michi designari videtur in hoc loco/ꝙ dimidij illi qui iuxta montem Garizim incedūt: illum qui ad benedictionē elect9 est. Istos figuraliter indicēt qui non metu/sed benedictionū & repromissionū desyderio veniunt ad salutem . Illi vero dimidij qui iuxta montē Hebal incedunt: in quo maledictiones prolatę sunt/ istos alios indicant: malorum metu & suppliciorum timore complentes quę in lege scripta sunt/ perueniunt ad salutem. Hæc ibi. Et ita etiam dicit glo. or. Deute. 27. c.

l ¶ Mittet dn̄s sup te famē. Facit tex. in superioribus allegat9 in c. Reuertimini. versi. Si qn̄ 16. quęsti. 1.

m ¶ Vxorē capias: & alius dormiat cum ea. Qꝫ sit hęc pœna maritis grauissima. est bo. tex. in l. Codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. de quo dictū est ꝰ. in verb. Adulter.

n ¶ Sementē multā iacies in terrā: & modicum cōgregabis. quia locustę deuorabunt om̄ia. Simile dicit textus in allegato. ca. Reuertimini. circa mediū. 16. quęsti. 1. Fieri potest vt agros irrigātibus pluuijs sit quidē fertilitas: verū aut locusta veniet/aut brucus/ aut erugo/ aut eruca: & labores hominum vastabūt. Hæc ibi. Et facit qd habetur in c. Decimę tributa. circa medium. eadē cau. & quęsti. dum ibi dicitur. Hęc est dei iustissima consuetudo : vt si tu illi decimā non dederis/ tu ad decimā reuoceris. Dabis ipio militi quod non vis date sacerdoti. Benefacere semper deus paratus est/sed hominū malicia ꝓhibet. Hęc ibi. Facit etiā tex. in c. Maiores. 16. q. 7. vbi ꝓbaẜ bonorū tēporalium penuriā contingere/ exactionesq̧ ac tributa multiplicari: qa præceptū de decimarū solutione nō recte seruatur. Aduertendum est tamen ad vnum/quod ibidem dicit Archidiaconus: ꝙ scilicet ministri ecclesiæ maiorem curam debent habere spiritualium bonorum in populo promouendorum: ꝗ temporalium colligendorum. & ideo apostolus noluit vti potestate sibi a domino tradita: scilicet vt acciperet stipendia victus ab ipsis/quibus euangelium prędicabat: ne daret aliquod impedimentum euangelio Christi: nec tamen peccabant illi/qui ei non subueniebant. Alioquin eos apostolus corrigere non omisisset. Et similiter laudabiliter ministri ecclesiæ/ decimas non requirunt: vbi sine scandalo requiri non possunt/propter dissuetudinem vel aliam causam. Nec tamen sunt in statu damnationis/qui non soluunt in illis locis in quibus ecclesia non petit: nisi propter obstinationem haberent aliqui animū non soluendi/etiam si peterentur ab eis. Hęc Archidia.

Oliuas habebis in omnibus terminis tuis / & non vngeris oleo : quia defluent & deperibunt. Filios generabis & filias / & non frueris eis: quoniã ducẽtur [o] in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo consumet. Aduena qui tecum versatur in terra ascendet super te / eritq̧ sublimior: tu autem descendes & eris inferior. Ipse fœnerabit tibi / & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput / & tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones istæ: & persequẽtes apprehendent te / donec intereas: quia nõ audisti vocẽ domini dei tui: nec seruasti mandata eius / & cærimonias quas præcepit tibi. Et erunt in te signa atq̧ prodigia : & i semine tuo [p] vsq̧ in sempiternum: eo q̧ non seruieris domino deo tuo in gaudio cordisq̧ lætitia: propter rerũ omnium abundantiam. Seruies inimico tuo quem emittet tibi dominus in fame & siti & nuditate & omni penuria: & ponet iugum [q] ferreum super ceruicem tuam / donec te cõterat. Adducet dominus super te gentem de longinquo : & de extremis terræ finibus / in similitudinem aquilæ volantis cũ impetu, cuius linguam intelligere non possis: gentem procacissimam / quæ non deferat seni / nec misereatur paruuli : & deuoret fructum iumentorum tuorum / ac fruges terræ tuæ: donec intereas. & non relinquet tibi triticum / vinum & oleum / armenta boum & greges ouiũ: donec te disperdat & conterat in cunctis vrbibus tuis: & destruãtur muri tui firmi atq̧ sublimes : in quibus habebas fiduciã in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas i omni terra tua / quã dabit tibi dominus de⁹ tuus: & comedes fructum vteri tui / & carnes [r] filiorum tuorum & filiarum tuarum : quas dederit tibi dominus deus tuus in angustia / & vastitate qua opprimet te hostis tuus. Homo delicatus in te / & luxuriosus [s] valde / inuidebat fratri suo & vxori quæ cubat in sinu suo: ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet: eo q̧ nichil aliud habeat i obsidiõe & penuria / qua vastauerũt te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata / quę super terram ingredi non valebat: nec pedis vestigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiã / inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filij & filiæ carnibus / & illuuie secundinarũ quæ egrediuntur de medio feminũ eius: & super liberis qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam: i obsidione & vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius / quæ scripta sunt in hoc volumine: & timueris nomen eius gloriosum & terribile: hoc est dominũ deum tuum: augebit dominus plagas tuas / & plagas seminis tui: plagas magnas & perseuerantes / infirmitates pessimas & perpetuas: & cõuertet in te omnes afflictiones Aegypti quas timuisti : & adhęrebunt tibi. Insuper & vniuersos languores & plagas quæ nõ sunt scriptæ in volumine legis huius inducet dominus super te donec te conterat : & remanebitis pauci numero / qui prius eratis sicut astra cœli præ multitudine: quoniam non audistis vocem domini dei vestri. Et sicut [t] ante lætatus est dñs super vos / bene vobis faciens / vosq̧ multiplicãs: sic lætabitur disperdens vos atq̧ subuertens / vt auferamini de terra ad quã ingredimini possidẽdam. Disperget te dñs in omnes populos / a summitate terræ vsq̧ ad terminos eius: & seruies ibi dijs alienis / quos & tu

o ¶ Quoniã ducentur in captiuitatẽ. Iure humano cum filij ducũtur in captiuitatẽ: ius patrię potestatis in suspẽso est. Si em̃ ab hostibus redeãt / in parentũ potestate semp fuisse finguntur. Et hoc iure postliminij. Q̃ si apud hostes moriantur: ex tunc patriam exijsse potestatẽ intelligũtur / ex quo in captiuitatẽ ducti sunt. Et eodẽ modo si ab hostibus captus fuerit parens: q̃uis seruus hostium fiat / tamen pendet ius liberorum propter ius postliminij. Quia hi qui ab hostibus capti sunt: si reuersi fuerint / omnia, pristina iura recipiũt. Idcirco reuersus etiã liberos habebit in potestate: qa postliminiũ fingit eum q captiuus est in ciuitate semper fuisse. Si vero ibi decesserit exinde ex quo captus est pater / filius sui iuris fuisse videtur. Dictũ est autem postliminium a limie & post. Vnde eum q ab hostibus captus est: & in fines nostros postea peruenit / postliminio reuersũ recte dicimus. Nã limina: sicut in domo finẽ quendam faciũt: sic & imperij finẽ esse limen veteres voluerũt. Hinc & limẽ dictũ est quasi finis qdã & termin⁹. Ab eo postliminiũ dictũ est: qa ad idẽ limen reuertebat̃ qd amiserat. Pręmissa oĩa pbãtur per textũ in. §. Si ab hostib⁹. institu. qui. mo. ius pa. po. soluitur.

p ¶ Et in semie tuo vsq̧ in sempiternum. An ppter alicuius crimẽ / sẽmen eius nõnunq̃ puniatur. videat̃ qd diffuse dictũ est in verb. Aĩa. sup illud pphetę. Anima q peccauerit / ipsa morietur.

q ¶ Iugũ ferreũ. Facit tex. i c. Porro: ibi: Durissima seruitute & fornace ferrea. 16. q. 3.

r ¶ Comedes carnes filiorũ tuorum. Quomodo iure humano possit quis dici comedere carnes filiorũ suorum. est bo. tex. in l. vnica. C. de pa. qui fi. distraxe. de quo dictũ est in verb. Comedere.

s ¶ Luxuriosus valde. Idest quẽ oim bonorum luxuries hoc est abundãtia solebat oblectari. Nedum em̃ luxuria p carnis voluptate sumit / sed etiã p omniũ rerũ delectabili copia. prout dictũ est s. i ver. Luxuria. vbi videat̃.

t ¶ Sicut ante te lętatus est dñs sup vos / benefaciẽs vobis vosq̧ multiplicãs &c. Q̃ dñs quo tẽpore ambulat̃ in suorũ obseruatione mandatorum / benefaciat nobis: quo vero tẽpore preuaricãtur sua precepta malefaciat / est etiam bo. textus ex Malachia sumpt⁹ in cap. Reuertimini circa princip. 16. questi. 1. a vbi dicitur. Quia michi non reddidistis decimas atq̧ primitias: idcirco in

fame & penuria maledicti estis: & me vos supplantastis siue defraudastis. Ecce annus expletus est/& nichil in meos thesauros: sed in vestra horrea comportastis: & pro decimis & primitijs (quę parua erāt vt a vobis darētur) vbertatē possessionū vestrarū/& omnē frugū abundantiā perdidistis. vt autē sciatis hoc me irascente perfectum: quia fraudastis me parte mea. hortor vos atq; cōmoneo/ vt inferatis decimas in horrea mea: hoc est in thesauros templi: & habeant sacerdotes & leuitę qui michi ministrāt cibos. & probate me si non tātas pluuias effudero/vt catharactę cœli apertę esse credantur: & effundam benedictionem meam vobis vsq; ad abundantiam. Hęc ibi.

ignoras & patres tui lignis & lapidibus. In gentibus quoq; illis non
quiesces neq; erit requies vestigio pedis tui. Dabit [v] enim tibi dominus cor pauidū & deficientes oculos & animam consumptam mœrore/ & erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die: & non credes vitæ tuæ. Mane dices quis michi det vesperum? & vespere quis michi det mane? propter cordis tui formidinē qua terreberis/ & ꝓpter ea quæ tuis videbis oculis reducet te dominus classibus in Aegyptum per viam de qua dixit tibi: vt eam amplius nō videres. ibi vēderis [x] inimicis tuis in seruos & ancillas: & non erit qui emat.

¶ Mandatum hoc quod ego pręcipio tibi hodie/non supra te est: neq; Deu.30.c.d
procul positum/nec in cœlo situm/vt possis dicere: quis nostrum valet ad cœlum conscendere/vt deferat illud ad nos/vt audiamus atq; opere compleamus? neq; trans mare positum/vt causeris & dicas: quis [c] nobis poterit transfretare mare & illud ad nos vsq; deferre: vt possimus audire atq; facere quod ꝓceptū est? Sed [y] iuxta te est sermo valde i ore tuo & in corde tuo vt facias illum. Consydera ꝙ hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum: & ecōtrario mortem & malum/vt diligas dominū deum tuum/& ambules in vijs eius/& custodias mandata illius/ac cærimonias atq; iudicia & viuas: atq; multiplicet te: benedicatq; tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. Sinautem auersum fuerit cor tuum & audire nolueris: atq; errore deceptus adoraueris deos alienos/& seruieris eis: ꝓdico tibi hodie ꝙ pereas/& paruo tempore morieris in terra ad quam Iordane trāsmisso ingredieris possidendam. Testes inuoco hodie cœlum & terram/ꝙ proposuerim vobis vitam & bonum: benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam/& tu viuas & semen tuum: & diligas dominum deū tuum atq; obedias voci eius & illi adhereas. Ipse [z] est enim vita tua/& longitudo dierum tuorum vt habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis Abraam Isaac & Iacob/vt daret eam illis.

¶ A mandatis labiorum domini non recessi (ait Iob) & in sinu meo non abscondi verba oris eius. Iob.23.c.

¶ Iustitia domini in filijs filiorū: his qui seruant testamētum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum [a] ea. Psal.102.d.

¶ Fidelia omnia mandata domini: confirmata [b] in seculū seculi: facta in veritate & æquitate. 110.b.

¶ Beatus [c] vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. 111.a.

¶ Tu (domine) mandasti mandata tua custodiri [d] nimis. 118.a.

¶ Maledicti qui declinant a mandatis tuis (domine.) 118.c.

¶ Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti [e] cor meum. 118.d.

v ¶ Dabit enim tibi dñs cor pauidum &c. Q. vbi est diuinorū trāsgressio mādatorū/ibi semper metus adsit. vbi vero est obseruatio/ ibi semp sit securitas. facit bo. tex. in c. Non turbat. in prin. 24 quęsti. 1. vbi dicitur. Non turbatur nauis quę Petrū habet: turbat illa quę Iudā habet. & si multa illic discipulorū merita nauigabant/ tamē adhuc eam proditoris perfidia agitabat: in vtraq; Petrus: sed qui suis meritis firmus est/ turbat alienis. Caueamus igitur ꝑfidiā caueamus proditorem ne per vnū fluctuemus plurimi: ergo non turbatur hæc nauis in qua prouidentia nauigat/abest ꝑfidia/fides superat. Illic ergo turbatio/ vbi modica fides / ibi securitas / vbi ꝑfecta dilectio. Hęc ibi.

x ¶ Venderis inimicis tuis in seruos & ancillas. Videatur qd istis verbis Diffuse annotatū est ꝭ. in verb. Emere. & ibidē dicta habeantur hic ꝓ repetitis.

y ¶ Sed iuxta te est sermo valde i ore tuo &c. Facit qd noranter dicit Augustinus in c. Oia talia circa med. 12. distinc. sic inquiens. Ipsam religionem in paucissimis & manifestissimis celebrationū sacramētis misericordia dei voluit esse liberam.

z ¶ Ipse est em̄ vita tua. Idē textus in c. Charitas est ꝭ vt michi videt in fi. in verbo Vita vitę tuę. de pœni. distinc. 2.

a ¶ Ad faciendū ea. Non igitur sufficit diuinorū simus pręceptorum memores: nisi etiam ea opere compleamus. Scienti quippe bonum & non facienti/peccatum est illi. dicit textus post Iaco. in sępe alleg. c. Si em̄. de pœniten. distinc. 2.

b ¶ Confirmata in seculum seculi. Idest non incassum missa ac nullo non tempore duratura. Ait enim per seipsam veritas cœlum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. c. 1. versi. Est enim. 35. q. 10.

c ¶ Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. Idest domini timore promouemur seu concitamur: vt ad sua mandata complēda soliciti ac peruigiles euadamus. prout etiam de hoc est bonus textus in c. fina. in fine. 23. quęsti. 6.

d ¶ Custodiri nimis. Idest plus ꝙ patiatur natura carnis. Pro hac declaratione (quę est glo. ordi.) est bonus textus in c. Contraria. de consecra. distinc. 5. de quo textu dicetur. ꝭ. in verb. Medicina.

e. ¶ Cum dilatasti cor meū. Cordis dilatatio (dicit Augustinus) est iustitię declaratio vt non timore: sed delectatione agatur quod est dei donum: & plerunq; ex frequenti in mandatis exercitatione conquiritur. dicto c. fina. circa fi. 23. quęsti. 6.

f ¶ Ambulabam in latitudine. Ideſt in charitate quę ꝗ lata ſit declarat celebris textus in cap̄. Charitas eſt vt michi videtur. in princip. de pœnitē. diſtinc. 2.
g ¶ Meditabar in mandatis tuis. Videatur quod dictum eſt ꝰ. eodē. in. 1. annotatione.
h. ¶ Bonitatē & diſciplinā & ſcientiā doce me. Declaret hęc ſentētia vt dictū eſt ſ. in verbo Diſciplina.
i ¶ Latum mandatum tuum nimis. Latitudo mandatorum ex eo ſumitur ꝙ etiam inimicos diligere faciũt. d. c. Charitas. colũ. ſi. de pœni. diſtinc. 2.

Pſal. 118. e. ¶ Deduc me domine in ſemita mādatorū tuorum: quia ipſam volui.
118. e. f. ¶ Ecce concupiui mandata tua domine: in æquitate tua viuifica me.
118. f. ¶ Ambulabam [f] in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.
eodem. ¶ Meditabor [g] in mandatis tuis domine quæ dilexi: & leuaui manus meas ad mādata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.
118. h. ¶ Paratus ſum/ & non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.
118. i. ¶ Bonitatem [h] & diſciplinam & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
eodem. ¶ Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
118. k. ¶ Da michi domine intellectum: vt diſcam mandata tua.
eodem. ¶ Confundantur ſuperbi/ quia iniuſte iniquitatem fecerūt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
118. l. ¶ Omnia mandata tua domine veritas.
118. m. ¶ Omnis cōſummationis vidi finem: latum [i] mādatū tuum nimis.
118. n. ¶ Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.
eodem. ¶ A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viam iniquitatis.
¶ Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum michi eſt.
118. o. ¶ Poſuerunt peccatores laqueū michi: & de mādatis tuis non erraui.
118. p. ¶ Declinate [k] a me maligni: & ſcrutabor mandata dei mei.
118. q. ¶ Tempus faciendi domine: diſſipauerunt legem tuam: ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion: propterea ad omnia mādata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.
118. r. ¶ Os [l] meum aperui & attraxi ſpiritū: quia mandata tua deſyderabā.
118. s. ¶ Tribulatio [m] & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
118. t. ¶ Clamaui ad te: ſaluum me fac/ vt cuſtodiam mandata tua.
x. ¶ Seruaui mandata tua & teſtimonia tua dn̄e: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.
y. ¶ Pronūciabit lingua mea eloquium tuū domine: quia omnia mādata tua æquitas. Fiat manus tua vt ſaluet me: quia mandata tua elegi.
y. ¶ Erraui ſicut ouis quæ periit/ quęre [n] ſeruum tuū: quia mandata tua non ſum oblitus.
Puer. 19. c. ¶ Qui cuſtodit mādatum/ cuſtodit animam ſuam: qui autē negligit viam ſuam mortificabitur.
Eccles. 12. d ¶ Deum [o] time/ & mandata eius obſerua: hoc eſt omnis homo.
2. d. ¶ Qui timent dominum cuſtodiunt mandata eius: & patientiā [p] habebunt vſq; ad inſpectionē illius: dicentes: Si pœnitentiā non egerimus/ incidemus in manus domini/ & non in manus hominum.
Eccli. 23. d. ¶ Nichil melius eſt ꝗ timor dei: & nichil dulcius ꝗ reſpicere in mandatis domini.
26. d. ¶ Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam: & mandata dei in corde mulieris ſanctæ.
29. d. ¶ Peccator tranſgrediens mandatum domini/ incidet in repromiſſionem nequam: & qui conatur multa agere/ incidet in iudicium.
32. d. ¶ Qui credit deo/ attendit mandatis: & qui confidet in illo/ nō minorabitur.

k ¶ Declinate a me maligni. Declaretur vt ſ. in verb. Malignus.
l ¶ Os meum aperui & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſyderabam. Ideſt oraui & impetraui: quia non niſi ſalutaria in oratione petebam: tunc enim orationes noſtræ inefficaces eſſe nō poſſunt. dicit Bernardus relatus ꝑ gloſam in clē. Si dominū. de reli. & vene. ſancto.
m ¶ Tribulatio & anguſtia inuenerūt me: mandata tua meditatio mea eſt. In tribulationibus & preſſuris ſumus/ idq; ꝗ vtiliſſimū remediū eſt ad deum cōfugere: eius mandata ſeruari: & ipſum orationibꝰ interpellare: c. vbi periculum. §. ſi. de elec. lib. 6. & c. Diſcipulos Chriſti. de imu. eccle. in extraua.
n ¶ Quęre ſeruum tuum: quia mandata tua nō ſum oblitus. Ideſt quęre me domine quia quęro te: nec a me te quęrente recedas: alioqui errabo ſemper/ nec eam quā exquiro animę vitā conſequar. Reſuſcitatꝰ nāq; corpore: viuit abſente reſuſcitatore. Non autē ſic reſuſcitatus in aīa. Cum eñ deus ſit vita animæ: anima vero vita corporis. ſicut corpꝰ viuere nō poteſt abſente aīa: ita nō niſi deo p̄ſente aīa viuere valet. Ita dicit Auguſtinus in Pſal. 62. & habetur in c. Reſuſcitatus: in princip. de pœni. diſti. 2.
o ¶ Deum time. Videatur quod dictū eſt in verb. Deus.
p ¶ Patientiā habebūt. Ideſt habebūt perſeuerantiā. Nō eñ ex vitę bonę principio: ſed ex cōſummatiōe remuneratio datur. Vnde & ap̄ls ſciens nōnullos diligere deū: & in eo modo vſq; in finem nō perſeuerare: mox addidit Qui ſcdm ꝑpoſitū vocati ſunt ſancti. Et in euāgelio Matthęi. 10. legitur. Qui perſeuerauerit vſq; in finē: hic ſaluus erit. c. Apoſtolus. in pri. & verſi. fina. de pœnitē. diſtinc. 3.

¶Sacrificium [q] salutare: est attendere mandatis/ & discedere ab omni iniquitate. Eccli.35.a.

¶Eo quod appropiquat [r] popul9 iste ore suo: & labijs suis glorificat me: cor autem eius longe est a me: & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam (dicit dominus) vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus: & prudentia a prudentibus eius abscondetur. Esaiæ.29.d

¶Hæc dicit dominus deus redemptor tuus sanctus Israel. Ego dominus deus tuus docēs te vtilia: gubernās te i via qua ambulas: vtinā attendisses mādata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua: & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuum: & stirps vteri tui vt lapilli eius. Non interijsset & non fuisset attritum nomen eius a facie mea. 48.d.

¶Qui soluerit [s] vnum de mādatis istis minimis (ait Ihesus) & docuerit sic homines: minimus vocabitur ī regno cœlorum. Qui autē fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Matth.5.b.

¶Accesserunt ad Ihesum ab Hierosolymis Scribę & Pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare & vos transgredimini mādatum dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem & matrē: & qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autē [t] dicitis. Quicunque dixerit patri vel matri munus quodcūque est: ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mādatum dei propter traditionem vestram. Hypocritę bene prophetauit de vobis Esaias: dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est a me. Sine [v] causa autē colūt me docētes doctrinas & mandata hominum. Habetur & similis sententia apud Marcum.7.b. 15.a.

¶Ecce vnus accedens ad Ihesum ait illi: magister bone quid boni faciam vt habeam vitam æternam. Qui dixit ei: quid me interrogas de bono? vnus est bonus deus. Si [x] autem vis ad vitam ingredi/ serua mādata. Dicit illi. Quæ? Ihesus autem dixit: non homicidiū facies: non adulterabis: non facies furtum: nō falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem: & diliges proximum tuū sicut teipsum. Dicit illi adolescens. Omnia hæc custodiui a iuuentute mea. Quid adhuc michi deest? Ait illi Ihesus. Si vis perfectus esse: vade & vende omnia quæ [y] habes/ & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: 19.b.c.

q ¶Sacrificium salutare: est attendere mandatis. Quęcunque enim sacrificia cū mandatorum prȩuaricatione magis obsunt quam prosunt. c. Nichil prodest. de conse. dist.5.c. Qui scelerate. cum simi. de cōse. dist.2.

r ¶Appropinquat populus iste ore suo &c. In euangelio Matthei. Mat.15.a. citando mentem huius sententię: dicitur. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum longe est a me. Frustra autem colunt me/ docētes pręcepta & doctrinas hominū. quā sententiā euangelicam declarans Archidi. in c. fi. 8. distinc. dicit tales frustra deum colere: (quo ad vitā æternam) quia inde non remunerabūtur æternaliter: cum deū colant verbis tm̄/ & hominū mandata non dei custodiant.

s ¶Qui soluerit vnū de mandatis istis minimis &c. Mandata Moysi/ qualia sunt. non occides/ non adulterabis/ nō furtum facies: in actu facilia sunt. Ipsa enim criminis magnitudo voluntatem faciendi repercutit: & ideo in remuneratiōe modica sunt/ in peccato autē magna. Mādata autem Christi. i. nō irascaris/ non concupiscas. in actu difficilia sunt. Et iō in remuneratiōe magna: in peccato autē minima sunt. Minima igitur dicit ista Christi mādata. non irascaris/ nō concupiscas. ergo illi qui leuia peccata cōmittunt/ minimi sunt in regno dei. i. qui irat9 fuerit & grāde peccatum non fecerit/ a pœna quidē securus est (scilicet damnationis æternę) non tamen est in gloria/ scilicet quā cōsequuntur illi qui etiā hęc minima implent. Hæc declaratio est Chrysosto. Circa quā vidēdus est celebris text9 in d.c. Vnū orariū. §. Criminis. versi. Alias ea demum. vsque ad fi. c.25. dist. de quo textu dicet in verbo Peccatum.

t ¶Vos autē dicitis. Quicunque &c. Quia honor qui ex dei pręcepto parentibus debetur/ nedum in exhibitione reuerentię: sed etiam in exhibitiōe necessariorū ad victum parētum consistit. scribas phariseosque reprehendit: qui pręmissam de honorādis parētibus prouidentissimā dei legē volentes subuertere: vt impietatē sub nomine pietatis inducerent/ docuerunt filios vt si quis ea quę parētibus offerēda sunt: deo voluerit soluere qui verus est pater: oblatio dn̄i pręponat parentū muneribus/ seu parentū subuentioni. Ita filijs persuadētes vt dicerēt patri & matri. Munus qd deo offerrēt: non tm̄ ipsis filijs offerētibus/ sed etiā pri & matri prodesse. sicque melius esse vt deo offerrēt/ quam ipsis parētibus largirētur. Contra quos & eorū sequaces in concilio Gangrensi sic statutū inuenitur. Si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus/ hoc iustum esse iudicātes/ & non potius debitum honorē parētibus reddiderint: anathema sint. prout de hoc est tex. in c.1.30. disti. Et idem videtur ecōtrario dicendū: non esse scilicet necessitati filiorū per parētes detrahendū propter oblationem deo seu ecclesię faciendā. Ait enim Augusti. in sermone de vita clericorū: Quicūque vult exhęredato filio hęredē facere ecclesiā: quęrat alterū qui suscipiat non Augustinū: imo deo propitio neminē inueniet vnde etiā laudabile factum memoratur sancti Aurelij Carthaginēsis epi. Quidā enim cum filios non haberet nec speraret: res suas omnes (retento sibi vsufructu) donauit ecclesię: nati sunt ei filij/ nec opināti reddidit eps ea quę donauerat. in potestate habebat eps non reddere/ sed iure fori nō iure poli. de hac tota sentētia Aug. tex. est i c. Quicūque. 17. q. 4.

v ¶Sine causa autē colunt me. Declarētur hęc verba vt dictū est 3. eodē Esaie.29.

x ¶Si vis ad vitam ingredi/ serua mandata. Hinc dicit textus in cap. Credere. circa medium. de consecra.

distinc.9.participatione filij (quod est per vnitatem corporis Christi,& sanguinis) homo māducans viuit: non sumens tm in sacramento/quod mali faciunt: sed vsq ad spiritus participationem/vt in corpore domini tanq membrum maneat:& eius spiritu vegetetur/quod est dum eius mandata seruat.

y ¶ Quæ habes.i.quorum dominus es. Non eñ de alienis est eleemosina facienda. vulgato c. Non est putanda.1.questi.1.& dictum est s.in verb. Eleemosina.

& veni & sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum: abijt tristis. Erat enim habens multas possessiones &c.

Mat.22.d. & mar.12.c ¶Pharisei audientes ꝙ silentium imposuisset Ihesus Saduceis conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor/ tentans eum. Magister/quod est magnum mādatum in lege? Ait illi Ihesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo/& in tota anima tua/& in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut [a] teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

Ioā.12.g. ¶Ego ex meipso non sum loquutus (ait Ihesus) sed qui misit me pater: ipse michi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Et scio/ quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit michi pater sic loquor.

1.Ioā.2.a. ¶In hoc scimus quoniam cognouimus deum si mandata eius obseruamus. Qui [b] dicit se nosse deum/& mādata eius non custodit: mendax est:& in eo veritas non est.

2.a.b. ¶Charissimi non mandatum nouum scribo vobis/sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus/est verbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo vobis/quod verum est & in deo & in vobis: quia tenebræ transierunt/& verū lumen iam lucet.

3.d. ¶Charissimi si cor [c] nostrum non reprehenderit nos/fiduciam habemus ad deum: & quicquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus/& ea quæ sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatū eius: vt credamus in nomine filij eius Ihesu Christi vt diligamus alterutrum: sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius in illo manet & ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis.

4.in fine. ¶Hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum diligat & fratrem suum.

5.a. ¶In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei cum deum diligamus & mandata eius faciamus. Hęc est enim charitas dei vt mādata eius custodiamus:& mandata [d] eius grauia non sunt.

2.Ioā.a.b. ¶Gauisus sum valde quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate/sicut mandatum accepimus a patre. Et nūc rogo te domina/nō tanq mandatum nouum scribens tibi: sed quod habuimus ab initio vt diligamus alterutrum. Et hæc est charitas: vt ambulemus secundū mandata eius. Hoc est enim mandatum: vt queadmodum audiuistis ab initio in eo ambuletis. quoniam multi seductores exierunt in mundum/qui [e] non confitentur Ihesum Christum venisse in carne: hic est seductor & antichristus.

Cætera supra in verbo Circuncisio.1. ad corin.7.d. Diligere. Ioan. 13.d.& Ioan.14.b. Lex. ad roma.7.c. Homo. Eccli.15.c. & Pauper Eccli.29.b.

Gen.30.b.c **Mandragora.** ¶Egressus Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperit mādragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitq Rachel. Da michi [f] partem de mandragoris filij tui. Illa respondit. Parum ne tibi videtur ꝙ præripueris maritum michi/ nisi etiam mandragoras

a ¶ Sicut teipsum. Declaretur vt in ver. Diligere.

b ¶ Qui dicit se deū nosse &c. Textus in c. Si enim. colū.2.de pœnitē. distinc.2. posita hac sententia subiungit. Christus veritas appellat imo est. Ego sum (inquit) via/veritas & vita. Frustra igitur i eo nobis applaudimus/cuius mandata non facimus. Scienti enim bonum & non facienti/peccatum est illi. Hæc ibi.

c ¶ Si cor nostrum non reprehenderit nos. Scilicet in dilectiōe/ sed certi sumus ꝙ puram dilectionem fratrū habem9/ salutem fratrum quęrentes non aliud emolumentum. Ita enim vere diligimus. Hæc declaratio ē glo. iterlinearis. pro qua est bon9 tex. in d.c. Charitas est.§. Itē proximos. de pœniten. distinc.2. vel iuxta orationem dominicam scimus quoniā vere dicimus. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. c. Dixit dominus. de pœni. dist.4.

d ¶ Mandata eius grauia non sunt: Textus est celebris circa hęc verba videndus. in c. Omia. 12. distin. de quo dictum est ṡ. in ver. Legisperit9.

e ¶ Qui non confitentur Ihesum Christum venisse in carne. Istud secundum glo. ordi. potest intelligi de hęreticis qui cōfitentur Christum incarnatum: sed vel veram eius carnem/ vel vera diuinitatē/ vel patrē eius deum esse negāt. De quibus hęresibus & alijs id genus cōpluribus est diffusus tex. in c. Quidam. 24. questi.3.& dictum est ṡ. in verb. Lepra.v.

f ¶ Da michi partem de mandragoris filij tui. Augustinus refert quosdam (quibus tamen non assentit) dicere mandragoras poma esse quæ sterilibus fœminis fœcūditatem afferunt: ideoq Rachel tanto mandragoras desyderio expetijsse: cū (vt ait Ambrosius) pudor sit fœminis nuptiarum pręmia non habere. c. Pudor est. 32. questi.2.

g ¶ Cinerem tanq̄ panē manducam &c. Videatur quod istis verbis annotatū est in verb. Fletus.
h ¶ Quasi homo frugi. Qui sobrius est. Homo frugi vocatur/quia abstinentia & animę fructū parat & corpori. c. Nichil enim. in princi. iuncto. c. Nec tales. in fi. de consecra. distinc. 5.
i ¶ Omnem escam manducabit venter: & est cibus cibo melior. Idest tametsi venter famelicus omnē cibum appetit. vnus tamen cibus alio cibo sibi melior est: & ab eo propterea potius deligēdus. Equanimitas em̄ tolerandi/non vsus vel abstinētia cibi iustitiā facit. c. Quod dicit. 41. distinc. & delitiæ q̄libet si absq; desyderio pcipiātur non officiūt: & viles cibi appetēter accepti īpediunt profectum abstinētię. Dicit Augusti. in c. Delitię. eadē distinc.
k ¶ Non necesse habent sani medico. Videatur qd dictū est in verb. Ihesus. Matth. 9. c.
l ¶ Patres vestri mā ducauerūt māna/& mortui sunt. Textus est hinc sumpt⁹ in c. re vera. in 1. colū. de cōse. distin 2. de quo videatur s. in verb. Māna. in. 1. annotatiōe.
m ¶ Ego sum panis qui de cœlo descendi &c. Pro huius sentētię elucidatiōe vidēdus est tex. in c. Christus. in c. Vtrū. & in c. Oia. de cōse. dist. 2. de q̄bus capitulis dictum est s. in verbo Caro. vbi etiam hęc sentētia transcribitur.
n ¶ Nisi māducaueritis carnē filij hois &c. Recurrat ad verbū Caro.
o ¶ Caro em̄ mea vere est cibus. Videat text⁹ in c. Dupliciter. & in c. In Chro pater. de conse. dist. 2. de quo dictū est s. in verb. Caro.
p ¶ Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinē. Circa hęc verba notet textus in c. Qui manducāt. de cōse. dist. 2. vbi dicit. Qui manducāt & bibunt Christū: vitam manducāt & bibunt: illum māducare est refici/illū bibere est viuere. qd in sacramēto visibiliter sumitur/in ipsa veritate spiritualiter māducatur & bibitur. Manducatur Christus/viuit manducatus: quia resurrexit occisus. Nec quādo manducamus partes de illo facimus: vt quia in sacramēto sic fit & norunt fideles quomodo manducēt carnē Christi. vnusquisq; accipit partē suam: vnde ipsa gratia partes vocātur: per partes māducatur/& manet integer & totus in corde tuo. totus erat apud patrē quādo venit in virginē/impleuit illam nec recessit ab illo. Quod videtur panis est & calix: qd etiā oculi renunciāt/quod autē fides postulat instruenda. panis est corpus Christi: calix sanguis. Ita ideo dicūtur sacramēta: quia in eis aliud videtur/& aliud intelligitur. Quod videtur speciē habet corporalem: quod intelligitur fructum habet spiritualem. Qui accipit mysteriū vnitatis/& non tenet vinculum pacis: non mysterium accepit pro se/sed testimonium contra se. Hæc ibi.
q ¶ Non sicut manducauerūt patres vestri māna/& mortui sunt. Qui māducat hunc panē viuet ī æternū. Idest hunc panē q de cœlo descendit nolite corporaliter tm̄ māducare: sicut patres vestri māducauerūt manna & mortui sunt: sed spiritualiter etiā māducate vt sic viuatis ī æternū: sicut etiā Moyses & alij electi māna spiritualiter manducantes vixerunt. Spiritualiter autē māducare/est innocentiā ad altare portare. c. Panē. de altari. in princi. de conse. distinc. 2 & talis proprie manducare dicitur. Qui em̄ indigne. i. cum conscientia peccati mortalis māducat: quia ad damnationē māducat/indignus est qui māducare dicat. vnde & in hac sentētia simpliciter dicit. Qui māducat hunc panē/viuet ī æternū. Non autē dr. Qui māducat spūaliter/quasi ille solus proprie māducare dicat. p hoc est bo tex. in c. Qui discordat. de cōse. distinc. 4. vbi dr. Qui discordat a Christo nō manducat carnem eius/nec bibit sanguinem. & sic tantę rei sacramentū ad iudiciū quotidie accipit. Hæc ibi.

filij mei tuleris? Ait Rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Redeūtiq; ad vesperā Iacob de agro/egressa est in occursum eius Lia: & ait. Ad me inquit ītrabis: quia mercede cōduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitq; cū ea nocte illa: & exaudiuit deus preces eius. Concepitq; & peperit filium quintum: & ait. Dedit deus mercedem michi: quia dedit ancillam meam viro meo. Appellauitq; nomen eius Isachar.

¶ Mandragorę dederunt odorem suum in portis nostris. Canti. 7. d.

Manducare & Manducans.

¶ Tota die exprobrabant michi inimici mei: & qui laudabāt me/aduersum me iurabāt. Quia g cinerē tanq̄ panē manducabam: & potum meū cum fletu miscebam. Psal. 101. b.

¶ Vtere quasi homo h frugi his quæ tibi apponūtur: vt non cum māducas multum odio habearis. Eccli. 31. c.

¶ Omnem escam i māducabit venter: & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum/& cor insensatum verba mendacia. 36. c.

¶ Scribæ & Pharisæi vidētes quia Ihesus māducaret cum publicanis & peccatoribus/dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis & peccatorib⁹ māducat & bibit magister vester. Hoc audito Ihesus ait illis. Non necesse k habent sani medico/sed qui male habent. Marci. 2. c.

¶ Patres vestri (dixit Ihesus Iudæis) manducauerūt māna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendēs: vt si quis ex ipso māducauerit/non moriatur. Ego m sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis māducauerit ex hoc pane: viuet in æternum. Et panis quē ego dabo/caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes. Quomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ihesus. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis: & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: & bibit meum sanguinem habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui p manducat meam carnem/& bibit meum sanguinem: in me manet/& ego in illo. Sicut me misit viuens pater: & ego viuo propter patrem: & qui manducat me/& ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut q manducauerūt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui māducat hunc panem viuet in æternū. Ioan. 6. e. f.

r ❡Non in disceptationibus cogitationum. Recurratur ad verbum fides.
s ❡Qui infirmus est olus manducet. Declaretur mystice vt dictum est in verbo infirmus.
t ❡Is qui manducat &c. Hac sentētia & sequenti monemur/ne ea quę annexam in se maliciā non habent/i. quę. s. bono possunt & malo aīo peragi reatui seu crimini ascribamus: prout etiam de hoc est textus. in c. Estote misericordes. de regu. iuris. v ❡Omnia quidē munda sunt. sed malū est hoī &c. Est igitur etiam a quibusdam licitis abstinendū/ vt aliorū scandalo occurrat. De quo videatur in verbo scādalū.

Ad ro. 14. a ❡Infirmum in fide assumite non in [r] disceptatiōibus cogitationum. Alius enim credit se mādùcare omnia. Qui [s] autem infirmus est olus manducet.

eodem. ❡Is qui [t] manducat/non manducantem non spernat: & qui non mā-ducat manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit.

14. b. ❡Qui sapit diem: domino sapit. & qui māducat/domino manducat. Gratias enim agit deo. Et qui non manducat domino/non manducat: & gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur.

14. d. ❡Noli propter escā destruere opus dei. Omnia [v] quidem mūda sunt: sed malum est homini qui per offendiculum māducat. Bonum est nō manducare carnē/& non bibere vinum: neq; in quo frater tuus offenditur/aut scandalizatur/aut infirmatur.

eodem. ❡Qui [x] discernit si mdāucauerit/damnatus est: quia non ex fide. &c.

1. cori. 8. c. ❡Quidam cum conscientia vsq; nunc idoli quasi idolothytum manducāt: & conscientia ipsorum cum infirma sit polluitur. Esca [y] autem nos non comendat deo. Neq; enim si manducauerimus abundamus: neq; si non manducauerimus deficiemus.

8. in fine. ❡Si esca scandalizat fratrem meum (ait Paulus) nō māducabo carnē in æternum: ne fratrem meum scandalizem.

9. b. ❡Quis plātat vineam/& de fructu eius non edit? Quis [z] pascit gregē/ & de lacte eius non manducat?

10. a. ❡Nolo vos ignorare fratres/quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt/ & omnes mare transierūt/ & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari: & omnes [a] eandē escam spiritalē manducauerunt/ & omnes eundem potū spiritalem biberūt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. petra autem erat Christus.

10. b. ❡Sedit [b] populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere.

10. f. ❡Omne quod in macello venit manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra/& plenitudo eius.

1. cori. 10. g ❡Siue manducatis [c] siue bibitis/vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite.

11. d. e. f g. ❡Conuenientibus [d] vobis in vnum iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnā presumit ad māducandū. Et alius quidē esurit: alius autem ebrius est. Nūquid domos nō habetis ad māducādum & bibēdū? Aut ecclesiā dei cōtēnitis & cōfunditis eos qui nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis/quoniam dominus Ihesus in qua nocte tradebatur: accepit [e] panem/& gratias agens fregit &

x ❡Qui discernit si manducauit damnatus est: quia non ex fide. i. q ita sibi dictante sua conscietia iudicat de aliquo cibo manducādum non esse: & hac cōscietia non deposita manducat/ dānatus est. i. reatū incurrit: quia non ex fide. i. quia facit contra cōsciētiam. Omne eni qd non est ex fide. i. quod agitur contra consciētiā/peccatum est. c. literas. de resti. spo. c. si. in princi. de prescrip. cum si.

y ❡Esca nos nō cōmēdat deo. Tex. est eiusdem sententię in c. Quod dicit. 41. dist. de quo videatur supra ī verb. Cōfortare. super illd Apostoli. Scio abūdare/scio et penuriam pati &c.

z ❡Quis pascit gregem &c. Videatur quod dictū est ī verbo. Grex.

a ❡Oēs eādē spūalem escā māducauerūt. Tex. est huius sententię elucidatiuus in c. iquit apostolus. de cōse. dist. 2. de quo videatur supra in verbo Esca. vbi etiā hęc setētia ponitur sed: dum ibi cōclusum est notorio criminoso escā spiritualem. i. Eucharistiā non esse dandam. addat secus esse ī criminoso occulto. Tali enim petenti simul cum ceteris non debet sacerdos etiā qui eū criminosum esse scit denegare: tametsi occulte eum monere debeat/ ne accedat ad spiritualē illam escam petendam. Alioqui q eam ad iudicium sumet & condēnationem. Text9 est & ibi. Archi. in c. non prohibeat. de consecr. disti. 2.

b ❡Sedit populus manducare. Videtur qd super hac sententia diffuse dictum est supra in verbo Ludere.
c ❡Siue māducatis siue bibitis. Vide quod huic sententię annotatum est supra in verbo Facere.
d ❡Conuenientibus vobis in vnum. Videatur quod dictum est in verbo Cœna: & ibi dictis addendo aduertatur q hac sententia arguit apostolus Corinthios: q irreligiose in assumendo eucharistię sacramento versarentur. vtpote qui ipsum pransi vel etiam mensis suis miscentes acciperent: ex eo sui sumentes erroris argumentum/ q Christus hoc sacramentum post cœnam & instituit & discipulis dedit. Quod tunc rationabiliter factum est: tum vt cessante figura veritas inchoaretur. fuit autem huius sacramenti figura paschalis agnus. Unde non ab re post agni comestionem fuit hoc sacramentum institutum: cum veritatem figura peerat. tum vt memorię discipulorum/ qu a vltimo loco eis traditum firmius inhęreret. Quo ordine autem postea sumeretur ab apostolis per quos ecclesias dispositurus erat seruauit docendum. prout ista probantur in capi. liquido. de consecra. distincti. 2. de quo dictum est supra in verbo Iesus. Matthęi. 26. in annotatiōe posita super verbo Cœnantibus.
e ❡Accepit panem. Recurratur ad verbum Iesus Matthęi. 26. & videatur annotatio signata. e.

s ¶ Auditã fac mihi mane miam tuã. Mane. i. (dicit Aug.) cũ pctã laxãtur dei indigemus mia: vt in ea q dimisimus pe:cata non relabemur: ne sit priore casũ repetitus lapsus grauior. vulnus namq; iteratum sanatur tardius: & frequenter peccans vix veniã meretur. Ita Aug. in libr. Soliloquiorũ. & habetur in ca. inanis est. in principi. de pœni. distin. 3. t ¶ Et vespere ne esset manus tua: vt eni dñs ait per Ezechielem. Si auerterit se a iustitia sua: & fecerit iniquitatẽ: nunquid viuet? Omnes iustitię quas fecerat non recordabuntur. c. Si auerterit. de pœ. dis. iiij

Psal.58.d. ¶ Cantabo fortitudinem tuam domine: & exaltabo mane misericordiam tuam. Factus es susceptor meus & refugium meum/in die tribulationis meæ.

89.b. ¶ Mane sicut herba transeat: mane floreat & transeat: vespere decidat induret & arescat. Quia defecimus in ira tua/ & in furore tuo turbati sumus.

142.b. ¶ Auditam [s] fac michi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Ecclés.10.d ¶ Væ tibi terra cuius rex est puer: & cuius principes mane comedũt.

11.c. ¶ Mane semina semẽ tuũ: & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur hoc aut illud: & si vtrunq; simul/melius erit.

Eccli.18.d. ¶ A mane vsq; ad vesperam immutabitur tẽpus: & hæc omnia citata in oculis dei.

Esaię.5.c: ¶ Væ [v] qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam: & potandum vsq; ad vesperam vt vino æstuetis.

21.c. ¶ Venit [x] mane & nox. Si quæritis/quærite: conuertimini & venite.

Amos.4.b. ¶ Offerte mane victimas vestras.

¶ Cętera supra in verbo Ihesus. Ioã.20.a. & i verbo sapiẽtia. Prouer. 1.d. & Prouerb.8.b.

Manifestare & Manifeste.

Psal.47.a. ¶ Deus manifeste veniet: de9 noster & non silebit.

Eccli.20.a. ¶ Q bonum est correptum manifestare [y] pœnitentiam: sic enim effugies voluntarium peccatum.

8.in fine. ¶ Non omni homini cor tuum manifestes ne forte inferat tibi gratiã falsam: & conuicietur tibi.

Lucæ.8.c. ¶ Non est occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur & in palam veniat. Videte ergo quid audiatis.

Ad ephe.5.c ¶ Nolite [z] cõmunicare operibus ifructuosis tenebrarũ: magis autẽ redarguite. Quę enim in occulto fiunt: ab ipsis turpe est & dicere. Omnia enim quæ arguuntur: a lumine manifestãtur. Omne [a] enim quod manifestatur: lumẽ est. Propter quod dicit. Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus.

¶ Cætera vide supra in verbo Ihesus. Ioan.21.a. Et.2.ad Corin.4.c. & in verbo Iudicare.1.ad Corin.4.a.

Mansuetus & Mansuetudo.

Iudich.9.d ¶ Non superbi ab initio placuerunt tibi domine (ait Iudich) sed humilium [b] & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

Iob.24.a. ¶ Subuerterunt qdam pauperum viam: & oppresserũt pariter mansuetos terræ.

Psal.24.b. ¶ Diriget [c] dominus mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

33.a. ¶ In domino laudabitur anima mea: audient mansueti & lætentur.

36.b. ¶ Mãsueti [d] hæreditabũt terrã/ & delectabũtur in multitudine pacis.

v ¶ Vę qui consurgitis mane ad ebrietatem. Videatur qd dictũ est in verbo Ebrietas.

x ¶ Venit mane et nox &c. Venit mane. i. psperitas: & nox. i. aduersitas. Si quęritis ergo me tempore prosperitatis: quęrite tẽpore aduersitatis. Pro hac declaratione (quę est glo. or.) Videat qd dictũ ẽ supra in verbo Dies. super illd In die mãdauit dñs misericordiã suã/ & nocte canticum eius.

y ¶ Manifestare pœnitẽtiam: Alioqui quisquis es qui nunc obliuisceris peccatorum tuorũ: tunc eorũ recordaberis nolens/cũ in toto mũdo publicabuntur/ & in cõspectu proferentur oim tam inimicorum tuorũ/ q amicorum: non enim ad Dauid soluz dicebat: Tu in secreto fecisti ego cũctis manifestabo: sed etiam ad oẽs nos hoc dicitur. c. Quis aliquando §. hic etiã. de pœn. di. 1.

z ¶ Nolite cõmunicare opib9 infructuosis. Videatur quod dictũ est supra. in verbo. Magis.

a ¶ Omne qd manifestatur lumen est. i. omẽ manifestum patẽs est & clarũ ac nõ ambiguum. manifestum eni dicitur quasi nõ absconditum/ sed palã positũ dicit Archi. in c. de manifesta. in prin. 2. quęst. 1. seu manifestum dicitur famosa quędam seu publica insinuatio ex certo auctore et ex certis causis prouenies. Ita dicit Panor. in c. vestra. col. pe. de coha. cle. & mulie. & glo. in c. Mãifesta. 2. qst. 1. Vnde etiam qd manifestum ẽ dicitur Euidẽs. c. 2. in fi. de verb. Sig. li. 6. Quandoq; tamẽ manifestũ indiget probatione. c. eorum. 11. qst. 3. de quo videatur quod dicit doc. in c. Euidentia. de accusa. in c. vestra. de coha. cle. & mulie. in c. manifesta. 2. qst. 1. i l. Ciues. C. de appel. & i l. Emptorẽ. ff. de ac Empt.

b ¶ Humiliũ & mansuetorũ semper tibi placuit deprecatio. Videatur qd dictũ est in verb. Humilis.

c ¶ Diriget mansuetos i iudicio: docebit mites vias suas. Videat annotatio in verb. Dirigere. Et addat q mãsuetus dicit quasi domitus/seu quasi manu assuetus. Ita dicit Archi. in c. fraternitatis §. verũ. 12. quęst. 2.

d ¶ Mansueti hęreditabunt terram. Pro vtilitatibus quas hoies ex mansuetudine cõsequunt Notetur quod dicit Archi. in c. Quęrendum. in prin. de pœni. dist. 2. vbi dicit. Valde bonũ est mansuetudinẽ consequi. De qua sex priuilegia vel beneficia notantur in scriptura. Primũ est quia mansuetus deo placet. Eccli. 1. Sapiẽtia & disciplina: timor dñi: & placet illi fides & mansuetudo. Scdm est quia mansuetus a deo in curam suscipitur. Vnde

psal. Suscipiens mansuetos dñs. Tertiũ est quia dei gratia mansuetis datur. prouer.3. Deridet irrisores/& mansuetis dabit gratiam. Quartũ quia ex mansuetudine pręparatur hõ ad intelligentiam verbi dei. Eccli.5. Esto mansuetus ad audiendũ verbũ dei/vt intelligas/& cum sapientia proferas respõsum. Vnde psal. Docebo mites vias suas. Quintũ quia mansueti oło facilior est ex auditione. Iudicũ.9. Hũiliũ & mãsuetorũ sẽper tibi placuit deprecatio. Et sextũ qa habebit ęternã hęreditatẽ: Vñ Matt.5. Beati mites/qm̃ ipi possidebũt terrã. Hęc Archi.

¶Terra tremuit & quieuit cum exurgeret in iudicium deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Psal.75.b.

¶Memento domine Dauid: & omnis [e] mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino votum vouit deo Iacob. 131.a.

¶Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores vsq; ad terram. 146.a.

¶Beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem. Psal.149.a.

¶Dominus deludet illusores: & mansuetis dabit gratiam. puer.3.d.

¶Sapiẽtia & disciplina/timor domini: & quod beneplacitum est illi/ fides & mansuetudo: & adimplebit thesauros illius. Eccli.1.d.

¶Fili [f] in mansuetudine opera tua perfice: & super hominum gloriã diligeris. 3.c.

¶Esto mansuetus ad audiẽdum verbum dei vt intelligas: & cum sapientia proferes responsum verum. 5.c.

¶Fili in mansuetudine serua animam tuam: & da [g] illi honorem secundum meritum suum. 10.d.

¶Spiritus domini super me/eo q̃ vnxerit me: ad annunciandũ mansuetis misit me/vt mederer cõtritos corde: & prędicarẽ captiuis indulgẽtiam/ & clausis apertionem. Esaiæ.61.a.

¶Tu domine demonstrasti michi/& cognoui: tu ostendisti michi studia domus Israel & domus Iuda: & ego quasi [h] agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Hiere.11.d.

¶Quærite [i] dominum omnes mansueti terræ: qui iudicium eius estis operati quærite iustum: quærite mansuetum si quomodo abscondamini in die furoris domini. Sopho.2.a.

¶Quid vultis: in virga [k] veniam ad vos/an in charitate & spiritu mãsuetudinis? 1.co.4.d.

¶Fructus spiritus/est mansuetudo/fides/modestia/continentia/castitas. Et supra in verbo fructus latius. Ad gal.5.d.

¶Sectare iustitiam o homo dei: pietatem/ fidem/ charitatem/ patientiam/mansuetudinem. 1.timo.6.c.

¶Admone homines/neminẽ blasphemare/non litigiosos esse/sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Ad titũ.3.a.

¶Ira viri [m] iustitiam dei non operatur: propter quod fratres abijcientes omnem immũdiciam & abundantiam maliciæ: in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras. Iacobi.1.c.

¶Cætera supra in verbis litigare.2. ad Timo.2.d. Pauper. Eccli.4.a. Virga. Esaiæ.11.a. & Vocatio ad Ephe.4.a.

Manue. ¶De manue patre Sãsonis: vide satis protẽse ĩfra ĩ verbo Sanson.

Manus. ¶Non suscipies vocem mendacij/nec [n] iũges manũ tuã vt pro impio dicas falsum testimonium. Exo.23.a.

e ¶Et omnis mansuetudinis eius. Mãsuetudo virtus est etiam ipsos reges ac pricipes plurimũ condecorans. Vnde benignitatem principis/iura appellant mansuetudinẽ. Epistola inter claras: in prin. C. de sum. tri. & fi. catho. l. C. de fũ. pa. li. 11. & c. fi. 56. dist. Sit tamẽ in ipsis qd habetur in c. Sunt nãq; in fi. 45. distin. Regat vigor disciplinę mãsuetudinem/ & mãsuetudo ornet sermone vigorem: & sic alterũ cõmendetur ex altero: vt nec vigor sit rigidus/ nec mansuetudo dissoluta. Hęc ibi.

f ¶In mansuetudine opera tua perficere. Et si oibus ecclesiasticis tamen prę cęteris incumbit opera sua in mansuetudine perficere. vt probatur in c. pœna illorũ. in princi. & ibi Archid. et in c. Reos sanguinis. in princ. 23. quęst. 5.

g ¶Da illi honorẽ secundũ meritum suũ. i. spe futurę mercedis/ pro pręmio iusti laboris cõsolare. Hęc declaratio ẽ glosę. interli. Pro qua facit tex. in §. fi. i proœ. institu.

h ¶Tanq̃ agnus mãsuetus qui portat ad victimam. Simile est qd dicit Esaias. Quasi agnus coram tondẽte se/sic nõ aperuit os suum. de quo est textus in §. Eligat. in ca. si enim. de pœni. distin. 2.

i ¶Quęrite mãsueti dñm &c. Querũt mãsueti dñm/& q suorũ sũt pręceptorum obseruatores: vtpote cum ab eo iudicari non timeant cui9 iudicia susceperunt. At maligni q ĩ oi via mala diuaricauet pedes suos fugiunt a domini conspectu: seuerum eum iudicem habere timentes quem in suorum obseruatione mãdatorum cõtempserunt. c. Et venit. vbi bonus tex. de pœni. distin. 1.

k ¶In virga veniã ad vos: An in charitate & spiritu mãsuetudinis? Non in virga sola/ nec in solo mansuetudinis spiritu: sed in virga venire cum mansuetudine iuncta operępretium est. Vnde psal. Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt. c. disciplina. circa pincip. 45. dist.

l ¶Non litigiosos esse sed modestos. Recurrat ad ea q̃ dicta sunt in verb. Litigiosus.

m ¶Ira viri iustitiã dei non operat. Annotatio facta est i verb. Ira dei/ vbi videat.

n ¶Nec iũges manũ tuã/ vt p ĩpio dicas falsũ testioniũ. Recurre ad verbũ Testioniũ.

o ℭ Consecratę manus vt sacerdotio fungerentur. Manus episcoporũ inunguntvt ostendãtur accipere potestatẽ benedicendi & cõsecrandi. Vnde cum eas cõsecrator inungit: Cõsecrare (inquit) & sanctificare digneris dñe manus istas per istã vnctionẽ & p bñdictionẽ nostrã: vt q̃cunq̄ cõsecrauerint cõsecrẽtur: & q̃cunq̄ bñdixerit benedicantur in noie dñi. Ita dicit tex. in c. Vnico. in si princip. de sacra. Vncti. manus etiã sacerdotũ per eadem aut similia verba consecrantur. Episcopus eñ dum consecrat/ cunctis sacerdotibus sigillatim dicit. Consecrentur & sanctificent dñe manus istæ: vt q̃cquid consecrauerint/ cõsecratum sit: & q̃cũq̄ benedixerit/ benedicta sint. Ita dicit tex. in c. Generaliter. §. Ecce sufficienter. versi. verius q̄ eni. 16. q̃st. 1. Oleo tñ & non chrismate fit ista cõsecratio. c. preterea sciscitaris. 23. dist. quod est verum in sacerdotibus. manus enim episcopoℝ consecrantur chrismate d. c. Vnico. versi. hoc vnguento caput & manus episcopi cõsecrat. de sa. vncti. Et notat Anto. de Bu. ic. si. in. 1. col. de sacra. nõ ite. & glo. i d. c. p̃terea i gl. 2. i pric. 13. di.

Nũeri. 3. a. ℭHæc nomina filiorum Aaron: primogenitus eius Nadab/ deinde Abiu & Eleazar & Thamar. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotũ qui vncti sũt/ & quorum repletæ & cõsecratæ [o] manus vt sacerdotio fungerentur.

Deute. 25. c. ℭSi habuerit inter se iurgiũ viri/ & vnus contra alterũ rixari cœperit: volẽsq̄ vxor alterius/ eruere virum suum de manu fortioris: miseritq̄ manũ & apprehenderit verenda eius: abscides [p] manũ eius/ nec flecteris super eam vlla misericordia.

32. e. ℭIudicabit dominus populũ suum: & in seruis suis miserebitur. Videbit [q] q̄ infirmata sit manus/ clausi quoq̄ defecerunt: residuiq̄ consumpti sunt.

Iudicũ. 3. b. ℭDominus suscitauit filijs Israel saluatorem vocabulo Aioth/ filium Gera filij Iemini: qui vtraq̄ manu pro dextra vtebatur.

3. reg. 13. a. b ℭEcce vir dei venit de Iuda in sermone domini in Bethel: Hieroboã stante super altare/ & thus [r] iaciente: & exclamauit contra altare in sermone domini: & ait. Altare altare. Hec dicit dominus. Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine: & immolabit super te sacerdotes excelsorum: qui nunc in te thura succendunt/ & ossa hominum super te incendet. Deditq̄ in illa die signum: dicens. Hoc erit signum quod loquutus est dominus. Ecce altare scindetur/ & effundetur cinis qui in eo est. Cumq̄ audisset rex sermonem hominis dei/ quẽ inclamauerat contra altare in Bethel: extendit manũ suam de altari: dicens. Apprehendite eum. Et exaruit [s] manus eius quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eã ad se. Altare quoq̄ scissum est/ & effusus est cinis de altari: iuxta signũ quod prædixerat vir dei in sermone domini. Et ait rex ad virũ dei. Deprecare faciem domini dei tui: & ora pro me vt restituatur manus mea michi. Orauitq̄ vir dei faciẽ domini: & reuersa est manus regis ad eum: & facta est sicut prius fuerat.

Psal. 21. d. ℭFoderũt [t] manus meas & pedes meos: & dinũerauerũt oĩa ossa mea

21. e. ℭErue a framea deus animam meã: & de manu canis vnicã meam.

46. a. ℭOmnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis: quoniam dominus excelsus/ terribilis/ rex magnus super omnẽ terrã.

75. a. ℭDormierunt [v] somnum suum: & nichil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

p ℭ Abscides manum eius nec flecteris super eam vlla misericordia. Hodie de iure hũano certis casibus manus est abscindenda. Primus est in seruo ad barbaros fugiẽte. tali eñ antiquo iure pes erat amputandus: Sed nouo iure manus abscinditur. tex. est. in l. si fugitiui iũcta auctentica. sed nouo iure. C. de ser. fug. Scdus est. in exactoribus tributorũ si non faciant apochã de susceptis. §. Coges. In auctentico. de manda. princip. Tertius est i rebellione qui confecit falsum instrumentũ. glo. ẽ in d. auctentica. Sed nouo iure. Et in istis casibus & silibus qbus de iure aut cõsuetudie manus eẽt ãputãda nõ robustior s; debilior deberet abscidi: q̃a in pœnis mitior interpretatio sumenda est. l. interpretatiõe. ff. de pœni. Et ita tenẽt glo. Bar. & Bal. in d. auctentica. Sed nouo iure. Vñ si manus esset arida et penitus inutilis/ illa non altera esset abscindẽda. tũ quia etiã manus arida dicitur manus & verũ membrum. bo. est tex. in c. sicut vrgeri. 1. q̃st. 1. & facit tex. in l. 3. §. pe. ff. arbo. furti cęsa. vbi arbor arida dicitur arbor. tũ q̃a manus q̃uis aridę mutilatio satis est magna pœna dicit Bal. in d. auctentica. sed nouo iure. in fi. Et ita (sufficere scilicet vt abscindatur manus arida) tenet apud canonistas (post alios quos allegat) do. meus Decius in c. inter cęteras. in. 3. colũ. de rescrip. & Io. An. in regula in pœnis. de regu. iur. in. 6. in mercu. & Paulus de castro. in l. cũ cõsuetudo. ff. de legi. Quod aũt supra dictũ est notario cõficienti falsum instrumentũ amputandã esse manum: tenet etiã Bal. in c. 1. ad fi. de prohi. feu. alie. per lotha. & Ange. in auctentico. vt nulli iudi. §. Quia vero.

q ℭ Videbit q̄ infirmata sit manus &c. Hac sententia quemlibet mũdi statũ malignitati deditũ satis potest cõprobari: vt per manũ nobiles: per clausos/ ecclesiastici: & per residuos/ populares intelligant. Oĩs eni ętas in malũ ab adolescentia prona est dicit tex. post Salomonẽ. in c. Oĩs ętas. in prin. 12. quęst. 2. & pcliuus naturę cursus ad voluptatẽ. c. pcliuis. 20. dist. & dictũ ẽ supra. in verb. Malũ.

r ℭ Thus iaciẽte. In hoc facto ię, qd sacerdotũ erat rex vsurpat. Vñ & eius temeritatem pphetа rephendit. Neq̄ eñ reges dñi in eccl'ię sanctiõibus velle dñari: cuius clemẽtię deus voluit eorũ colla submittere ne dũ mẽsura cœlestis dispẽsatiõis excedit: eatur in cõtumeliã disponẽtis. c. certũ est. in si. 10. dist. Et pptereа dt tex in ca. ipertũ vim. eadẽ dist. ipertũ suis publicę rei quotidianis administratiõibus debet esse cõtentũ: nõ vsurpare q̃ sacerdotibus dñi soli cõueniãt. Hęc ibi.

s ℭ Et exaruit manus eius &c. Hinc satis liquet q̃ grauissime delinquãt q̃ ecclіasticas persõas offendere nõ verẽt. de quo videri põt qd habet in c. si qs suadẽte. 17. q̃st. 4. in c. 1. i c. si vero. in c. cum illorũ similibus. de sen. excõ.

t ℭ Foderũt manus meas. Loqtur nõ de iudęis: sed de gentibus q clauis Christũ crucifixerunt. Iudei aũt eã cruci affixionẽ ptinacissime petierũt. c. piculose: cũ gl. de pœ. di. 1.

v. ℭ Dormierũt somnũ suũ &c. Recurrat

x ¶ Deū exquisiui manibus meis.i.per opera mea. Hęc declaratio est glo.ordi.
x3 verbum diuitię. quę satis cōprobatur p textū in c.vnico.versi.manus igitur.de sacra.vnct.& in l.qui insulam.§.Qui idem .ff.
socati.vbi probatur per manus opera significari.
y ¶ Manus habent & nō palpabūt. Possunt hęc verba literaliter intelligi de his qui manus aridas habent:
de quibus loquens Augu.contra Donatistas.ad mōstrandā fidem sine operibus esse mortuā/dicit: Si cuius manus esset arida: verum quidē esset membrū quis sine sanguine & iefficax esset & mortuū. Hęc ibi.

z ¶ Manus tuę dn̄e fecerūt me. Humano more loquitur. Neq3 enī de9 cū incorporeus sit/manus habere credendus ē. d.c.Quidam.versi.Antropomorphitę.24.q.3.

a ¶ Si ambulauero in medio tribulationis: viuificabis me. Hoc dictum citat Archi.in c.ad uersitas.7.quęst.1.ad effectū.de quo videatur supra in verb. Angustia in.1.anno.

b ¶ Manus ī manu nō erit innocens mal9. Idest tametsi manū manui alterius iungere nō sit actus malus: si tamen ab hoie malo iungatur sinistra eius intentione malus reddetur. Hęc declaratio est de mēte glosę ordi.pro qua facit vulgatum illud adagiū: de quo habetur ī c.si quid inuenisti.14.quęsti.5. deus cor interrogat & non manum.

c ¶ Abominatio est dn̄i ois arrogans: etiam si manus ad manū fuerit nō erit innocens.i.quicunq3 attribuit seu ascribit sibi bonū quod facit etiā si nihil videtur mali manib9 operari: cordis inocentiā perdit in quo largitori bonoꝝ se ptulit: & ideo talem dn̄s abominatur vt reū: quē dn̄s sibi de beneficijs vidit ingratū. Pro hac declaratione q̄ est glo.or. est textus clarus in superioribus transcriptus.ī c.Reuertimini.paulo añ fi.16.quęsti.1.

¶In die tribulationis meæ deum [x] exquisiui manibus meis nocte cō- Psal.76.a.
tra eum: & non sum deceptus.
¶Fiat manus tua domine super virum dexteræ tuę: & super filiū ho- 79.c.
minis quem confirmasti tibi.
¶Clamaui ad te domine tota die: expandi ad te manus meas. 87.b.
¶Manus [y] habent & non palpabunt: pedes habent & non ambula- 113.c.
bunt: nec clamabunt in gutture suo.
¶Manus [z] tuæ domine fecerunt me: & plasmauerunt me: da michi 118.b.
intellectum vt discam mandata tua.
¶Anima mea in manibus meis semper: & legem tuā nō sum oblitus. 118.o.
¶Si ambulauero [a] in medio tribulationis/viuificabis me: & super irā 137.b.
inimicorum meorum extendisti manū tuam: & saluum me fecit dex-
tera tua. Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua ī secu-
lum: opera manuum tuarum ne despicias.
¶Benedictus dominus deus meus/qui docet manus meas ad præliū: 143.a.
& digitos meos ad bellum.
¶Emitte domine manū tuam de alto: eripe me/& libera me de aquis 143.b.
multis: & de manu filiorū alienorum. Quorū os loquutū est vanitatē:
& dextera eorum/dextera iniquitatis.
¶Manus [b] ī manu/nō erit innocēs malus: semē autē iustorū saluabit. puer.11.c.
¶Abominatio [c] domini est omnis arrogans: etiam si manus ad ma- 16.a.
num fuerit: non erit innocens.
¶Stultus [d] homo plaudet manibus cum spopōderit pro amico suo. 17.c.
¶Noli esse [e] cum his qui defigunt manus suas: & qui vades se offerūt 22.d.
pro debitis. Si enim non habet vnde restituat: quid causæ est vt tollat
operimentum de cubili tuo?
¶Stultus [f] complicat manus suas: dicēs. Melior est pugillus cum re- Eccles.4.b
quie: q̄ plena vtraq3 manus cum labore & afflictione animi.
¶Quodcūq3 facere potest manus tua/instāter operare: quia nec opus 9.c.
nec ratio/nec sapientia/nec sciētia erūt [g] apud inferos quo tu pperas.
¶Dilectus [h] filius meus misit manū suā per foramē: & vēter meus in- Canti.5.b.
tremuit ad tactum eius. Surrexi vt aperirem dilecto meo. Manus meę
distillauerunt myrrhā: & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.
¶Manus dilecti tornatiles/aureæ/plenæ hiacynthis. d.
¶Vę manibus malefaciētib9: & peccatori terrā igredięti [i] duab9 vijs. Eccli.2.c.

d ¶ Homo plaudet manib9 cū spopōderit pro amico suo.i.homo stult9 exaltatur cū alterius aīam regendā
suscepit. Pro hac elucidatione (quę est de mente glosarū iterlinearis & ordi.) facit quod dicit tex.in c.irrefragi
bilis.in prin.de offi.ordi.dum ibi dicitur. Si quis subditorū de manibus requiritur prelatorum: & idem pro-
batur in multis textibus ibidem citatis per glo. e ¶ Noli esse cū his qui defigunt manus &c.i.noli
eos æmulari qui alienę salutis curā paruifaciūt accipere: ne tua salus propter alienam periclitetur. Qui enim
alienarum est moderator aiarum: non de sua tantū: sed de aliena rationem est redditurus.d.c.irrefragibilis.
et c.fi.de regula.vel aliter exponatur: vt dictum est supra in verb. Debitum.
f ¶ Stult9 cōplicat manus suas & comedit carnes suas. Hęc sentētia videt accōmodari posse ad ea q̄ habent ī
c.Item: circa princi.86.di.dū ibi dicit. Nō sibi credat eps solā lectionē & orōnē sufficere/vt remot9 nihil studeat
de manu fructificare: s3 largā manū hēat: necessitatē patiētib9 succurat: qa si hoc nō hēat vacuū nomē epi portat.
g ¶ Erunt apud inferos.i.valebūt tibi post mortē. Ita declarat gl.ord. p qua ē tex.in d.c.in pn̄ti.13.q̄st.2.
h ¶ Dilectus meus misit manū suam per foramen &c.i. Dn̄s deus meus subtili sua inspiratiōe quid agendū
mihi esset patefecit: & ex mollicie & teneritudine mea contremui id subire opus quod suspirabar: sed postea re-
sumptis viribus ad subeunda ea pœnitentię opera quę proposui t: me paraui. Pro hac declaratione facit tex.in
c.1.de pœni.dist.7.iuncto.c.vnico.versi.per manus.de sa.vnct.in d.enim.c.1.dicitur. Nōnunq̄ quod diffiden-
tia gratis differtur: consilio maturiore perficitur.in d.c.vero.c.vnico dicitur. Per manus: opera intelliguntur:
iuxta illud. manus meę distillauerunt myrrham. Hęc ibi.
i ¶ Terram ingredienti duabus vijs. Videatur qd dictum est in verbo. Duę.

k ¶ Non sit manus tua ad accipiendum porrecta &c. Auaritiam necat: miam cōmendat vt nō rapiamꝰ aliena: sed largiamur & nostra. Vnde: beatius est dare q̄ accipere.c.cū Marthę colū.1. de cele.missa.
l ¶ Reliquit in manu consilij sui. Declaretur vt dictum est supra in verb.Homo.
m ¶ Vbi manus multę sunt. Admonet vbi multę sunt voluntates spūali lucro anhelantes/caute esse dispensandum. Alij enim tentandi: alij discendi voto quęrunt: sed non omnia omnibus conueniunt. Circa hanc declarationē quę est glo. ord. videatur textus in sępe allegato c. In mandatis 43. distin.

Eccl.4.i fi. ¶Nō sit[k] porrecta manus tua ad accipiendū/& ad dandum collecta.
¶Manus debiles/& genua dissoluta: mulier quę non beatificat virum suum. Et infra in verbo Mulier.
15.c. ¶Deus ab initio constituit hominem: & reliquit[l] illum in manu consilij sui. Et supra homo.
42.b. ¶Vbi manus[m] multæ sunt/ claude: & quodcunq̧ trades numera & appende: datum verō & acceptum omne describe.
Esaiæ.1.d. ¶Cum extēderitis manus vestras (dicit dominꝰ) auertā oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationem/nō[n] exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.
59.a. ¶Ecce non est abbreuiata manus domini/vt saluare nequeat: neq̧ aggrauata est auris eius/vt non exaudiat. Sed iniquitates[o] vestrę diuiserunt inter vos & deum vestrum: & peccata vestra abscōderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Manus enim vestræ pollutę sunt sanguine: & digiti vestri iniquitate &c. Et supra in verbo iniquitas.
Ezechi.7.c ¶Omnes manus dissoluentur: & omnia genua fluent aquis.
¶De manu quam vidit rex Balthasar scribentem in pariete: habetur Danie.5.cap.a.b.c.d.
Miche.7.a ¶Omnes in sanguine insidiantur: vir fratrem suū ad mortē venatur. Malum[p] manuum suarum dicunt bonum.
Matth.5.e. ¶Si dextera manus tua scādalizet te (ait Ihesus) abscide[q] eā & proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum: q̄ totum corpus tuum eat in gehennam.
Lucę.9.i fi. ¶Nemo[r] mittens manum suam ad aratrum/& aspiciens retro: aptus est regno dei.
23.f. ¶Clamans voce magna Ihesus ait. Pater[s] in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens/expirauit.
1.thes.4.c. ¶Rogamus vos fratres: vt abundetis magis/& operam detis vt quieti sitis: vt & vestrum negociū agatis & operemini manibus vestris sicut pręcipimꝰ vobis: vt & honeste[t] ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desyderetis.
Ad heb.10.f ¶Horrendum[v] est incidere in manus dei viuentis.
1.timo.5.d. ¶Manꝰ[x] cito nemini iposueris: neq̧ cōmunicaueris peccatis alienis.
Iacobi.4.c ¶Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo.
¶Cætera vide supra in verbis beatus. Psalmo.126.a. Dauid.1.Regū 26.b. Macula. Leui.21.d. Mons. Psal.23.a. Et testimoniū. Deu.17.b.

n ¶ Non exaudiam manus enim vestrę sanguine plenę sunt. Videatur quod dictū est supra in verb. Exaudire. super illud Io. Deus peccatores non exaudit.
o ¶ Iniquitates vestrę diuiserūt &c. Videatur annotatio in verb. Iniquitas.
p ¶ Malum manuū suarū: dicunt bonū. Vę talibus.c.vę qui dicitis. 11.quęsti.3.
q ¶ Abscide eam & proijce abs te. Non est hoc litteraliter intelligēdum: qm̄quidem nemo ē dn̄s suorum mēbrorum vt sic ea possit abscindere nisi grauissima infirmitate extimulante.l. liber homo.ff.ad l.Aquil. c.cōtingit.de sen.excō. Vnde dicit tex.in c. qui partem.in prin.55.dist. Qui partem cuiuslibet digiti sibiipsi volēs abscindit: hunc ad clerum canones non admittunt. Vnde pro mystico sensu huius sententię notetur celebris textus in c. illa sane.24.quęst.3. vbi dicitur. Plurimū mihi displicere significo q̧ iurisdictionis tuę clerici quidam esse dicūtur qui aduersariorum conuentiōi prauitati/ & vesanię vasis/misericordię vasa misceantur: quibus inuestigandis & seueritate congrua coercēdis debet diligentia tua vigilanter insistere: vt his quibꝰ prodesse non poterit correctio: nō pereat abscissio. Oportet enī vos euangelici meminisse mandati qd ab ipsa veritate pręcipitur: vt si nos oculus/aut pes/aut dextera scandalizauerit: manus a cōpage corporis auferat: qa melius sit in seculo carere mēbris: q̄ cum ipsis i ęterna supplicia ire. Hęc ibi.
r ¶ Nemo mittens manū ad aratrum &c. Require annotationem in verb. Aratrum.
s ¶ Pater in manus tuas cōmendo spiritum. Horum verborū Christi meminit textus in notabili proposito in c.in quadam .in.1.col. de celebra.missa. De quo dictum est supra in verb. Iesus.
t ¶ Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Recurre ad verbum foris.
v ¶ Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Incidit qui non pręuidet sed subito deprehenditur: qd in eo contingit qui ad vitę terminū/fructum differt conuersionis. cui q̄ grauissimuū imineat periculum: declarat celebris textus Augusti. in c. si. de pœni. distin.7.
x ¶ Manus cito nemini imposueris. Quid sit cito manus alicui iponere/declarat textus in c.miramur. circa medium.61.dist.& in c. Quid sit manus.78.dist. de quo videatur supra in verb. Cōmunicare.p. sed ibi dictis addendo notetur p effectu huius sententię/& ea ad particulares casus accōmodanda. textus in c. si.de elec. libr.6. vbi dicitur. Quoniā electiōne nō in concordia celebrata: superior ad quem electiōis ipsius confirmatio pertinet/consueuit interdū suę confirmatiōis celeritate/pręferens cupiditatē propriā iuri/& inordinatū affectum etiam ęquitati: Cōpetitorem aliqn̄/vbi alius vel eos qui se volunt opponere quando electus est vnicus/supplātare: dum nullis vocatis & non discusso negocio/per repentinā confirmationem cito cōtra doctrinam apostoli imponit manus electo. Nos volentes huic morbo & fraudibus obuiare/pn̄ti cōstitutione sancimꝰ cōfirmatiōes

tales viribus omnino carere/ ipsasq; decernimus irritas & inanes. Vocationē aūt hmōi noiatim vbi est coelect⁹ vel apparet oppositor: Alias generaliter in ecclesia in qua electio facta est/ vt si qui sint qui se velint opponere: cōpareant assignato peremptorio termino cōpetenti faciendā esse censemus. Quę etiā si electio in concordia celebrata fuerit/ volum⁹ obseruari. Secūdo notet tex. in c. Cū nobis olim. eodē ti. in antiq. vbi dicitur. Quāq̄ cōtra personā illius quē elegistis nichil dictū fuerit vel obiectū: tamen iuxta verbū apostoli dicentis. Nemini cito manum imponas. debemus diligenter attendere ad ea quę circa personam inquirēda fuerāt. Tertio textus. 24. disti. in fi. principij vbi dicit de sacerdotibus & reliquis: an sine examinatione sint pmouēdi. de his ita scribit Paulus ad Timotheū. Manus nemini cito iposueris. hęc ibi. Vltimo pro ampliori intellectu hui⁹ sententię aduertatur ꝙ multiplex reperitur man⁹ ipositio. Quædam est enim man⁹ impositio ordinaria de qua loquitur text⁹. in c. Ep̄s. 23. dist. dicens. Ep̄s cum ordinatur/ duo ep̄i iponāt man⁹/ & teneāt euangeliorū codicem super caput & verticē eius et vno fundēte super eū bndictionē/ reliqui oēs episcopi qui adsunt manibus suis caput ei⁹ tangant. Et in c. p̄sbyter. eadē dis. vbi dicitur. Presbyter cū ordinatur/ ep̄o eū benedicente & manū super caput eius tenēte/ etiam om̄es p̄sbyteri qui p̄ntes sunt manus suas iuxta manus ep̄i sup caput illius teneant. Et de hac manus impositione loquitur etiam text⁹: & ibi videatur de eius practica per Hostien. in ca. si. de sacra. non iter. vbi etiā probatur/ ꝙ hęc manus impositio datur nedum episcopo & presbytero/ sed etiam datur diacono/ & idem est de subdiacono/ prout est textus. in c. 1. eo. ti. immo etiam cuilibet ordinato datur vsq; ad clericū inclusiue/ prout est bo. textus. in ca. Quoniā. in prin. 69. dis. Alia est man⁹ ipositio cōsecratoria. & hęc dat ep̄o/ p̄sbytero/ & diacono/ nō aūt subdiacono. Ita loquitur tex. in c. subdiacon⁹. in prin. 23. dist. Alia est manus ipositio confirmatiua: qua scilicet confirmationis sacramentū exhibetur. & de hac loquitur tex. dicens ꝙ a solis conceditur episcopis. in c. manus impositionis. de consc. disti. 5. Alia est manus impositio curatoria: de qua dictū est. Super ægros manus imponēt: et bene habebunt. glo. est in c. manus impositio. 1. quęst. 1. Alia est reconciliatoria: qua scilicet hęretici ab hęresi redeuntes recōciliantur. d. c. manus. cū glo. 1. quęsti. 1. Et in istis oibus pōt hęc Pauli sententia satis intelligi.

Marcus. ¶Salutat vos (inquit Paulus) Aristarchus cōcaptiuus meus/ & Marcus cōsobrinus [y] Barnabę: de quo [z] accepistis mandata. Si venerit ad vos/ suscipite illum. Et Ihesus qui dicitur iustus. qui sunt ex circuncisione/ hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui fuerunt michi solatio. Ad col. 4. c.

¶Venit Petrus ad domum Mariæ matris Ioānis qui cognominatus est Marcus. Et infra in verbo Petrus. Actuū. 12. b.

Mare. ¶Vocauit deus aridam terrā: congregationesq; aquarum appellauit Maria. Gene. 1. a.

¶A solitudine vsq; ad mare Cenroth contra Orientē. & vsq; ad mare deserti quod est mare salsissimum: ad orientalem plagā per viam quę ducit Bethsimoth posséderunt terram filij Israel. Iosue. 12. a.

¶Quis conclusit ostijs mare: quando erumpebat quasi de vulua procedens/ cum ponerem nubem vestimētum eius: & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem. Circundedi illud terminis meis: & posui vectem & ostia: & dixi. Vsq; huc venies: & non procedes amplius/ & hic confringes tumentes fluctus tuos. Iob. 38. a.

¶Hoc mare [a] magnum & spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Psal. 103. c.

¶Irritauerunt [b] patres nostri ascendentes in mare/ mare rubrum. Et saluauit eos dominus propter nomē suum: vt notam faceret potentiā suam. Et increpuit mare rubrum/ & exsiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto. 105. a. b.

¶Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo. 106. c.

¶Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis [c]/ quia conuersus es retrorsum. 113. b.

y ¶Consobrinus Barnabę. Consobrini dicuntur qui ex duabus sororibus nascuntur: quasi consororini. q vero ex duobus fratribus: fratres patrueles appellantur. Qui autē ex sorore & fratre: vocantur amitini. sed vulgus omnes istos cōmuni appellatione cōsobrinos vocat. Ita dicit tex. in l. 1. §. Quarto gradu. ff. de gradi. affi. & in. §. Quarto gradu. insti. de gradi. cogna. z ¶De quo accepistis mādata. Declarent hęc verba: vt per interp̄tes hic: q sentiūt ea intelligēda nō de Marco euāgelista: sed de Ioāne/ cuius cognomē Marc⁹ erat: de quo cū a Paulo diuertisset (vt habet actuū. 13.) Colossenses mandatū acceperāt ne eū reciperent. De Marco aūt euāgelista: cū vnū ex sacris euāgeliorū libris scripserit mādatū habem⁹ vt recipiam⁹. c. sicut. in pric. 15. dist. Et de hoc Marco notāter loqtur tex. in c. Cū btissim⁹. 24. q. 1. vbi di. Cū btissimus Petr⁹ ap̄lus a dn̄o acceperit principatū: & Romana eccl̄ia in ei⁹ pmaneat institutis: nephas ē credere: ꝙ sanct⁹ ep̄s discipul⁹ illius Marc⁹/ q Alexandrinā prim⁹ eccl̄iam gubernauit: alijs regulis & traditiōib⁹ sua decreta firmauerit: cū sine dubio de eodē fonte gr̄ę vn⁹ sp̄us & discipuli fuerit & magri: nec aliud ordinatus tradere potuit: q̄ qd ab ordiatore suscepit. hęc ibi.
a ¶Hoc mare magnū & spaciosum manib⁹: illic reptilia/ quoꝝ nō est nūerus. Archi. i c. aduersitas. 7. q. 1. citat hāc sentētiā i. 2. col. ad hoc ꝙ pręsens seculū mari cōparat: vtpote cū in eo sint vt in mari pericula varia.
b ¶Irritauerūt p̄res nr̄i ascēdētes i mare/ mare rubrū &c. Hęc irritatio facta est: cū egrediētes de ægypto peruenerūt ad mare rubrū: vbi ita erāt cōclusi: ꝙ ex vno latere erat mōs nimis ardu⁹/ & nemini ad trāseundū peruius: & ex alio latere erat mare rubrū: & a dorso erāt isequētes ægypti: & p his cœperūt grauiter murmurare obliti potētię dei. Sed tūc mare diuisū ē in. 12. diuisiōes: Hęc declaratio ē gl. or. Pro qua vidēd⁹ ē tex. cū gl. c. reuera. versi. Circūcclus⁹. de cōse. dis. 2. vbi dr̄. Circūclusus erat pp̄ls Hebręoꝝ hic ægyptijs vallat⁹: īde mari claus⁹: virgā leuauit Moyses: separauit se aq̄/ & i muroꝝ speciē se cogelauit. hęc tex. vbi glo. in verbo separauit dicit: ꝙ separata ē maris aqua in diuisiōes. 12. vt q̄libet trib⁹ per suas turmas incederet. c ¶Iordanis quia cōuersus es te-

trorsum. De hoc Iordanis in suum exordium regressu loquens textus in d.c. Reuera.col.2. de cōse: dist. 2. dicit: Iordanis retrorsum conuersus/contra naturam in sui fontis reuertitur exordium.
d ¶ Ne transirēt fines suos. Circa hęc verba notetur in iure humano quod notāter dicit Bal. in l: pe. in fi. C. de insti. & sub. sub condi. fac. vbi dicit ꝙ sicut castra & villę habēt fines suos ita etiam mare. Et dicitur mare esse de districtu seu territorio illius ciuitatis cui proximus est. Nedū enim territoriū seu districtus est in terra:

Psal.134.b. ¶ Omnia quæcunqꝫ voluit dominus fecit/ in cœlo & in terra: in mari & in omnibus abyssis.

Prouer.8.c ¶ Quando circundabat dominus mari terminum suum aderam (inquit sapientia) & legem ponebat aquis/ ne [d] transirent fines suos.

Eccles.1.b. ¶ Omnia flumina intrant in mare: & mare non redundat.

Sapiē.5.d. ¶ A petrosa ira/ plenæ mittentur grandines: & cādescet in insensatos aqua maris: & flumina concurrent [e] duriter.

10.d. ¶ Transtulit [f] iustos sapientia per mare rubrū: & transuexit illos per aquam nimiam.

14.a. ¶ Tua pater prouidentia ab initio cuncta gubernat: quoniam dedisti [g] in mari viam: & inter fluctus semitam firmissimā ostendens: quoniam potens es ex omnibus sanare: etiā si sine rate aliquis adeat mare. Sed vt non essent vacua sapiētiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas: & transeuntes mare per ratem liberati sunt.

19.b. ¶ Omnis creatura ad suū genus ab initio refigurabatur deseruiēs tuis præceptis: vt pueri sui custodirētur illæsi. Nam nubes castra illorum obumbrat. & ex aqua quæ ante erat terra/ arida apparuit: & in mari rubro via sine impedimento: & campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio transiuit quę tegebatur tua manu: videntes tua mirabilia & monstra.

Eccli.40.b ¶ Omnia quæ de terra sunt/ in terram conuertentur: & aquę [h] omnes in mare conuertentur.

43.c. ¶ Qui nauigant mare/ enarrant pericula eius: & audiētes auribus nostris/ admirabūtur. Illic præclara opera & mirabilia: varia bestiarum genera & omnium pecorum: & creatura belluarum.

Esaię.51.d. ¶ Nunquid non tu siccasti mare/ aquam abyssi vehementis? Qui posuisti profundum maris viam: vt transirent filij Israel liberati.

51.e. ¶ Ego sum dominus deus tuus qui conturbo mare: & intumescunt fluctus eius. dominus exercituum nomen meum.

57.d. ¶ Impij [i] quasi mare feruens/ quod quiescere nō potest: & redūdat fluctus eius in cōculcationem & lutū. Nō est pax impijs: dicit dn̄s deus.

Abacu.3.b. ¶ Nunquid in fluminibus iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus/ vel in mari [k] indignatio tua?

3.d. ¶ Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

Sopho.2.a. ¶ Vę qui habitatis funiculum maris gens perditorum.

¶ Cætera supra in verbo Ihesus. Matth.4.c.8.c.&.14.c.d.& verbo diabolus. Apoca.12.c.

Margarita.

Pro.25.b. ¶ Inauris [l] aurea/ & margarita fulgens: qui arguit sapientem & aurem benedicentem.

sed etiam ī mari. glo: est & ibi Dn̄icus in c. Vbi periculū. §. Porro. de elec. lib.6. & notat Bal. in c. Accedens. in fi. vt li: non cō. & do. meus Decius in c. Licet causam. col.2. de probatio.

e ¶ Et flumina concurrent duriter. Idest (dicit glo. ordi.) psecutionū cōmotiones. Plerūqꝫ enī corda prauorū quę prędicatio non emollit/ flagellum correctionis frāgit. c. Cū beatus. §. Salomon. versi. Hinc etiam beatus Gregorius. 45. distinc.

f ¶ Trāstulit iustos per mare rubrū. Videat qd dictum est ś. eodē. b.

g ¶ Dedisti in mari viam: & inter fluctus semitā firmissimā. Via tamē terrestris/ via aquestri seu maria tutior existimatur: & pręsertim tēpore hyemali quo periculosa solet esse nauigatio. l: Ciuitas C. de offi. recto. prouin. Vnde si qs citetur ad locū aliquē ad quē sit via nedum terrestris sed etiam aquestris: nō tenetur se cōmittere vię aquestri/ tametsi breuiori: sed potest eligere viam terrestrē/ licet multo longiorē. Ita Panor. post Goffre: & Hostiē. in c. Olim. versi. Tertio q̄ritur. de excep. do. Anto. & Imola. in c. Nonnulli. de rescrip: & ita etiā tenet do: me⁹ Iason in l.1. col.2. ī prin. ff. si qs cautio. vbi refert Plutarchū dicere ī vita Catonis/ se ex tribus actibus pœnitē tiā per omnē vitā suam acturū. si qd arcanū mulieri credidisset. si diē aliquā sine studio pręterijsset. Et tertio (ad ppositū) si p aquā traiecisset cum poterat p terrā pficisci. & illud dictū refert etiā do. Bartho. de bellenzi: in addi. ad Panor. in d. c. Olim. de exceptio.

h ¶ Aquę omnes in mare conuertentur. Vnde enim flumina exeunt/ illic reuertūtur. vt habetur Canti.8. Cui dicto facta est annotatio/ istis verbis satis accommoda ś. in verb. Flumen.

i ¶ Impij quasi mare feruens/ quod quiescere non potest. Recte impius mari cōparatur. vt enī difficillime cum impijs haberi potest securitas/ seu pax aut requies: ita in nauigatione maris frequens imminet periculum. Vnde dicit Seneca. Nauigia quę de mane luxerunt/ de sero sorbentur. Et ideo mare ęquiparatur homini potēti & crudeli. prout est bonus tex. in l.3. ff. de dona. cau. mor. Aduersę enim procellę nemini parcunt & inexorabiles sunt. Ita ponit Bal. in l.2. C. de nau. fœnore.

k ¶ Indignatio tua. Videatur quod dictum est in verb. Indignatio.

l ¶ Inauris aurea & margarita. De margaritis gemmis & lapillis: an inuicem secernantur. est bonus textus probans ꝙ sic. in l. Etsi non sint. §. Perueniamus. ff. de auro & argen. lega. de quo videatur ś. in verb. Gēma.

De inauribus autem & margaritis coniunctim loquitur textus qui circa hanc sententiā notari potest in l. Pediculis.§.fi.ff.eo.ti. vbi dicit. Cum quis inaures/in quibus duę margaritę/elenchi & smaragdi duo erant legasset: & postea elenchos eisdē detraxisset: & quęreretur an nichilomin⁹ detractis elenchis/ inaures deberētur/respondi deberi/si maneant inaures q̄uis margaritę his detractę sunt. Hęc ibi.

m ℭ Nolite sanctum dare canibus. Recurratur ad verbum Sanctus.

ℭ Nolite [m] sanctum dare canibus / neq; mittatis [n] margaritas vestras ante porcos : ne forte conculcent eas pedibus suis . & canes conuersi dirumpant vos. Matth.7.a

ℭ Simile est regnum coelorum homini negociatori quærenti bonas 13.f. margaritas . Inuenta [o] autem vna pretiosa margarita: abijt & vendidit omnia quæ habuit/& emit eam.

ℭ Cætera vide in verbis Mulier.1.ad Timoth.2.cap. Et porta.Apoca.21.cap.f.

Maria virgo mater Ihesu. ℭ Iacob [p] genuit Ioseph 1.b. virum [q] Mariæ: de qua natus est Ihesus/qui vocatur Christus.

ℭ Cum esset desponsata mater [r] Ihesu Maria Ioseph : 1.c.d.

n ℭ Neq; mittatis margaritas ante porcos. Illi in ecclesias conculcātes seu conculcatores dicuntur/de q̄bus dn̄s dicebat in euāgelio. Ne mittatis margaritas āte porcos &c. tales eni̅ indigni audiūt verbū dei: & cum andierint/neq; vt fideles discedūt/ neq; permanēt vt fideles: sed p̄cepta mysteriorū notitia/ & fidei nostrę secretioribus perscrutatis: cōuersi postmodū impugnant nos/ & cōtradictiōibus suis corda nostra dirūpunt: cōculcātes verbi dn̄ici margaritas/ & ornamenta fidei maculantes. Ita dicit textus in c. Nolite recedere. in fine.11.quęsti.3. & est textus consimilis sententię in c. In mandatis.43.distinc.

o ℭ Inuēta autē vna pretiosa Margarita &c. Per pretiosam margaritā intelligitur cœlestis vitę dulcedo: quā inuentā oīa vēdens emit. quia qui cœlestis vitę dulcedinē(inq̄tum possibilitas admittit) p̄fecte cognouerit: ea cuncta quę in terris amauerat/ libenter derelinquit: & deforme conspicitur quicquid de terrenę rei placebat specie. quia sola pretiosę margaritę claritas fulget in mente. Pro hac declaratione(quæ est de mēte glo. interli.) facit tex. in c. Oēs. versi. Hi itaq;.47.dist. de quo videat̄ s. in verb. Florere. sup illud. Iustus vt palma florebit.

p ℭ Iacob genuit Ioseph. Declarētur hęc verba vt in verb. Ioseph sponsus Marię.

q ℭ Virum Marię. Recurratur ad ea quę in annotatione istorum verbo℞ dicta sunt s. in verb. Gignere. & in verb. Ioseph. r ℭ Mater Ihesu Maria: Quia Ihesu veri dei nostri mater est Maria: singularib⁹ eā decuit dotibus exornari. p̄rout eam exornatā prę cęteris oibus & credūt omnes & fatētur semper. Quę eius dotes amplissimæ licet in diuinis congestę sint voluminibus: quia tamen pium ipsius tutamen(vt alij peccatores) expecto: dignū duxi quippiā p̄ ea laboris(vtinā tam sibi grati q̄ michi voluntarij) impræsentiarū assumere/ celebriora/ quę in humanis iuribus in ei⁹ cōmendationē deprompta legūtur/ excerpēdo. Imprimis ergo circa imaculatā ipsius conceptionē notetur celebris constitutio Sixti quarti: de qua habetur in c. Cum preexcelsa. de reliquijs & vene. sancto. in extraua. vbi dicitur. Cū preexcelsa meritorū insignia(q̄bus regina cœlorū virgo dei genitrix gloriosa/ sedibus prę̄lata ętheries: syderibus quasi stella matutina perrutilans) deuotę considerationis indagine perscrutamur: & ifra pectoris arcana reuoluimus: q̄ ipsa vtpote via misericordię/ mater gratię & pietatis/ amica humani generis/ consolatrix pro salute fideliū: qui delictorū onere grauātur sedula oratrix: & peruigil ad regem quē genuit intercedit. Dignū quin potius debitū reputamus: vniuersos Christi fideles vt oīpotēti deo(cuius prouidentia eiusdē virginis humilitatē/ ab ęterno respiciēs/ pro reconcilianda suo auctori humana natura/ lapsu primi hoīs ęternę morti obnoxia: iam sui vnigeniti habitaculū/ sancti spiritus prępiratione cōstituit: ex qua carnem nostrę mortalitatis/ pro redemptione populi sui assumeret: & imaculata virgo nichilominus post partum remaneret) de ipsius imaculatę virginis mira conceptione gratias & laudes referant: & institutas propterea in dei ecclesia missas & alia diuina officia dicant & illis intersint: indulgētijs & peccatorū remissionibus inuitare: vt exinde fiant eiusdē virginis meritis & intercessione/ diuinę gratię aptiores. Hac igitur cōsideratione inducti/ eiusdem oīpotentis dei ac beato℞ Petri & Pauli ap̄lo℞ eius auctoritate cōfisi: auctoritate ap̄lica hac imperpetuū valitura cōstitutione statuim⁹ & ordinamus. q̄ oēs & singuli Christi fideles vtriusq; sexus/ q missam & officiū eiusdē virginis gloriosę: iuxta piā/ deuotā & laudabilē ordinationē dilecti filij Leonardi de Nagatolis clerici Verōn. notarij nostri: & quę desuper a nobis emanauit missę & officij hmōi institutionē: in die festiuitatis cōceptionis eiusdē virginis Marię: & per octauas eius deuote celebrauerint/ & dixerit: aut illis horis canonicis interfuerint/ quotiēs id fecerint: eandē prorsus indulgētiā/ & peccato℞ remissionē consequant̄: quā iuxta felicis recordationis Vrbani quarti/ in concilio Vien̄. approbatę: ac Martini quinti/ & alio℞ romanorū pontificū prędecessorū nostrorū cōstitutiones cōsequūtur illi: q missam & horas canonicas/ in festo corporis & sanguinis dn̄i nostri Ihesu Christi: a primis vesperis/ & per illius octauas iuxta Ro. eccl̄ię cōstitutionē celebrant/ dicūt/ aut missę officio & horis hmōi intersunt: pręsentibus & p̄petuis tēporibus valituris. Datū Romę apud sanctum Petrū. Anno incarnationis dominicę.1466.3.kal. Martij. pōtifi. nr̄i anno.6. Hęc ibi. Extrauagās autē quę imediate subseq̄tur: & est eiusdē Sixti quarti/ & in anno dn̄i.483. s. millesimū. pridie nonas septembris emissa. Eos omnes qui affirmare pręsumerēt/ eos qui crederent/ aut tenerent: eandē dei genitricem ab originalis peccati macula in sua cōceptione pręseruatā fuisse: hęreticos esse/ aut mortaliter peccare. Decernit/ statuit/ & ordinat eo ipso sententiā excōicationis incurrere: a qua non nisi in mortis articulo ab alio q̄ a papa possint absolui. Secundo circa eandē verbiparę virginis immaculatā conceptionē notetur qd dicit Panor. in c. Conquestus. in primo no. de ferijs. vbi dicit. Speculator dicit in ti. de ferijs. in prin. festū conceptionis nō celebrari ex pręcepto/ tametsi in multis locis celebret̄ ex deuotione non improbanda: tn̄ de hoc fuit longa altercatio inter fratres prędicatores asserētes eā in originali peccato fuisse cōceptā: p̄ptereaq; cōceptionis festū non esse celebrandū/ & fratres minores cōtrariū affirmātes: sed ego audiui solennē magistrū in artib⁹ & theologia de ordine eremitarū sancti Augustini, tenentē dictā conceptionē fuisse extra peccatū originale. Mouebatur principaliter quia peccatum originale non est/ nisi quidā reatus seu quędam obligatio ad pœnā ęternam quę prouenit ex peccato primorum parentū. facit bonus tex. in c. Firmissime. de cōse. distin.4. sed credendū est deū ab hac obligatione absoluisse a principio beatam virginē ex qua debebat carnē humanā assumere. & hęc opinio michi placet tanq̄ pia & satis rationabilis: cum enim in ea non solum peccatum omne deleuerit/ sed etiam omnem prauitatem & cōcupiscentiam: adeo q̄ peccare non poterat. vt notatur in c.3. de conse. distinc.4. Fortius credēdum

est ꝙ a principio eā exemit ab illa obligatione originalis peccati. Et audio ꝙ hanc opi. ecclesia approbauerit vnde hodie fit festum celebre de Conceptione. Refert tamen Io. Cal. ꝙ beatus Bernardus plene hoc tractat in epistola ad canonicos Lugdunēses: & tenet ꝙ fuit cōcepta in peccato originali / reprehenditq; eorum cōsuetudinē qui hoc festum celebrant licet subiungat ꝙ post conceptionē fuit sanctificata in vtero: & sic Natiuitas fuit sancta. & vtrūq; tenet glo. statim allegāda. in d.c.2. de conse. dist. 3. Michi tamen plus placet precedens opinio / quæ

anteq̄[s] conuenirent / inuēta[t] est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius / cum esset iustus & nollet eam traducere: voluit[v] occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante: ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph: dicens. Ioseph fili Dauid noli[x] timere accipere Mariam cōiugem tuam. Quod enim[y] in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ihesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autē totum factum est: vt adimpleretur quod dictū est a domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habebit / & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel: quod est interpretatū / nobiscū deus. Exurgens autem Ioseph a somno: fecit sicut præcepit ei angelus domini: & accepit[z] coniugem suam: & non[a] cognoscebat eam / donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit[b] nomē eius Ihesum.

Matth. 2. b. ¶ Magi intrantes domum inuenerunt puerū cum Maria matre eius: & procidentes[c] adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera / aurū / thus & myrrham. Et latius supra in verbo magi.

Lucę. 1. c. d. ¶ In mense sexto (postq̄ concepit Elizabeth) missus est angelus[d] Gabriel a deo in ciuitatem Galilęæ: cui nomen Nazareth: ad virginem

vt audio est hodie approbata per ecclesiam. Hæc Panor. Ex præmissis liquet ꝙ hodie non est tenenda glo. quę habet in ca. 1. in verb. Natiuitatis. de cōse. dist. 3. quę vult ꝙ ideo text[9] ille enumerās festos dies non meminit festi cōceptionis diuę virginis: quia celebrandum nō est sicut in multis regionib[9] fit & maxime in Anglia. & est ratio: quia in peccatis concepta fuit sicut & cęteri sancti excepta vnica persona Christi. Hęc glo. quę vt dictū est / hodie respui debet. Et eodē modo reijcenda est glo. in c. 2. in verb. Miraculo. quę eadē ratione mota dicit / natiuitatem Marię in vtero non celebrari. Secūdo circa eiusdē dei genitricis Marię natiuitatē notet tex. in d.c. 1. de conse. dist. 3. vbi cautū est / vt ab ecclesia & orthodoxę fidei cultoribus solēnizetur. Tertio circa eius annunciationē notetur glo. in d.c. in verb. Natiuitatis. in fi. dū dicit ꝙ de dicta annūciatione celebre festū agitur ab ecclesia. Circa eandē etiā annūciationē notetur qd dicit Hostien. in c. 2. paulo post princi. de cōuer. infi. vbi dicit post Ber. Gloriosa domina nostra virgo Maria concepit sine pudore: portauit sine grauedine: & peperit sine dolore. Cętera quę circa annūciationē dici possent: dicetur infra eodē Lucę. t. Quarto circa suę vitę sanctitatē notetur glo. in d.c. 2. in verb. Miraculo. in princi. de cōse. dist. 3. quæ vult beatā Mariā tanta fuisse dei gratia locupletatā: vt nedū non peccauerit / sed nec etiā peccare potuerit. Quinto circa gloriosam eius ad cœlos assumptionē: notet cōis cōclusio canonistarū in c. Ne innitaris. de cōsti. vbi tenēt eam nedū in aīa / sed etiā in corpore fuisse assumptā. Circa quā etiā assumptionē notetur text[9] in c. Alma. col. fi. de sen. excō. in 6. vbi permittit ꝙ eo die missę & alia officia ecclesiastica decātari possint generali interdicto nullatenus obstante. Et similiter notet tex. in c. 1. de obser. ieiu. vbi in assumptionis ꝓfesto ieiuniū indicitur. Sexto circa eandē assumptionē videatur glo. in l. Omnes. in verb. Apostolice. in fi. C. de ferijs: quę dicit / ꝙ eadē sanctissima virgo Maria / est in cœlo super oēs apostolos angelos & archāgelos. Septimo circa eam quā pro peccatoribus oibus gerit erga deū sollicitudinē / & tutum qd ad eā omnes debemus habere cōfugiū: notet tex. in d. extrauagāti. Cum preexcelsa. in prin. & in l. 1. col. 1. versi. Hoc etiā. C. de offi. pręfec. pręto. Aphricę. Vltimo pro eo laudis titulo quē ei dat euāgelicus iste sermo: matrē eam Ihesu appellans / notetur text[9] in epistola imperatoris ad Ioannē papam / cuius exordiū est. Nos reddentes honorē. §. Et qm. de sum. tri. & fi. catho. vbi dicit. Sanctā atq; gloriosam virginē Mariā: proprie & vere dei matrē esse dicimus. non quia deus verbum / principiū ex ipsa sumpserit: sed quia ex ipsa incarnatus & homo factus & nat[9] est. Hęc ibi. Et in c. Inuenta. 27. quęsti. 2. vbi dicitur. Maria dei vnigeniti mater est æterna.

s ¶ Anteq̄ cōuenirēt. Declaret vt dictū est in verb. Ioseph. t ¶ Inuēta est in vtero habēs de spiritu sancto. Inuēta est a Ioseph in vtero habere / sed nō de spū sancto sciebat esse: cū postea vt dubius deliberaret dimittere. Ita dicit glo. or. & hoc etiā ꝓbat tex. in d.c. Inuēta. in prin. iuncto c. Si peccauerit. paulo post prin. 2. q. 1.

v ¶ Voluit occulte dimittere eam. Videatur quod dictum est in verb. Ioseph.

x ¶ Noli timere accipere Mariā coniugē tuam. Augustinus cum de parētibus dñi loqueretur ait. Coniuges fuerunt mente & non carne: sicut & parentes idest parens scilicet Ioseph: nā Maria carne fuit eius parens) ex quo datur intelligi: ꝙ sicut Ioseph pater dñi dictus est / non effectu geniturę / sed officio & cura prouidendi: sic & coniunx mater eius appellatur: non coniugij effectu / sed subministratione necessariorum / & indiuiduæ mētis affectu. Vocatur tamen hic coniunx: non quia adhuc erat / sed quia futura erat. Sponsę enī appelātur cōiuges cōsuetudine scripturę / spe futurorum non effectu pręsentiū. Hęc omnia quę istorū declarationi verborum subseruiunt habētur in c. Institutū est. versi. Itē Augustinus. iuncta glo. in verb. Parentes. & iuncto versi. Potest aliter. 27. quęsti. 2. Cætera dicenda circa hęc verba / videantur in verb. Ioseph.

y ¶ Quod enim in ea natum &c. Recurratur ad verbum Ihesus.

z ¶ Accepit coniugē suā. Ad vitandā. s. virginis infamiā / ad celandū saluatoris aduentū: & ad necessarium pueri nascentis obsequiū. Hęc declaratio est glo. or. circa quā videat tex. in d.c. Inuēta. versi. Dico coniugē. 27. q. 2. vbi dicit. Dico cōiugem: vt diabolo virginitatē eius occultē: & vt legis instituta non destruam.

a ¶ Nō cognoscebat eā / donec peperit filiū suū primogenitū. Recurrat ad verbū Ioseph. & ibi dictis addat: ꝙ dū hic dr peperit filiū suū: glo. interlinearis exponit. i. substātię suę. Corporis enī sui substantiā accepit Christus de Maria: qd est cōtra Valētinianos / a quodā Platonico sectatore sic vocatos: q Chrm de Maria nichil corporis assumpsisse / sed p eā q̄si p fistulā trāsisse asseruit. d.c. Quidā. versi. Valētiniani. 24. q. 3. & dictū est s. in verb. Lepra. v.

b ¶ Vocauit nomē eius Ihesum. Videatur qd dictū est verb. Ihesus.

c ¶ Et pcidētes adorauerūt eū. Recurrat ad verbū Magi. & ibi de his quę in huius annotatiōe sententiæ dici possent videatur.

d ¶ Angelus Gabriel. Ideo angeli ex nomine aliquādo signantur: vt ex ipso nomine quid ministraturi veniant demōstretur. Gabriel fortitudo dei: quia illum nunciat qui ad debellandum diabolum veniebat. pro hac

declaratione(quę est glosę ordi.) facit bonus tex. in c. Cum redemptor. in princip. 12. quęsti. 2. dum ibi dicit. Redēptor noster totius conditor creaturę ad hoc propitiatus humanam voluit carnē assumere: vt diuinitatis suę gratia dirupto(quo a diabolo tenebamur captiui) vinculo seruitutis/ pristinę nos restitueret libertati.

e ¶ Et nomen virginis Maria. Quare Christus de Maria virgine & non de alia voluit nasci: dicunt sancti ꝙ sicut ex superbissima natus est morbus: sic per contrarium ex humillima inchoari debuit medicina. Vnde verso nomie Euę ipsi virgini dictum est aue. Item sicut ad summā humilitatem dei filius voluit incarnari: sic summe humilem eligere voluit in qua & a qua tāta deberet humilitas ichoari: vnde ipsa in cantico suo dixit. Respexit dominus humilitatē ancillę suę. Tertio quia vt quædā refert historia: prima ipsa fuit q virginitatē deo obtulit. vnde quia nouū doni genus obtulit: nouo & inaudito dono debuit honorari. In cōiugio autē Ioseph cōsensit instinctu spiritussancti ad celandū mysterium. glo. est cuius sunt omnia præmissa in cle. 1. in verb. Virginali. de sum. trini. & fi. catho. Sed Cardinalis ibi in nona quęstione dicit ꝙ iste rationes precise non cōcludunt/ sed suadent. Vñ subiungit. Rationē efficacem reddi nō posse: sicut nec reddi pōt de prędestinatis ad gloriā/ vel pręscitis ad gehennam/ cur potius hic ꝙ ille. Sed apostolus in hoc dat similitudinē de figulo a quo vasa quędā finguntur ad honorem: & quędam ad vsum infimū & contemptibilem. Sufficit ergo dicere. O altitudo diuitiarum &c. c. Si ex bono. de pœni. distinc. 4. Hęc Cardi.

desponsatam viro/ cui nomen erat Ioseph/ de domo Dauid: & nomen [e] virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia [f] plena: dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset/ turbata [g] est in sermone eius: & cogitabat [h] qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero/ & paries filium: & vocabis nomen eius Ihesum. Hic erit magnus/ & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo [i] fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respōdēs angelus: dixit ei. Spiritussanctus [k] superueniet in te: & virtus altissimi [l] obūbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctū/ vocabitur fili⁹ dei. Et ecce Elizabeth cognata tua/ & ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis. quia non erit impossibile apud deū omne verbum. Dixit autē Maria. Ecce ancilla domini: fiat [m] michi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

¶ Exurgens Maria in diebus illis abijt in mōtana cū festinatione/ in ciuitatem Iuda: & intrauit i domū Zachariæ/ & salutauit Elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē Mariæ Elizabeth: exultauit ifans i vtero ei⁹. Et repleta est spū sancto Elizabeth: & exclamauit voce magna/ & dixit. Benedicta tu iter mulieres: & benedict⁹ fruct⁹ vētris tui. Et vnde [n] hoc michi/ vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce eni vt facta esset vox salutatiōis tuæ i aurib⁹ meis: exultauit i gaudio ifans i vtero meo: & beata quæ credidisti. qm̄ perficiētur ea q̄ dicta sunt tibi a dño. Lu. 1. d. e. f.

f ¶ Gratia plena. Vere gratia plena quę prima inter fœminas virginitatis gloriosum munus deo obtulit. Ita dicit glo. or. & glo. in d. cle 1. in verb. Virginali. in fi. de sum. tri. & fi. catho Sed aduertendū est qa huius angelicę salutationis tempore virgo Maria necdum virginitatē vouerat: sed solum se virginitatem seruaturā proposuerat: postea vero cum filium genuit/ quod corde conceperat simul cum viro labijs expressit: & vterq; in virginitate permansit. Ita dicit Augusti. in c. Beata Maria. 27. quęsti. 2.

h ¶ Et cogitabat qualis esset ista salutatio. Sciebat prudens virgo ꝙ sępe angelus Sathanę transfigurat se in angelum lucis. c. Epi. versi. Si quidē ipse Sathanas. &c. Nec mirū. paulo post mediū. 26. quęsti. 5. & c. Licet. §. Quocirca. de regula. Et quia humilis & simplex erat: nichil tale penitus a sancto angelo sperabat. & ideo cogitabat qualis esset ista salutatio.

i ¶ Quomodo fiet istud/ qm̄ virū non cognosco. Declarētur hęc verba Marię vt dictū est s. in ver. Angelus.

k ¶ Spiritussanctus supueniet in te. Maria superius dicta est fuisse gratia plena: & nūc quomō dicit (dicit Ber.) spiritussanctus supueniet in te. Nunqd potuit repleri gřa & necdū habere spiritū sanctū/ cū ipse sit dator gratiarū? Si autē iam spūssanctus in ea erat: quomō adhuc tanq̄ nouiter supuēturus repromittit? Forte ideo nō dixit: Spūssanctus veniet in te/ sed superueniet: qa & prius quidē in ea fuit p multā gřam: sed nūc supuenire nūciatur ꝓpter abundātioris gratię plenitudinē quā effusurus est sup illā. Gratia eñ quibusdā meritoꝝ gradibus augmentationē suscipit: prout est amplus tex. Gregorij in c. Dum sanctā. de pœni. dist. 2. At vero cū plena iam sit gratia: augmentū gratię quomō ipsa capere poterit? Si autē plus aliqd capere pōt: quomō & ante plena fuisse intelligenda est? Sed prior quidē gratia eius tm̄ repleuerat mentē: sequens vero etiam ventrē perfundere debet: quatenus scilicet plenitudo diuinitatis/ quę ante in illa spiritualiter habitabat vt in plerisq; sanctoꝝ: etiā sicut in nullo sanctorū corporaliter/ in ipsa inciperet habitare: vt scilicet nedum hominis/ sed etiam veri dei vera sit & habeatur mater. quod impius Nestorius Constātinopolitan⁹ epš abnegare non erubuit: beatā Mariā virginem non dei/ sed hominis tantūmodo matrem asserens. d. c. Quidā. versi. Nestoriani. 24. quęsti. 3.

l ¶ Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Hoc est: hęc in te spiritussancti superuētio quo fœcūdaberis in sacramēto erit: & qd sola per se trinitas: in sola & cū sola virgine voluit operari/ soliq; datū est nosse cui soli datū est experiri: ac si angelus dicat ad virginem. Quid me requiris quod in te mox experieris? Sciens scies/ & feliciter scies sed illo doctore quo & auctore. Hæc declaratio est Bernar. Pro qua facit illud Esaię citatum per glo. & docto. in c. 1. de sum. tri. & fi. catho. Generationē eius quis enarrabit? q. d. ipse solus/ alius nemo.

m ¶ Fiat michi scdm verbū tuum. Quod statim factū est. i. statim virtute diuina dei filium concepit/ & triplex vnio facta est. vna animę ad carnem: alia diuinitatis ad animā. & tertia diuinitatis ad carnem. & hęc fecit Christum hominem. Ita dicit Hostien. in c. 1. col. 4. in verb. Compositus. de sum. tri. & fi. catho.

n ¶ Et vnde hoc michi &c. Videatur quod dictum est in verb. Elizabeth.

o ¶ Magnificat anima mea dominũ. Magnificatur dñs: nõq̧ et aliquid humana vox adiungat: sed quia magnificatur in nobis dũ anima nostra quę ad imaginẽ dei creata est: per iustitiã se Christo cõformat qui est imago dei patris. Et sic dum ipsum Christum imitando magnificat: quidam participatione magnitudinis eius fit sublimior: vt illam imaginẽ splendido bonorũ colore factorũ / & quadam æmulatione virtutis in se videatur exprimere. Pro hac declaratiua sententia (quę est glo. or.) est bo. tex. in c. Illa aia. de pœni. distinc. 2. de quo videatur in verb. Imago.

Et ait Maria. Magnificat [o] anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia [p] respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius / a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ. Sicut loquutus est ad patres nostros: Abraham & semini eius in secula. Mansit [q] autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.

Luce.2.a. ¶ Ascendit Ioseph a Galilęa de ciuitate Nazareth in Iudæam / in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleẽ: eoq̧ esset de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum [r] est autem cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: & pannis eum inuoluit / & reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio &c. Vt supra Ihesus.

2.c. ¶ Venerunt pastores festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc: conferens [s] in corde suo. Et supra Ihesus.

2.e. ¶ Benedixit parentibus Ihesu Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui contradicetur. Et [t] tuam ipsius animam pertransibit gladius. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Ioan.19.e. ¶ Stabant iuxta crucem Ihesu mater eius: & soror matris eius: Maria Cleophę & Maria Magdalenæ. Cum [v] vidisset ergo Ihesus matrem & discipulum stantem quem diligebat: dixit matri suæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Actu.1.b.c ¶ Petrus & Ioannes & Iacobus & Andreas / Philippus & Thomas / Bartholomeus & Matthæus / Iacobus Alphæi & Simon Zelotes / & Iudas Iacobi manebant in cœnaculo. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum [x] mulieribus & Maria matre Ihesu & fratribus eius.

Maria Salome & Maria Cleophe.

¶ De hac duplici Maria vide in verbo Ihesus. Matth. 27. cap. f. 28. a. & Ioã. 19. e.

Maria magdalene.

Ioã.12.a.b. ¶ Maria accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi / & vnxit [xx] pedes Ihesu: & extersit pedes eius capillis

p ¶ Respexit humilitatem ancillę suę. Facta est annotatio i verbi Humilitas.

q ¶ Mãsit autẽ Maria quasi mensib⁹ tribus. Mystice: anima casta quę spiritualis verbi desyderium concipit: necesse est vt alta exercitus cœlestis iuga subeat: & quasi triũ mensium dies ibidẽ demorata / quousq̧ fidei / spei / & charitatis luce radietur / perseuerare non desistat. Sicut enim pro colligendo terrę fructu post semen in terram missum: herba per terram ex semine producẽda est: deinde spica / & demum fructus. sic vbi desyderia bona concepimus / & sic semen in terram misimus: recta icipere debẽm⁹ operari / vt sic herba simus: postea ad profectum boni operis pergere: vt sic ad spicam perueniamus. Demum in eiusdem boni operis perfectione solidari: vt sic plenum fructũ in spica proferamus. textus est in c. Dum sanctã. colum. fina. de pœniten. distinc. 2.

r ¶ Factum est autẽ cum essent ibi &c. Pro his quę in istorum dicenda sunt annotatione verborum: recurratur s. ad verbum Ihesus. & ad verbum Diuersoriũ.

s ¶ Cõferẽs in corde suo. Mariæ docemur exemplo / ea quæ postea diuulgaturi sumus / prius interiori esse collatione trutinanda: ad quod facit textus Hiero. in ca. Sic viue. 16. quęsti. 1.

t ¶ Tuã ipsius animã pertrãsibit gladius. Videatur quod dictũ est in verb. Ihesus.

v ¶ Cũ vidisset Ihesus matrem &c. Recurratur ad verbũ Discipulus.

x ¶ Cum mulieribus & Maria matre Ihesu. Virgo Maria a mulieribus distinguitur. Quæ tamen nonnunq̃ mulier / non a corruptione sed a sexu appellatur. prout dictum est supra in verbo Discipulus.

xx ¶ Et vnxit pedes Ihesu. An hæc fuerit ea de qua dicit Matthęus / q̧ effudit vnguentum super caput ipsius recumbentis: dixi quod sentio in verbo Ihesus. Matth. 26. a. Et an sit illa de qua scriptum est / q̧ erat in ciuitate peccatrix: dixi in dicto verb. Ihesus. Lucę. 8. a. & tam hic q̃ illic cõpendio vsus sum: tum quia scripserũt alij satis exacte: tum vero / quia propter vniuersalem ecclesiæ ritum: rem claram esse censui: proindeq̧ superuacaneum sum arbitratus in re clara sermonem protrahere: & ita eniti solem facibus illustrare.

ſuis / & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Scariothis qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs: & datum eſt egenis? Dixit autem hoc / non quia de egenis pertinebat ad eum: ſed quia fur erat / & loculos habens / ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Iheſus. Sinite illam vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. Pauperes enim ſemper babetis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis.

¶ Alias ſententias de Maria Magdalenæ loquentes require in verbo Iheſus. Matth. 27. f. 28. a. b. Lucæ. 8. a. 10. g. Et Ioannis. 20. a. b. c. d. Et in verbo Lazarus frater Marthæ & Magdalenæ toto diſcurſu.

Maria ſoror Moyſi & Aaron.

¶ Sumpſit [y] Maria propheti ſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua: egreſſæq; ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris: quibus præcinebat dicens. Cantemus domino. Glorioſe enim magnificatus eſt: equum & aſcenſorem deiecit in mare &c. Exodi. 15. c.

¶ Loquuta eſt Maria & Aaron contra Moyſem propter vxorem eius Aethiopiſſam: & dixerunt. Num per ſolum Moyſem loquut⁹ eſt dominus? Nonne & nobis ſimiliter eſt loquutus? Quod cum audiſſet dominus: iratus eſt valde. Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra. Statim loquutus eſt dominus ad eum & ad Aaron & ad Mariam. Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cumq; egreſſi fuiſſent: deſcendit dominus in columna nubis: & ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cum iſſent: dixit ad eos. Audite ſermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta domini: in viſione apparebo ei / vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus Moyſes qui omni domo mea fideliſſimus eſt. Ore enim ad os loquor ei. Palam [z] & non per ænigmata & figuras deum videt. Quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratuſq; contra eos abijt. Nubes quoq; receſſit quæ erat ſuper tabernaculum. Et ecce [a] Maria apparuit candens lepra quaſi nix. Cumq; reſpexiſſet eam Aaron & vidiſſet perfuſam lepra: ait ad Moyſem. Obſecro domine mi ne imponas nobis hoc peccatum quod ſtulte commiſimus / ne fiat hæc quaſi mortua: & vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſuæ. Ecce iam medium carnis eius deuorata eſt a lepra. Clamauitq; Moyſes ad dominum: dicens. Deus obſecro ſana eam. Cui reſpondit dominus. Si [b] pater eius ſpuiſſet in faciem illius: nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur [c] ſeptem diebus extra caſtra: & poſtea reuocabitur. Excluſa eſt itaq; Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo donec reuocata eſt Maria. Nůeri. 20. a

¶ Mortua eſt in deſerto Sin Maria / & ſepulta in eodem loco.

y ¶ Sumpſit Maria propheti ſſa tympanū. Huius facti Mariæ ſororis Aaron / meminit textus in c. Plerūq. §. Item obijcitur. 2. quæſti 7. de quo videatur in. 2. annotatione ſequenti.

z ¶ Palam & non per ænigmata &c. Videatur quod dictum eſt in verb. Aenigma.

a ¶ Et ecce Maria apparuit candens. Pro myſtica huius ſentētiæ declaratione: notetur text⁹ in c. Plerūq. §. Item obijcitur. iuncto. §. His ita reſpondetur. verſi. Sed & Moyſi. 2. quæſti. 7. vbi dicitur. Obijcitur ꝙ ſubditi etiam religioſi prælatos ſuos accuſare nō poſſint. Legit̄ enim ꝙ Maria ſoror Aarō quæ prima poſt tranſitum maris rubri / ſumpto tympano hymnū cātare meruit: poſtea murmurans in Moyſem / eo ꝙ æthiopiſſam duxerat vxorem: a dño lepra percuſſa eſt. Sed huic reſpondet / ꝙ p Moyſem prælati itelliguntur: p æthiopiſſam vxorem / peccatores intelliguntur. Moyſes æthiopiſſam vxorē ducit: cum quilibet prędicator peccatorē ſibi copulat / vt ex eo ſobolem bonorū operum deo gignere valeat. hanc copulam dum Maria. i. ſubditi reprehēdunt: lepra peccati inficiuntur. Hæc ibi.

b ¶ Si pr ei⁹ ſpuiſſet &c. Quaſi. d. ſi pater eius vilificaſſet eam pro aliquo crimine ſuo: nōne aliquo tēpore deberet verecundari? Ita declarātur hęc verba per Archi. in c. Plerunq. colū. 2. 2. quæſti. 7.

c ¶ Separetur ſeptē dieb⁹ extra caſtra / poſtea reuocabitur. Hic notet̄ text⁹ in c. Hoc ipſum. in prin 33. quæſti. 2. vbi dicitur. Hoc ipſum ꝙ canonum cenſura poſt. 7. annos pœnitētiæ / remanere peccatores in priſtinū ſtatū præcepit: nō electione ꝓprij arbitrij ſancti patres / ſed potius ex ſentētia diuini iudicij ſanxerunt. Nam legitur ꝙ Maria ſoror Aaron prophetiſſa: dū detractionis aduerſus Moyſem incurriſſet delictū / ilico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Cumq; peteret Moyſes vt emundaret: præcepit eam dñs extra caſtra ſeptē diebus egredi: & poſt emūdatione rurſum eam in caſtra admitti. Maria ergo ſoror Aaron / caro intelligitur: quæ dū ſuperbiæ dedita / ſordidiſſimis cogitationū maculatur contagijs: extra caſtra ſeptē diebus / hoc eſt extra collegium eccleſiæ. 7. annis proijciatur. vt poſt emundationem vitiorum / loci vel priſtinæ dignitatis recipiat meritum. Hæc ibi. De hoc tamen (an ſcilicet hodie pro peccato mortali ſeptēnis pœnitentia imponatur) dicetur in verb. Pœnitentia. poſt glo. in c. Sunt plures. in verb. Nulle. de pœnitē. diſtinc. 3. Secundo circa hanc ſententiam notetur textus in cap. Si poſt. §. Econtra. 50. diſtinc. vbi dicitur. Qꝫ poſt actam pœnitentiam: proprios gradus poſſit quis licite miniſtrare / & ad maiores poſſit cōſcendere ex eo probatur: ꝙ Maria ſoror Aaron / poſtq̄ lepra percuſſa eſt / quia in Moyſem murmurauerat: acta pœnitentia a peccato mundata eſt / & priſtinam gratiam prophetizandi recepit. Hæc ibi.

d ℭ Si maritum mulier habuerit/& vouerit aliquid &c. Recurratur ad verbum Vouere.

e ℭ Scribet libellum repudij: & dabit in manu illius/& dimittet eam &c. Circa literalē sensum huius sententię potest videri diffusus tex. in l. Consensu. C. de repudijs. de quo dictū est s. in verb. Dimittere. Pro morali autē sensu qui est scdm Grego. q si quis terrenā susceperit curam/quā postea criminibus iuenerit pollutā/propterea ipsam dimittendā censuerit: nequaq̄ vlterius eam accipiat/ tametsi accipere posset: vtpote alterius qui eam occupauerat/ dimissione vel morte vacantē. Facit bo. tex. Gregorij i c. Negotiū. i fi. de pœni. dist. 5. dū ibi dr. Sunt pleraq negotia q̄ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt: & ad hęc necesse est vt post cōuersionē animus non recurrat. Hęc ibi.

Nūc. 30. b. c **Maritus.** ℭ Si maritum [d] mulier habuerit & vouerit aliquid : & semel de ore eius verbum egrediens/animam eius obligauerit iuramēto: quo die audierit vir & nō cōtradixerit/voti rea erit: reddetq quodcūq promiserat. Sinautem audiens statim contradixerit & irritas fecerit pollicitationes eius: verbaq quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei dominus.

Deu. 24. a. ℭ Si acceperit homo vxorem & habuerit eam : & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem : scribet [e] libellum repudij & dabit in manu illius: & dimittet eam de domo sua. Cumq egressa alterum maritum duxerit : & ille quoq oderit eam : dederitq ei libellū repudij : & dimiserit de domo sua : vel certe mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est & abominabilis facta est coram domino: ne peccare facias terram tuam quam dominus deus tuus tradiderit tibi possidendam.

Tho. 10. d. ℭ Apprehendentes parentes eius Saram/osculati sunt eam: & dimiserunt ire/monentes eam honorare soceros : diligere [f] maritum : regere familiam: gubernare domum & seipsam irreprehensibilem exhibere.

Hester. 1. d. ℭ Rex Assuerus interrogauit sapientes : qui ex more regio semper ei aderant : & illorū faciebat cuncta cōsilio &c. cui sententiæ Vasthi regina subiaceret: quę Assueri regis mariti sui imperium/ quod per eunuchos mandauerat facere noluisset: Respondit: Mamucha audiēte rege atq principibus. Non solum regem læsit regina Vasthi : sed & omnes populos & principes qui sunt in cunctis prouincijs regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres/ vt contemnant viros suos : & dicant. Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum: & illa noluit. Atq hoc exemplo/ omnes principum coniuges Persarum atq Medorum paruipendent [g] imperia maritorum : vnde regis iusta est indignatio. Si ergo tibi placet : egrediatur edictum a facie tua : & scribatur iuxta legem Persarum atq Medorum quam præteriri illicitum est: vt nequaq̄ vltra regina Vasthi ingrediatur ad regem : sed regnum illius altera quæ melior est illa accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) pronunciarum tuarum diuulgetur imperium / vt cunctæ vxores tam maiorum q̄ minorum deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi & principibus : fecitq iuxta consilium Mamucha : & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui: vt quæq gens legere & audire poterat diuersis linguis & litteris: esse viros pricipes & maiores i domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

Martha. ℭ De Martha videātur quę scripta sunt in verbo Fides Matth. 9. c. Ihesus. Lucæ. 10. g. & in verbo Lazarus. Ioan. 11. ca. per totum. & Ioā. 12. cap. a.

Apoca. 17. b **Martyr.** ℭ Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum: & de sanguine [h] martyrum Ihesu. Et miratus sum cum viderem illam admiratione magna &c. Et infra in verbo videre.

f ℭ Diligere maritū. Vxor diligere maritū debet/& ei argumēta dilectionis ostendere: debita sibi obsequia exhibendo. quæ nedū in copula/ sed etiam in custodiendo res mariti: lauandis sibi pedibus & capite/comestione paranda & similibus cōsistunt/dicit Ioan. An. in c. Literas. de resti. spoli. vbi tamen Panor. q̄tū ad pedū & capitis lotionē dicit: personę vxoris inspiciendā qualitatē. vt si nobilis sit ad ista vilia non teneatur: quia solum debet cōpelli operari scdm cōditionē psonæ suę. arg. l. Interdū. ff. de operis liber. Adhuc tamen/ si vxor ex opis suis labore & industria possit operando aliquid lucrari marito: potest maritus eam compellere vt operet. Alias si nolit operari poterit ei alimenta subtrahere: nisi forsā maritus ab ea dotem habuisset sufficientem: qua scilicet vxor & cōmunes liberi possent ali. tunc enim non posset inuita cōpelli vt operetur. Ita dicit Panor. per iura ibidem per eum allegata. in d. c. Literas. colū. fina. de resti. spolia.

g ℭ Paruipendent iperia maritorū. Quod tamen nequeunt vxores sine graui pręuaricatiōe facere. quęcunq enī vxor non subijcitur viro/hoc est capiti suo: eiusdē criminis rea est/cuius & vir si non subijciatur capiti suo/hoc est Christo. quia contra legem fidemq naturę est/ si ea quę christiana est/ & ex lege dei subiecta est viro/ imperare ei desyderat: cum etiam gentiles fœminę viris suis seruiant cōmuni lege naturę. Ita dicit Hiero. super epistolam ad Titum. & habetur in c. Cum caput. 33. quęsti. 5.

h ℭ De sanguine martyrum Ihesu. Martyres dicūtur/qui vel p lege dei tuēda/ vel pro veritate/ vel pro cōfessione nominis Christi moriuntur: & idē si vice Christi moriātur: vt innocētes ab Herode perempti. Ita con-

Massa. ℂRecurratur ad verbum fermentum.1.ad Corin.5.b.

Masculus. ℂQuicūq̧ in Christo Ihesu baptisati estis: Christū induistis. Non est Iudæus neq̧ Græcus: non est seruus neq̧ liber: nō est masculus [i] neq̧ fœmia. Omnes eni vos vnū estis in Christo Ihesu. Ad gala.3.d
ℂCætera supra in verbis Coitus. Leuiti.18.c. Dormire. Leui.20.b. Fœmina.ad Roma.1.d. Homo. Gene.1.d. Et īfra in verbis. Purgatio. Leuiti.12.a. Regnum.1.Cori.6.b. Votū. Leuiti.27.a. Et Mala.3.capi.d.

Matathias. ℂIn diebus Antiochi regis: surrexit Matathias filius Ioannis filij Simeonis sacerdos ex filijs Ioarim ab Hierusalem: & consedit in monte Modin. Et habebat filios quinq̧: Ioannem qui cognominabatur Gaddis/ & Simeonem qui cognominabatur Thasi/ & Iudam qui vocabatur Machabęus: & Eleazarum qui cognominabatur Abaron/ & Ionatham qui cognominabatur Apphus. Hi viderūt mala quæ fiebāt in populo Iuda & in Hierusalē. Et dixit Matathias. Væ michi. vt quid natus sum videre contritionem populi mei/ & contritionem ciuitatis sanctę: & sedere illic cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. Vasa gloriæ eiꝰ captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis: & iuuenes eius ceciderūt in gladio inimicorum. Quæ gens non hęreditauit regnum eius: & non obtinuit spolia eius? Omnis cōpositio eius ablata est. Quæ erat libera: facta est ancilla. Et ecce sancta nostra & pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est: & coinquinauerūt eam gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit [k] vestimenta sua Matathias & filij eius: & operuerunt se cilicijs: & planxerunt [l] valde. & venerunt illuc qui missi erant a rege Antiocho vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatē Modin immolare & accēdere [m] thura: & a lege dei discedere. Et multi de populo Israel consentientes accesserūt ad eos: sed Matathias & filij eius constanter steterūt. Et respōdentes qui missi erant ab Antiocho: dixerūt Matathię. Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate: & ornatus [n] filijs & fratribus. Ergo accede prior & fac iussum regis/ sicut fecerunt omnes gentes & viri Iuda: & qui remanserunt in Hierusalem. Et eris tu & filij tui inter amicos regis: & amplificatus auro & argento & muneribus multis. Et respondit Matathias: & dixit magna voce. Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt vt discedant vnusquisq̧ a seruitute legis patrū suorum/ & consentiant mandatis eius: ego & filij mei 1.macha.2.a.b.c.

cludit Archi. in c. Cathecuminū. in fi. de conse. distinc.4. Et de tribus primis (qui scilicet vel ꝑ lege dei tuenda/ vel veritate/ vel Christi nois cōfessione moriūtur) dubiū nō est/ quin saluētur etiā sine baptismo aquę. qa mors pro Christi noie suscepta habet vicem baptismi. c. Baptismi vicē. de cōse. distinc.4. Oia em̄ quę baptisatꝰ facit dū suscipit baptismū/ facit etiā qui suscipit martyriū. vt est textus solēnis in c. Cathecuminū. eadē disti. de quo textu videatur s. in verb. Fides, ad Ro.3. in annotatione istorum verboꝝ. Et pręputiū per fidē. De quarto autē martyrio innocentū est difficultas. De tali em̄ dicit Archi. in d.c. Cathecuminū. in prin. de cōse. dist.4. ꝙ si hodie paruulos non baptisatos contingeret occidi pro Christo: non credit ꝙ ecclesia iudicaret illos esse saluos sine diuina reuelatione alicui facta. Nec factum innocentū est trahēdū ad consequentiā: cum inter diuina miracula sit ponēdum. Ampla tamē est potentia dei: & in talibus potest opari prout vult. Vlteriꝰ aduertatur ꝙ id qđ dictū est de morientibus/ pro tuenda dei lege veritate/ aut Christi nominis cōfessione/ ꝓcedit & locum habet vbi mors ab alio inferret: secus si iferretur a seipso. Nemini em̄ quacūq̧ occasione mortem sibi licet iferre. Nec ita martyriū potest acquirere. textꝰ est Augustini in c. Tu dixisti. i fi. 23. q̄sti.5. Quod est notandū contra quosdā hęreticos Circūcelliones vocatos/ qui amore martyrij semetipsos perimunt: vt violenter de hac vita discedentes/ martyres nominētur. tex. est ita dicēs in c. Quidam. versi. Circūcelliones. 24.q.3. Secūdo quod dictum est procedit/ dūmodo qui martyriū patitur sit in charitate. i. habeat intuitū principaliter ad deū. Si enim aliū sibi finem proponeret/ martyriū ei ad salutem prodesse non posset: tex. est in c. Vide q̄tum. 1. q.1. in c. Nec ad Cain. in fi. 90. distinc. & notāt glo. & docto. in c. Firmissime. 15. quęsti.1.

i ℂNon est masculus neq̧ fœmina. Videat quod diffuse in istoꝝ annotatione verboꝝ dictū est: in verb. Fœmina. sed adhuc ibidē dictis addatur: ꝙ apud homines pluris fit masculus q̄ fœmina. vnde & dici solet ꝙ masculinū genus concipit fœmininū/ sed non econtra. De quo (quia est amplissima materia/ & ab hac sentētia satis aliena) nichil aliter attingo: sed de ea videri potest per modernos. in l. Si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iudi. & per Archi. plene in c. Si quis suadente. colū.2. 17. quęsti.4.

k ℂScidit vestimenta. De scissione vestimentorū est bo. tex. in c. Scindite. de pœni. dist.1.

l ℂPlanxerūt valde. Fœlix iste planctus/ qui non ob propriam sed ob dei assumitur iniuriā. Ea eni quę in dei aut sui cultus contumeliā fiunt: non nisi cū merito/ & equidē q̄ maximo/ moleste feruntur a nobis. cū ea quæ nobis infert iniuria nōnūq̄ dissimulāda/ vel potius remittēda sit. c. Inter querelas. cū cap. seq. 23.q.4.

m ℂAccendere thura. Absit a seculo nostro (dicit imperator) prophanos aris accendi ignes/ & adoleri in eisdem thura. l. Nemo. in princip. C. de paga.

n ℂOrnatus filijs. Ornatū afferūt filij parētibus. Qui em̄ filios habēt/ non habētibus debēt pręhonorari. tex. est in l. Spurij. §. fi. ff. de decurio. & l. In albo. & ibi Ioā. de pla. C. certi. lib.10.

o ℭ Non est nobis vtile &c. Nulla nobis vtilitas esse potest cũ legis nostrę transgressiõe: cum non prosit homini si vniuersum mundũ lucretur: aĩę vero suæ detrimentũ patiatur. c. Mathęus. de symo.
p ℭ Insiliens trucidauit eũ. Circa hęc verba notetur tex. in c. Si audieris in vna ex ciuitatibus. 23. quęsti. 5. vbi dicitur. Si audieris in vna ex ciuitatibus/quas dñs deus tuus dabit tibi/inhabitare illic: dicentes. Eamus et seruiamus dijs alienis/quos deos non nouisti: interficiens necabis oẽs qui sunt in ciuitate cęde gladij: & incẽdes ciuitatẽ igni/ & erit sine habitaculo in ęternum. nõ reędificabitur etiam nũc: vt auertatur de⁹ ab indignatione iræ suę: & dabit misericordiam tibi/ & miserebitur tui: & multiplicabit te/si audieris vocẽ dñi dei tui: & obseruaueris pręcepta eius. Cuius pręcepti & vigoris memor Matathias/interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum Christi circa deũ colendum/ & idola spernenda hęc pręcepta seruata sũt q̃tomagis post aduentũ Christi seruanda sunt: quãdo ille veniẽs/nõ tm̃ verbis nos hortatus sit: sed etiã factis. Hęc ibi.
q ℭ Fugit ipse & filij eius. Hęc vera fuga ẽ quę vt intemeratus fiat dei cult⁹ assumitur: quã etiam assumendam hortatur Ambrosi⁹ in c. cui portio. 12. quęsti. 1.
r ℭ Quicũq; venerit ad nos die sabbatorum/ pugnemus aduersus eũ. Si ineuitabilis vrget importunitas: nec quadragesimali tempore (Vñ & Machabęi pugnauerũt in sabbato) p defensiõe tam sua q̃ patrię/ seu legum paternarũ. est bellorum pculdubio pręparationi parcendũ. ne videlicet deũ videatur homo tentare: si habet qđ faciat/ & suę ac aliorum saluti consulere non pcurat/ & sanctę religionis detrimenta nõ pcauet. ita dicit tex. cũ glo. 1. in c. si nulla. 23. q̃st. 8.
s ℭ Omnis voluntarius in lege. Tales solos diligit deus. c. non est ꝙ cuiq̃. 15. quęsti. 1.
t ℭ Percusserũt peccatores in ira sua. Hęc ira iusta est/ & iustitię fautrix. Sic enim licet peccatorib⁹ indignari: vt eorũ impunita crimina non remaneant/sed potius seuera manu feriantur. c. Quęsitũ est cum duobus sequentibus. 23. quęst. 4. imo eos non punire/non mansuetudinis virtutem sed iniustitię notã pareret. Vnde dicit textus in c. Pręterea. 23. quęst. 8. Deuotionis studio exhortamur: cõtra marinos latrunculos (qui pretextu tui nois in Christicolas debacchantur) tanto vehementius accendaris/ q̃to illorum prauitate famã tui nois obfuscatam fuisse cognoscitur. quoniam licet credi possit/ꝙ te nolente illi nauigantibus insidiantur: tamen quia a te comprimi posse dicuntur: nisi eos cõpescueris: innoxius non habeberis. scriptũ quippe est. Qui crimina quę poterit emendare non corrigit/ipse committit. Hęc ibi.
v ℭ Non dederunt cornu peccatori. Idest non consenserũt iniquitati/imo eam iprobauerunt & redarguẽtes punierunt: quod etiam vt faciamus monemur per Augusti. dicentem. Quotquot habetis inter vos qui adhuc amore seculi pręgrauãtur: Auaros/periuros/adulteros/inspectatores nugarum/ & consultores mathematicorum/augurum/phanaticorũ/aruspicum: ebriosos/luxuriosos/quicquid inter vos malorum esse nostis q̃tũ potestis improbate: vt corde recedatis: & redarguite: vt excatis inde: & nolite consentire/ vt imundum non tãgatis. hęc habentur in c. Ecce. in fi. 23. quęsti. 4.

& fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propitius sit nobis deus: non est nobis [o] vtile relinquere legem & iustitias dei. Non audiemus verba regis Antiochi: nec sacrificabimus trãsgredientes legis nostræ mandata/vt eamus altera via.

1. mach. 2. c. ℭ Vt cessauit Matathias loqui verba hæc: accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secũdum iussum regis. Et vidit Matathias & doluit/& contremuerunt renes eius: & accensus est furor eius secũdum iudiciũ legis: & insiliẽs [p] trucidauit eum super aram. Sed & virum quem rex Antiochus miserat qui cogebat immolare: occidit in ipso tempore/ & aram destruxit: & zælatus est legem sicut fecit Phinees Zambri filio Salomi. Et exclamauit Matathias voce magna in ciuitate: dicẽs. Omnis qui zelum habet legis statuat testamentũ: exeat post me. & fugit [q] ipse & filij eius in montes: & reliquerunt quæcũq; habebant in ciuitate.

1. mach. 2. e ℭ Cognouit Matathias & amici eius plures (de quibus habetˀ. 1. Macha. 2. d.) Antiochi persecutiõe perẽptos: & luctũ habuerũt super eos valde. Et dixit vir pximo suo. Si oẽs fecerim⁹ sicut fratres nostri fecerunt: & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris & iustificationibus nostris: citius disperdent nos a terra. Et cogitauerũt die illa: dicẽtes. Omnis homo quicũq; [r] venerit ad nos i bello die sabbatorũ: pugnemus aduersus eum: & nõ moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga Iudæorum fortis viribus ex Israel: omnis [s] voluntarius in lege/& omnes qui fugiebãt a malis additi sunt ad eos/& facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerũt exercitum: & percusserunt [t] peccatores in ira sua/& viros iniquos in indignatione sua/& cæteri fugerunt ad nationes vt euaderent. Et circuiuit Matathias & amici eius & destruxerunt aras: & circunciderunt pueros incircũcisos quotquot inuenerũt in finibus Israel in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbiæ: & prosperatũ est opus in manibus eorum. Et obtinuerũt legem de manibus gentiũ/& de manibus regũ: & non [v] dederunt cornu peccatori.

1. macha. 2. f. g. ℭ Appropinquauerunt dies Matathiæ moriendi: & dixit filijs suis. Nunc confortata est superbia & castigatio/ & tempus euersionis & ira indignationis. Nunc ergo o filij æmulatores estote legis: & date animas vestras pro testamento patrum: & mementote operum patrum quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis: & reputatum est ei ad iustitiam? Ioseph in tempore angustiæ suæ

cuſtodiuit mandatum: & factus eſt dominus Aegypti. Phinees pater noſter: zelando [x] zelum dei accepit teſtamentũ ſacerdotij æterni. Iheſus dum impleuit verbum: factus eſt dux in Iſrael. Caleph dum teſtificatur: in eccleſia accepit hæreditatem. Dauid in ſua miſericordia cõſequutus eſt ſedem regni in ſecula. Helias dum zelat zelum legis: receptus eſt in cœlũ. Ananias & Azarias & Miſael credẽtes: liberati [y] ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate per generationẽ & generationem: quia omnes qui ſperant in eum nõ infirmãtur. Et a verbis [z] viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius ſtercus & vermis eſt. Hodie extollitur/ & cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuam/ & cogitatio eius periit. Vos ergo filij confortamini & viriliter agite in lege: quia cum feceritis quæ vobis præcepta ſunt in lege a domino deo veſtro: in ipſa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter ſcio ꝙ vir cõſilij eſt. Ipſum audite ſemper/ & ipſe erit vobis pater. Et Iudas Machabeus fortis viribus a iuuẽtute ſua ſit vobis princeps militiæ: & ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis. & vindicate [a] vindictã populi veſtri. Retribuite retributionem gentibus: & intendite in præceptũ legis. Et benedixit eos: & appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt anno centeſimo quadrageſimo ſexto. Et ſepultus eſt a filijs ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in Modin: & planxerunt eum omnis Iſrael ꝓ planctu magno.

Mater & Materfamilias.

¶ In ventre matris [b] meę figuratus ſum caro: decem [c] menſium tẽpore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis: & delectamento ſomni conueniente. Et ſupra homo diffuſius. Sapiẽ.7.a.

¶ Lætatus ſum in omnibus: quoniam antecedat me ſapiẽtia/ & ignorabam quoniam bonorum [d] omnium mater eſt. 7.b.

¶ Deus honorauit [e] patrem in filijs: & iudicium matris exquirens firmauit in filios. Eccli.3.a.

¶ Sicut qui theſaurizat: ita & qui honorificat matrem ſuam. eodem.

¶ Qui obedit patri: refrigerabit matrem. 3.b.

¶ Benedictio patris firmat domos filiorũ: maledictio [f] autem matris eradicat fundamenta. eodem.

¶ Pro peccato [g] matris reſtituetur tibi bonum: & in iuſtitia ædificabitur tibi: & in die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies ſoluentur peccata tua. eodem.

¶ Q̃ malę [h] famę eſt qui derelinquit patrẽ: & eſt maledictus a deo qui exaſperat matrem. 3.c

¶ Ego ſapiẽtia mater pulchræ dilectionis/ & timoris/ & agnitionis/ & ſanctæ ſpei. Et infra ſapientia latius. 24.c.

x ¶ zelando zelum dei. Quomodo Phinees zelatus fuerit legem dei: eſt bonus textus in c. Occidit.23.queſt.8. de quo dicetur. ĩ. in verb. Phinees.

y ¶ Liberati ſunt de flãma. Videantur iura in huius hiſtorie annotatione allegata ˜. in verbo. Bñdicere.

z ¶ A verbis viri peccatoris ne timueritis. facit textus in c. Noliie. in princip.11. queſti.3.

a ¶ Vindicate vindictam populi: retributionẽ retribuite gentibus. Similem facit Leo papa quartus cõmonitionem ad exercitum Francorum. in c. omni timore.23.q.8. vbi dicit. Omni timore ac terrore depoſito / contra inimicos ſanctę fidei & aduerſarios omnium religionum agere viriliter ſtudete. Nouit enim omnipotens ſi quilibet veſtrorum morietur / ꝙ ꝓ veritate fidei & ſaluatione patrię ac defenſione chriſtianorum mortuus eſt: & ideo ab eo pręmiũ cœleſte cõſeqtur. hęc ibi

b ¶ In ventre mr̃is meę figuratus ſum caro. Hinc mater appellatur quaſi materia: pater vero cauſa eſt. Ita dicit Archi. i c. Inuenta.27.q.2.

c ¶ Decem menſium tẽpore. Videatur quod dictum eſt in verbo Elizabeth. ibi. impleti ſunt dies vt pareret &c.

d ¶ Bonorũ omniũ mater eſt. De diſcretiõe legitur / ꝙ eſt mater oĩm virtutũ. c.1. de offi. cuſto. & dictum eſt ſ. i verbo Diſcretio. Et de inſtantia / ꝙ eſt mater omnium artiũ: ſicut eruditionis nouerca eſt negligentia. c. ſi. verſi. ſicut autem.83. diſtin.

e ¶ Deꝰ honorauit patrem in filijs & iudiciũ matris &c. Ideſt deꝰ per filios & patrem honorari iuſſit & matrem. Qui honor verſatur nedum in exhibitione reuerentię: ſed etiã in neceſſariorum ſubminiſtratione. Vnde ſi pater vel mater aliunde nõ poſſit ali q̃ a filio: tenetur filiꝰ alere / nec excuſatur ſi religionem velit ingredi: quia religiõis ingreſſus cum ſit ſupererogatiõis potius eſt prętermittendus aut protrahendus / q̃ alimẽtatio patris aut matris quę pręcepti eſt. tex. eſt iſtud probans in capi.1.30. diſtin. Et ita etiã tenent theologi immo fortius dicunt: ꝙ ſi cõtigeret filiũ patre aut matre derelictis religionem ingredi: non deberet ꝓfiteri / nec excuſaretur pretextu religionis quominus peccaret: & intrando & poſt ingreſſum profitendo. Ita dicit do. Gerſon in ſuis regulis moralibus pro quo facit d.c.1. & Feliy. in c. in pręſentia. de proba.

f ¶ Maledictio matris eradicat fundamenta. Declaretur vt diffuſe dictum eſt ſ. in verb. Maledictio.

g ¶ Pro peccato matris reſtituetur tibi bonum. Ideſt retributio tibi fiet eius eleemoſynę / quam pro redimẽdo matris peccato fueris elargitus. miſericordia enim / plenitudo virtutum eſt. c. in ſingulis.86. diſtinctio. quę propterea non poteſt retributione carere: cũ nullum bonum etiam qd minimum ſit / irremuneratũ maneat d.c. Quid ergo. de pœni. diſtin.3.

h ¶ Q̃ malę famę eſt &c. Recurratur ad verbum Maledictio.

Eccli.41.d. ¶Erubeſcite [l] a patre & matre de fornicatione. Et ſupra in verbo Erubeſcere.

Eſaię.45.b ¶Væ qui [k] dicit patri: quid generas? & matri: quid parturis?

66.d. ¶Quomodo ſi cui mater blādiatur: ita ego cōſolabor vos: & in Hieruſalem conſolabimini (dicit dominus)

Eze.16.e. ¶Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium: in te aſſumet illud dicens. Sicut [l] mater: ita & filia eius. Et ſupra in verbo Hieruſalem.

Ad gal.4.d ¶Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem/libera eſt quæ [m] eſt mater noſtra.

1.timo.5.a. ¶Iuuenes obſecra/vt fratres: anus vt matres: iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate.

5.b. ¶Volo (inquit Paulus) iuniores nubere: filios [n] ꝓcreare: matreſſamilias [o] eſſe: nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.

Ad heb.7.a ¶Melchiſedech decimas omnium diuiſit Abraham. Primū quidem qui interpretatur rex iuſtitiæ: deinde autem & rex ſalem quod eſt rex pacis ſine patre/ſine matre/ſine genealogia: neq; initium dierum nec finē vitę habēs. aſſimilatus autē filio dei: manet ſacerdos in perpetuū.

¶Cętera ſupra in verbis Adā. Gene.2.d.&.3.d. Amare. Matth.10.d. Filius. Prouer.10.a.15.c.&.17.d. Iepte. Iudicum.11.a. Maria virgo. Lucæ.1.d.& Ioā.19 e. Et infra ī verbo Thobias. Thobiæ.4.cap.a.

Leui.20.c. Matricida & Matertera.

¶Turpitudinem materterę [p] & amitæ tuæ non diſcooperies. Qui hoc fecerit: ignominiā carnis ſuæ nudauit: portabunt ambo iniquitatem ſuam.

1.timo.1.b. ¶Lex [q] iuſto non eſt poſita: ſed iniuſtis & non ſubditis/parricidis & matricidis/homicidis & fornicarijs &c. Vt ſupra in verbo Lex.

3.eſdrę.8.g Matrimonium.

¶Nos in dominum peccauimus: ꝙ collocauimus [r] nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ.

3.eſdrę.9.a. ¶Exurgens Eſdras dixit multitudini in area templi ſedenti.

l ¶Erubeſcite a patre &c. Declaretur hęc ſententia vt in verb. Erubeſcere.

k ¶Vę qui dicit patri quid generas &c. Videatur annotatio in verb. Generare.

l ¶Sicut mater/ita & filia eius. Facta eſt iſtis verbis annotatio ſ. in verb. Hieruſalem: vbi videatur.

m ¶Quę eſt mater noſtra. Videatur quod dictū eſt in verb. Hieruſalem: & ibi dictis addatur/ꝙ ſecundum Tropologiam Hieruſalē.i. eccleſia dicitur mater noſtra: ſicut pater noſter deus eſt. deus enī nos creauit: eccleſia vero nos in baptiſmo regenerauit. Ita dicit textus. in c. Qui abſtulerit. 12. quęſt.2. vnde dicit tex. in c. mater. de conſ. di.4. Mater eccleſia/os maternū paruulis ꝓbet: vt ſacris myſterijs ībuātur: quia nondū poſſunt corde ꝓprio credere ad iuſtitiam: nec ore ꝓprio cōfiteri ad ſalutem. Nec ideo tamē quiſq̄ fideliū infideles eos dicere poteſt. eo ꝙ a credēdo vtiq; nomen eſt: quis hoc non ipſi ſed alij pro eis inter ſacramēta reſponderit. Hęc ibi. De eccleſijs aūt particularibus dici ſolet. ꝙ omniū eccleſiarum mater ē eccleſia Romana c. Oēs epiſcopi. in fi.2. quęſt.6. Sicut etiam dicitur eſſe mater ſacerdotalis dignitatis. c. in memoriam. 19. diſt.

n ¶Filios procreare. Quod eſt maximū ac pręcipuum mun⁹ fœminarū dicit text⁹ Vlpiani iurecō ī l. Quęrit. §. Si mulier. ff. de edil. edic.

o ¶Matreſſamilias eſſe. Matrēfamilias accipere debemus eam/ quę non inhoneſte in domo vixit. Matrem enim familias a cęteris fœminis mores diſcernūt atq; ſeparant. proinde nichil intererit/nupta ſit an vidua/ingenua ſit an libertina. Nam neq; nuptię/ neq; natales matremfamilias faciunt: ſed boni mores. Ita dicit Vlpi. iurecō. in l. pronūciatiō. §. fi. ff. de verbo. ſignifi. Quandoq; tamen materfamilias ſtrictius accipitur/pro ea ſola ſcilicet quę ſui iuris eſt. tex. eſt in l. nam ciuium. ff. de his qui ſui ſunt vel alie. iur. & in l. pronunciatio. §. familię. ff. de verb. ſignifi. Quandoq; etiam materfamilias ſumitur pro ea ſola quę eſt notę auctoritatis fœmina. tex. eſt in l.3. in fi. ff. de libe. exhib.

p ¶Materterę & amitę. Matertera mea dicitur quę matris meę ſoror eſt. Amita quę ſoror eſt patris. Tex. ē in l. iuriſconſultus. verſi. amita. & verſi. matertera. ff. de gradi. affi. Cętera declarentur vt in verb. Turpitudo.

q ¶Lex iuſto non eſt poſita &c. Recurratur ad verbum Lex: vbi diffuſa verbis iſtis annotatio facta eſt.

r ¶Qꝫ collocauimus nobis in matrimoniū mulieres alienigenas. hodie diſparitas fidei impedit matrimonium. prout eſt bonus tex. in c. Oēs deinceps. §. fi. cum c. ſeq. 28. quęſt.1. vbi dicitur. Per illud Ambr. Non eſt putandū matrimoniū/quod extra dei decretū factum eſt: ſed cū cognoſcitur eſt emendandū. Non oſtendit coniugiū non eſſe inter infideles: nullo enī dn̄i pręcepto gentiles ꝓhibent coniungi gentilibus. Nec ergo eorū coniugium extra.i. contra dei decretū fit. Illa vero auctoritate iubentur ſeparari abinuicē/ q contra dei vel eccleſię decretū copulati ſunt: vtpote infideles cū fidelib⁹. hic idē Amb. in lib. de pr̄iarchis inqt. Caue Chriſtiane gētili aut Iudęo filiā tuā tradere. Caue inq̄/gentilē vel iudęam atq; alienigenā hoc eſt oēm hęreticā & alienā a fide tua accipere tibi vxorē. hęc ibi. hinc in cōcilio Vrbaneñ. legit. Si qs iudaicę prauitati cōiugali ſocietate iūgitur/ſiue chriſtiana iudęo/ſiue iudęa chriſtiano mulier carnali cōſortio miſceat. Quicūq; eorū tantū nefas admiſiſſe cōuincitur a chriſtiano cœtu atq; cōuiuio/& a cōmunione eccl'ię ꝓtinus ſegregetur. c. fi. in priu. eadē cauſa & qſt. Si tn̄ fidei diſparitas non adeſſet tēpore mr̄imonij/non īpeditur matrimoniū/ licet aliqn̄ fuiſſet diſparitas. Vn̄ iudęus cōuerſus cū chriſtiana/ vel chriſtian⁹ cū iudęa cōuerſa/pōt matrimoniū cōtrahere. tex. eſt & ibi abbas Panor. in.2. no. in. c.1. de cōuer. infi. & idē ſi poſtea cōtingeret diſparitas: vt qa ex duobus fidelib⁹ matrimonio iunctis/alter in infidelitatē laberetur: quia ꝓpter hoc non diſſoluitur matrimonium ſecus ſi econtra ex duob⁹ infidelibus/alter ad fidem conuerteretur: quia ſi infidelis ſine contumelia creatoris ei nollet cohabitare/ diſſolueretur matrimoniū. tex. eſt hanc differentiam inter matrimoniū fidelium & matrimonium infidelium conſtituens. in c. Qꝫto. de diuor. de quo dictum eſt diffuſe ſ. in verb. diſcedere. 1. Corin.7.c.

Vos [s] inique fecistis collocantes vobis in matrimonium mulieres alienigenas vt adderetis ad peccata Israel..

¶Per tria mouetur terra :& quartum non potest sustinere. Per seruũ/ cum regnauerit: per stultum/ cum saturatus fuerit cibo:& per [t] odiosam mulierem/cum in matrimonio fuerit assumpta : & per ancillam/ cum fuerit hæres dominæ suæ. puer.30.c.

¶Qui matrimonio [v] iungit virginem suam / benefacit : & qui [x] non iungit/melius facit. 1.cori.7.g.

Mattheus. ¶Cum transiret a ciuitate sua Ihesus/vidit hominẽ sedentem in teloneo Matthæum [y] nomine:& ait illi. Sequere me. Et surgens/sequutus est eum &c. Vt supra Ihesus. Matth.9.a

¶Cætera de Matthæo videantur in verbo Apostolus. Matth.10.a.

Matthias. ¶Statuerunt apostoli duos : Ioseph qui vocabatur Barsabas qui cognominatus est iustus/& Matthiam . Et orãtes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus vnũ accipere locum ministerij hui⁹ & apostolatus/de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum . Et dederunt sortes eis:& cecidit [yy] sors super Matthiam: & annumeratus est cum vndecim apostolis. Actuũ.1.d.

s ¶Inique fecistis collocantes vobis in matrimoniũ mulieres alienigenas. Hodie & disparitas fidei & aliæ pleraq; mrimonio ipedimentũ pstant/put ex his versibus dnosci potest. Error cõditio/votũ/cognatio/crimen. Cult⁹ disparitas/vis/ordo/ligamen honestas . Si sis affinis/ vel forte coire neqbis .Hęc socianda vetant cõnubia/ facta retractant. Ecclesię vetitum nec non tempus feriarum Impediunt fieri/ permittũt facta teneri. Omnia impedimenta quę duobus primis versibus habentur: & contrahendũ matrimoniũ impediũt/ & dirimunt iam cõtractum: vt tertio versu dicitur. Quę aut impedimenta quarto versu continentur / contrahendũ impediunt:sed non dirimunt iam cõtractũ. put etiã dicit i qnito versu. In ampliori aũt horũ impedimentorum declaratione non insisto/ vt plixitati occurratur:sed de oibus istis impedimentis/ põt videri quod diffuse scribit Hostien. in summa. in ti. De matrimonijs.§. Qualiter ipediatur. & Albe. de Rosa. i dictionario suo. i verbo ipedimentũ: vbi etiã aliqua alia impedimenta cõgerit / quę per eum videantur.

t ¶Per odiosam mulierem/cum in matrimonio fuerit assumpta. Qz sit homini graue odiosã. i.cerebrosam mulierem vxorem duxisse ex eo satis liquet: q etiam ea cõsideratione reiecta/ matrimoniũ de se durã habet sarcinam. dicit tex. in omnes.32. quęst.7.& multis calamitatibus opprimitur dicit tex. in l. vlt. C. de impo. lucra. descrip. lib.x.

v ¶Qui matrimonio iungit virginem suam bene facit. Virgo vel non virgo matrimonio iungitur ex mutuo consensu de pręsenti:etiã absq; eo q aliqua interueniat copula carnalis. nuptias eni nõ concubitus /sed consensus facit. vulgata l. nuptias. ff. de regu. iur. c. si inter. cũ si. De spõsa. Per consensũ aũt de futuro initiatur matrimoniũ seu sponsalia contrahuntur: quę si fuerint iurata/sponsus & sponsa cogentur matrimoniũ cõtrahere de pñti. c. ex literis. le. 2. de sponsa. nisi timeretur maius malũ verisimiliter futurũ: vt qa sponsus odio capitali psequitur spõsam. Vñ si cõtraheretur posset cõtingere homicidiũ vel adulteriũ. Hoc eni casu ecclesia tolerat periuriũ/ vt maius malũ euitetur. Ita loquit. c. requisiuit. de sponsa. Si vero non fuerint iurata. tũc de iure ciuili potest renunciare spõsalibus/ & cũ alio contrahere. l. 1. C. de sponsa. Si tñ contraheret ante renunciationẽ efficeret infamis. Ita loquitur l. 1. in fi. ff. De his qui no. isa. De iure aũt canonico nõ est licitũ renunciare spõsalibus etiã non iuratis: nisi vtroq; volente. c. 11. de sponsa. quia inter simplicẽ pmissionẽ & iuratã/ non facit ecclesia differentiã. c. 1. 2. & 3. de pact. Vnde licet alter istorum desponsatorũ/desponsaretur postea cũ alio/ & spõsalia iurarentur: cogeretur nichilomin⁹ in vim primorũ sponsaliorũ quis non iuratorũ/ ad contrahendũ matrimoniũ. Ita Inno. in c. sicut ex literis. in princ. de sponsa. glo. tñ in d. l. 1. & ibi. Cy. tenẽt q etiã de iure canonico licitũ est renũciare spõsalib⁹ nõ iuratis: ex quo iura/ q inhibent renũciationẽ/ fundant se principaliter in iuramẽto. Et ita tenendo/ nõ obstat q eccl'ia nõ faciat dñiam inter simplicẽ pmissionẽ & iuratã: qa illud verum est/ nisi in mrimonio qd ab omni coactione debet esse liberũ. d. c. requisiuit: vt in simili dicimus/ q. l. si mulier. in princ. ff. qd. me. cau. q vult/ q qñ quis incidit in metũ sua culpa/ nõ excusat: nõ pcedit in mrimonio ppter maximã ipsius libertatẽ: vt ẽ tex. in c. veniẽs. & ibi Panor. col. 2. de sponsa. Iste aũt cõsensus nedũ de futuro/ sed etiã de pñti põt colligi/ non solũ ex verbis/ sed etiã ex signis cõsensũ demõstrantib⁹. Verba eni etiã in valẽtib⁹ loq nõ sunt necessaria/ sed sufficiũt signa consensũ demõstrantia. Ita tenent glo. & Panor. in c. Si inter. de sponsa. et idẽ Panor. in c. ex parte. in pe. notabili. & in vlti. col. de resti. spo. verius tñ videt/ q in valẽtib⁹ loq cõsensus per verba sit exprimẽdus: saltẽ si nullus antea mrimonij tractat⁹ pręcessisset: qa pbatio signorũ est nimis vaga/ attẽta hac materia q grauis est. & ita tenet Calde. i ti. de spõsa. in cõsi. suis cõsil. quito. Aduertendũ est tñ circa quędã verba q cõiter dici solent .s. bibam⁹ p mrimonio vel noie mrimonij: q talia verba de per se/ nõ sufficiũt ad pbationẽ mrimonij: nisi aliter se habeat patrię cõsuetudo. ita in terminis reperio tenere dñm Prępositũ i c. Ex parte col. 2. de spõ.

x ¶Qui vero nõ iũgit meli⁹ facit. Vñ aplus graue cõiugij sarcinã itelligẽs: Si ita ẽ (inqt) nõ expedit hoi vxorẽ accipere. ad quod dñs. Qui põt hoc capere/ capiat. statiq; sub exẽplo trium Eunuchorũ / virginitatis infert btitudinẽ: q nulla lege carnis tenet. Ita dicit tex. i c. Oẽs causatiões. in fi. 32. q. 7. Cętera dicẽda in materia mrimonij dicentur. i. in verb. Nuptię.

y ¶Matthęũ noie. Cęteri euãgelistę (dicit Hiero.) propter verecundiã & honorẽ Matthęi/ noluerunt eũ nomine appellare vulgato: sed dixerunt Leui. duplici eni vocabulo fuit. Ipse aũt Matthęus secundũ illud Salomonis. Iustus accusator est sui. Matthęum se & publicanum nominat/ vt ostẽdat legẽtibus/ nullũ debere salutem desperare: si ad meliora cõuersus sit/ cũ ipse de publicano in apostolũ sit subito mutatus. Et eodẽ modo Paulus persecutorẽ se fuisse ecclesię dicere non erubuit: cũ postea de magno persecutore/ magnus fuisset prędicator effectus d. c. Quis nos põt. 23. qst. 4.

yy ¶Cecidit sors super Matthiã &c. Circa hãc electionẽ Matthię per sortẽ: notetur primo tex. in c. cleros. in princip. 21. dist. vbi dicitur. Cleros & clericos hinc appellatos credim⁹: quia Matthias sorte electus est quem primũ per apostolos legimus ordinatũ. cleros enim grece sors latine vel hęreditas dicitur: propterea ergo dicti sunt clerici quia de sorte dñi sunt: vel quia dñi partem habent. Scdo notetur textus in c. non exẽplo. 26. quęst. 3.

vbi dicitur nō exēplo Matthię vel ꝙ Ionas ꝓpheta forte deprehensus sit/indifferenter sortibus est credendum: cum priuilegia singulorū (vt Hiero. ait) cōmunē legem oino facere non possint. si qui tamē necessitate aliqua compulsi/deum putant sortibus exemplo Apostolorum consulendum esse: videant hoc ipsos apostolos nisi collecto fratrum cœtu/ & precibus ad deum fusis egisse.

z ℭ Facti sunt omnes dies Mathusalem nongenti sexagintanouem anni. Tex. in c. si.84. dist. dicit ab Adam vsq ad Abraā nongentis & amplius annis vixisse hoies legimus. Vbi Archi. ī verb. Amplius. de persona Mathusalem tex. illū declarat/vtpote cum ipse hac scriptura testante.969. vixerit & nōgentis annis.

Gene.5.d. **Mathusalem.** ℭEnoch vixit sexaginta quinq annis / & genuit Mathusalem. Et supra Enoch.

eodem. ℭVixit Mathusalem centū octoginta septē annis & genuit Lamech. Et vixit Mathusalem postq̄ genuit Lamech septingentis octoginta duobus annis/& genuit filios & filias. Et z facti sunt omnes dies Mathusalem nongenti sexaginta nouem anni & mortuus est.

Psal.29.b. **Matutinus.** ℭAd vesperum demorabitur fletus : & ad matutinum lætitia.

62.b. ℭSic memor fui tui super stratū meum : in matutinis [a] meditabor in te quia fuisti adiutor meus.

64.b. ℭTurbabuntur gentes & timebūt qui habitāt terminos a signis tuis. Exitus matutini & vespere delectabis.

100.b. ℭIn matutino [b] interficiebam omnes peccatores terræ : vt disperderē de ciuitate omnes operantes iniquitatem.

ℭCetera videātur ī verbis Custodia. Psal.129.a.& Stella. Eccli.50.a.

Maxilla. ℭDe maxilla asini vide in verbo Sanson.

Psal.31.c. ℭIn chamo [c] & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.

Eccli.35.c. ℭNonne [d] lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt: & exclamatio eius super deducentem eas. A maxilla enim ascendūt vsq ad cœlum: & dominus exauditor non delectabitur in illis.

Threñ.3.d. ℭDabit percutienti [e] se maxillam: saturabitur opprobrijs.

Matth.5.f. & Lucę.6.d ℭEgo dico vobis (dixit Ihesus discipulis) non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam: præbe ei & alteram.

1.regū.21.a **Maxime.** ℭNon habeo laicos panes ad manum (dixit sacerdos ad Dauid) sed tantū panem sanctum. Si mundi sunt pueri/maxime [f] a mulieribus manducent. Et supra Dauid.

1.timo.4.c ℭSperamus (inquit Paulus) in deum viuum qui [g] est saluator omniū hominum/maxime fidelium.

1.timo.5.a. ℭSi quis suorum & maxime [h] domesticorum curā nō habeat : fidem negauit/& est infideli deterior.

5.c ℭQui bene præsunt presbyteri: duplici [i] honore digni habeātur: maxime qui laborant in verbo & doctrina.

Exo.20.b. **Mechari Mechus & Mechatus.** ℭNō mœchaberis [k].

a ℭ In matutinis meditabor in te &c. De laudib⁹ matutino tēpore deo persoluendis/videatur quod scriptum ē supra in verb. In die. super illud. Septies in die laudem dixi tibi.

b ℭ In matutino interficiebam omnes peccatores terrę &c. In nocte huius seculi dum adhuc ignoraī qualis qsq futur⁹ sit/parcit dn̄s/tolerat seu expectat: vt sua homines lōganimitate ad pœnitētiā trahat. c. libenter. de pœni. dist.1. Sed in matutino: cum s. omnia occulta fiūt aperta corā eo / omnes quos pctōres inuenit / interficit. c. qualis.25. distin.

c ℭ In chamo & freno maxillas eorum constringe &c. Hęc sententia diffuse declarata ē supra. in verb. Frenum.

d ℭ Nōne lachrymę viduę ad maxillam descēdunt &c. De fauore viduę exhibendo/& q̄ grauissime delinquant ipsarum oppressores : dicet. ī. in verb. Vidua.

e ℭ Dabit percutiēti se maxillam &c. Si qs te percusserit &c. Hęc pręcepta patiētię (de quib⁹ etiam habetur recitatiue in c. qd debetur.14. quęst.1.& 23. quęst. 1. in in princ.) sunt semper ī cordis pręparatione retinēda. ipsa quoq beniuolētia/ne reddatur malum pro malo / semper ī voluntate cōplenda ē. non aūt sunt necessario in ipso opere adimplēda. Alioqui Paulus apostol⁹ pręceptū dn̄i & magistri sui non videtur ipleuisse : qui percuss⁹ in faciē dixit principi sacerdotum. Percutiat te deus paries dealbate. sedes me iudicare contra legē/& contra legē iubes me percuti. Hęc habentur in c. paratus.23. quęsti.1. Cętera quę sunt in d.c. istarū sententiarū declarationi subseruiētia: videātur ī. in verb. Iesus. Io.18. ibi. Si male locutus sū: testimoniū perhibe de malo.

f ℭ Maxime a mulieribus. Innuit istis verbis: nedū mundiciē a mulieribus requiri/sed etiā a qbuscūq alijs peruersis actib⁹. dictio eni maxie/signat idē esse in alio casu. glo. est in l. illud. ff. ad l. Aquil. & notatur in c. inter corporalia. de trāsla. pręla.

g ℭ Qui est saluator oim hominū maxime fideliū. Idest qui in oēs exhibet se beneficū / sed pręcęteris in fideles. Deus eni & iustos & iniustos in pn̄ti seculo sustentat: sed iustos seu fideles/& in p̄senti & in futuro remunerat. Sicq saluator est fidelium & infideliū : sed est abundātior saluator fideliū q̄ infideliū: quia infideliū saluator est respectu pręsentis tēporis / fideliū vero etiā respectu futuri. Vn̄ huic sententię (quā etiā sentit glo. interli.) satis astipulat illud Dauid. Hoies & iumenta saluabis dn̄e: quēadmodū multiplicasti miam tuā deus. Cui dicto facta est annotatio: quę pro vberiori hui⁹ sententię declaratiōe videri pōtē. ī. in verb. Homo.

h ℭ Et maxime domesticorū. Recurrat ad verbū domesticus.

i ℭ Duplici honore digni habeant. Declaretur vt dictum est ī verb. Dignus.

k ℭ Non mœchaberis. Istis verbis omnis illicitus/ i. non vxorius concubitus/atq illorū

membrorũ non legitimus vſus/prohibitus debet intelligi.c.meretrices.in ſi.32.queſt.4.de quo tex.poteſt videri diffuſius ſ.in verb. Fornicator.ad Ephe.5. Vnde hęc verba.non mœchaberis: exponẽs Iſidorus/dicit.nõ mœchaberis.i.ne quiſq̃ prętet matrimonij fœdera/fœminis admiſceatur ad explendã libidinem. Ita dicit text⁹ qui eſt Iſidori.in c.Non mœchaberis.32.queſt.5.

¶Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius: & adulterium [l] perpetrauerit cum coniuge proximi ſui: morte [m] moriantur & mœchus & adultera. Leui.20.b.

¶Vidit præuaricatrix Iuda ſoror eius: quia pro eo ꝙ mœchata [n] eſſet aduerſatrix Iſrael dimiſiſſem eam: dicit dominus. Et nõ timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius: ſed abijt/& fornicata eſt etiam ipſa: & facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram: & mœchata eſt cum lapide & ligno. Hiere.3.c.

¶Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non mœchaberis. Ego autem dico vobis. quia omnis [o] qui viderit mulierem ad cõcupiſcendã eam/ iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Matth.5.d.

¶Quicunq; [p] dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit (dixit Iheſus Phariſeis) adulterium committit ſuper eam. Et [pp] ſi vxor dimiſerit virum ſuum & alij nupſerit: mœchatur. Et idem probatur. Matthæi 5.e.& Lucæ.16.e. Marci.10.b

¶Qui dicis [q] non mœchandum/mœcharis. Ad rõa.2.d.

¶Qui dixit non mœchaberis/dixit & nõ occides. Q, ſi nõ mœchaberis/occides autem: factus [r] es tranſgreſſor legis. Iacobi.2.b.

¶Ecce ego mitto Hiezabel in lectum: & qui mœchantur cum ea/in tribulatione [s] maxima erũt niſi pœnitentiã ab operibus ſuis egerint. Apoca.2.f.

Mederi. Medicus. Medicina & Medela.

¶Præcepit Ioſeph ſeruis [t] ſuis medicis/vt aromatibus condirent patrem mortuum. Et ſupra Ioſeph. Gene.50.a.

¶Si rixati fuerint viri/& percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno: & ille mortuus non fuerit/ſed iacuerit in lectulo. Si ſurrexerit Exodi.21.b

l ¶Adulterium perpetrauerit. Adulteriũ cõmittitur/cum vel proprie libidinis inſtinctu/vel aliene cõſenſu cum altera vel altero cõcũbitur contra pactum coniugale. atq; ita frangitur fides/quę etiam in rebus corporeis & abiectis magnum bonũ eſt. & ideo ei ſalutẽ quoq; corporalẽ (qua etiam vita iſta continetur) certum eſt debere poſtponi. ita dicit Auguſt. in libro de bono coniuga. & habet. in c.ille.autem.§.cũ ergo.32.queſti.5.

m ¶Morte moriant & mœchus & adultera. Recurratur ad annotationem factam in verb. Adulter.

n ¶Mœchata eſſet &c. Hęc ſententia de mœchia ſeu fornicatiõe ſpũali loquitur: de qua videatur textus allegat⁹ ſupra in verb. Fornicari.in.1.anno.ſed ibi dictis addatur textus in c. non ſolũ.28.q.1. vbi dicitur.non ſolũ mœchatio eſt illius quę carnem ſuã coinquinat/ſed etiã quę ſimulachrũ facit mœchatur.hęc ibi.

o ¶Omnis qui viderit mulierẽ.&c.Tex. eſt quo ſatis elucidatur hęc ſententia.in c. Qui viderit.32.queſt.5.de quo videat ſ.in verb. Cor.i annotatiõe huiꝰ ſententię.

p ¶Quicunq; dimiſerit &c. Pro ampla huius ſententię declaratione. Videantur quę dicta ſunt ſ. in verb. Dimittere. Matth.5.& in verb. Fornicatio Matth.5.

pp ¶Si vxor dimiſerit virũ ſuum &c. Circa hęc verba notetur qd dicit Hiero.ad Damaſcũ preſbyterũ. & habetur in c. Oẽs cauſationes.32.queſt.7.vbi dicitur. Omnes cauſationes apoſtolus ãputans apertiſſime diffiniuit viuente viro eſſe adulterã mulierẽ ſi alteri nupſerit. Nolo michi proferas raptoris violentiam/matris pręſtationẽ/patris auctoritatẽ/ꝓpinquorũ cateruam/ ſeruorũ inſidias/& parentum: dãna reifamiliaris q̃diu viuit vir: licet adulter ſit/licet ſodomita/licet flagitijs omnibus coopertus/& ab vxore ꝓpter hęc ſcelera derelictus. maritus tamen eſt reputandus eius.ſ.cui alterũ virum accipere non licet. non hęc apoſtolus ꝓpria auctoritate decernit/ſed chriſto in ſe loquente/chriſti verba ſecutus eſt: qui ait in euangelio. Qui dimittit vxorẽ ſuam: excepta cauſa fornicationis/facit eã mœchari: & qui dimiſſam acceperit: adulter eſt. Hęc ibi.

q ¶Qui dicis nõ mœchandũ: mœcharis. Et ideo tui ipſius condẽnator eris.c.multi ſacerdotes.40.diſt.

r ¶Factus es tranſgreſſor legis. Recurratur ad verbum Lex.

s ¶In tribulatiõe maxima erunt. Vna ratio ꝓpter quã qui mœchantur ſeu adulterant/ maximã perpeſſuri ſunt tribulationẽ: ponit in c.ſi.in ſi.32.q̃ſt.7.vbi dicit.manet inter viuẽtes quoddã vinculũ cõiugale/quod nec ſeparatio/nec cũ altero viro copulatio poſſit auferre: ſicut apoſtata aĩa/velut de coniugio Chriſti recedẽs: etiã fide perdita ſacramentũ fidei non amittit/quod in lauachro regenerationis accepit. Redderetur eni ꝓculdubio redeunti ſi amiſiſſet abſcedens. habet autẽ hoc qui receſſit ad cumulũ ſupplicij/ non ad meritũ premij. Hęc ibi.

t ¶Seruis ſuis medicis. Medicos fortaſſe quis accipiet eos qui alicuius partis coporis/ vel certi doloris ſanitatẽ pollicentur: vtputa/ſi auricularius/ ſi fiſtulę vel dentiũ: non tamẽ ſi incantauit vel imprecatꝰ eſt (vt vulgari verbo impoſtorũ vtar) ſi exorcizauit. non ſunt iſta medicinę genera: tameiſi ſint qui hos ſibi pfuiſſe cũ ꝓdicatione affirment. hęc ſunt verba Vlpiani iureconſ.in l.1.§.medicos.ff.de varijs & extraor.cogni. vbi Bar. ex illo textũ dicit. Nota ꝙ medicus dicitur/qui alicui parti corporis medicinam pręb et. vnde Obſtetrices medicę vocari poſſũt: quia vtiq; medicinã exhibere videntur. Ita dicit tex.in d.l.1. verſi. Sed & obſtetrices.ff.de varijs: et extra.cogni: Et ſpecialius loquens Bal.in l.1.in ſi. C.manda.dicit ꝙ medicus dicitur non ſolum qui totũ corpus curat/ſed etiã q dentẽ vel auricula/aut aliã corporis partem. Et dicit pręceptor meus do. Iaſon in l.2.in ſi. ff.quod quiſq; iur. ꝙ adhoc vt quis vocetur medicus/non exigitur ꝙ ſit doctoratus. per textũ. in l.1.§. ne aũt. C. de cõmuni ſer.manu. vbi probat ꝙ ſerui poſſunt eſſe medici: qd eſſe non poſſent/ſi adhoc vt quis videatur medicus requireretur doctoratus. Nã cum doctoratꝰ ſit dignitas.c.q̃to.de magiſ.non poſſent ipſum habere quia ſerui a dignitatibus repellunt l.1.2.&. C.ſi ſer.aut liber.ad decur.aſpira. Et propterea dicit Bal.in l.ſciendũ.§.dictum.ff.de edil.edic.ꝙ ſi ſit cõſtitutio ꝓut eſt regulariter in eccleſijs monialiũ/ꝙ nemo poſſit eorũ clauſtrum intrare: niſi ſit medicus qui cauſa medendi &c. ſi medicus qui non erat doctor intrauit clauſtrũ: non incidit in

excōmunicationem. Dūmodo sit talis quem vulgus medicum appellet. hęc Bal. Medicos autem appellant iura nonnunq̄ Circuitores: quia circuire habent ciuitatem sanando ęgros. tex. est cum glo. in verb. Circuitores. in l. si duas. §. t. ff. de excusa. tuto. & quandoq̧ vocant eos parabolanos: quia multas hibent parabolas. tex. est in l. Parabolani. in princip. C. de episco. & cleri. v ¶ Impēsas in medicos restituat. Et sic medico debetur salarium pro labore quem in curandis infirmitatibus impendit. vnde ad illud sibi soluendum po-

& ambulauerit foris super baculū suum: innocēs erit qui percusserit: ita tamen vt operas eius & impensas [v] in medicos restituat.

2.pa.16.d. ¶Aegrotauit Asa anno tricesimonono regni sui dolore pedum vehementissimo: & nec [x] in infirmitate sua quęsiuit dominū: sed magis in medicorum arte confisus est.

Iob.5.d. ¶Increpationē domini ne reprobes. quia ipse vulnerat & [y] medetur: percutit & manus eius sanabunt.

test iudicis officium implorare. l. t. in princ. ff. de va. & extra cogni. hic dicit Augu. in c. Nō sane 14. q̄st. 5. Nō sane quicquid ab inuito sumitur/ iniuriose aufertur. Nā plerīq̧ nec medico volūt reddere honorem suum: nec operario mercedem nec tamē hęc qui ab iuito accipiūt/ per iniuriā accipiunt/ quin potius per iniuriā non darentur. hęc ibi. Qz si infirmus nolit medico salariū pmittere/ tametsi diues sit/ potest medicus eum curare: & si conualuerit/ repetet expensas: quia vtiliter gessit negotiū: imo etiam si moriatur ęger potest petere impensas: quia sufficit si vtiliter cœpit gerere: licet euentus non sit secutus. Nec poterit ei obijci q causa pietatis fecerit sumptus: nisi ppinquus esset infirmo. imo infirmū quis inuitū posset medicus curare/ sicut inuitū possum extrahere de domo ruitura. iuito eni potest beneficiū conferri. Hęc oia dicit glosa/ & allegat bona iura in c. 1. in verb. inseras. 83. dist. Debet aūt medic9 qui ad aliquē locum vadit pro infirmo curando/ salariū habere etiam pro diebus itineris. Ita Bar. in l. suo victu. in fi. ff. de ope. liberto. & Bal. in l. liberti. colū. 3. in fi. C. eodem ti. non tamē habebit salariū integrū pro eo die quo iter incepit si de sero inceperit. bo. est tex. in l. 2. ff. de an. lega. & notat Bal. in d. l. liberti. & Alex. de imola. in addi. ad Bar. i d. l. suo victu. Dicit tn̄ singulariter Bal. in l. Edem. col. 2. versi. Sed pone q famulus. C. locati q si pro vno anno salariū esset medico a ciuitate promissum: si recedat ante lapsum anni non habebit salariū/ etiam pro rata temporis: quia potest in fine anni contingere casus/ quo sua opera magis erit necessaria q̄ fuerit in priore parte anni. qd est notandū contra eos Parisienses medicos qui incrudescente in hoc anno quingentesimo. 19. s. millesimū pestilenti lue/ trepidantes timore & ceteris maiorem incutientes formidinē/ ciuitatē sunt egressi. quia si quod eis fuisset a publico prestitutū salariū/ non debuisset eis exsolui/ etiam pro rata eius temporis quo ciuitatem incoluissent. Esset igitur vtile vt medicis prefixa essent ex publico salaria: tum vt saltē timore deperditionis suoꝝ salariorum ciuitatē non desererent: tum vero vt nedū in diuitibus/ sed etiam in pauperibus curādis pcliuiores redderētur. de quibus salarijs ex publico promissis notāter loquit tex. in l. Archiatri. C. de profes. & medi. li. 10. sic dicens. Archiatri medicorū principes: scientes annonaria sibi cōmoda a populi cōmodis sibi ministrari/ honeste obsequi tenuioribus malunt q̄ turpiter seruire diuitibus. quos etiā ea patimur accipere/ quę sani offerūt pro obsequijs: non ea q̄ periclitantes pro salute promittunt. hęc ibi. Vltimo notetur in ista materia notabilis doctrina Bar. in l. Martius. in fi. ff. locati. vbi quęrit: an medic9 qui pmisit aliquē p certo salario curare/ debeat integrū salarium habere si curauerit: licet postea īfirmitas curata redierit? in qua q̄stiōe distinguit: quia quandoq̧ propter curā adhibitā a medico infirmitas/ & eius causa cessauit: & postea ex noua causa superuenit infirmitas: & tunc medicus salarium debet habere. quia de presenti infirmitate videtur cogitasse de qua fuit sanatus. Quandoq̧ infirmitas seu eius causa non fuit curata/ sed visa est aliqualiter cessare. & tunc quia nō curauit eū/ non debet habere salariū. Aut de hoc dubitatur: & tunc aut infirmitas reuersa est de pximo: & videtur ex pria causa/ vnde non debetur salariū. Si vero superuenerit ex interuallo: videtur ex noua causa superuenisse/ ideo salariū debetur. hęc Bar. Et ita scd̄m hanc distinctionē Bar. intelligatur glosa tractans istā materiam in c. adhuc perfidi. in verb. Centies. de pœni. distin. 3. Premissa quę de salarijs medicoꝝ dicta sunt pcedūt clare respectu diuitū. diuites eni curare medicus nō tenetur sine salario: infirmū aūt pauperē tenetur medicus gratis curare: quia plus debet apud eū valere vita illius q̄ ppria pecunia: & quia mortē languentibus probat infligere/ qui hanc cū possit nō excludit. tex. est in c. 1. in fi. iuncta glo. in verb. Inseras. in prin. 83. distin.

x ¶ Et nec in īfirmitate q̄siuit dn̄m: sed magis in medicorū arte confisus est. Cū tamen in deo maior debeat q̄ in medicorū arte spes haberi: & spiritualis medicus ante corporalē sit asciscendus. vnde & corporali medico pcipitur: vt ante oia infirmis suadeant vt medicos aduocent aiarum: pui est tex. in c. cū infirmitas. de pœni. & remis. de quo dictū est in verb. Iesus. in historia paralitici. ibi. remittūtur tibi pctā tua. Qz si quis corporalium medicorū hui9 cōstitutionis trāsgressor extiterit/ tandiu ab ingressu ecclesię iubetur arceri/ donec p transgressione hmōi satisfecerit cōpetenter. tex. est in d. c. cū infirmitas. ver. si quis aūt. vbi dicit Hostien. q cū hoc decretū sit pro salute aiarum inductū/ contra ipsum pscribi non pōt/ nec aliqua cōsuetudine tolli. Subiungit tamen/ q si medicus cōtrarium faciat: vt qa medeatur antea q̄ suaserit spūalem medicū aduocandū: nō ppterea perdit salariū/ saltem q hoc non auderet asserere cū non reperiatur iure cautū. esset tamē piū & bonum hoc statuere: qz forsan nō inuenirētur postea medici circa hoc negligētes. hęc Hostiē. Ex eo etiā q spūalis sanitas potius est expetēda q̄ corporalis: precipit corporalib9 medicis sub interminatiōe anathematis: ne quis medicorū p corporali salute aliqd ęgroto suadeat: quod in periculū aię cōuertat. tex. ē in d. c. cū infirmitas. in fi. vbi Hostiē. dicit hoc esse contra quosdam medicos suadētes qbusdam vt mulierib9 cōmisceantur: dicētes q nō de facili vel nullomō possent aliter liberari: qd nō est nisi argumentū imperitię eorū. si eni essent periti medici possent nociuos humores aliter expellere. Hęc Hostiē. imo vt vigilāti9 & intemerati9 deo seruiatur/ nō multū debem9 assuescere medicinis coporalib9: dicēte Ambrosio in psalmo vigesimo. Contraria diuinę conditiōi precepta medicinę sunt quę a ieiunio reuocant/ lucubrare non sinunt: ab omni intētione meditatiōis abducūt. Ita qui se medicinis dederit/ se ipsum sibi abnegat. c. Cōtraria (vbi ponitur hoc dictum Ambrosij) de cōsecr. distin. 5.

y ¶ Et medetur. Christus ē verus spiritualis medicus qui totiens curare potens est/ quotiens homo per peccatum infirmus ipsum requirit. Vnde & videmus in ecclesia sępe febricitantes/ sępe languidos/ sępe passionib9 captos/ sępe liberari vt appareat totiēs opus miserentis/ quotiēs cōfessio sit pœnitētis. quomodo enim corpus qd vilius ē & ab ipso dissimilius sępe sanaret: & animā digniorē & redemptam non totiēs liberaret: medicum se vocat/ & non sanis sed male habētibus oportunū. sed qualis hic esset medicus/ qui malum iteratū nesciret curare. Medicorū eīm ē infirmū cēties curare: qui ceteris minor esset si aliis possibilia ignoraret. memor est sui qui pmisit. Nolo mortem peccatoris/ sed vt conuertatur & viuat. Hęc omnia sunt Augustini in lib. de pœnitētia. & recitatiue habentur in c. Adhuc. versi. videmus. de pœni. distin. 3.

z ❡ Aut medici suscitabunt &c. Non est medicorum mortuos suscitare sed dei solius. vnde & dicitur cōfitebuntur tibi: quia si aliquos animę vel corporis morte mortuos suscitari contigeret: non a medicis / sed a deo solo rediuiuos se factos faterentur. Hęc declaratio est de mente Archid. in c. porro. §. hinc etiā medici: de de pœni. distin. 1. a ❡ Nec habebit vltra medicinā. In pręsenti enim sęculo misericordię locus est / in futuro aūt iudicij. vt est tex. in sępe allegato c. in p̄senti seculo. 13. quęstio. 2.

❡ Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici z suscitabunt & cō-fitebuntur tibi? Psal. 87. b.

❡ Homini apostatæ extemplo veniet perditio sua / & subito contere-tur: nec a habebit vltra medicinam. Puerb. 6. b.

❡ Languor b prolixior grauat medicum. breuem languorem præsci-dit medicus. Eccli. 10. b.

❡ Quis c medebitur incantatori a serpente percusso / & omnibus qui appropiant bestijs? 11. c.

❡ Ante d languorem adhibe medicinam: & ante iudicium interroga teipsum / & in conspectu dei inuenies propitiationem. 18. c.

❡ Homo homini e reseruat iram / & a deo quærit medelam. Supra in verbo ira: vbi diffusius. 28. a.

❡ Honora f medicū: propter necessitatem g etenim illū creauit altissi- 38. a.

b ❡ Languor prolixior grauat medicū. Lāguor prolixior. Idest infirmitas dolo medici reddita p̄lixior / medicū grauat qa potest ad dāna & interesse conueniri put est no. casus in l. medic9 ff. de va. & extra. cogni. vbi dicitur. Medicus cui curandos suos oculos q eis laborabat cōmiserat periculū amittendorum eorum per aduersa medicamenta inferendo: compulit vt ei possessiões suas contra bonam fidem ęger vēderet / inciuile factum p̄ses prouincię coherceat: rē q̧ restitui iubeat. Hęc ibi. Q̄z si non dolo sed culpa medici / reddatur infirmitas prolixior / adhuc grauat̄ medicus: quia etiā de culpa sua tenetur medicus. vt si oportuno tēpore non visitauerit / vel propter imperitiā in adhibitione medicamentorum defecerit. Pro hoc est glo. in l. 2. ff. qd quisq̧ iuris. & bo. tex. & ibi Bar. in l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. pręsi. & notat glo. in l. ex maleficijs. ff. de ac. & obliga. Et ideo dicit tex. cùm glo. in l. quod si nolit. §. culpam. ff. de edi. edicto. ꝙ paria sunt non adhibere medicum / vel adhibere / sed imperitū. Secundo declarari potest hęc sententia ꝙ languor p̄lixior. i. languor curatu difficilis / grauat. i. contristat medicum: quia verus medicus / qui. s. maiorē sibi incūbentis officij / ꝙ proprij quęstus seu cōmodi rationē habet: citā infirmi sui conualescentiā desiderat: & protractionē infirmitatis habet exosam. tametsi semper meminisse debeat vulgatū illud. Non est in medico semper releuet vt ęger. c. nisi cum pridē. §. porro. cum glo. in verb. effectus. de renū. & c. ad aures. iuncta glosa in verb. Diligētia. in fi. de ętate & qua. Tertio reflectendo hanc sententiā ad ethicū sensum: dici potest eā velle / ꝙ peccatū inueteratum difficilius curatur: put etiā de hoc est bo. tex. in c. malā consuetudo. 8. distin.

c ❡ Quis medebitur incantatori &c. Declaretur vt dictū est s. in verb. Incantator.

d ❡ Ante languorem adhibe medicinam. Hęc sententia videtur primo declarari posse / vt loquatur de medicina p̄seruatiua: quę. s. vt futurę occurrat infirmitati suscipitur. Et ita intelligendo / videatur qd dictū est s. in verbo Ieiunare. dū actum est an per medicinę sumptionē ieiuniū frāgatur. Secūdo ꝙ loquatur de medicina curatiua / & velit talē curatiuam medicinā esse oportuno tēpore adhibendam: ne si lāguor. i. nimia coporis debilitas expectetur / nihil ex medicina vtilitatis habeatur. Et ita intelligendo notetur qd dicit Angel9. in l. necessarios. §. fi. ff. de sena Syllę. vbi dicit ꝙ medicus qui non oportuno tēpore medicinā adhibuit / & propterea infirmus decessit / tenetur l. Cor. de sicarijs. Tertio moraliter intelligi pōt / vt velit neminē pro cōsequenda spūali medicina debere languorē. i. extremū vitę tēpus expectare. & ita intelligendo notandus est celebris textus August. in c. nullus expectet. de pœni. dist. 7. de quo dictum est in verb. Confiteri.

e ❡ Homo homini reseruat iram / & a deo quęrit medelam. Idest dicit glo. interlinearis indignum est deū ei esse propitiū / qui crudelis est in proximū. scriptū ē eñ. Iudiciū sine mia illi fiet: qui non voluit facere misericordiam. c. plerūq̧. §. his ita. versi. illi enim. 2. quęst. 7.

f ❡ Honora medicū. Circa honorē medicis exhibendū notetur prio. tex. in l. 1. versi. medicorū. ff. de varijs et extra. cogni. vbi dicitur. Medicorū eadē causa est q̄ & professorū: nisi ꝙ iustior / cū hi salutē hoim agant / isti studiorū curā. Secundo notetur tex. in l. medicos. i. pri. C. de p̄fes. & medi. lib. x. vbi dicitur. Medicos & maxie archiatros vna cū vxorib9 & filijs necnon & rebus quas in ciuitatibus suis possident ab omni functione & ab omnibus muneribus / vel ciuilibus vel publicis imunes esse p̄cipimus. Et neq̧ in p̄uincijs hospites recipere: nec vllo fungi munere / nec ad iudiciū deduci / nec eximi vel exhiberi / vel iniuriā pati. vt si quis eos vexauerit / pœna arbitrio iudicis plectet̄. Mercedes aūt eorū & salaria reddi iubem9: quo facili9 multos instituāt. hęc ibi. Qui aūt dicātur medici archiatri glo. ibi dicit: ꝙ archiatri dicunt̄ principes medicorū / quibus. s. alij subsunt. Glo. autē in auctēn. de sanctis. epis. §. hęc aūt oia. colla. 9. sentit archiatros dici qui sunt medici locorū religiosorū. Ioānes vero de Platea in rubri. C. de comi. & archia. li. 12. refert quosdum dicere (quibus satis assētio) Omnes medicos optimos / archiatros vocari posse. Aduertendū est tamē quia non oēs medici habent imunitatē a lege medicis cōcessam / sed hi soli in quibus ea sunt q̄ habent in l si duas. §. 1. ff. de excusa. tuto. vbi dr̄. medici queadmodū a reliquis muneribus / ita & a tutela & cura requiē habent. possunt aūt minores quidē ciuitates quinq̧ medicos imunes habere: maiores aūt ciuitates septē qui curent: maximę aūt ciuitates / decē. Super hūc aūt numerū neq̧ maxima ciuitas imunitatē p̄stat. decet autē maxio quidē numero vti metropoles gentiū. Scdo aūt quę habeāt vel forum causarū vel loca iudiciorū. Tertio aūt reliquas. Excedere vero hunc nūerum non licet / neq̧ sentētia senatus neq̧ aliqua adinuentione / minuere aūt licet. Et vtiq̧ non aliter de imunitate hac fructū habēt: nisi in dogmate senatus inscripti fuerint nūero cōcesso: & circa operationē se negligēter non habeāt. hęc ibi. Quibus aūt incumbat eligere istos medicos nūerarios declarat Vlpianus iurecō. in l. 1. ff. de decre. ab ordi. faciē. dicēs. medicorū intra nūerum p̄finitū constituēdorū arbitriū / non p̄sidi p̄uincię cōmissum est / sed ordini & possessorib9 cuiusq̧ ciuitatis: vt certi de p̄bitate morū & de peritia artis: Eligāt ipsi qbus se liberosq̧ suos in ęgritudine coporum cōmittant. hęc ibi. Tertio notet quod habetur in c. significasti. le. 2. de homici. vbi statur medicis dicentib9 aliqd vulnus esse letale: & ad eorū assertionē p̄cedit contra eū qui vulnus inflixit: non solū vt teneatur de vulnerato / sed etiā vt teneatur de occiso. de quo etiam plene notatur per canonistas. in c. proposuisti. de proba.

g ❡ Propter necessitatē etenim creauit illum altissimus. Qui ergo sanus est non debet viuere medicinaliter: quia omnia sana sanis. non debet tamen quis sumere aliquid qd verisimiliter credit sibi nociuum / alias peccat:

mus. A deo est etenim omnis medela: & a [h] rege accipiet donationē.

Eccli.38.a. ℭDisciplina [i] medici exaltabit caput illius: & in conspectu magnatorum collaudabitur.

eodem. ℭAltissimus creauit de terra medicinam: & vir [k] prudens non abhorrebit illam. Nōne a ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum. Et dedit hominibus scientiam altissimus: honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem: & vnguentarius [l] faciet pigmenta suauitatis: & vnctiones conficiet sanitatis: & non consummabuntur opera eius. Pax enim dei super faciem terræ.

38.a.b. ℭFili [m] in tua infirmitate ne despicias teipsum: sed ora dominum & ipse curabit te. Auerte [n] a delicto/ & dirige manus: & ab omni delicto munda cor tuum. Da suauitatem & memoriam similaginis: & impingua oblationem: & da locum medico. Etenim illum dominus creauit: & non discedat a te/ quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras: ipsi [o] vero dominum deprecabūtur/ vt dirigat requiem illorum in sanitatem: propter conuersationem illorum.

38.b. ℭQui delinquit in conspectu eius qui fecit eum: incidet [p] in manus medici.

Hie.8.1 ℭNūquid resina nō est ī Galaad aut medic⁹ nō est ibi. Quare [q] igitur

quia per infirmitatem futuram: subtrahit se a seruitio dei. Ita dicit Panor. in c. Tua nos. §. Ad vltimum. versicu. Quo ad secundū. de homici. Ex hac autem sententia Salomonis dicit Panor. in dicto c. Tua. §. Ad vltimū. versi. Aduerte ꝙ si medicus est peritus/ & in nulla reperitur culpa: tunc etiam in foro animę non imputatur ei infirmi mors: quia hoc officium nō est interdictum/ immo laudabile & institutum per deum seu etiam per ipsum approbatum: iuxta illud. Honora medicum &c. Hæc Panor. Dicit tamen idem Panor. in d. c. Tua nos. in princi. ꝙ ad hoc vt mors infirmi non imputetur medico/ multa debent cōcurrere. Primo ꝙ istud officium sibi conueniat vt ꝙ sit laicus. Secūdo ꝙ sit perit⁹. Tertio ꝙ adhibeat omnimodam diligentiam scdm artem suā. & quarto ꝙ informet ægrū de his quæ sunt contraria ægritudini suæ. Istis autē non concurrētibus peccaret medicus: & lōge grauius secundum eundem Panor. in d. §. ad vltimum. versi. Aduerte si ex certa scientia daret ifirmo medicinam nociuā/ vel differret liberationem vt pecuniā consequatur: vel ponit species antiquas aut malas in medicina. quod est notandū contra atomatarios qui ex cupiditate quadam conficiunt medicinam ex speciebus antiquis q̃ potius obesse possunt q̃ prodesse/ quia grauiter peccant. Qz si medicus dubitat an medicina sit vtilis vel non. potius debet abstiere q̃ dare medicinam. Vtilius enim est remittere infirmum manibus dei/ q̃ eum exponere medicinę dubię. Hęc Panor.

h ℭEt a rege accipiet donationem. Circa hęc verba notetur quod dicunt Bar. & Ioan. de platea in l. vnica. C. de comi. & Archia. lib. 12. scilicet ꝙ medici papę vel imperatoris postq̃ meruerūt poni in primo ordine medicorum: nobilitantur vt efficiantur Palatini comites/ & sint in dignitate spectabili. Hęc Bar. & Io. de pla.

i ℭExaltabit caput illius. Videatur superior proxima annotatio.

k ℭVir prudens non abhorrebit illam. Videtur tamen dicendum ꝙ infirmus non peccat si non obediat medico: quia nec prelatus est eius/ nec aliter tenetur ei obedire. tamen bonum est ꝙ ei tanq̃ perito in arte credat: & videtur ꝙ infirmus si sumat potum infirmūm ex certa scientia/ vel ex affectata/ & improbabili ignorantia ꝙ peccat: quia facit contra charitatem cum debeat diligere corpus suum/ vt in eo seruiat deo. Item non debet ire post concupiscentias suas: nec debet in carnis desyderijs ambulare. Item si medicus peccaret contra artē ista dando/ & ipse accipiendo: posset tamen dici ꝙ si non crederet mortiferum potum vel quicquid aliud sed bene crederet infirmitatem magis roborari ex illo potu. ꝙ hic non peccaret mortaliter vel ad minus non ita grauiter sicut superior. Potest enim hic fieri comparatio grauioris afflictionis qualis est afflictio sitis/ ad minus grauem qualis est afflictio febris. Hęc sunt verba Inno. in c. Tua nos. paulo ante si. de homi.

l ℭVnguentarius faciet vnctiones sanitatis. Circa hæc verba notetur quod dicit Inno. in d. c. Tua nos. paulo post prin. de homici. vbi dicit ꝙ si medicus bene nouit medicinā quā dedit bonam esse: sed cōtigit ꝙ species positę in medicina fuerūt malę/ vel ꝑpter nimiā vetustatē/ vel quia falsam similitudinē gerebāt verarū specierū/ vel ꝑpter quācunq̧ aliā causam malę fuerūt: si medicus diligentiā quam debuit adhibuit in specieb⁹ deligendis: quicquid inde contigerit/ inculpabilis est medicus: quia ꝓbabilis ignorantia immo solicita diligentia eum excusat. Hęc Innocentius.

m ℭFili in infirmitate tua ne despicias teipsum. Videat qđ satis diffuse dictum est in verb. Infirmitas. super illud Salomonis. In infirmitate tua ostende conuersationem tuam.

n ℭAuerte a delicto &c. Hac sententia satis cauetur recurrendum prius esse ad spiritualem q̃ ad corporalem medicum: prout etiam dictum est ꝭ. eodem. x. vbi videatur.

o ℭIpsi vero dominū deprecabuntur &c. Oportet ergo corporum medicos esse catholicos. vnde in sexta synodo legitur. Nullus eorum qui in sacro sunt ordine/ aut laicus/ aliquem infidelium in infirmitatibus suis vocet/ aut medicinam ab eis percipiat. Si vero quisq̃ hoc fecerit/ si clericus est deponatur: si laicus/ excōmunicetur. tex. est de hac constitutione in ca. Nullus. 28. quęsti. 1. vbi tamen Archid. dicit ꝙ in extrema necessitate/ si nemo alius medicus nisi Iudęus cōperiretur: ꝙ Iudęus posset aduocari/ & ab eo seu eius institutione medicina sumi.

p ℭIncidet in manus medici. Scilicet spiritualis qui varijs circunstantijs pēsatis delicto suo medicamentum curabit adhibere oportunum. Neq̧ enim omnium curationi criminum: vnum & idem exhibendum est medicamentum. instar imperiti medici qui vno collirio omnium oculos vult curare dicit Hieronymus in cap. fina. in fine. 29. distinc.

q ℭQuare igitur non est obducta cicatrix. Circa hęc verba notetur celebre dictum Innocentij. in allegato c. Tua nos. de homi. vbi dicit. Qz si certū est scdm artem: vtile esse aliquem incidi/ & facile est aliquē incidi: tūc medicus secure faciat eum incidi: dūmodo peritū & discretū inueniat incisorē. imo plus videt ꝙ etsi icisor erraret in incidēdo nō experiētia vel dissuetudine: sed forte qa infirm⁹ nō habet cōsuetā dispositionem membrorū vel venarū: vel qa subitus vel insolitus timor aut tremor irruit super eum: ꝙ in hoc casu

non est obducta cicatrix filiæ populi mei.
¶Non [r] est opus medico valentibus (dixit Ihesus Phariseis) sed male habentibus. Matth.9.b.& Marci.2.c.& Luce.5.f.
¶Vtiq dicetis michi hanc similitudinem (dixit Ihesus) medice [s] cura teipsum. Lucæ.4.d.
¶Mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim: quæ in medicos [t] erogauerat omnem substantiã suam: nec ab vllo potuit curari: accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti Ihesu/& statim stetit fluxus sanguinis eius &c. Et supra in verbo Fluxus. 8.f.
¶Salutat vos Lucas [v] medicus charissimus. Ad col.4.c.
¶Cætera videantur in verbo Festinatio. Eccli.43.cap.a. & in verbo Solium. Ezechiel.47.c.

Mecum. ¶Si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala/quoniam tu mecum es domine. Psal.22.b.
¶Qui non est mecum/contra me est (ait Ihesus) & qui [x] non congregat mecum: spargit. Matth.12.c & Luce.11.c

Meditari & Meditatio. ¶Docete filios vestros vt mandata [y] domini meditentur. Deute.11.c
¶Non recedat volumen legis huius ab ore tuo (dixit dominus ad Iosue) sed meditaberis in eo diebus ac noctib9: vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Iosue.1.b.
¶Concaluit [z] cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Psal.38.a
¶In matutinis domine meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. 62.b.
¶Meditabor [a] in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor. 76.c.
¶Testimonia tua (domine) meditatio mea est: & consilium meum/ iustificationes tuæ. 118.c.
¶Veniant michi miserationes tuæ (domine) & viuam: quia lex tua meditatio mea est. 118.k.
¶Quomodo dilexi legem tuam (domine) tota die meditatio mea est. 118.n.
¶Adiuua me (domine) & saluus ero: & meditabor [b] in iustificationibus tuis. 118.p.

non peccat/nec fit irregularis. Hoc tamen attendat medicus & incisor/ q potius dimittat infirmũ sine incisione/ q faciat eum incidi. Nisi talis sit incisor de quo non dubitetur cõmuniter/ q bene scit incidere. & incisor potius dimittat q incidat si in aliquo dubitet. Hec Inno. Secundo circa istos medicos chirurgicos qui cicatricibus medentur: notetur singularis casus: qui habetur in d.c. Tua nos. in princi. de homi. vbi probatur q religiosus chirurgiam exercens: si ex ea mors sequitur/ irregularis est: etiã si sit peritus/ & debitam adhibuerit diligentiã: & fecerit causa pietatis/ & non causa lucri seu cupiditatis: sed post condignam satisfactionẽ/ ex eo q alienũ vsurpauit officium: potest cum eo misericorditer dispẽsari. Et ibidẽ Panor. dicit idem esse in quolibet clerico: quia chirurgia quibuslibet clericis est inhibita.

r ¶Non est opus valentibus medico. Recurratur ad verbũ Ihesus.

s ¶Medice cura te ipsum. Facit bon9 textus Chrysosto. in c. Multi sacerdotes. versi. Non omnis. 40. distic. de quo videatur §. in verb. Disciplina. in fine.

t ¶In medicos erogauerat omnem substantiã suã. Videãtur quæ de salarijs medicorũ diffuse dicta sunt §. eodem in.2. anno. & ibi dictis addat quod dicit Io. de platea. in l. Archiatri. versi. Itẽ nota. C. de pfesso. & medi. vbi dicit. Q2 licet medicus pcipiat salariũ de publico: tamen põt recipere salariũ/ & alia quæ sibi pro cura facta spõte offerũtur. Nisi ex forma conductionis suæ nichil deberet accipere. qa tunc etiam a volentibus/ seu a sponte soluẽtibus: recipere non posset. Per glo. in l. innitus. & ibi Bar. ff. de regu. iur. & per glossam in clemẽ. I. de imu. ecclesia.

v ¶Lucas medicus. Gloriẽtur medici talem ac tantũ habere suę professionis participẽ/ suãq disciplinã crebris diuini iuris sentẽtijs cõmendari. Immo et a iurib9 humanis: vt ex prioribus annotationibus satis liquet. Nec attendat quispiam ad glo. in c. Non sane. 14. quęsti. 5. quæ vult medicos non esse pluris valoris q obstetrices. per textum in l. Si duobus. 1. responso. C. cõmunia. de lega. vbi idem valor sexaginta scilicet solidorum medico & obstetrici præfigitur. quia ibi forte loquitur de aliquo vili seruo qui erat tm̃ medicus dentarius vel auricularius.

x ¶Qui non congregat mecum/ spargit. Hoc est qui Christi non est: antichristi est. Ita declarat Hierony. in cap. Quoniam vetus. in fine. 24. quęsti. 1.

y ¶Mandata domini meditentur. Videatur quod dictum est in verb. Mandatum. in. 1. annotatione.

z ¶Concaluit cor meum intra me &c. Recurratur ad verbum Cor.

a ¶Meditabor in omnibus operibus tuis domine: & in adinuentionibus tuis exercebor. Recurratur ad ea quæ dicta sunt in verb. Mandatum. in prin. post Archi. in c. Quoniã. 18. distinc.

b ¶Et meditabor in iustificationibus tuis. Circa hęc verba notetur textus in c. Omnes. 28. distinc. vbi dicitur. Omnes psallentes repromittimus deo. in tuis iustificationibus meditabor: non obliuiscar sermones tuos. quod omnes christianos obseruare saluberrimum est: sed pręcipue hos qui ecclesiasticam consecuti sunt dignitatem. Vnde diffinimus omnem qui ad episcopatus est prouehendus gradum/ modis omnibus psalterium nosse: vt ex hoc etiam omnis clerus qui sub eo fuerit ita moneatur & imbuatur. Hæc textus vbi Archi. declarãs dicit. Obliuioni quæ euenit ex infirmitate originalis peccati/ opposita est meditatio. Nouerat enim Dauid vitium humanitatis/ & contra illud reperit auxilium: dic ergo. Meditabor in iustificationibus tuis: ideo meditabor/ vt non obliuiscar sermones tuos. i. ne possim obliuisci quod expedit retineri. Hęc Archidia.

c ¶ Frequens meditatio/carnis afflictio est. Idem dicit Specula. in 3. parte in proœ. parũ ante medium.

d ¶ Meditabor vt columba. Meditatur columba/a molestijs quęrens auolare sed non dilectionem amittit/semperq gemit. sic bonus vult se separare corpore non amore ab his/quibus non potest prodesse: sed si aliquãdo ligatur/non visco cupiditatis/sed cura & officio vt deserere non possit: tunc dicat. Cupio dissolui & esse cum Christo/sed manere in carne necesse est propter vos. & sic est meritum ex desyderio. Ita dicit tex. in c. Aduersitas. §. Cũ vero. versi. Hinc idem. i psal. 54.7. quęsti. 1.

Puer. 8. a. ¶ Veritatẽ meditabitur guttur meum (ait Sapientia) & labia mea detestabuntur impium.

15. d. ¶ Mens iusti meditabitur obedientiam: os impiorum redũdat malis.

17. c. ¶ Qui meditatur discordias: diligit rixas. & qui exaltat os suũ: quærit ruinam.

Ecclẽs. 12. d ¶ Frequens [c] meditatio: carnis afflictio est.

Eccli. 14. c. ¶ Beatus vir qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur: & in sensu cogitabit circunspectionem dei.

Esaię. 38. c. ¶ De mane vsq ad vesperam finies me: sicut pullus hirũdinis sic clamabo: meditabor [d] vt columba.

¶ Cætera videantur in verbis Beatus. Psal. 1. a. Eloquiũ. Psal. 118. b. Emulari. Prouerb. 24. a. Lex. Psal. 118. m. & Mandatum. Psalmo. 118. cap. b.

Medius & Medium.

Gene. 1. a. ¶ Dixit deus: fiat firmamentũ in medio [e] aquarum &c. Et supra in verbo Firmamentum.

2. b. ¶ Produxit dominus deus de humo lignum [f] vitę in medio paradisi: lignũq scientiæ boni & mali.

Exo. 11. b. ¶ Media nocte igrediar Aegyptum (dicit dominus) & morietur omne primogenitum i terra Aegyptiorũ: a primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius/ vsq ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam: & omnia primogenita iumentorum &c.

Psal. 21. e. ¶ Narrabo nomẽ meũ fratribus meis: in medio [g] ecclesię laudabo te.

47. b. ¶ Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.

73. c. ¶ Vt quid auertis misericordiam tuam deus: & dexteram tuã de medio sinu tuo in finem. Deus autem rex noster ante secula operatus [h] est salutem in medio terræ.

81. a. ¶ Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

108. d. ¶ Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

118. h. ¶ Media [i] nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.

Matth. 18. c ¶ Vbi sunt [k] duo vel tres cõgregati i nomine meo (ait Ihesus) ibi sum in medio eorum.

25. a. ¶ Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit/exite obuiam ei.

Lucę. 2. g. ¶ Inuenerũt Ihesum parentes eius in templo sedentem [l] in medio doctorum.

e ¶ In medio aquarum. An ergo dici possit q firmamẽtũ habeat aliqd de natura aquę: qa mediũ duobus extremis cõicat/ vtrũq cõtingit: dicit Archidia. in c. Cum ad verum. in princip. 96. dist.

f ¶ Lignum vitę in medio paradisi &c. Recurrat ad verbũ Lignũ.

g ¶ In medio ecclesię laudabo te. De tribus ecclesiæ partibus notabiliter loquitur Panor. in c. 1. de vita & hone. cleri. & dictum est s.

h ¶ Operatus est salutem in medio terræ. Declaretur vt dictum est s. in verb. Deus.

i ¶ Media nocte surgebam &c. Facta est isti sententiæ satis diffusa annotatio s. in verb. Confiteri. pro maiori tamen ipsius declaratione/ recurri potest ad ea quę dicta sunt: in verb. In die super illud Psal. Septies in die laudem dixi tibi.

k ¶ Vbi sunt duo aut tres congregati &c. Recurratur ad ea quę dicta sunt/in huius annotatiõe sententiæ s. in ver. Congregatus.

l ¶ Sedẽtem in medio doctorum. Christus in scripturis sæpe dicitur in medio esse: quia vt proprito dicitur adagio. In medio stat virt9. Virtus enim est medium duorum vitiorum: vnde Horatius. Virtus est mediũ vitiorum vtrinq reductum. Ideo qui exacte seruaret mediũ/ summe virtuosus cẽsendus esset: sed in omnibus seruare medium/vltra hominẽ est: ideoq summe virtuosus nemo dicendus est. Ex pręmissis sequit q virtus in ascendendo non in infinitũ protẽditur: cũ vltra mediũ intẽsio non progrediat: sed quia etiam extremorũ vitiorum nõ sunt termini/videtur q mediũ eorum nichil sit: puta prodigalitas in infinitũ protendi potest/ similiter & sibi contraria auaritia. quare videtur q inter ista duo nichil sit mediũ & determinatũ. Pręterea ex quo gradus sunt in virtute/videtur q latitudinẽ habeãt/& q possint decrescere: sed tñ q in infinitũ possint decrescere non videtur. Nam sic haberetur q virtus alicuius ita parua esset/ q minor ea inueniri non posset. Pręterea illud sciendum est: q licet ita sit de omnibus alijs virtutibus/q quęlibet inter duo vitia contraria sit constituta: hoc tamẽ in charitate/quę forma est aliarum virtutum/non habet locum. quia ei vnum solum vitium scilicet odiũ opponitur. Vnde accidit q in infinitũ possit intendi in via: in patria autẽ puto q maior charitas esse non possit/q sit supremi ordinis. Hęc omnia sunt verba glosę in c. Charitas est aqua. §. fi. in verb. Sunt itaq gradus. de pœni. distic. 2. vbi tamen Archidia dicit q nulla virtus considerata scdm essentiam suam potest protẽdi vel diminui: quia virtus est in medio constituta/ sed medium est quod æqualiter distat ab extremis. si ergo virtus augmentaretur iã plus accederet ad extremum superius/si diminueretur plus accederet ad extremum inferius. & in vtroq istorũ casuum non esset virtus/cum non esset in medio. & ideo considerando virtutem scdm essentiam/nec diminuitur nec augetur. In comparatione vero ad subiectum in quo est potest intendi & remitti: quia per frequentiã operationũ charitatis pot indurari in subiecto: & sicut difficile fiet separabilis/ & per ampliorẽ frequẽtiã adhuc difficilius fiet separabilis. Itẽ in charitate est feruor: scʒ qñ habens charitatẽ cogitat de bonitate dei & vanitate

ctorum audientem illos & interrogantem. Et supra in verbo Ihesus latius.

¶Mysterium iam operatur iniquitatis tantum: vt qui tenet nunc teneat/donec de medio fiat. 2.thes.2.b

¶Factum est vt congregarentur principes Saducæorum/& seniores/ & scribæ Hierusalem/& Annas princeps sacerdotum/& Cayphas/& Ioannes/& Alexander/& quotquot erāt de genere sacerdotali. Et statuentes [m] Petrum & Ioannem apostolos in medio: interrogabant. In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? &c. Actu.4.a.b

¶Cætera supra in verbo Ihesus. Lucæ.4.e.24.f.& Ioā.8.a.& .20.e.

Mediator. ¶Dominus qui hæc audit (dixerunt principes Galaad ad Iepte) ipse mediator ac testis est ꝙ nostra promissa faciemus. Iudicū.11.b

¶Propter transgressionem posita est lex/donec veniret semen cui promiserat/ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: deus autem vnus est. ad gala.3.c.

¶Vnus deus/ vnus & mediator [n] dei & hominū homo Christus Ihesus/qui dedit redemptionē semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego prædicator & apostolus. 1.timo.2.b.

¶Melius sortitus est Christus ministerium: q̄to & melioris testamēti mediator est: quod in melioribus [o] repromissionibus sancitum est. ad heb.8.b

¶Noui testamenti Christus mediator est: vt morte intercedēte in redemptionem earum pręuaricationū quæ erant sub priori testamento repromissionem [p] accipiant/qui vocati sunt æternæ hæreditatis. 9.d.

Mediocris. ¶Ne fueris mediocris [q] in contentione ex fœnore: & non est tibi nichil in seculo. Eris enim inuidus animæ tuæ. Eccl.18.f.

Mel. ¶Omnis oblatio quę offertur domino/ absq; fermento [r] fiet: nec quicq̄ fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini: primitias [s] tantum eorum offeretis ac munera: super altare vero non ponētur in odorem suauitatis. Leuiti.2.c.

¶Cōstituit dominus Iacob super excelsam terram vt comederet fructus agrorum/vt [t] sugeret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo. Deu.32.b.

mundi: & scdm qđ de hoc magis cōgitat/magis appetit voluntatē dei fieri super omnia. Feruor ergo iste/siue charitas scdm istum feruorem intēditur & diminuitur: & scdm hoc maior erit charitas in patria q̄ in via. iuxta illud. Ignis in Sion. idest in ecclesia militante: & caminus in Hierusalem. i. in ecclesia triumphante. Hęc Archidia. post Pe.

m ¶Statuentes Petrum & Ioannem apostolos in medio. Statuuntur in medio non in aliquo extremo: quia pro virtute quæ medium tenet certabant/& medium viris virtute probatis conformius est. Vnde & illud est Adagium. Cum media semp gaudebā ludere forma. Maior enim medijs gratia rebus inest. & illud. Inter vtrūq; vola medio tutissimus ibis. Hæc dicta referūtur per glo. in c.1. in verb. Modum. de offi. custo.

n ¶Mediator dei & hominū Christus Ihesus. Declarētur hęc verba tripliciter vt dictū est s. in verb. Ihesus.

o ¶Quod i melioribus repromissionibus sancitum est. Videatur textus diffusus quo hæc verba declarari possunt. in c. Hæc autē.§. Ex his. versi. In lege enim.23.q.4. de quo dictum in verbo Excusare. in vlti. annotatione.

p ¶Repromissionē accipiant ęternę hęreditatis. In euāgelio enim populus gratiæ liber & adultus/filiali amore hęreditatis certitudine ad cultum diuinę seruitutis inuitatur. dicit tex. in c. Hęc autē. versi. In euangelio.23. quęsti.4.

q ¶Ne fueris mediocris in contētione ex fœnore &c. Idest potius contendas magna q̄ mediocria misericordię opera cōplere. Ea em̄ agēs/ q̄uis aliquid in pręsenti seculo facere videaris: tamen p seculo futuro detrahes glorię animę tuę. Hęc videtur mens huius sentētię/circa quā potest notari tex. Hiero. in ca. Nō mediocriter. i prin. de conse. distinc.5. dum ibi dicitur. Non mediocriter errant qui magno bono pręferunt mediocre bonum. Magnū autem bonū (scdm Archi. ibi) dicitur sine quo salus ęterna haberi non posset: vt credere in deum/ diligere deum/& cęterę virtutes & eorum opera. Mediocre bonū est/cum quo & sine quo salus haberi potest: vel cum quo potest quis esse bonus & malus: vt vigilia/ieiunia/peregrinationes & huiusmodi. Minimū bonum est pulchritudo corporis/diuitię & hmōi: a magno bono nullus prohibetur/ nec propter aliquid debet intermitti: a mediocri bono sępe quis prohibetur/& debet sępe intermitti ratione maioritatis & obedientię. Quādoq; tamen magnū bonum vocantur naturales potentię/ vt sensus. i. liberū arbitriū/ratio/intellectus/& sanitas corporis. & hæc & hmōi/sunt quādoq; pręponenda mediocribus bonis supra numeratis: non propter se/sed vt ipsis habitis possit seruiri deo in ieiunijs/hymnis & psalmodijs. Hæc Archi.

r ¶Absq; fermento fiet. Declaretur vt in verbo Fermentum.

s ¶Primitias tm̄ eorum offeretis. Innuitur hac sentētia (scdm glosas interlinearē & ordinariam) ea quæ apud gentiles philosophos diuinis literis consona reperiūtur/posse eis accōmodari. & idē probatur in c. Turbat acumen. & in c. Qui de mensa.37. disti. Et dicit textus in c. Legimus. le.1. versi. In Leuitico. eadē dist. in Leuitico. Primitias mellis. i. dulcedinem humanę eloquentię iubemur offerre.

t ¶Vt sugeret mel de petra/oleumq; de saxo durissimo. Istud scdm Gregorium iuxta historiam factum nusq̄ legitur: sed mystice petra. i. Christus mel dedit/quādo adhuc mortalis miraculorum dulcedinem ostendit. Firma petra. idest ipse Christus qui post resurrectionem non moritur cuiq; mors vltra non dominabitur. Oleum fudit/quādo per afflationem spiritussancti donum sanctæ vnctionis donauit. Hæc declaratio est glos. ordi. circa quā potest notari tex. in c. Reuera. de cōse. distinc.2. vbi Christus Petra appellatur. iuncto c. Adhuc perfidi instaut. de pœni. distinc.2. vbi agitur de miraculorū dulcedine quā Christus adhuc mortalis ostendit. & c. Semel.

de consecra.distinc.2. vbi de Christo resuscitato dicitur/ꝙ iam non moritur:& mors illi vltra nõ dominabitur: &c. Vt euidenter.1.questi.1. vbi meminit tex.eius quod fecit Christus post resurrectionem/quãdo scilicet insufflauit in discipulos:dicens. Accipite spiritũ sanctum: quorum remiseritis peccata/remittuntur eis. quod est per afflationem spiritussancti/donum sanctę vnctionis donare.

v ℭ Comede fili mel: quia bonum est &c. Melli & fauo (dicit glo. ordi.) comparat doctrinam Sapientię. quia sicut illa cęteris cibis: ita hęc doctrinis pręcellit cęteris: prout notabiliter dicit Cardina. post Gregoriũ in cle. 1. de magis. & dictum est S. in verbo Literæ.e.

Iudi.14.b. ℭDeclinauit Sanson vt videret cadauer leonis: & ecce examen apum in ore leonis erat/ac fauus mellis. Et infra Sanson.

14.d. ℭQuid dulcius melle? & quid fortius leone? Et infra Sanson.

puer.16.d. ℭFauus mellis/composita verba: dulcedo animæ/sanitatis ossium.

24.b. ℭComede [v] fili mel/quia bonum est: & fauum dulcissimum gutturi tuo.

25.c. ℭMel inuenisti/ comede [x] quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud.

25.d. ℭSicut qui mel multum comedit/nõ est ei bonum: sic [y] qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria.

ℭCætera videantur in verbis Initium. Eccli. 39. d. Ioannes Baptista. Matth.3.a.& Virgo. Esaiæ.7.cap.c.

Melchisedech.

Gene.14.c. ℭMelchisedech [z] rex Salem proferens panem & vinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit Abram: & ait. Benedictus Abram deo excelso qui creauit cœlum & terram: & benedictus deus excelsus/quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

Psal.109.a. ℭIurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es [a] sacerdos inęternum secundum ordinem Melchisedech.

Ad heb.7.a ℭHic Melchisedech rex Salẽ sacerdos dei summi/qui obuiauit Abraę regresso a cæde regum: & benedixit ei: cui decimas omnium diuisit Abraam. Primum [b] quidẽ qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autẽ & rex Salem quod est rex pacis/sine patre/sine matre/sine genealogia: neq; initium dierũ nec finem vitæ habens: assimilatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autẽ q̃tus sit hic: cui & decimas dedit de pręcipuis Abraam patriarcha.

Melior & Melius.

ℭQuia dictiones istæ respectiuę sunt/pro sententiis quæ eis subscribi possent: recurratur ad verba Arrogans. Ecclẽs.7.b. Bellum.1.Macha.3.g. Charitas. Prouer.15.b. Decipere. Ecclẽs.7.a. Desiderare. Eccli.6.d. Dies. Psal.83.c. & Ecclẽs.7.a. Diues. Prouerb.19.a.&.28.a. Diuitię. Psal.36.c. Dominari. Prouer. 12.c. Domiciliũ. Eccli.29.d. Domus. Ecclẽs.7.a. Duo. Ecclẽs.4.c. Filius. Eccli.16.a.&.33.c. Finis. Ecclẽs.7.b. Frater. Prouerb.27.b. Gaudium. Prouerbio.17.a. Gignere. Ecclẽs.6.c. Gloriari. Prouerb. 25.a. Humiliare. puerbiorum.25.a. Ira. Ecclesiastes.7.a. Iustitia. Prouerbiorũ.16.b. Labor. Ecclesiastes.4.b. Lętari. Ecclesiastes.3.a. Matrimonium.1.Corinthios.7.g. Misericordia. Psalmo.62.a. Mulier. Prouerbiorum.21.b.&.42.c. Nubere.1.Corinthios.7.d. Obedientia.1.Regũ.15.e. Rex. Ecclẽs.4.d. Sapientia. Prouerb.8.b. Thesaurus. puerb.15.b.& Votum. Ecclẽs.5.a.

x ℭ Comede quod sufficit tibi. Astipulatur sensui mystico quod dicit apostolus. Non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. c.1.de tehun. lib.6.

y ℭ Qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Videat qđ dictũ est in verb. Gloria.

z ℭ Melchisedech pferẽs panẽ & vinũ &c. Hęc sententia triplici annotatiõe declarata est S. in ver. Abrã vbi videat.

a ℭ Tu es sacerdos inęternum/scdm ordinẽ melchisedech. Vt melchisedech i suo sacrificio panem obtulit & vinum: ita in Christi sacerdotio offeretur inęternũ/eritq; nobiscum in hac immolatione. cle. Si dominũ. colũ.2. de reliq. & venerando. Cętera vide pxi. annotatione.

b ℭ Primum quidẽ interpretatur rex iustitię &c. Circa hanc sententiam notetur quod dicit Archid. in c. Deniq;. paulo ante ff.21. distinc. vbi dicit. Dicunt hebrei melchisedech fuisse Sem filiũ Noe qui fuit rex Salẽ siue Hierusalẽ: & exponũt Tu es sacerdos inęternũ scdm ordinem melchisedech. quia sicut Melchisedech/Abrahę qui interpretatur pater cœlestis/alias excelsus: obtulit panem & vinum/vt de consecra. distinc. 2. c. Accipite. & Gene.c.14. ita Christus in suo aduentu solũ offeret panem & vinum: & tũc omnis cærimonia cessabit aliorum sacrificiorum. Dicitur autem melchisedech a melchos vel melchi. i. rex: & Sadoc ꝙ est iustus vel iustitia: vnde rex iustitię dicitur. quia imperauit Salem iuste/pro eo ꝙ discernẽs sacramenta legis & euangelij: non pecudum victimas/sed oblationem panis & calicis in sacrificium obtulit. Et nota ꝙ in epistola Pauli ad Heb. ca.7. in princip. ita dicitur. ꝙ melchisedech sine patre/sine matre/sine genealogia: neq; initium dierum/ neq; finem vitæ habens. Videtur ergo scdm hoc ꝙ mala sit illa opinio quæ habet ꝙ filius fuit Noe: sed dicunt de hoc theologi & exponunt prædicta verba sine patre/sine matre/sine ge &c. non quia non habuerit: sed quia scriptura commemorat eum non habuisse patrem vel matrem aut filios: hoc est dicere sine genealogia. Nam illud dictum fuit secundũ relationem historię: quia scriptura non memorat ortum vel occasum eius/aut patrem/aut matrem/aut filios sicut de alijs facit. Hæc Archidiaconus.

Melodia. ¶Chonenias princeps leuitarum prophetiæ preerat 1.para.15.c
ad præcinendam melodiam. Erat enim valde sapiens.
¶Tibiæ & Psalterium/suauem faciunt melodiam: & super vtraq; lin= Eccli.40.c
gua suauis.

Membrum. ¶Sicut[c] exhibuistis membra vestra seruire immũ Ad rõa.6.d
diciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mẽbra vestra ser=
uire iustitiæ in sanctificationem.
¶Si oculus[d] tuus dexter scandalizat te: erue eũ & proijce abs te. Ex= Matth.5.e.
pedit enim tibi vt pereat[e] vnum membrorum tuorum: q̃ totum cor=
pus tuum mittatur in gehennam. Et si[f] dextera manus tua scanda=
lizet te: abscide eam/& proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnũ
membrorum tuorum: q̃ totum corpus tuum eat in gehennam.
¶Condelector legi dei secundum interiorem hominem: video[g] autẽ Ad rõa.7.d
aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ/ & captiz
uantem me in lege peccati/ quæ est in membris meis.
Et supra lex.
¶Sicut[h] in vno corpore multa membra habemus: omnia autem mẽ= 12.b.
bra non eundem actum habent. Ita multi vnũ corpus sumus in Chri=
sto: singuli autem alter alterius membra: habẽtes[i] autem donationẽ
secundum gratiam quæ data est nobis differẽtes: siue prophetiam se=
cundum rationem fidei/siue ministerium in ministrando/siue qui do=
cet in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplici=
tate: qui preest in solicitudine: qui miseretur in hilaritate.
¶Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens er= 1.cori.6.c.d
go membra Christi faciam[k] membra meretricis? Absit. Et supra
Corpus.
¶An nescitis quoniã membra vestra templum sunt spiritussancti qui 6.d.
in vobis est quem habetis a deo & non estis vestri.
¶Deponentes mẽdaciũ loquimini veritatem vnusquisq; cũ proximo ad ephe.4.f
suo: quoniam[l] sumus inuicem membra.
¶Nemo vnq̃ carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam/sicut 5.f.

c ¶Sicut exhibuistis membra vestra &c. Cum per prędicatorẽ nostrum Paulum dicitur. Sicut exhibuistis membra vestra seruire imundicię &c. proculdubio infirmitati condescẽditur/ac si apertius eis diceretur. Si nequaq̃ amplius potestis/saltem tales estote in fructu bonorũ operum: quales fuistis dudũ in actione vitiorum. Nec debiliores vos habeat sancta libertas aeris. i. cœlestis cõuersationis/quos in carne validos habuit vsus temerę voluptatis. Hęc sentẽtia est Gregorij in.19.li.moraliũ. & habet in c. Omnes. in fi.47.dist. vbi Archi. dicit Paulũ hac sentẽtia velle: maiora deberẽ vobis imperare seu dicere/ si possetis ferre: quia plus debetis seruire iustitię q̃ hactenus peccato: sed parco infirmitati vestrę/nõ exigens plus boni a vobis q̃ feceritis mali. Sed sicut tũc nullus timor vos coegit ad pecatũ/ sed libido peccati & voluptas duxit: sic nunc ad iuste viuẽdũ/nõ vos supplicij metus impellat. sed dilectio & charitas iustitię inducat: & adhuc non erit pfecta iustitia. qa plus iustitia amari debet q̃ amata fuerit iniquitas. Hæc Archidia.

d ¶Si oculus tuus dexter scandalizet te &c. Declaretur vt. j. in verbo Oculus.

e ¶Pereat vnũ mẽbrorum tuorũ. Sic ergo pbat hęc sentẽtia q oculus dicitur esse membrũ: quod verum est etiã iure hũano: prout notat Bar. in l.2. col. pe. ff. de publi. iudi. & Bal. i l. Data opera. colũ.2. C. qui accusa. non possunt. Idem dicendũ est in manu/quia etiã membrũ esse dicit. prout probatur hac eadẽ sentẽtia in subsequẽtibus similibus verbis. Expedit enĩ tibi vt pereat &c. & ita etiã dicũt Bar. & Bal. in locis s. allegatis. & notatur i auten. sed nouo iure, C. de seruis fugi. Secus tamen est in digito: quia digitus membrũ non dicitur/sed pars mẽbri. prout est bonus tex. cum glosa in l. Non sunt liberi. ff. de statu ho. Ad idem l. Idem offilius. ff. de edil. edic. Vbi ponitur alternatiua inter digitum & membrum. ergo sunt diuersa. Natura enim coniunctionis est vt cadat inter diuersa: vt no. in Rub. de iur. & fac. ignoran. & in l. Si is qui ducenta. in princip. de rub. dub. Et ad idem facit textus in l. Queritur. §. Si digitus. ff. de edil. edic. In contrarium tamen facit: quia eadem ratione diceremus/q neq; lingua neq; oculi sint membra: quia sunt partes capitis/& officium ipsius capitis præstant. quod tamen videtur contra l. Sicut lingua. ff. de edil. edic. Breuiter pro resolutiõe dici potest: primo q membrum dicitur a metior metiris qd est partiri & diuidere: vnde membrum dicitur quasi corporis pars. Modo si large sumatur membrũ pro qualibet particula corporis/quęlibet particula corporis dicetur membrum. Nam sicut dicimus domus & quilibet lapis est pars domus: ita in proposito quęlibet pars corporis potest dici membrum large sumendo. sed proprie loquendo illas appellamus partes rei quæ distinguuntur per partes officiorum seu ministeriorum. verbi gratia. domus habet plures partes/cameram/coquinam/aulam: in vna manducatur/in alia coquitur/ in alia dormitur: & iste proprie dicuntur domus partes. Modo in proposito illa etiam dicuntur proprie membra quæ habent diuersa officia: vt pedes ad ambulandum/ aures ad audiendum/oculi ad videndum/ & manus ad palpandum. Alia vero quæ coadiuuant officium membri: vt digitus/labia/ potius dicuntur officia q̃ membra. Hæc est doc. Bartho. in dicta l.2. ff. de publi. iudi.

f ¶Si dextera manus tua scandalizet te &c. Declaretur vt dictum est in verb. Manus.

g ¶Video aliã legẽ &c. Hęc sentẽtia ponitur in c. Sed pensandũ. 8. dist. de quo videatur in verb. Delectari.

h ¶Sicut in vno corpore multa membra habemus. Recurratur ad verbum Corpus.

i ¶Habentes donationem &c. Idem pbatur in c. Cum ex iniuncto. & in c. Sicut ex vno corpore. de hęre.

k ¶Tollens membra Christi/faciam membra meretricis. Videatur annotatio in verb. Corpus.

l ¶Sumus inuicẽ membra. Inuicem ergo cõpatiamur: & alter alterius onera portet. c. Ponderet. in prin. 50. distinc. & vnitatem: vt membrum ad membrũ inuicem custodiamus. c. Significasti. in fi. de elec.

& Christus ecclesiam: quia [m] membra sumus corporis eius: de carne eius & de ossibus eius.

Ad colo.3.a ¶Mortificate membra vestra quæ sunt super terram: fornicationem/ immundiciam/ libidinem/ concupiscentiam malam/ & auariciam quæ [n] est simulacrorum seruitus: propter quę venit ira dei super filios incredulitatis.

¶Cætera in verbis Corpus.1.Corin.12.b.c.d.& lingua.Iaco.3.a.b.

Iob.10.c. **Meminisse.** ¶Licet hæc celes in corde tuo: tamē scio ꝙ vniuersorum [o] memineris.

¶Cetera in verbis homo. Eccles.11.d. Iniquitas. Psal.78.b. Iniuria. Eccli.10.a.& Memor.1.Macha.12.b.

Exo.20.b. **Memento & Mementote.** ¶Memento [p] vt diem sabbati sanctifices.

Eccles.12.a ¶Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ: anteq̄ [q] veniat tēpus afflictionis tuæ: & appropinquent anni de quibus dicas. Nō michi placent. Anteq̄ tenebrescant sol & lumen & stellæ & luna/ & reuertantur nubes post pluuiam.

Eccli.7.b. ¶Memento iræ: quoniam non tardabit.

8.b. ¶Non despicias hominem auertentem se a peccato: neq̧ improperes ei. Memento quoniam omnes in corruptione sumus.

18.c. ¶Memēto iræ in die consummationis: & tempus retributionis in cōuersatione facies.

eodem. ¶Memento paupertatis in tempore abundātiæ: & necessitatem paupertatis in die diuitiarum.

28.a. ¶Memēto nouissimorū: & desine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius.

31.b. ¶Memento quoniam malus [r] est oculus nequam.

36.b. ¶Festina tempus/ & memento finis: vt enarrent mirabilia tua.

41.a. ¶Memento quæ ante te fuerunt/ & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium a domino omni carni: & quæ superuenient tibi in beneplacito altissimi/ siue decem siue centum siue mille anni. Nō [s] est enim in inferno accusatio vitæ.

Esaię.12.b. ¶Mementote quoniam excelsum est nomen domini.

Ad heb.13.a ¶Mementote [t] vinctorum tanq̄ simul vincti: & laborantium tanq̄ & ipsi in corpore morantes.

¶Cætera supra. Ezechias. Esaiæ.38.a. Ihesus. Lucæ.23.f. & infra præpositus. ad Hebræos.13.b.

Leui.19.d. **Memor.** ¶Non quæras vltionem: nec memor [v] eris iniuriæ ciuium tuorum.

Tobię.4.a ¶Memor esse debes (ait Thobias ad filium) quæ [x] & quanta pericula passa sit mater tua propter te in vtero suo.

Psal.6.b. ¶Non est in morte qui memor sit tui (domine) in inferno autem quis confitebitur tibi?

8.b. ¶Quid [y] est homo ꝙ memor es eius: aut filius hois quoniā visitas eū?

113.d. ¶Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

118.g. ¶Memor esto verbi tui seruo tuo in quo michi spem dedisti.

eodem. ¶Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: & cōsolatus sum.

¶Memor fui nocte nominis tui domine: & custodiui legem tuam.

135.c. ¶In humilitate [z] nostra (dominus) memor fuit nostri.

Eccli.14.b. ¶Memor esto/ quoniam mors non tardat: & testamentum inferorum/ quia demonstratum est tibi. Testamentum enim huius mundi morte morietur.

m ¶Membra sumus corporis eius. Non ergo Christo aut spōsę suę ecclesiæ rebelles nos exhibeamus. Quādoquidem nō oportet a corpore flecti nec a capite membra discedere. c.1.in princi. 12.distinc: c. Cum non liceat. de prescrip.

n ¶Quę est idolorum seruitus: Recurratur ad verbum Auaritia.

o ¶Vniuersorum memineris: Vniuersorū recordari/ seu omniū habere memoriam diuinitatis est non humanitatis dicit textus in l.2.§.si quid autē. C. de veter. iure enucleān.

p ¶Diem sabbati sanctifices. Recurrat ad ea quæ dicta sunt in verbo Dies. Leuiti.23.

q ¶Anteq̄ veniat tēpus afflictionis tuæ. Idē commonet diffusus textus Augustini in ca. Nullus expectet. de pœni. dist.7.

r ¶Malus est oculus nequā. De oculo nequam notanter loquitur Archidia. in c. Nec solo. 33. questi.5. in princip. & dicetur. ĩ. Oculus.

s ¶Non est in inferno accusatio. Facit textus in allegato c. In presenti. 13. questi.2.

t ¶Memētote vinctorum tanq̄ simul vincti. Alienæ miserię compati monemur etiam per tex. in c. Ponderet. 50 dist.

v ¶Nec mēor eris iniuriæ fratrum tuorū. Recurratur ad verbum Iniuria.

x ¶Quæ & quanta pericula passa sit mater tua. Puer mihi ante partū onerosus/ dolorosus in partu/ post partum laboriosus fuisse noscitur. Ac per hoc legitima coniunctio maris & fœminę/ magis matrimoniū q̄ patrimonium nuncupatur. Ita dicit textus in ca.2. circa mediū. de conuers. infide.

y ¶Quid est homo ꝙ mēor &c. Recurratur ad verbum Homo.

z ¶In humilitate nostra dñs mēor fuit nostri. Videātur quæ in humilitatis commēdatione dicta sunt/ in verbo Humilitas.

¶Memor esto iudicij mei: sic eni & erit tuũ. Michi heri/& tibi hodie. Eccli.38.c.

¶Memoria memor ero: & tabescet in me anima mea. Threñ.3.c.

¶Nos in omni tempore sine intermissione in diebus solẽnibus & cæteris quibus oportet/ memores [a] sumus vestri in sacrificijs quæ offerimus: & in obseruationibus sicut fas est & decet meminisse fratrum. 1 Mach.12.b

¶Memores [b] estote vxoris Loth. Lucę.17.g.

¶Memores estote (inquit Paulus) vinculorum meorum. Ad col.4.d.

¶Memor esto dominũ Ihesum Christum resurrexisse a mortuis &c. 2 Ad tio.2.b

¶Memor [c] esto vnde excideris/ & age pœnitentiam: & prima opera fac &c. Apoca.2.b.

¶Cætera in verbo delectatus. Psal.76.a. Holocaustũ. Psal.19.a. Testamentum. Psal.105. & Thobias. Tho.1.b.&.3.a.

Memorari & Memoria.

¶Interroga generationem pristinam: & diligenter inuestiga patrũ memoriam. Hesterni quippe sumus/ & ignoramus quoniam sicut [d] vmbra dies nostri sunt super terram: ipsi docebunt te &c. Iob.8.b.

¶Memoria vestra comparabitur cineri: & redigentur [e] in lutum ceruices vestræ. 13.b.

¶Perijt [f] memoria eorũ cum sonitu: & dominus in æternũ permanet. Psal.9.b.

¶Vultus domini [g] super faciẽtes mala/ vt perdat de terra memoriam eorum. 33.c.

¶Lætamini iusti in domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius. 96.b.

¶In memoriam [h] redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper: & dispereat de terra memoria eorum: pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam. 108.b.

a ¶Memores sumus vestri in sacrificijs quę offerimus &c. Quorum memor esse debeat sacerdos sacrificiũ offerens/ seu missę sacrificiũ explens: videndus est bonus tex. in c. penul. de cõsecra. distinc.1. vbi dicit text⁹. Visum nobis est: vt in omnibus missarum solẽnibus pro spiritibus defunctorũ/ loco cõpetenti in ecclesia ad dominum deprecet. sicut eñ nulla dies excipitur/ qua non pro viuẽtibus & pro quibuslibet necessitatibus dñm deprecetur: ita nimirũ nulla dies excipi debet/ quin pro aiabus fideliũ preces domino in missarũ solẽnibus fundantur. Antiquitus igit hunc morem sancta tenet ecclesia: vt & missarũ solẽnibus & alijs precibus dño spiritus quiescentiũ cõmendẽtur: dicẽte beato Augustino. Non sunt prętermittẽdæ supplicationes pro spiritib⁹ mortuorũ/ quas faciẽdas pro omnibus in catholica & chřiana societate laudam⁹. Hęc ibi. An autẽ noĩa eorũ quoꝝ specialis agitur memoria recitari debeãt. tex. est i c. si. eadẽ distĩc. vbi probatur non esse necesse/ cũ deo nichil incognitũ sit: posse tñ recitari vt supplicantiũ deuotior reddatur affectus.

b ¶Memores estote vxoris Loth. Recurratur ad verbum Loth.

c ¶Memor esto vñ excideris &c. Circa hanc sententiã notetur textus Cypriani in c. Miror. de pœni. distĩc.1. vbi dicit. Miror quosdam sic obstinatos esse: vt dandã non putẽt lapsis pœnitentiã/ aut pœnitentibus existimẽt veniam denegandã: cum scriptum sit. vnde cecideris memento/ & age pœnitẽtiã & priora opera fac. quod vtiq; ei dicit quem constat cecidisse: & quẽ dñs hortatur p opera rursus exurgere. Hæc tex. Secũdo notetur tex. in c. Domino sancto.50. distinc. vbi dicitur. Illos ad pristinos gradus redire canones pręcipiunt quos pœnitentię pręcessit satisfactio/ vel condigna peccatorum confessio. Vnde Ioannes euãgelista angelo Ephesi ecclesiæ inter cętera quędam similia scribit. Memor esto vnde cecideris: & age pœnitentiã & prima opera fac.

d ¶Sicut vmbra dies nostri. Videatur quod dictum est §. in verb. Dies. super illud Iob. Parce michi domine nichil enim sunt dies mei.

e ¶Redigentur in lutum ceruices vestrę. Facit textus in d. c. In ecclesiastico.13. quęst.2.

f ¶Perijt memoria eorum cum sonitu. Hæc sententia primo declarari potest (scdm glo. ordi.) vt velit: ꝙ cum impietas euertitur/ strepitus fit: quia non venit quis ad summã pacem/ nisi qui magno strepitu cum vitijs pugnauit. Pro qua declaratiua sententia videatur textus diffusus Augustini in ca. Consideret. de pœni. distinc.5. vel secundo. Perijt memoria eoꝝ cum sonitu. i. peccatorum inducitur obliuio cum sonitu prędicationis. Circa quam declarationẽ notetur tex. in c.1. in.2. colũ. circa mediũ.43. distinc. dum ibi dicitur. Clauis operationis est sermo correctionis quę increpando culpam detegit/ quam sępe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Hęc tex. qui videtur probare ꝙ immo sonitus prędicationis non obliuionem peccatorum/ sed reminiscentiam inducit. Dici potest ꝙ prędicationis sonitus peccata commissa ad memoriam reuocat: vt de ipsis pœnitentia agatur. & eadem facit obliuisci/ vt post peractam pœnitentiam iterum non committantur. iuxta ea quæ habẽtur in c. Irrisor. cum quinq; sequentibus. de pœnitẽ. distinc.3. vel tertio. Perijt memoria eorum cum sonitu. i. sicut tubarum aut cymbalorum sonitus transitorius est ac labilis: ita hominum memoria nequaq̃ tenax est/ sed fluxa/ fragilis atq; caduca: prout etiam de hoc est textus apertus in l. peregre. ff. de acquiren. possess. Vnde dicit Seneca quem citat Albe. de Rosa. in dictionario suo. in verbo Memoria. Memoria est res ex omnibus animi partibus maxime fragilis & delicata: in qua primum senectus incurrit: quia homo senescendo primo lęditur in memoria.

g ¶Vultus domini super facientes mala. Textus est circa hanc sententiam videndus in c. Hæretici. de pœnitẽ. distinc.4. vbi dicitur. Hæretici non possunt propter vetera peccata contra deũ causari/ cum antiquis operibus addunt nouam impietatem/ & suis ligentur peccatis: & cum deum celare se putent/ oculos eius vitare nõ possunt: quia vultus domini super facientes mala. Hæc ibi.

h ¶In memoriam redeat iniquitas patrum eius. Circa hæc verba notetur textus, de pœnitẽ. distinc.4. in princip. & c. seq. vbi dicitur. Qꝛ peccata semel dimissa redeant probatur illa sententia prophetæ, in memoriam redeat iniquitas patrum eius. Hinc in libro psalmorum Augustinus ait. Si Iudas tenuisset illud ad quod vocatus est/ nullo modo ad eum vel sua præterita vel parentum iniquitas perueniret. quia ergo non tenuit adoptionem in familia dei/ sed iniquitatem vetusti generis potius elegit/ redijt iniquitas patrum in conspectu do-

miui/vt in eo etiam ipsa puniretur. Hęc ibi. Pro resolutione autem quando scilicet in filios redeat iniquitas patrum. notetur textus in. c. fina. versi. Illis namq̄. eadem dist inc. vbi dicitur. Illis parentum iniquitas redditur/qui propterea puniuntur: quia in radice traxerunt amaritudinem peccati: illis autem non reddi dicitur/in quibus merito suę iniquitatis non reuiuiscunt peccata parentis. Hæc ibi.

i ¶ Memoriam fecit mirabiliū suorū. Videātur quę diffuse dicta sūt s. i verb. Esca. &. ī. in verb. Mirabile.

Psal. 110. a. ¶ Memoriam [i] fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus: escam dedit timentibus se.

111. b. ¶ In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

144. b. ¶ Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt.

puer. 10. b. ¶ Memoria iusti cum laudibus est: & nomen impiorum putrescet.

Ecclés. 1. c. ¶ Non [k] est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt/erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.

2. c. ¶ Non erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum: & futura tempora obliuione cuncta pariter operient.

Sapiē. 4. a. ¶ O q̄ [l] pulchra est casta generatio cū claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud deum nota est/& apud homines.

4. d. ¶ Erunt iniusti gementes: & memoria illorum periet &c.

5. c. ¶ Spes impij tanq̄ memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

8. c. ¶ Habebo per sapientiam immortalitatem: & memoriam æternam his qui post me futuri sunt/relinquam.

11. b. ¶ Duplex impios acceperat tędium: & gemitus [m] cum memoria preteritorum &c.

Eccl. 7. i fi. ¶ In oībus operib⁹ tuis memorare nouissima: & ięternū nōpeccabis.

10. c. ¶ Memoriam superborum perdidit deus: & reliquit memoriam humilium sensu.

24. c. ¶ Memoria mea (inquit Sapientia) in generatione seculorum.

28. b. ¶ Memorare timorem dei: & non irascaris proximo. Memorare [n] testamentum altissimi: & despice ignorantiam proximi.

39. b. ¶ Non recedet memoria sapientis: & nomē eius requiretur a generatione in generationem.

Ad rōa. 1. a. ¶ Testis michi est deus cui seruio (inquit Paulus) in spiritu meo: in euangelio filij eius: q̄ sine intermissione memoriam [o] vestri facio semper in orationibus meis: obsecrans si quomodo tandē aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.

Ad phi. 1. a. ¶ Gratias ago domino deo meo ī omni memoria vestri semper in cūctis orationibus meis/pro omnibus vobis cū gaudio: deprecationem faciens super cōmunicatione vestra in euangelio Christi: a prima die vsq̄ nunc cōfidens in hoc ipsum: quia qui cœpit in vobis opus bonū/perficiet vsq̄ in diem Christi Ihesu.

¶ Cætera infra Moyses. Eccli. 45. a. & Mors. Eccli. 41. a.

Mēdicare. Mēdicās. Mēdicus & Mendicitas.

Deu. 15. a. ¶ Omnino indigēs & mēdicus [p] nō erit iter vos: vt benedicat tibi dn̄s deus tuus in terra/quam traditurus est tibi in possessionem.

k ¶ Nō est priorū memoria. Vt sit priorū memoria/ prōsitq̄ posterioribus ad peccata declināda: nonnūq̄ fiunt aliqua quę alioqui vix fierent: ꝑut ē bo. tex. in c. deniq̄ paulo ante ff. 7. quęst. 1. dum ibi dicitur. Thuribula ipsa in quibus incēsum illicite fuerat oblatum/ne in vsum de cętero essent sacerdotib⁹/sed poti⁹ indignatiōis & vltionis diuinę memoriā corrigendi posteris exhiberent: iussu dn̄i conflata atq̄ in igne purgata ī laminas ductiles producuntur/& assignātur altari secūdum qd loquit̃ scriptura diuina. memoriale inquit filiis Israel vt non accedat quisq̄ alienigena qui non est ex semine Aaron imponere incēsum ante deū: vt nō sit sicut Chorę. Hęc ibi.

l ¶ O q̄ pulchra ē casta generatio. Recurrat ad verbū castitas/ & ad verbum Generatio.

m ¶ Et gemit⁹ & memoria prętеritoꝝ. ipios qui pœnitentię remediū abijciunt hęc duplex vexat afflictio: pondus scilicet nedum pręsentiū/sed etiam pręteritorum peccatorū. Qui vero pœnitentię viam complecti volunt/nequaq̄ ꝑteritorum recordatione peccatorum vexantur. i. vexationem pro eis in futuro seculo habendā sic pertimescunt/vt desperantes a cauendis pręsentibus/et deplorādis pręteritis peccatis arceātur: sed potius ipsorum reminiscētia/pręsentes declinando iniquitates efficiunt vt nullā pro ꝑteritis pœnam se subituros exhorrescant. nullum siquidē inuenitur delictorū tale remediū/sicut eorum cōtinuata memoria dicit tex. ī c. Iudas pœnituit in ff. de pœni. dist. 3. Vn̄ etiā dicit Greg. citatus per Archid. in c. Quis aliqn̄. §. his auctoritatib⁹. col. 1. de pœni. dist. 1. Tūc mię dn̄i mirę efficiūtur in nobis/cū nrę miserię ad memoriā reducūtur.

n ¶ Memorare testamentū altissimi. Videt dici posse testamentū altissimi dei nr̄i Iesu Christi fuisse ī institutiōe sacrosācti altaris mysterij/seu sacri sui corporis & sanguinis sacramēti: qd vltimū voluit infigere cordibus & mēorię discipulorū a qbus ad passionē erat digressurus. c. liqdo. circa me. de cōs. di. 2. Cui⁹ quidē testamēti vix possum⁹ esse nō mēores. Quādoqdē cū mun⁹ ac donū frequēter inspicit: ei⁹ mēoria stricti⁹ retinet. dicit tex. ī cle. 1. de reliq. & vene. sancto.

o ¶ Memoriā vestri facio. Vt viuorū quos in nr̄is suscepim⁹ orōnib⁹ cōmendādos/memoriā debem⁹ facere: Ita etiā defunctorū. ꝑut est tex. s. allegat⁹ in c. pe. de cōse. dist. 2. vbi Archi. dicit q̄ in secūdo memēto p fidelib⁹ defunctis orare solet eccl'ia/ & illa sacramēta eis ꝓsunt: vbi notare possum⁹ noia q̄ volumus sed nō in die dn̄ico vt quidā volūt. quia credūtur aię ob dn̄icam resurrectionē habere requiē. sed hoc non videt verum. hęc Archi.

p ¶ Omnino medicus non erit inter vos. Circa hęc verba notet quod notātes

dicit glo. in rub. C. de mendican. vali. lib. 11. vbi dicit. Quosdā esse mendicos robustos/qui mendicare non de-
berent ne miseris & vere debilibus panē auferant. de quibus dicit glo. super mattheū. iustius feceris si iuste pe
tentē correxeris/q̄ si ei dederis. hęc glo. Textus aūt ibidē dicit tales/qui sine necessitate publice mendicant: pos
se inspici/& eos qui inspexerit & pdiderint dominiū eorū consequi/si sint serui: aut ius colonat⁹/si sint liberi:
salua dominis in eos actione qui mēdicitatis subeūdę consiliū pręstiterūt. Vnde etiā ad officiū rectoris ciuita-

¶ Ego q mendicus sum & pauper: dominus sollicitus est mei. Psal. 39. d.
¶ Duo rogaui te: ne deneges michi domine anteq̄ moriar. Vanitatē puer. 30. ab
& verba mendacij longe fac a me: mendicitatem & diuitias ne dederis

tis pertinet: quęrere conditiōes personarum in ciuitate mendicantiū: & quos inuenit agricultores vel ad alia exercitia aptos: ad illa eos exercēda remittere/& eorū segniciē ad meliorē vitam
mutare/dicit tex. in auten. de quęsto. §. volumus. colla. 6. Esurienti enim panis vtiliter tollitur/ vt ei⁹ inertia co
hibeatur. c. Non omnis. 5. quęst. 5. Per qd. c. dicit glo. in c. 1. in verbo non possunt. 82. dist. q̄ ei qui potest labo-
rare/non debet ecclesia prouidere. Et pto hoc est ibi bo. tex. a contrario sumptus. dicit em̄ textus ibidē. Episco
pus/pauperibus vel infirmis qui debilitate faciēte suis manibus laborare non possunt/ victum & vestimentum
(inquantū possibile fuerit) largiatur. Aduertendū est tamen quia pœna dictę l. vnicę. C. de mendicā. vali. lib.
11. non habet locū in omnibus robustis/seu labori aptis mendicātibus: sed tantū in his qui nō solū mēdicāt/ sed
etiam sibi apponunt herbas ac suppositoria per quę apparent infirmi/claudi/& contracti pedibus & manibus/
vel aliud propter quod faciunt sibi tumescere tibias/ vel aliam infirmitatē fictitię ostendunt. i. apparenter tan-
tum & non existēter: sed vbi quis validus mēdicat nullam fictitiā prętendēs ęgritudinē/tūc si seruus est domio
suo restituitur: si liber & forēsis/ ad partes suas remittitur: si vero est indigena/seu eius ciuitatis in qua mēdi-
cat: debet compelli ad opera & artes & exercitia publica operanda. §. si vero. i auth. de q̄sto: Ita dicit Ioan. de
Pla. post glo. Ibi. in verbo plenitudinē. in d. l. vnica. C. de mendican. valid. lib. 11. Qz si robusti mendicantes se
mel expulsi de ciuitate denuo redeant: cōpetens eis castigatio imponetur/ & iterum transmittentur. d. auctē.
de q̄sto. §. illud maxime puidere: colla. 6. vlterius est aduertendū: q̄ qn̄ incertū est an isti mēdicantes in vera sint
egestate aut fictitia/seu vera aut simulata ęgritudie: possunt inspici nedū ab officiali publico (vt in di. auctē: de
q̄sto. §. volum⁹) sed etiā a priuato q pōt tangere tumefactiones corporis & euulsiones oculorū prętēsas an sint
verę & naturales/vel fictę & superficiales. Ita pręfatus Io. de Pla. in d. l. vnica. vbi subiungit p̄missa non pcede-
re in mēdicantibus ex religiosa eorū pfessione/ seu ex regulari eorū instituto. Taliū enim q̄tūuis validorum
mēdicitas/est a iure approbata. c. vnico. §. sane. de relig. domib⁹. in. 6. vbi quatuor mēdicantiū ordines a iure
approbati numerantur. Prędicatorū. s. minorum eremitarū sancti Augustini & carmelitarū. Alij vero mēdi-
cantiū ordines non cōperiuntur a iure approbati. pinde si qui alij religiosi mēdicantes appareāt/oportet ostē
dāt specialē sui ordinis a sede apostolica approbationē/permissionēq̄ de alijs ad suā religionē admittēdis. tex.
est in d. c. vnico. in principio. & §. 1. De quęstoribus autē/an & quō mēdicitas eorū possit tolerari: ē bo. tex. vbi
generalis cōcilij ponitur cōstitutio in c. cū ex eo. de pœni. & remis. sic inquiēs. Eleemosynarū quęstores quorum
quidā mentiēdo/abusiones nōnullas in sua pdicatione proponunt: admitti nisi apostolicas vel diocesani episco
pi literas veras exhibeant prohibemus: & tunc pręter id quod in ipsis cōtinebitur literis nihil populo propo-
nere permittantur. Formam vero quam cōmuniter talibus apostolica sedes indulget duximus exprimendam:
vt secundū eā diocesani episcopi suas literas moderentur. Ea siquidē talis est. Quoniā (vt ait apostolus) Oēs
stabimus ante tribunal Christi/recepturi put in corpore gessimus/ siue bonū siue malū. oportet nos diem mes
sionis extremę/misericordię operibus pueni rę: ac ęternorū intuitu seminare in terris/quod reddēte dn̄o/mul-
tiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis firmā spem/fiduciamq̄ certā tenentes. qm̄ qui parce seminat/pce
et metet: & qui seminat in benedictiōibus/de bn̄dictionibus & metet vitā eternā. Cū igitur ad sustentationem
fratrū & egenorū ad tale confluentiū hospitale/proprię non suppetant facultates: & vniuersitatē vestram mo-
nemus & exhortamur in dn̄o/atq̄ in remissionē vobis iniungim⁹ peccatorū: quatenus de bonis vobis a deo col
latis/pias eleemosynas & grata eis charitatis subsidia erogetis: vt per subuētionē vestram/ipsorū inopię con-
sulatur: & vos per bona & alia quę dn̄o inspirante feceritis/ad ęterna possitis gaudia peruenire. Qui aūt ad q̄-
rēdas eleemosynas destinātur/ modesti sint & discreti: nec in tabernis/ aut in alijs locis incōgruis hospitentur
nec inutiles faciant aūt sūptuosas expēsas: cauētes oīno ne falsum religionis habitū gestent. hęc ibi. de his aūt
abusibus/quos isti quęstores plerūq̄ cōmittūt/& ipsorum prouida suppatione. est no. textus in cle. 2. §. 1. & fina
li. eodem ti. vbi dicitur. cum aliqui ex quęstoribus/sicut ad nostram audientiā est perlatum: non sine multa teme
ritatis audacia & deceptione multiplici aiarum/indulgentias populo motu suo proprio de facto concedant: sup
votis dispēsent/a periurijs/homicidijs/& peccatis alijs sibi confitentes absoluant. Male ablata incerta/data si
bi aliqua pecunię q̄titate remittant: tertiam aut quartā partem de pœnitētijs iniunctis relaxent/ aīas tres vel
plures parentū vel amicorū illorū q eleemosynas eis conferūt/de purgatorio (vt asserunt mēdaciter) extrahant/
et ad gaudia paradisi perducāt. bn̄factores locorum quorū q̄stores existunt remissionē plenariā pctorum indul-
geant: & aliqui ex ipsis eos a pœna & culpa (vt eorū verbis vtamur) absoluant. nos abusus hmōi/per quos cen
sura vilescit ecclīastica/& clauiū ecclesię auctoritas ducitur in contēptum: omnimō aboleri volētes/ea per quos-
cūq̄ q̄stores fieri vel attētari de cętero districtius inhibem⁹. oia & singula priuilegia/si qua super p̄missis vel eo&
aliquo sint in aliqbus locis/ordinibus/ vel personis q̄storum hmōi quomodocūq̄ concessa: ne ipsorum p̄textu sit
eis materia talia vlterius pręsumēdi: auctoritate apostolica q̄tum ad p̄missa penitus reuocantes. Quęstores aūt
qui deinceps in prēmissis vel aliquo p̄missorum deliquerint/ vel alias etiā quibuscūq̄ suis priuilegijs abusi fue-
rint: sic p locorū episcopos puniri volum⁹. nullo prorsus eisdē quęstoribus in hac parte priuilegio suffragante
q̄ a suis temerarijs ausibus/qui (vbiq̄ vt cōis habet assertio) nimiū excreuerūt/ pœnę formidine ppensius cōpe-
scantur. hęc ibi. Aduertatur tn̄/q̄ hęc sententia gn̄aliter intelligitur cōsulere: ne diuites sinant aliquos mēdicare
sic. s. eis necessaria subministrādo: ne publice mēdicare cogāt. Quod hodie sūmo studio curādū ē erga psōas cle
ricorū: erubescēdū est nāq̄ videre clericos mēdicātes. vn̄ incūbit epis sic eis puidere/ne mēdicitatē aplexari cō-
pellātur. c. diaconi sūt. 93. di. vltio circa p̄dictos validos mēdicātes/q. s. laborare aut de pprio possūt pīmonio
viuere: aduertat ad solēne dictū Prosperi in lib. de cōtēplatiua vita. c. 10. & habet i c. pastor. i pri. 1. q. 2. vbi dr.
Pastor ecclesię his quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare. quādoquidē nichil aliud sit habētibus dare
q̄ perdere: nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt/sine grandi peccato suo vnde paup victurus erat
accipiūt. De clericis quidē dicit spūssanctus. Peccata populi mei comedūt: sed sicut nichil habētes propriū/non
peccata sed alimēta quibus indigere videtur accipiunt. Ita possessores nō alimenta quibus abundāt/sed aliena
peccata suscipiūt. Hæc ibi. q ¶ Ego mendicus sum & pauper dn̄s sollicitus est mei. Hęc sententia pōt

michi. Tribue [r] tantum victui meo necessaria ne forte satiatus illiciar ad negandum: & dicam. Quis est dominus? aut egestate compulsus: furer/& periurem nomen dei mei.

Luce. 16.a. ¶Quid faciam (ait villicus) quia dominus meus aufert a me villicationem. Fodere non valeo: mendicare erubesco &c.

¶Cætera in verbis Lazarus. Luce. 16.d. Ihesus. Ioã. 9.b. Piger. Prouer. 20.a.& 24.d.

1.pa.28.b. **Mens.** ¶Omnia corda scrutatur dominus: & vniuersas [s] mentiũ cogitationes intelligit.

3.esdre.3.d. ¶Q; præualet vinum omnibus hominibus qui bibũt illud. Seducit [t] mentem: itemq; regis & orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi/pauperis ac diuitis: & omnẽ mentem cõuertit in securitatem & iocunditatem &c.

Psal. 76.a. ¶Cogitaui [v] dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

puer.15.b. ¶Secura mens quasi iuge conuiuium.

19.b. ¶Qui tantum verba sectatur/ nichil habebit. qui autem possessor est mentis/diligit animam suam: & custos prudentiæ inueniet bona.

28.c. ¶Beatus homo qui semper est pauidus: qui vero [x] mẽtis est durę/corruet in malum.

1.cori.14.c ¶Si orem lingua spiritus meus orat: mẽs autem mea sine fructu est. Quid est ergo? Orabo [y] spiritu/orabo & mente. Psallam spiritu/psallam & mente.

¶Cætera in verbis æmulari. Prouerb. 24.a. Inuidus. Prouer. 23.a. & lex. ad Roma. 7.d.

Mensa. ¶De mensa propositionis videatur Exo. 25. c.& 37. b. Leuitici. 24.a.& Numeri. 4.a.

Judicũ.1.b. ¶Septuaginta reges amputatis manuum ac pedũ summitatibus colligebant sub mensa mea (ait Adonibezech) ciborũ reliquias: sicut feci ita reddidit michi dominus.

Psal.22.b. ¶Parasti [z] (domine) in conspectu meo mensam/ aduersus eos qui tribulant me.

68.c. ¶Fiat mẽsa [a] eorũ corã ipsis in laqueũ: & ĩ retributiones & ĩ scãdalũ.

Ecci.14. b. ¶Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens/& in tristicia erit super mensam suam.

29.d. ¶Transi hospes/& orna mẽsam: & quæ in manu habes/ciba cæteros.

31.b.c. ¶Supra [b] mensam magnam sedisti: non aperias super illam faucem

a frãciscigenis seu Minoribus assumi aduersus quosdã temerarios/eorũ paupertatis ac mẽdicitatis impugnatores: vtpote qui dicunt q; tales fratres proprietate omniũ abdicantes: tanq̃ homicidę sui vel tentatores dei/ viuẽdi discrimini se cõmittant. Tametsi enim mẽdicantes sunt & pauperes: tamen eorũ solicitus est dominus. Profecto namq; si iuxta promissum saluatoris nunq̃ deficiet fides ecclesię/ per consequẽs nec opera misericordię subtrahentur: ex quo Christi pauperibus oĩs ratio diffidẽtię cuiuslibet videtur esse sublata. Pręterea sic se ipsos cõmittunt diuinę prouidẽtię in viuendo/ vt viam non cõtemnant prouisionis hũanę: qui vel de his quę offeruntur liberalitè/vel de his quę mendicantur humiliter/ vel de his quę cõquiruntur per laboritiũ sustentetur: q; triplex viuendi modus in regula puidetur expresse. Et quidẽ vbi (quod nõ est aliquatenus pręsumẽdum) hęc cuncta deficerent/ sicut nec cęteris sic nec ipsis fratribus iure poli in extremę necessitatis articulo/ad prouidendũ sustentationi naturę/via oĩbus extrema necessitate detentis concessa pcludit: cũ ab oĩ lege/extrema necessitas sit exẽpta. Pręmissa quę huius annotatiõis sententię subseruiũt/ sumpta sũt ex c. Exijt qui seminat. versi. nec quisq̃ ex his insurgat erronee. de ver. sig. lib. 6.

r ¶Tribue tantũ victui meo necessaria &c. Pro istorũ & subsequentiũ annotatione verborum/recurratur ad verba/ Diuitię/ Egestas/ et Furari.

s ¶Vniuersas mentiũ cogitationes intelligit. Videãtur multi textus qui citati sunt ĩ. in Cor. super illud 3. regũ. 8. Tu solus nosti corda filiorum hominum.

t ¶Seducit enim mẽtem. Recurratur ad ea q̃ dicta sunt ĩ verb. Ebrius. in. 1. ãnotatione in pri.

v ¶Cogitaui dies antiquos &c. Declaretur hęc sententia vt in verbo Eternus.

x ¶Qui mentis ẽ durę corruet in malũ. Simile videtur qd alibi dicit Sapiens. Cor durũ male habebit in nouissimo. Cui dicto facta est annotatio in verb. Cor. & in verb. Durus.

y ¶Orabo spiritu orabo & mente. Recurratur ad verbũ Orare.

z ¶Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Idest cõmunionẽ sacri tui corporis & sanguis mihi dedisti dñe/ quia robur mihi paratur aduersus varios dęmonum impulsus. Hęc declaratio videt esse de mente Augustini. circa quã videnda est glo. solẽnis in clẽ. si dñm. paulo post prin. de reli. & ve. sancto. dum inter cęteros huius sacrę cõmunionis effectus hunc enumerat q. s. robur multiplicat/ ac fortiores nos reddit aduersus diaboli tentamenta. Vnde & in figurã legitur q; He ias in fortitudine cibi ambulauit vsq; ad montẽ dei Oreb. Et ita etiã hanc sententiã. in verb. Mensam declarat glo. in c. In calice. de cõse. dist. 2.

a ¶Fiat mensa eorũ corã ipsis in laqueũ &c. Mensa eorũ efficitur illis in laqueũ/in retributiones & in scandalũ qui calicibus student epotandis & crapulę ac ebrietati se totos dedunt. Neq; enim qui eiusmodi sunt psperã diu possunt vel corporis vel animi valitudine perfrui. Quãdoquidẽ nimiã cibi potusue ingluuies/& aiam lędit & corpus: post varias in hoc seculo perpessas corporis ęrũnas/ aiam in tenebras exteriores/ vbi erit fletus & stridor dentiũ/ deducendo. Tex. est ista pbans. in c. Ecclesię principes. 35. dist. iuncto. c. Nec tales. De cõse. dist. 5.

b ¶Supra mensam magnã sedisti &c. Literalis sensus huius sententię cõtinentiã & abstinentiã docet: quam etiã suadet textus celebris. in c. Nihil enim. de cõse. dist. 5. mysticus

autem vt in lege dei simus cauti & puidi. mensa enī magna/copia scripturarū est: in qua nō debemus esse pro caces vt aliquid sine doctore capiam⁹/sed sanctorū doctorū viam teneamus. Pro hac declaratione/ quę est glo. sę ordi. est tex. apertus idem dicens. in c. Relatū est. 37. distin. de quo dictum est supra. in verb. Discere t.

c ¶ Non est ęquū nos derelinquere verbū dei & ministrare mensis. Non est ęquum eos qui spiritualib⁹ addicti sunt exercitijs/temporalibus curis inuolui/& spiritualia deserere vel minus curare propter curā tēporalium c. vnico. de sindi. c. Te qdē. 11. q. 1. l. cōsulta diualia. C. de testa.

tuam prior. Non dicas si multa sunt: quæ super illam sunt. Memento quoniam malus est oculus neq̄. Nequius oculo quid creatum est? Ideo ab omni facie sua lachrymabitur cum viderit. Ne extendas manum tuam prior: & inuidia cōtaminatus erubescas. Nec comprimaris in conuiuio vino. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Vtere quasi homo frugi his quæ tibi apponūtur: vt non cū manducas multum odio habearis. Cessa prior causa disciplinæ: & noli nimius esse/ ne forte offendas: & si in medio multorum sedisti: prior illis ne extendas manum tuam/nec prior poscas bibere &c.

¶ Vir respiciens in mensam alienam: non est vita eius in cogitatione victus. Alit enim animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se. Eccli. 40. d

¶ Tabernaculum factum est primū: in quo erant candelabra & mēsa & propositio panum quæ dicitur sancta. Ad heb. 9. a.

¶ Non [c] est æquum nos derelinquere verbū dei/& ministrare mensis. Actuū. 6. a.

Mensis.

¶ Mense septimo: decima [d] die mēsis affligetis animas Leui. 16. f.

d ¶ Mēse septio Decima die mēsis. Circa hęc verba notet q mēses cōputantur semper respectu anni qui habet in se menses duodecim. igit si aliquid debet fieri infra vnum mensē vt in c. licet §. 1. versi. Quia tamē no lumus. de proba. dabit duodecima pars anni. si infra menses duos. vt in c. Ex publico. de cōuer. cōiu. dabitur sexta pars anni. si infra tres mēses vt i c. ne pro defectu. de elec. dabitur quarta ps anni. Qz si. ĵ. quatuor. vt in c. q̄renti. de offi. de le. dabit ps tertia anni. et sic de singulis. Verum cū annus non habeat in se nisi trecentos. 65. dies vt. ff. de statu li. l. cum hęres. §. cū Stichus (subaudi tu & sex horas) talis cōputatio satis intricata videt: quia scdm ipsam oportet nos forsan qnq̄ non solū ad diuisionē horarū/sed etiā momentorū peruenire. ideoq̄ dicūt aliqui q pro vnoquoq̄ mense sunt cōputandi octo & viginti dies tm̄. Nā in omni patria duo oboli pro vno denario cōsueuerunt admitti: & quattuor hębdomadę p mense. in talibus aūt est ad patrię cōsuetudinē recurrendū. l. cū delamonisa. §. finā. ff. de fū. instruc. instru. q le. l. Labeo. ff. de supel. lega. c. ex literis. de sponsa. Sed i hebdomada nō sūt nisi septē dies. ergo & in mense nō sunt nisi. 28. dies. & q mensis sic cōputandus sit (qui & intercalaris vocatur) pbatur in l. cū bissextus. ff. de verbo. signi. in cōtrariū tamē facere videt tex. i l. vbi lex. ff. de regu. iur. vbi p duobus mēsibus dantur vnus &. 60. dies. ergo p mense dantur triginta dies & dimidius. quinimo vnus et triginta dies (vt expsse probatur in l. 2. §. Qz si primo. C. de tempo. appel. & in l. si. §. sin autē ex alijs. eo. ti. videtur etiam obstare qd dici solet. rem. s. venditā esse. ĵ. duos menses redhibendā. l. si venditor. de his. ff. de redhibi. ac. & hoc est. ĵ. 60. dies sicut exponunt alię leges. l. qd si nolit. §. si quis. ita & l. ediles aiunt. §. 1. ff. de redhibi. ac seu de. aedil. edic. ergo sunt cōputandi pro mense trigita dies/non plures vel pauciores: put etiam probat i. l. sancim⁹. C. de iure delibe. in §. sin autē dubi⁹. & §. donec tamē inuentariū. & in §. hinc nobis. versi. stat igitur. in auten. de hęre. & fal. colla. 1. & in auten. vt cū. de appel. cognos. §. 2. colla. 8. signata. C. de iure delibe. auten. iubem⁹. & idē probatur in l. iure mariti. C. de adul. & ff. eodē. l. si maritus peruenerit. §. nec maritis. & l. Miles §. sexaginta & l. mariti lenociniū. §. sex mēsium. Quid ergo sit in tanta diuersitate iurū sentiendū? videtur aliquibus q sit ad Kalēdariū recurrendū: & sic qnq̄ cōputant. 28. dies/& qnq̄ plures scdm qd mensis in ipso kalēdario occurrit plixior/in die illa q̄ terminus vnius mēsis aut pluriū est assignatus. Alij dicūt q trigita dies sunt cōputandi pro mense: quia in hac opinione plura iura concordant: vt patet ex pmissis. Tu dicas q in casibus illis/ in quibus hęc cōputatio expresse a iure est determinata: non est recedendū ab ipsa determinatione. ergo secundum quod occurret casus & materia: qnq̄ cōputabunt trigita dies/quandoq̄ vero plures vel pauciores. vt patet in iuribus supradictis. Vbi vero hęc cōputatio non est expssa in iure/sicut in iure canonico: quasi in oībus ibidem assignatis mensibus est videre. dicimus q hanc assignationē determinabit & arbitrabit bonus iudex ecclesiastic⁹. ar. in c. de causis. de offi. dele. in. c. fi. de transac. Qui ęquitatē habens prę oculis. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco. & attendens q simplicitate & veritate gaudemus. c. dilecti. de iudi. nō debet nimis cōputationem arctare/sed potius dilatare qn̄ fraus vel malicia non occurrit. ar. ĵ. de do. & cōtu. §. 1. &. 2. igitur si forsan canonici qui habent tres menses ad eligendū episcopum suū/elegerint in nonagesimo scdo vel tertio die a tempore mortis plati cōnumerando/dūmodo alias electio sit canonica non debet superior tendere ad cassationem sed potius ad cōfirmationē. Tum quia triduū princip. ȝ vacationis non videtur cōputandū: quia illo debuerunt cessare saltē ex honestate. de quo tn̄ dicatur. vt in c. bonę memorię Cremoneñ. §. fi. de elec. tum quia si vn⁹ & triginta dies cōputantur p mense non reperiuntur canonici negligentes. Tū quia & si in. 9°. die dicantur tres mēses finiri: tn̄ quod infra triduū sequens fit/inesse videtur: vt patet in eo qd legitur & notatur de regula. c. ad nostram. & c. attestationes. de despōsa. impube. sed quia nō oēs superiores sic arbitrarentur: consulimus canonicis q non nimis se arctēt. Ita in hac materia tenet & concludit Hostiensis a quo pmissa sumpta sunt. in c. licet. col. 1. &. 2. de supplen. negli. pla. Glo. tamen in c. q̄ sit. in verbo Mensem. de elec. lib. 6. Videtur simpliciter tenere: q in casib⁹ qbus dierū nūerus nō est mensi pfixus/facienda est cōputatio habito respectu ad mensē in quo terminus pręfigitur: ita. s. q mensis alicui pfixus habebit tot dies quot habebat ille mensis kalendarij/in quo mensis pro termino pręfixus est. Et si dies aliqui lapsi erant/supplentur de mense sequente. vnde quia ad adhibendū consensū electioni de aliquo factę: dat ei vnus mensis cōputādus a die quo sibi pñtata fuit electio si electio psentetur. die decima mensis Februarij/decima die mensis Martij/ vel aliquo die anteriori debet consensus adhiberi: Et quia post consensum electioni de se factę pręstitū/debet. ĵ. tres menses peti electionis confirmatio. si decima die Martij fuerit pręstitus consensus/decima die Iunij vel aliquo citeriori petenda erit cōfirmatio. Et eodem mō (quia ad electionē faciendā tres menses pręfiguntur) si platus decima die Februarij decesserit/ non poterit (causa legitima cessante) protrahi electio nisi vsq̄ ad decimā diem Maij. Hęc est mens pręfatę glosę in d. c. q̄ sit. in verb. Mensem. quam Dñicus de sancto Geminiano. Io. Mo. Archi. & Philip. Francus sequuntur. Subiūgit

tamen pfatus Philipp⁹ Francus/conclusionē dictę glosę procedere in casibus in quibus exprimitur/a quo tempore incipiat mensis: & in tribus mensibus ad eligedum prefixis:quos ius exprimit incipere a tēpore mortis prelati. vt in c. Ne pro defectu. de elec. & in mense qui pfigitur ad consentiendū electioni quē ius exprimit incipere a tempore presentatiōis. vt d.c. q̄ sit. ver. Electus vero. & in trib⁹ mensibus prefixis ad confirmatione petendā quos ius dicit incipere a tēpore consensus prestiti. vt in d.c. q̄ sit. versi. Ceterum. Quando vero de mensis ince-

vestras: nullūq; [e] op⁹ facietis/siue idigena/siue aduena qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit vestri atq; mūdatio: ab omnibus peccatis [f] vestris coram domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est: affligetis animas vestras religione perpetua.

Nūeri.28.b ¶ Dixit dominus ad Moysem. Præcipe filijs Israel: & dices ad eos. In kalendis [g] idest in mēsium exordijs offeretis holocaustū domino &c.

29.a. ¶ Mensis septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea. quia dies clangoris est & tubarum &c.

ad gal.4.b. ¶ Dies obseruatis/& menses/& tēpora/& annos &c. Et supra dies.

¶ Cætera vide in verbo fluxus. Leui.15.c.

Menstruus & Menstruata.

Leui.18.c. ¶ Ad mulierem [h] quæ patitur menstrua/non accedes: nec reuelabis fœditatem eius.

20.c. ¶ Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo/& reuelauerit turpitudinem eius/ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui: interficientur [i] ambo de medio populi sui.

Esaię.64.c ¶ Facti sumus vt immundi omnes nos: & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

¶ Cætera vide infra in verbo Mulier. Leui.12.a.b.&.15.c.&.d.

Menta.

¶ Recurre ad verbum decima. Matth.23.c.

Mentiri. Mentiens & Mentitus.

Leui.19.c. ¶ Nō [k] mentiemini: nec decipiet vnusquisq; proximum suum.

Nūeri.23.c. ¶ Non [l] est deus quasi homo/vt mētiatur: nec vt fili⁹ hoīs/vt mutetur.

Iob.24.i fi. ¶ Quis me potest arguere esse mentitū: & ponere ante deū verba mea?

Psal.17.g. ¶ Filij alieni mentiti sunt michi: filij alieni inueterati sunt/& claudicauerunt a semitis suis.

26.d. ¶ Insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

65.a. ¶ Dicite deo: q̄ terribilia sunt opera tua domine: in multitudine vir-

ptione nihil expssum reperitur: tunc mensis habebit triginta dies: nisi lege vel statuto aliud exprimat. Ita Phi. Frāc⁹. vbi s. & Bar. in d. l. cum bissextus. ff. de verb. sig. Sed hęc cōclusio non videtur tuta: quia semper inceptio mēsis ē prefixa si non expsse saltē tacite. Incipit enim semper terminus pfixus (nisi aliud dictū sit) ab eo die quo prefigitur. dies em̄ termini secundū veriorē & cōmuniorē opinionem/ cōputatur in termino: et currit de momēto ad momentum. glo. est in l. gallus. in verb. 10. mensibus. ff. de libe. & posthu. et notant Panor. & pceptor meus Decius. in c. super eo. le. 2. de appel. et Philp. Franc⁹. in d.c. q̄ sit. col. 1. de elec. li. vj. q̄uis cōtrariū teneat pceptor me⁹ Iason. in l. 1. in. 3. col. ff. si quis cau. Sed alia opi. verior videtur. Iura eni q̄ pro cōtraria opinione citātur in casibus particularib⁹ illud exprimunt. Vnde in consequentiā trahenda non sunt. obstante regula q̄ vult q; tempus currit de momēto ad momētum. l. 3. §. minorē. & ibi glo. ff. de mino. Vnde verior videtur opi. prefatę glo. in d. c. q̄ sit. vt s. mēsis cōputetur habita relatione ad mensem kalēdarij: & si aliq dies iam excurrerint/suppleātur de mense sequenti. Secūdo & propius ad istā sententiā aduertat: q; scdm hebreorū cōputationē aprilis est primus mensis anni/maius secūdus/iuni⁹ tertius/iulius quartus/septēber sext⁹/& october septim⁹. Text⁹ est in c. Hui⁹ obseruātię. §. primū vero. 76. dis. & notat gl. in c. Celebritatē. de cōs. dist. 3.

e ¶ Nullūq; op⁹ facietis. Recurrat ab verbū Dies. Paulo post prin.

f ¶ Ab oībus pctīs vestris corā dn̄o mūdabimini. Istud hodie faciendū incūbit cuilibet catholico in paschali celebritate. put ē cōciliaris. cōstitutio i c. Ois vtriusq; sex⁹. de pœ. & remis. & dicet. J. in verbo Pasca.

g ¶ In kalendis. idest in mensiū exordijs. Recurrat ad ea quę dicta sunt in verb. Kalendę.

h ¶ Ad mulierē q̄ patit menstrua nō accedes. Videat duplex ratio huius phibitionis s. in verb. Coire. p. Et aduertatur q; tametsi mulier mēstrua patiēs imunda censeat: phiberi tn̄ eccl'iam intrare nō debet: quia ei naturę superfluitas i culpā reputari nō debet: & p hoc qd inuita patit/iniustū est vt eccl'ię ingressu priuet. Sanctę quoq; cōionis mysteriū in eisdē dieb⁹ percipere nō debet phiberi. Si aūt ex veneratiōe magna pcipere nō psūpserit/laudāda est: sed si susceperit/nō est iudicāda. Bonarū qppe mentiū est/ibi etiā culpas suas cognoscere/vbi culpa nō est: qa sępe sine culpa agitur/qd venit ex culpa. Vn̄ etiam cum esurimus sine culpa comedimus: quibus ex culpa primi hominis factū est vt esuriam⁹. Hęc sūpta sunt ex c. si. versi. Quę tn̄ mulier. & versi. Sācię quoq;. 5. dis.

i ¶ Interficientur ambo de medio populi sui. Videat qd istis verbis annotatum est s. in verb. Coire.

k ¶ Nō mētiemini. Is q mētit/cōtra id qd aio sentit loqtur volūtate fallēdi. Et vtiq; verba ppterea instituta sunt/nō vt per eas seinuicē hoīes fallāt: sed vt eis qsq; in alterius notitiā cogitatiōes suas pferat. Verbis ergo vti ad fallaciā/nō ad qd sunt istituta pctm̄ est. Nec ideo vllū mendaciū putandū est nō esse pctm̄: quia possum⁹ aliqn̄ alicui pdesse mentiēdo. Possum⁹ em̄ & furādo/si pauper cui palā datur sentit cōmodū: & diues cui clā tollit non sentit incōmodū. Nec ideo tale furtū quisq̄ dicit pctm̄ non esse. Nemo tn̄ mentiens iudicandus est/qui dicit falsum qd putat verū: quia q̄tum i ipso est/non fallit ipse sed fallitur. Vnde non mendacij/sed aliquando temeritatis arguendus est q falsa incautus credit/ac p veris habet. Potiusq; ecōtrario q̄tū est in ipso ille mentit/q dicit verū qd putat falsū: q̄tū em̄ ad animū ei⁹ attinet (qa nō qd sentit hoc dicit) nō verū dicit: quis verū inueniat esse qd dicit. nec vllo mō liber est a mēdacio q ore nesciēs verū loqtur: sciēs aūt volūtate mētitur. Nō cōsideratis itaq; reb⁹ ipsis de q̄bus aliqd dr/sed sola intentiōe dicētis: melior est q nesciēs falsū dicit qn̄ id verū putat: q̄ q mētiendi animū sciens gerit/nesciens verū esse quod dicit. Hęc sunt verba Augustini in enchiridio. & habetur in c. Is aūt. 22. quęst. 2.

l ¶ Non est deus &c. Videatur annotatio in verb. Deus.

m ℭ Inimici dñi mentiti sunt ei. Qꝫ sit perniciosum deo mentiri/ colligitur ex textu in c. Nam si consenseimus. in fi. 27. dist. dũ ibi dicitur. Non est fas spũisancto mentiri: sicut Ananias & Saphira mentiti sunt/ & statim perierunt. Et idẽ habetur. 1. quęst. 2. versi. In actibus vero apostolorũ/ & clarius in ca. 2. versi. Ananias. 12. quęst. 2. vbi dicit. Ananias vir auster⁹ & Saphira vxor eius quia mẽtiti sũt apostolis de pręcio agrorũ suorũ quos vendiderunt/ nobis pręsentibus in conspectu omniũ circũstantiũ: a conspectu apostolorũ propter peccatũ eorũ & mendaciũ qd fecerunt mortui delati sũt ambo. Idem etiã habetur in c. qd Christus. versi. Vnde Ananiã. & in c. Ea vindicta. in fi. 23. qst. 4.

tutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
ℭ Dilexerunt deum in ore suo: & lingua sua mentiti sunt ei. Psal. 77. d.
ℭ Inimici [m] domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula. 80. c.
ℭ Os [n] quod mentitur: occidit animam. Sapiẽ. 1. c.
ℭ Noli [o] velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. Ecci. 7. b.
ℭ Nolite mentiri inuicem. Ad colo. 3. b
ℭ Impossibile est mentiri deum. Ad heb. 6. d.
ℭ Si dixerimus quoniam societatem habemus cum deo/ & in tenebris ambulamus: mentimur/ & veritatem non facimus. 1. Ioan. 1. b
ℭ Cætera in verbo Testis. Prouerb. 12. c. & 14. a.

Mendax & Mendacium.

ℭ Non suscipies vocẽ mẽdacij: nec [p] iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. Exodi. 23. a
ℭ Nũquid deus indiget vestro mẽdacio/ vt pro illo loquamini dolos? Iob. 13. b.
ℭ Filii hominum vsq; quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem/ & quęritis mendacium? Psal. 4. a.
ℭ Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem: perdes [q] omnes qui loquuntur mendacium. 5. b.
ℭ Ego dixi in excessu meo: omnis [r] homo mendax. 115. a.
ℭ Qui nititur mendacijs: hic pascit ventos. Idem autem ipse sequitur aues volantes. Prouer. 10. a.
ℭ Abscondant odium labia mendacia: qui profert contumeliam/ insipiens est. 10. c.
ℭ Labium [s] veritatis firmũ erit in perpetuum. qui autẽ testis est repẽtinus: concinnat linguam mendacij. 12. c.
ℭ Abominatio est domino labia mendacij: qui autem fideliter agunt/ placent ei. 12. d.
ℭ Verbum [t] mendax iustus detestabitur: impius autem confundit/ & confundetur. 13. a.
ℭ Malus obedit linguæ iniquę: & fallax obtẽperat labijs mẽdacibus. 17. a.
ℭ Testis falsus nõ erit impunit⁹. & qui mẽdacia loquitur: nõ effugiet. 19. a.

n ℭ Os quod mentitur occidit aĩam. Hic dicit Augustin⁹ in libr. de cõflictu vitiorũ atq; virtutũ. Nec artificioso mẽdacio/ nec simplici verbo oportet queq̃ decipe: quia quomolibet mentitur quis/ occidit aĩam. de quo dicto Aug. ẽ tex. in c. Nec artificioso. 22. quęst. 2. De quo etiã textu dictũ ẽ super hac sententia s̃. in verb. Anima Diffusius tamẽ videatur quę dicentur. j. in verb. Mendacium. super illud psal. Perdes oẽs qui loquuntur mendacium.

o ℭ Noli velle mentiri omne mendaciũ. de multiplici specie mẽdacij dicet. j. in verb. Mendacium.

p ℭ Nec iunges manum tuã. Declaretur vt dictũ est s̃. i verb. Man⁹.

q ℭ Perdes omnes q loquuntur mendacium. Quod dicit perdes oẽs qui loquunt mẽdacium: non de omni mendacio intelligẽdũ est. Sunt eñ quędã mẽdacia i quib⁹ & si sit aliq̃ culpa: nõ tñ dãnabilia sũt/ imo nõ tanq̃ mẽdacia habenda sunt. Sunt & alia mendacia q̃ sunt grauioris culpę de quibus intelligitur Perdes oẽs q loquuntur mẽdaciũ: vt autẽ appareat quę mẽdacia sunt venialia/ & q̃ dãnabilia: distinguẽdũ est quot sint genera mẽdacij. de qbus Aug. scribit in lib. de mẽdacio: dicens. Primũ est capitale mendaciũ & lõge fugiendũ: qd fit in doctrina religionis. ad qd mendaciũ nulla cõditione qs debet adduci. Scdm vt si aliquẽ lędat iniuste: qd tale est vt nulli psit & obsit alicui. Tertiũ qd pdest alteri/ ita vt obsit alteri: q̃uis nõ ad imundiciã obsit corporalẽ. Quartũ sola mẽtiendi fallendiq; libidine qd merũ mendaciũ est. Quintũ qd fit placẽdi cupiditate de suaui eloquio. His oib⁹ penitus euitatis atq; reiectis sequit sextũ genus qd nulli obest & pdest alicui. velut si quispiã pecuniã alicui⁹ iniuste tollendã sciens: vbi sit nescire se mentiat. Septimũ genus mendacij est/ qd & nulli obest & pdest alicui. velut si nolens hoiem ad mortẽ quęsitũ pdere/ mentiat. Octauũ genus medacij est/ quod & nulli obest. & ad hoc pdest vt ab imũdicia corporali aliquẽ tueat. non est igitur mentiendũ in doctrina pietatis. qa magnũ scelus est & primũ genus detestabilis mẽdacij. Non est mẽtiendũ scdo genere. quia nulli facieda iniuria est. Nõ est mentiendũ tertio genere. quia nulli cũ alteri⁹ iniuria est consulendũ. Non est mentiendũ quarto genere: ppter mẽdacij libidinẽ quę per seipsam vitiosa est. Non est mentiendũ quinto genere. qa nec ipsa veritas/ placendi causa enũcianda est: q̃tomin⁹ mẽdaciũ qd per se ipsum. quia mendaciũ est/ vtiq; turpe est. Nõ est mentiendũ sexto genere. Neq; eñ recte testimonij veritas/ p cuiuscũq; tẽporali cõmodo ac salute corrũpitur. ad sempiternã vero salutẽ nullus ducendus est opitulante mendacio. Neq; septimo genere mentiendũ est: neq; enim cuiusq; cõmoditas aut salus tẽporalis/ perficiendę fidei pręferẽda est. Nec se quisq̃ in recte factis nostris tã male moueri sentiat: vt fiat etiam animo deterior lõgeq; a pietate remotior. Nec octauo genere mentiendũ est: quia & in bonis castitas aĩę pudicitię corporis pfertur. & in malis: qd ipsa facimus/ eo qd fieri sinimus nobis dãnabili⁹ est. In his aũt octo generibus tãto quisq; minus peccat cũ mentit/ q̃tomagis a primo recedit. Quisqs aũt esse aliquod genus mendacij quod pctm non sit putauerit: decipiet semetipsũ turpiter/ cũ honestũ se deceptorẽ arbitret aliorũ. Premissa oĩa habetur in c. In ipsarũ. §. fi. iuncto c. seq. 22. quęst. 2.

r ℭ Omnis hõ mẽdax. Videat annotatio in verb. Homo.

s ℭ Labiũ veritatis firmũ erit imperpetuũ. Recurratur ad verbũ Labium.

t ℭ Verbũ mẽdax iustus detestabitur. Quãtum sit a vero iusto/ seu perfecto ac spũali hoie verbũ mendax detestandũ: declarat Augustinus in quinto psal. sic inquiens. Ne quis arbitretur perfectũ & spũalem hominẽ/

pro ista tēporali vita/morte cuius sua vel alterius non occiditur anima debere mētiri. aliud tamen est mentiri/aliud verum occultare. siquidē aliud est falsum dicere/ aliud verū tacere: vt si quis forte non velit ad istam visibilem mortē hoīem prodere/paratus esse debet verū occultare/non falsum dicere: vt neq prodat/neq mentiatur: nec occidat animā suam pro corpore alterius. Hęc sententia Augustini habetur in c. Ne qs arbitretur. in princi.22. qst.2. vbi dicit glo. ꝙ mendaciū qd fit pro alterius salute/mortale est perfectis / venialevero imperfectis. & subiūgit. Qualiter ergo respōdebit ille a quo quęritur ab hoste: est talis ī hac domo. Si tacet/pręsumit eū esse in domo. si aūt fatetur/ reus erit homicidij. Responde: tacere potest / et licet alter pręsumat malum ex taciturnitate hoc ei non imputatur. Absit enī vt ea quę ꝓpter bonū ac licitū facimꝰ aut habēmus: si aliquid per hoc pter nostram voluntatem quicq̄ mali acciderit/ nobis imputetur. c. de occidendis. circa me. 23. qsti. 5. vel per ęquiuocationē caute deludat interrogantē: dicendo. non ē. i. non comedit hic. Hostē enim caute possumꝰ deludere c. In mādatis. ī fi. 43. dist. Hęc glo. Archi. tamen ibidē dicit/ ꝙ hoc mendaciū pro salute alterius nec īperfecto/ nec perfecto homini mortale est: sed tantūmodo veniale. Nec obstat tex. in d. c. ne quis in verbo occidat. vbi innuitur ꝙ perfectus mētiendo tali mēdacio occidit aīam suā. quia intelligitur ꝙ occidit. s. occasionaliter: cū ex peccatis venialibꝰ ad mortalia facile perueniatur. c. vnū orarium. §. Criminis. 25. dis. Vel secundū eundem Archi. dici potest melius. ꝙ interrogatus ab hoste pōt simpliciter asserere & negare eū esse ibi. si tamen consciētia sua sibi dictet ꝙ ita debet dicere: tunc enim nō dicit contra cōscientiam/ immo sequit eam & nullomodo peccat; quia non mentitur. i. non vadit contra mentem. & pro hoc allegat Archi. textū. in c. primū. versi. Neq septimo genere. ibi: Nec se quisq. eadē dis. de quo dictum est. s. eodē. q.

puer. 20. c. ℭSuauis est homini panis mēdacij: & postea īplebitur os eiꝰ calculo.

21. a. ℭQui congregat thesauros lingua mendacij: vanus & excors est/ & impingetur ad laqueos mortis.

29. b. ℭPrinceps qui libenter audit verba mendacij: omnes ministros habet impios.

30. a. ℭNe addas quicq̄ verbis dei/& arguaris inueniarisq mendax.

Eccli. 4. c. ℭNe accipias [v] faciem aduersus faciem tuam: nec aduersus animam tuam/mendacium.

4. d. ℭNon contradicas verbo veritatis vllo modo: & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

7. b. ℭNoli amare mendacium aduersus fratrem tuum: neq in amicum similiter facies.

eodem. ℭNoli [x] velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.

15. b. ℭViri mendaces non erunt iustitiæ memores: & viri veraces inuenientur in illa/& successum habebunt vsq ad inspectionem dei.

19. d. ℭEst correctio [y] mendax in ira contumeliosi.

20. d. ℭOpprobrium [z] neq̄ in homine mendaciū: & in ore indisciplinatorum assidue erit.

eodem. ℭPotior est fur q̄ assiduitas viri mendacis: perditionem [a] autem ambo hæreditabunt.

eodem. ℭMors hominum mendacium sine honore: & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.

25. a. ℭTres [b] species odiuit anima mea & aggrauor valde animę illorum: pauperē superbum/ & diuitem mendacē/& senem fatuū & insensatū.

34. a. ℭVana spes & mendacium [c] viro insensato / & somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram: & prosequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia. Secūdum hoc visio somniorum. Ante faciem hominis/similitudo alterius hominis. Ab immūdo quid mundabitur: & a mendace quid verum dicetur? Diuinatio erroris & auguria: mendacia & somnia maleficentium vanitas est.

eodem. ℭSine mendacio [d]: consummabitur verbum legis: & sapientia in ore fidelis complanabitur.

41. d. ℭErubescite [dd] a præsidente & a potente de mendacio. Et supra in verbo Erubescere.

v ℭ Ne accipias faciē aduersus faciem tuā. Declaretur vt dictum est. s. in verb. Facies. x ℭ Noli velle mentiri oē mēdaciū. Circa hęc verba notetur tex. Augustini in c. Michi autem. 22. quęst. 2. vbi dicitur. Michi non absurde videtur omne quidē mendaciū esse peccatū: sed multum interest quo animo & de qbus rebus quisq mentiat. Non enī ita peccat qui consulēdi quomō ille qui nocendi voluntate mentitur. Nec tn̄ nocet qui viatorē mentiendo in aduersum iter mittit q̄tum is qui viā vitę mendacio fallente deprauat. Hęc ibi. y ℭ Est correctio mendax in ira cōtumeliosi. Recurratur ad verbum Contumeliosus. z ℭ Opprobriū nequā in hoīe mendacium. Hinc dicit Gregorij tex. in c. incauti. 22. qst. 2. incauti sunt homines qui se illaqueant mendacio. & in c. Omne genus. eadē dist. dicit tex. Omne genus mendacij summopere fuge: Nec casu nec studio loquaris falsum. Nec vt pręstes mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendaciū in omnibus. a ℭ Perditionē autem ambo hęreditabunt. Recurratur ad verbū Fur. & ad ea quę dicta sunt. s. eodē. super illud psal. Perdes oēs qui loquūtur mendacium b ℭ Tres species odiuit aīa mea &c. Declaretur hęc sententia vt supra in verb. Diues. c ℭ Mendaciū viro insensato facit. Tex. in d. c. Incauti. 22. q̄st. 2. d ℭ Sine mendacio cōsummabitur verbū legis. Facit c. 1. colū. 1. 35. quęst. 10. dd ℭ Erubescite a p̄sidente de mendacio. Circa hanc sententiā potest addubitari an quis peccet mortaliter/negando in iudicio veritatē per quam condemnaretur. In hac dubitatiōe dicit Archi. in c. in ipsarum. §. Nunc quod dicitur. 22. quęst. 2. ꝙ quicunq facit cōtra debitum iustitię/mortaliter peccat. pertinet autem ad debitū iustitię ꝙ quis obediat suo superiori in his q̄ ad

tus prelationis se extendunt. Superior vero est iudex respectu eius qui iudicatur. & ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatē exponere quam ab eo secundū formā iuris exigit. Vnde si veritatē confiteri nolit quam dicere tenetur: vel si eam mendaciter negauerit: peccat mortaliter. Si vero iudex hoc exquirat nō scdm ordinem iuris: non tenetur accusatus ei respondere: sed debet per appellationē/ vel alias licite subterfugere non tñ mendacium debet dicere secundum Thomā. Hęc Archi.

¶Cor insipiēs adorabit sculptile: & non liberabit animā suam/ neq; Esaię.44.c
dicet. forte mendacium est in dextera mea.
¶Labia [c] vestra loquuta sunt mendacium: & lingua vestra iniquita- 59.a.
tem fatur.
¶Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te domine: & peccata 59.c.
nostra respōderunt nobis. Quia scelera nostra nobiscū: & iniquitates
nostras cognouimus: peccare & mētiri cōtra dominū: & auersi sumus
ne iremus post tergū dei nostri: vt loqueremur calūniā & transgressio-
nem. Cōcepimus & loquuti sumus de corde verba mēdacij: & cōuer-
sum est retrorsum iudicium/ & iustitia longe stetit &c.
¶A propheta vsq; ad sacerdotem cuncti [f] faciunt mendacium. Hiere.8.d.
¶Vos [g] ex patre diabolo estis (dixit Ihesus Iudæis) & desyderia patris Ioan.8.f.
vestri vultis facere. Ille [h] homicida erat ab initio: & in veritate nō ste-
tit/ quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium/ ex proprijs
loquitur: quia mendax [i] est et pater eius.
¶Si dixero (ait Ihesus ad Iudæos) quia non scio patrem: ero similis 8.g.
vobis mendax: sed scio eum/ & sermonem eius seruo.
¶Deponentes [k] mendacium loquimini veritatem vnusquisq; cū pro- ad ephe.4.f
ximo suo: quoniam sumus inuicem membra.
¶Cretenses [l] semper mendaces: malæ bestiæ ventris pigri. ad titū.1.c.
¶Si dixerimus quoniam peccatum non facimus: mendacem facimus 1.Ioā.1.iñ.
deum: & verbum eius non est in nobis.
¶Qui [m] dicit se nosse deū/ & mandata eius non custodit: mendax est/ 1.Ioan.2.a.
& in eo veritas non est.
¶Omne mendacium ex veritate non est. 2.c.
¶Quis est mendax nisi is qui negat quoniā Ihesus non est Christus? 2.d.
hic est antichristus qui negat patrem & filium.
¶Si quis dixerit quoniam diligo deum/ & fratrem suum oderit: men- 4.d.
dax est. Et supra diligere vbi diffusius.
¶Omnibus [n] mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & Apoca.21.b
sulphure: quod est mors secunda.

e ¶Labia vestra loquuta sūt mendaciū. Q; nullo casu licitū sit loq mendaciū: est celebris text⁹ Augu. in c. primū.22. q. 2. de quo dictū est s. eodem super illud Psal. Perdes oēs qui loquuntur mēdaciū. Videtur tamē dici posse/ q; ad excludēdum alterius mēdaciū/ possit mēdacium pferri. glo. est quę ita sentire videtur. in c. Cupientes. in verb. Malignantiū. de elec. li.6. dum dicit q; qui habet ius in principali: cauillationes & malicias aduersarij potest per alias repellere/ Nec videtur fraudē facere q fraudem excludit. Cōtrarium tamē tenet Panor. et melius in c. Olim. le. 1. col. fi. circa fi. de resti. spo. Non eni propter alterius peccatum/ possum pctm̄ cōmittere: vt. la. ic notat. 14. dist. in sūma.
f ¶Cūcti faciūt mēdaciū. Simile est quod dicit psal. Oīs homo mendax. Cui dicto facta ē annotatio/ quę isti sententię subseruit s. in verb. Homo.
g ¶Vos ex p[at]re diabolo estis. Tex. est istorum verborū declaratiuus. i c. Cito turpem. 3. quęst. 1. de quo dictum est s. in verb. Diabolus. 1.
h ¶Ille homicida erat ab initio. Nota homicidā: non solū qui ferro/ sed etiā qui verbo occidit/ vt diabol⁹ primos parētes. Vnde in psal. Lingua eorum gladius acutus. Pro hoc dicto quod est glosę ordi. est textus clarus in c. homicidiorum de pœni. dist. 1.
i ¶Mendax est/ & pater eius. Facit tex. in c. Cauete in prin. 22. q̄sti. 5. vbi dicitur. Cauete fratres mandaciū: quia omnes qui amant mendacium: filij sunt diaboli.
k ¶Deponentes mendaciū/ loquimini veritate. Non solū in falsis verbis/ sed etiam in simulatis operibus mendaciū est deponendū. mendaciū nāq; est se Christianū dicere/ & opera Christi non facere. Mendaciū est epm sacerdotē vel clericū se pfiteri/ & cōtraria huic ordini operari. Ita dicit textus Ambrosij. in d. c. Cauete. 22. q̄st. 5. Et aduertendū quia ideo nō dicit simpliciter loqmini veritatē: sed addit deponētes mendaciū. quia pōt aliqs loq veritatē/ qui tñ loquet mendaciū. put est tex. in c. Is aūt. 22. q. 2. de quo dictū est in verb. Mētiri. in. 1. anno. Mentiri tñ proprie est dicere vel facere aliquid contra id quod est in cōscientia: falsum aūt loqui seu dicere/ est aliquid dicere ita esse qd non ita est/ nō distincto virū intendat dicere verū vel falsum mendaciū de se cōphendit vtrūq;: qd patet ex diffinitiōe ista. Mendaciū est falsa significatio vocis cū intentione fallendi: falsa significatio vocis/ ecce falsu dicere cū intētiōe fallēdi ecce mētiri sed large mētiri & falsū dicere se habent excedēter & excesse. i. vt excedētia & excessa: quia nō ois qui mentit/ dicit falsū: immo aliqñ dicit verū licet ipse intendat dicere falsum: & econtra. non omnis qui dicit falsum/ mentit: imo aliqñ credit dicere verū licet dicat falsū. Ergo qui mentit semper fallit volūtate. licet aliqñ fallat in facti veritate: & ideo sēper peccat. Qui vero dicit falsū nō semper peccat. Aliqñ eni dicit falsū cū intētione fallēdi: & tunc est pctm̄ & mendaciū. Aliqñ dicit falsū & credit dicere verū: & tūc si adhibuit diligentiā debitā/ non peccat: alioqui peccat saltē venialiter. Pręmissa pōit archi. in c. beat⁹. in fi. 22. q. 2.
l ¶Cretenses sēper mēdaces &c. Verba sunt Epimenidis illius Thebani sacerdotis qui malus fuit. Ita dicit glo. in c. Dn̄s declarauit. vbi hęc verba citantur. 1. q. 1. & ex eo q; hāc Epimenidis sentētiā citat hic apostolus. Infert Augu. in d. c. Dn̄s. subsequētē cōclusionē. Si apostolus nescio cui⁹ alienigenę testimoniū. quia verū coperit/ etiam ipse attestatus est. Cur nos apud quemcūq; inuenerim⁹ qd Christi est. & verū est/ etiā si ille apud quē inuenim⁹/ peruersus & fallax est: non discernimus pter viciū qd homo habet: veritatē quam non suā/ sed Christi habet?
m ¶Qui dicit se nosse deū &c. Recurratur ad verbū mendacium.
n ¶Omnibus mendacib⁹ pars illorū erit in stagno. &c. Declaret vt declaratū est illud psal.

Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. Et vlterius aduertatur: ꝙ tametsi mendaciũ dicere imputetur ad pœnam: non tamen semper reputatur ad pœnã verumtacere: manifestũ namq; est non esse culpandũ/ aliquando verum tacere: falsũ aũt dicere nõ inuenitur sanctis cõcessum. ita dicit tex. in d.c. Ne quis arbitretur. in fi. 22. q. 2.
o ℂ Qui amat & facit mendaciũ. Amandũ non est seu dicendũ mendaciũ/ etiã causa humilitatis: cum eñ humilitatis causa mentiris: si non eras peccator anteq̃ mentiteris/ metiendo efficeris. c. Cum humilitatis. 22. q. 2. Et eodẽmodo nõ licet mentiri vt caueatur arrogantia. c. i. Nõ ita. eadem causa & quęst.

Apoca. 22. c ℂForis canes/& venefici/& impudici/& homicidæ/& idolis seruiẽtes/ & omnis [o] qui amat & facit mendacium.

ℂCætera in verbis Odire. Prouerb. 6. c. Statera. Psalmo. 6. c. Testis: Prouerb. 14. a. & 19. d. & 21. d.

Zacha. 14. in fine. **Mercator.** ℂNon [p] erit mercator vltra in domo domini exercituum in die illa.

Apoca. 18. a ℂCecidit cecidit Babylon magna &c. Et reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores [q] terræ/ de virtute delitiarũ eius diuites facti sunt.

18. g. ℂ Lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox sponsi & sponsæ nõ audietur adhuc in te: quia mercatores [qq] tui erãt principes terræ: quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes.

Leui. 19. c. **Merces & Mercenarius.** ℂNon [r] morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane.

Deute. 24. c ℂNon negabis mercedẽ indigẽtis/& pauperis fratris tui siue aduenæ qui tecũ moratur in terra/& intra portas tuas est: sed eadẽ [s] die reddes

p ℂ Non erit mercator vltra in domo dñi. Iure humano Mercator proprie est ille qui plures negociationes facit non vnam tantum l. 1. §. illud. ff. de tributo. vnde dicit tex. in l. semper. §. negociatores. ff. de iure imuni. ꝙ immunitas cõcessa mercatoribus: seruatur in illo qui maiorem partem facultatum suarum ponit in mercãtijs. Quod facit contra Bar. i l. legatis seruis. ff. de le. 3. vbi per illũ tex. dicit ꝙ locator roncinorũ potest dici mercator: ex quo inferebat ad statutum quo cauetur ꝙ libris mercatorum stetur: vt. s. talis locator debeat gaudere dicto statuto. qd non placet Panor. in c. 1. in fi. de iudi. tum quia hęc est quędam immunitas a statuto mercatori concessa: tum quia talis locator non potest dici mercator: vt est bonus tex. in l. mercis appellatione. ff. de verbo. signifi. subiungit tamẽ Panor. ibi post Bar. in d. l. legatis: ꝙ quis dicatur seu appelletur mercator/ recurrendũ est ad vulgi opinionem. Qz autem in domo dñi mercator esse non debeat/ ex eo satis patet/ ꝙ eiecit eos dñs de templo. c. Ejiciens. 88. dist. Non solum autẽ in domo dñi mercator esse nõ põt/ sed etiã q ẽ de domo dñi mercator esse nõ debet. vnde dicit Hiero. negociatorem clericũ quasi quãdã pestem fuge. c. Negociatorẽ. 88. dist. mercator vero clericus hic proprie dicitur/ qui rem comparat vt integrã & imutatã vendendo lucretur. Quando vero emit aliquã materiã/ & per artificiũ reducit ad aliquã formã: vt si forte emat vimina & faciat canistra/ vel emat chartã & scribat libros: per hoc mercator non dicitur/ sed potius artifex: nec artificiũ est clerico/ saltẽ pauperi/ prohibitum: sed negociatio. ita Panor. in ca. fi. in fi. de vita & ho. cle. vnde in Cartha. concilio legitur. Clericus victũ & vestitum sibi artificiolo vel agricultura absq; officij sui dũtaxat detrimento pręparet. Et in c. pe. eadem distin. dicit tex. Clericus quilibet verbo dei eruditus/ artificiolo victũ q̃rat: de mercatione etiam clericis prohibita/ legitur in cõcilio Terraconensi. Canonũ statutis firmatum est/ vt quicunq; in clero esse voluerit: emẽdi vilius & vendendi carius studio non vtatur: quod si exercere voluerit cohibeatur a clero. Cętera dicentur in verb. Negociatio.

q ℂ Mercatores terrę de virtute deliciarũ eius diuites facti sunt. Mercatores persępe plurimũ ditescunt/ Nec idquidẽ abre: vtpote cũ necessariũ sit eorũ exercitium. vnde summę prudentię & auctoritatis apud gręcos Plato cũ institueret quẽadmodũ ciuitas bene & beate habitari possit: imprimis istos negociatores necessarios dixit. Sic eñ libro. 2. gręcę ciuilis cõuersatiõis ait: Indiget ciuitas pluribus vtiq; rusticis/ & alijs cõductoribus/ & alijs ministrãtibus inuehẽtibus & inehẽtibus singula: hi aũt sũt negociatores. l. 2. vers. Deniq; sũmę prudẽtię. ff. de nũdi. Et ppterea cõsuluit An. de Perusio ꝙ mercator peritus in negociatiõis exercitio pręsũitur lucrari nisi. j. annũ ptesteiur & pbet p verisimilia argumenta & indicia de opposito. per tex. in l. 2. in prin. C. de naui. & in l. tutor qui repertoriũ. §. quę aũt. ff. de admi. tuto. Et facit pro eorũ facili locupletatione: qa inter mercatores nõ disputatur nisi de bono & ęquo. Bar. in l. quintus per illũ tex. ff. manda. & in curia ipsorũ non seruãtur subtilitates iuris ciuilis quę negocij veritatẽ non tangũt. vnde si appareat ꝙ aliquid sit promissum non petitur an promissũ sit per stipulationem/ vel pacto nudo. ita Bar. in l. fideiussor. §. quędam. ff. eodem. & notabiliter Bal. in l. si p ea col. fi. vers. vnde facit. C. mandati. Secũdo facit quia põt pecunia deponi penes mercatorẽ: nec tñ qui dat pecuniam debet habere aliquid de lucro/ nisi etiam velit participare de dãno. ita tenet glo. sol. in c. pleriq;. i verbo negociatoribus. 14. quęst. 3. quę procedit etiã si esset pecunia dotalis scdm Panor. in c. per vestras. col. 2. in fi. de dona. inter vi. & vxo. quis Bar. & Io. de platea in l. neminẽ. C. de suscep. prępo. & archa. videantur tenere cõtrariũ. Tertio facit quia illi qbus sũt nũdinę ad quas mercatores accedunt/ non possunt venientes ad nũdinas causa debiti arrestare. nec merces eorũ sequestrare/ nec aliquã partem merciũ ratione territorij accipere nec aliqd daciũ imponere vel pedagiũ seu gabellam. nũdinantes enim liberi sunt nundinarum tempore/ in accessu/ mora et recessu/ ita dicit Bal. per illum tex. in l. vnica in princip. C. de nundinis.

qq ℂ Mercatores tui erant principes terrę. An hodie de iure hũano principes & cęteri potentes/ mercatores esse possint est no. tex. in l. nobiliores. C. de cõmer. & merca. vbi di. Nobiliores natalibus/ & honorũ luce cõspicuos/ & ptimonio ditiores/ perniciosũ vrbibus mercimoniũ exercere prohibemus: vt inter plebeios & negociatores facilius sit emẽdi vendẽdiq; cõmerciũ. Hęc tex.

r ℂ Non morabit opus mercenarij vsq; in mane. Hac sentẽtia ostẽdit non esse ptrahendã mercenarijs suę mercedis solutionẽ: multoq; magis nõ esse denegãdã. Vñ dicit Aug. ad Macedoniũ. Non qcquid ab inuito sũitur/ iniuriose aufertur. Nã plerique nec operarijs volũt reddere mercedes suas. Nec tñ hęc q̃ ab inuito accipiũt/ per iniuriã accipiunt: sed potius per iniuriã nõ darent. c. Nõ saue. in pri. vbi hęc verba Augustini ponunt. 14. q. 5. Cętera. j. pxi. anno.

s ℂ Eadẽ die reddes añ solis occasũ. Hic dicit Cardi. zaba. (citãs sentẽtiã priorẽ) Nõ morabit opus mercenarij tui vsq; mane: ꝙ laborãtibus fideliter i vinea dñi/ dz solui aliq̃ merces de die i die. & hoc ẽ qd iuristę vocãt distributiões quotidianas. De hac autem mercedis solutione: An minutatim/ & sic de die in diem/ an vero demũ toto opere pfecto fieri debeat: notetur doctrina Bar. in l. Qui insulam. §. Qui ędem. ff. loca vbi. dicit ꝙ quandoq; pręcium constitutum est per pedes. j. ad mensuram: vel per dies/ & tunc seruabitur conuentio. Quandoq; vero totum opus locatum est vna

ei pretium laboris sui ante solis occasum: quia pauper est/ & ex eo su=
stentat animam suam: ne clamet contra te ad dominum/ & reputetur
tibi in peccatum.

¶Quicũq[t] tibi aliquid operatus fuerit/ statim ei mercedem restitue: Thob.4.c.
& merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.

¶Militia[v] est vita hominis super terrã: & sicut mercenarij dies eius. Iob.7.a.

¶Mercenarius[x] præstolatur finem operis sui. eodem.

¶Viuentes sciunt se esse morituros: mortui vero nichil nouerunt am= Ecclẽs.9.b.
plius. nec[y] habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita est memo=
ria eorum.

¶Reddidit deus iustis mercedẽ laborũ suorum: & deduxit illos in via Sapiẽ.10.d.
mirabili. & fuit illis in velamento diei/& in luce stellarũ per noctem.

¶Qui timetis dominũ/credite illi: & non euacuabitur merces vestra. Eccli.2.b.

¶Non lædas seruum in veritate operantem: neq[ue] mercenarium dan= 7.c.
tem animam suam.

¶Benedictio dei/in mercedem iusti festinat: & in honore veloci pro= 11.c.
cessus illius fructificat.

¶Non impediaris orare semper: & non vereris vsq[ue] ad mortem iusti= 18.c.
ficari: quoniam merces dei manet in æternum.

¶Qui effundit[z] sanguinem/ & qui fraudem facit mercenario: fra= 34.d.
tres sunt.

¶Da domine mercedẽ sustinentibus te: vt prophetæ tui fideles inue= 36.c.
niantur: & exaudi orationes seruorum tuorum.

¶Dedit michi dominus linguã mercedẽ meã: & in ipsa laudabo eũ. 51.d.

mercede/ita: s. q[uod] conuentũ est vt dom[us] fieret pro certa mercede constituta/seu præfixa Et tũc demũ opere perfe-
cto fiet solutio. Hęc distinctio probatur in d. l. qui insulam.§. qui ędẽ. iuncta l. sed addes.§. si quis. ff. loca. Scdm
tamen mẽbrũ procedit nisi ex qualitate personę aliud pręsumat. quid eñ si tu cõduceres operas alicuius paupe-
ris hominis/ vt faceret tibi domũ magnã & sumptuosam: quã certũ est eum nõ posse facere/ nisi minutati des si-
bi pecuniam? Certe videtur actũ vt etiam ante opus perfectũ sibi pecuniã minutatim prębeas. arg. ff. mandati.
l. si vero nõ remunerãdi .§. fi: & l. semper in stipulationib[us]. ff. de regu. iuris. Et idem si esset consuetudo/ vt de die in diẽ fieret solutio aliqua particularis. quia tunc iuxta consuetudinem videtur facta cõuentio. l. qd si nolit.§. quia assidua. ff. de ędil. ędic. ita Bar. in d. l. qui isulam. & ita etiam censent resoluendam hãc materiã. Bar. & Salv. in l. 2. C. locati. vbi diffusius videatur.

t ¶ Quicunq[ue] tibi aliquid operatus fuerit/ statim ei mercedem restitue. An de iure humano merces quę debetur alicui ratione operarum suarũ/ sit ei statim soluenda? dictum est aliquid superiori p[ro]xima annotatione? Sed diffusius hanc materiam declarando distinguatur. Nam quandoq[ue] merces seu pecunia p[ro]mittitur p[ro] sumptibus magis q[uam] pro labore: vt pecunia quę dat legatis missis a rep. ad principem vel alium et illa debet solui in initio: & sic ante exhibitionem operarum. l. legatus.§.1. ff. de lega. l. fi. C. eodem. libro. 10. & facit l. si verõ non remunerandi.§. fi. ff. manda. Quandoq[ue] debetur pecunia pro mercede/seu pro labore/aut exhibitione operarum: & tunc inspiciendum est in primis quod actũ est/ & illud seruandum: postea considerandum est/quidnam sit verisimile esse actum/ q[uam]uis expresse actũ non fuerit. nam adhuc istud erit obseruandum: vnde si qualitas personę suadeat verisimiliter esse actum: vt sibi tanq[uam] pauperi & egenti soluatur a principio: vel per dies singulos/aut per menses: ita erit faciendum. Alioqui debetur merces in fine temporis. nisi sit merces quę non debeatur ex conuentione partium/ sed potius ex l. statuto/ vel consuetudine aut dispositione principis: vt sunt salaria quę debentur rectoribus seu potestatib[us] ac officialibus terrarum/ vel dominorum: talia eñ sunt in initio soluẽda. l. 1.§. diuus. & ibi Bar. ff. de va. & extra. cogniti. l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. & l. 1. C. de prin. libro. 12. & ita etiam tenent Bal. Paulus de Castro. & do. Alex. in l. diem functo. ff. de offi. assesso. & Bal. in l. diuortio. col. 4. ff. solu. matri. illud tamẽ salarium quod aduocato debetur/ non ab initio sed in fine est soluendum. ita tenent Inno. Io. An. & Anto. de Butri. in c. propter sterilitatem. de locato. Cy. & Saly. in l. vnica. C. de suffragio. & pręceptor meus Io. Iason. i d. l. diem fũcto. col. 3. versi. Quid in aduocato. ff. de offi. assesso. & idem est dicendum in medico. quia non ab initio sed in fine salarium sibi soluendum est l. Archiatri. & ibi Bar. C. de professo. & medi. libro. 10. Sic etiam in procuratore qui non debet habere salarium nisi finita causa. vt notant Bal. in l. 1. C. manda. & do. Iason. in d. l. diem. col. 3. ita istam materiam resoluit Bar. (tametsi non ita ample loquatur) in d. l. 1.§. diuus. & Alex. de Imo. in d. l. diem functo. colũ. 1. qui tamen respectu aduocati aliter concludit vt scilicet ab initio salarium suum sit sibi soluendũ. sed contraria opi. supra recitata/ est communior. & pro ea est bonus textus. in l. qui operas. in fi. ff. locati de quo textu dicetur secunda proxi. annotatio.

v ¶ Militia est vita hominis super terram. Recurratur ad verbum Homo.

x ¶ Mercenarius pręstolatur finem operis sui. Hęc sentẽtia citari potest p[ro] cõi opinione legistarum/ quę vult mercedem pro exhibitione operarum esse tantum in fine & non in pricipio soluendam: si aliud nõ sit actũ expresse vel tacite: vt dictum est s. eodem s & t. Aduertatur tamen quia hęc communis sententia limitanda est & declaranda per bonũ tex. in l. qui operas. ff. locati. vbi dicitur. Qui operas suas locauerit/ totius temporis mercedem accipere debet si per eum non steterit /quominus operas pręstaret. aduocati quoq[ue] si per eos non steterit quominus causam agant/honoraria reddere non debent. Hęc ibi.

y ¶ Nec habent vltra mercedem. Istud intellige de his qui impœnitentes moriuntur: iuxta ea quę habẽtur. in c. in pręsenti seculo. in fi. 13. quęst. 2.

z ¶ Qui effundit sanguinẽ/ & qui fraudem facit mercenario: fratres sunt. Hęc sententia habetur. in c. immolans. in fi. 14. q. 5. vbi glo. in verb. Fratres expõit. i. pares sunt in pctõ. Si subaudi mercenarium propter factam sibi mercedis fraudẽ/ egestate pressum mori cõtingat. videtur autem fraudẽ mercenario facere: qui tẽpore infirmitatis/ qua(licet velit) tñ laborare prępeditur: mercedẽ non vult exoluere. Merces eñ debita est mercenario etiã infirmitatis suę tẽpore. put est bo. tex. in l. Cũ hęres.§. stich[us]. ff. de statulibe. & notat Speculator. in ti. de loca. & cõduc.§. 5. versi. Quid si mercenari[us]. de quo tñ videat qd diffuse dictũ ẽ s. in verb. Egrot[us] in. 1. anno.

Michee.3.d ℂPrincipes Hierusalẽ in muneribus [a] judicabãt: & sacerdotes [b] eius in mercede docebant.

Aggęi.1.b. ℂQui [c] merces congregauit/misit eas in sacculum pertusum.

Zacha.11.c ℂSi bonũ est ĩ oculis vestris/affetre mercedem meã: & si nõ/quiescite. Et appenderũt [d] mercedem meam triginta argenteos &c.

y ¶Repletur multis miserijs. De varijs conditiõis humanę miserijs videatur quod satis diffuse dictum est .s. in ver. Homo. sup illud Iob. 7. Quid est homo/quia magnificas eum &c.

z ¶Expectauit cor meum miseriã. Non debet sic cor expectare miseriam vt ante eius accessum affligat seipsum: ac ipsius consideratione cruciet. Ad quod obeundum monet nos Seneca. Non sis miser (inquiens) ante tempus: interim tibi meliora promitte. Et ita etiam post Senecã dicit Ioan. An. in c. Ad audientiam. de his quæ vi metusve cau. fiunt.

a ¶Filia Babylonis misera. Recurrat ad verbum Babylon.

b ¶Miseros facit populos peccatũ. Declaretur per textum in c. Si gens Anglorũ. 56. dis. de quo super istis verbis dictum est in verb. Gens.

℄Spiritus [c] loquitur mysteria. 1.cori.14.a

℄Diacones [d] oportet esse pudicos/non bilingues/ nõ multo vino deditos/non turpe lucrũ sectantes: habentes mysterium fidei/in conscientia pura. Et supra Diacones. 1.timo.3.b.

℄Cætera in verbis Amicus. Eccli.22.c.&.27.c. Et Sapiens ad Romanos.11.c.

Mittere. ℄Audiui vocem domini dicentis. Quem [e] mittam: & quis ibit ex vobis? Et dixi. Ecce ego: mitte me. Et dixit: vade. & dices populo huic. Audite audiẽtes & nolite intelligere: & videte visionem/ & nolite cognoscere &c. Esaiæ.6.c.

℄Ecce ego mittam angelũ meum: & præparabit viã ante faciẽ meã. Mala.3.a.

℄Qui [f] me misit/verax est (dicit Ihesus) & ego quæ audiui ab eo: hęc loquor in mundo. Ioan.8.d.

℄Qui me misit (ait Ihesus) mecum est & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei/facio semper. eodem.

℄Amen amẽ dico vobis (ait Ihesus ad discipulos) qui accipit [g] si quẽ misero/me accipit: qui autem me accipit/accipit eum qui me misit. 13.c.

℄Quomodo audient sine prædicante? Quomodo [h] vero prædicabũt nisi mittantur. ad rõa.10.c

℄Cætera i verbis Helias. Mala.4.b. Ihesus. Matth.10.a. Et Ihesus. Matth.21.a.

Mitis. ℄Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Nũeri.12.a

℄Diriget [i] dominus mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Psal.24.b.

℄Tu dñe suauis & mitis & multæ misericordię: oĩbus inuocãtib⁹ te. 85.a.

℄Melius est humiliari cum mitibus q̃ diuidere spolia cum superbis. puer.16.c.

℄Sedes [k] ducũ superborũ destruxit deus & sedere fecit mites pro eis. Eccli.10.b.

℄Addent mites [l] in domino lætitiam: & pauperes homines in sancto Israel exultabunt. quoniam defecit qui præualebat: consummatus est illusor/& succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatẽ: qui peccare faciebant homines in verbo & arguentẽ in porta supplantabant: & declinauerunt frustra a iusto. Esaiæ.29.f.

℄Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Matth.5.a.

℄Discite [m] a me (ait Ihesus) quia mitis sum/& humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. 11.d.

c ℄Spiritus loquitur mysteria. Pro aliqua hui⁹ & priorũ sentẽtiarũ elucidatione noteť tex. in c. Multi. col. 1. 1.q.1. vbi diciť. Heu in q̃ magnũ laqueũ incidunt/qui diuina & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credũt: cũ vnus ideq́ spiritussanct⁹ in ecclesia diffusa per totũ orbẽ terrarũ/incõprehẽsibiliter ea mysteria occulta atq́ inuisibiliter & operãdo sanctificet/& benedicendo benedicat. Mysterium itaq́ ob hoc diciť q́ secretã & reconditã habet dispensationẽ. Hęc ibi. d ℄Diacones oportet esse &c. Recurrať ad ea quę diffuse dicta sunt in ver. Diacones. e ℄Quem mittã? Ecce ego: mitte me. Sicut toto desyderio debem⁹ occupationẽ fugere: ita si desit q prędicet/occupationis on⁹ libenti necesse est humero subire: qd ex duo℞ pphetarũ opere docemur: quorũ vnus prędicatiõis officiũ vitare conat⁹ est/& alter appetijt. Nã mittẽti se domino Hieremias respõdit dicẽs. A a a dñe deus. Ecce nescio loqui: qa puer ego sum. & cum oĩpotens de⁹ ad prędicãdũ sibi psonã quęreret dicens. Quẽ mittã/ & quis ibit ex vobis? vltro se obtulit Esaias dicẽs. Ecce ego: mitte me. vt diffuse habeť in c. In scripturis. §. Quies itaq́. 8.q.1. de quo dictũ est in verb. Cõtemplari. in princip. f ℄Qui me misit verax est. Aduertendum est q́ deus diciť emisisse seu misisse quatuor de secreto suo. Primo hoiem ppter peccatũ qd fecit. Genesis.3. Emisit de⁹ hoiez de paradiso voluptatis. Secũdo misit angelos ppter custodiam prędestinato℞. Ad Hebrę.1. Oẽs sunt administratorij spiritus i ministeriũ missi/ ppter eos q hęreditatem capiũt salutis. Tertio misit filiũ suum ad redimendũ. vt hic & in psal. Qui emittit eloquiũ suũ terrę. & Io.3. Misit de⁹ filiũ suũ in mũdũ/vt saluetur mũdus per ipm. Quarto misit spiritũ ad viuificãdum. Vñ in psal. Emitte spiritũ tuũ & creabunť. & Io.6. Spũs est q viuificat: caro nõ pdest quicq̃. Has quatuor missiones congerit Archid. in d.c. c. In scripturis. col. 1. 8.q.1. Alias autẽ tres missiones ab hoĩe prodeuntes/ponit tex. in l.2. versi. Ignominię causa missum. ff. de his qui no. infa. vbi diciť. Multa genera sunt missionũ. Est eñ honesta/quę emeritis stipendijs/vel ante ab imperatore indulgetur. Est causaria quę propter valitudinẽ a laboribus militię soluit. Est & ignominiosa. Ignominiosa autẽ missio totiens est/quotiens is qui mittit adiecit noĩatim ignominię causa se mittere. Semp eñ debet addere cur miles mittatur. Hęc ibi. g ℄Qui accipit si quẽ misero/me accipit. Hęc sententia bene facit q́ legatus honorari debet vt ille cuius nomine legatione fungitur. de quo est textus idẽ pbans in c. si. 93. distinc. h ℄Quomodo prędicabunt nisi mittantur. Facit tex. in c. Cum ex iniuncto. de hęre. de quo in verb. Prędicare. i ℄Diriget mansuetos in iudicio &c. Recurrať ad verbũ Mãsuetus. k ℄Sedes ducum superborum destruxit deus &c. Similis est sententia apud psal. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij &c. cui facta est annotatio in verbo Filius.
l ℄Addent mites in domino lętitiam &c. Hac sentẽtia emittitur prophetia de multitudine gentium/quę ad Christi fidem per apostolorum/qui ex pauperibus delecti sunt/fuerunt conuersę. Vnde circa eam notetur celebre dictum Hostien. in c. penul. de pręben. vbi post beatum Bernardum quem citat: dicit. Licet magna & diuina plane fuerint miracula quę dominus gessit in terris: hoc tamen super omnia alia enituit: q́ in paucis simplicibus & pauperibus totum mundũ/& cõmunem eius altitudinem sibi subiugauit. Hęc ibi.
m ℄Discite a me/quia mitis sum & humilis corde. Recurratur ad verbum Discere.

Psal.84.a. **Mitigare & Mitigatio.** ¶Mitigasti [n] omnem iram tuam domine: auertisti ab ira indignationis tuæ.

88.b. ¶Tu dominaris potestati maris: motũ autẽ fluctuũ eius tu mitigas.

93.b. ¶Beatus [o] homo quẽ tu erudieris domine: & de lege tua docueris eũ. Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

puerb.15.c. ¶Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est mitigat suscitatas.

¶Cætera in verbis ira. Prouerb.26.b. Dulcis. Eccli.6.a. Lingua. Eccli.36.a. Et Medicina. Eccli.38.a.

Exodi.39.c **Mitra.** ¶Fecerũt filij Israel tunicas byssinas opere textili Aaron & filijs eius: & mitras [p] cum coronulis suis ex bysso.

Iudit.10.a. ¶Iudith discriminauit crinẽ capitis sui: & imposuit [q] mitram super caput suum. Et supra Iudith.

Eccli.45.b ¶Corona aurea super mitram Aaron / expressa signo sanctitatis: & gloria honoris / & opus virtutis desyderio oculorum ornatu.

¶Cætera in verbo Ornamentum Isaiæ.3.d.

puerb.10.c **Moderari & Moderatio.** ¶In multiloquio nõ deerit peccatum: qui autem [qq] moderatur labia sua / prudentissimus est.

12.b. ¶Qui suauis est / viuit in moderationibus: in suis monitiõibus relinquit [r] contumeliam.

17.d. ¶Qui [rr] moderatur sermones suos / doctus & prudens est: & pretiosi spiritus / vir eruditus.

¶De vino moderato infra vinum.

22.a. **Modestus & Modestia.** ¶Finis modestiæ: timor domini / diuitiæ / & gloria / & vita.

Ad gal.5.d. ¶Fructus spiritus est modestia. Et latius supra in verbo Fructus.

ad phi.4.b ¶Modestia [s] vestra nota sit oibus hominibus. Dñs enim prope est.

n ¶Mitigasti omnem iram tuam domine &c. Dei in peccatores mitigatur ira / vbi eos a vitijs quæ iram suam prouocauerant / videt ad virtutes anhelare. Diuinę enim venię nullas patitur moras cõuersio. dicit tex. in c. Multiplex. circa fi. de pœni. distinc.1. Et pro hoc est bo. tex. in simili apud legistas in l. in ipsius. C. famil. hercis. vbi dicitur. In ipsius dñi fuit potestate mutare qd in seruos suos iratus testamẽto cauerat. vt vnus quidẽ in ppetuis vinculis moraret. Alter vero exportandus venũdaretur. Si eñ offensam istã clemẽtia flexit: qd licet scriptura nõ pbetur / alijs tamẽ rationibus doceri nichil impedit. pręsertim cũ posteriora eoꝝ talia merita deprehendãtur: vt ira dñi potuerit mitigari / nouissimã eius voluntatẽ arbiter familię herciscundę sequetur. Hæc ibi.

o ¶Beat⁹ homo quẽ tu erudieris dñe &c. Declaret hęc tota sentẽtia vt dictũ est i verb. Erudire.

p ¶Fecerũt mitras. Mitra vtũtur hodie episcopi / quã accedentes ad altare deponunt: vtpote cũ accedant oraturi pro populo apud potentissimũ / vnde cõminationis & altitudinis ĩsignia / baculum scilicet & mitram remouẽt: cum vero ad populũ cõuertuntur / & baculum resumũt & mitrã: qa causam dei ad populũ cũ cõminationis insignibus gerunt. Ita sentiunt glo. & Archid. in c. Disciplina. in fi.45. disti. vbi etiã Archid. dicit ꝙ ideo episcopi mitrã deferunt quę cornuta est: quia debẽt esse muniti sacra scriptura / quę cornuta est. i. habens duo cornua / cõtinens scilicet duo testamenta: in quorum vtroqꝫ epi debent esse instructi. Alij autẽ pręlati epis inferiores / mitris vti non possunt: nisi prout habetur in solenni decretali / vt apostolicæ. de priuileg. lib.6. vbi dicitur. Vt apostolicæ sedis benignitas quæ nonnullis abbatibus alijsqꝫ pręlatis quibus non competit ex propria dignitate / concessit in ecclesiarum suarum gloriam & honorem: ꝙ mitra & alijs pontificalibus vti possint / prouideat ne inde scandala oriantur. sic tamen ꝙ ipsi priuilegiati suorum priuilegiorum non frustrentur effectu: & ex maioritate ac decore maiori ornatuum / maioritas appareat dignitatum. De fratrum nostrorum concilio / pręsenti decreto statuim⁹: vt abbates & alij qbus mitrę vsus est abeadẽ sede cõcessus / exempti qdẽ in prouincialibus cõcilijs & episcopalibus synodis: qbus nõnulli eoꝝ interesse tenẽtur / mitris tm̃modo aurifrisiatis: non tñ aureas vel argenteas laminas / aut gẽmas habẽtibus vti possint. Non exempti vero / simplicibus & albis ac planis vtãtur. In alijs vero locis exẽptis & nõ exemptis / mitris liceat illis vti: prout cõcessa eis ab eadẽ sede indulta pmittunt. Hęc ibi. Vnde dicit Archi. in c.1. in prin.69. dist. Qꝫ nisi tenore priuilegiorũ aliud exprimat: facultas vtẽdi mitra & alijs epalibus insignibus / abbatibus cõcessa restringit ad pprium monasteriũ.

q ¶Imposuit mitrã super caput suũ. Mitra sumit nõnunqꝫ pro ornamẽto muliebri: vt hic. & apud legistas est text⁹ in l. Argumẽto. §. Ornamẽtorũ. ff. de au. & argẽ. lega. Hodie tamen mitra datur quibusdã flagitiosis in ignominiã. Vnde & mitriati pter crimẽ efficiũtur infames. Ita dicit Bar. in l. Infamẽ. colũ.2. ff. de publi. iudi.

qq ¶Qui moderatur labia sua / prudẽtissimus est. Verbũ moderari hac sentẽtia diminutionẽ seu restrictionẽ sonat: prout etiã est de peculiari eius natura / & est no. tex. in c. Trãsmissę. de verbo. signifi. Potest etiã verbũ moderari hac sentẽtia sumi p gubernare: & sit sensus. Eum prudẽtissimũ haberi / qui sic labia sua gubernat: vt loquẽda nõ taceat / & tacẽda nõ loquatur. iuxta c. Sit rector.43. dist. Et ita etiã verbũ moderari sumit nonũqꝫ in iure hũano: vt est tex. in c. in scripturis. i fi. ibi moderãte dño.96. dist. in l. vltima. C. de Iudęis. & in l. vlti. C. de modo mulcta.

r ¶Relinqt cõtumeliã. Idest nõ mouet cõtumeliose seu cũ quodã supcilio & arrogãtia. c.1.46. dis.

rr ¶Qui moderat sermões suos &c. Declaret vt dictũ est i.1. ãnotatiõe: & dũ ibi fuit cõclusum verbũ moderari de ppria ei⁹ significatiõe diminutionẽ signare. addatur glosa. idem tenens in c. Statutũ. in verb. Moderandũ. de prębẽ. in.6. & ita etiã dicit pceptor me⁹ Decius i c. Cũ sit Romana. in.2. no. de appel.

s ¶Modestia vestra nota sit oibus hoib⁹. Circa hãc sententiã notet qd dicit Cardina. zaba. in cle.1. in.4. no. de cele. missa. vbi dicit. Qꝫ cũ modestia reqrat in oibus subditis regis pacifici scꝫ Chri: fortius in clericis. vt ibi ẽ bo. tex. Est aũt modestia virtus / p quã pudor honestatis curã & stabilẽ cõparat auctoritatẽ scdm Tulliũ in.1. rheto. qd exponẽs zaba. post Pan. dicit: ꝙ p id qd dr pudor / tãgit causa & effect⁹ modestię. Nã pudor est timor turpitudis / vel fuga rei indecẽtis q ab iteriori ordinatione pcedit / cũ ratione appetitus obtemperantis: quę per exteriorẽ ordinationẽ ostẽdit. sicut ordinata

mens metu commota apparet per exteriora. vnde conſueuit tempore iræ corpus tremere/& oculi exaſperari. Eccli.19 Amictus corporis/ riſus dentium/& ingreſſus hominis/nunciant de ipſo. Hęc Cardina.

¶ Induite vos ſicut electi dei modeſtiā. Hinc dicit in proœmio decretaliū in prin. Rex pacificus/pia miſeratione diſpoſuit ſibi ſubditos fore pudicos/pacificos/& modeſtos. vbi glo. in ver. Modeſtos exponit. i. tēperatos:quia quilibet debet in ſe habere temperantiā: vt ſciat ſeruare miſericordiā & rigorem/ vel ſimul vtrūq.

¶Induite [t] vos ſicut electi dei ſancti / & dilecti viſcera miſericordiæ/ ad colo.3.b
benignitatem/humilitatē/modeſtiam/patientiā/ſupportantes inuicē:
& donantes vobis inetipſis/ ſi quis aduerſus aliquem habet querelam:
ſicut & dominus donauit vobis/ita & vos.

¶Oportet epiſcopū non vinolentū eſſe/nō percuſſorem:ſed modeſtū. 1.tio.3.a.
&c.vt ſupra in verbo Epiſcopus.1.ad Timoth.3.a.

¶Quæ de ſurſum eſt ſapientia:primum quidem pudica eſt : deinde Iacobi.3.d.
pacifica/modeſta &c.vt infra Sapientia.

¶In fide omnes vnanimes eſtote/compatiētes/fraternitatis amatores/ 1.petri.3.b.
miſericordes/modeſti/humiles : non reddentes malum pro malo/nec
maledictum pro maledicto: ſed econtrario benedicentes . quia in hoc
vocati eſtis/vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

¶Cum [v] modeſtia & timore conſcientiā habete bonam:vt in eo quod 3.c.
detrahunt de vobis/confundātur:qui calūniantur veſtram bonam in
Chriſto conuerſationem.

¶Cætera in verbis Dñs.1.Petri.2.c.& Seruus.2. ad Timotheū.2.d.

Modicus.

¶Meli9 [x] eſt modicū iuſto : ſuper diuitias peccatorū Pſal.35 c.
(multas.

¶Qui [y] ſpernit modica/paulatim decidet. Eccli.19.a.

¶Eſt qui multa redimat [z] modico pretio/ & reſtituēs ea in ſeptulum. 20.b.

¶Modicum plora ſupra mortuum:quoniam requieuit. Et infra 22.b.
in verbis Plorare & Mortuus.

¶Ne des [a] animæ tuæ exitum / nec modicum : nec mulieri nequam 25.d.
veniam prodeundi..

¶Videte oculis veſtris : quia modicum [b] laboraui / & inueni michi 51.d.
multam requiem.

¶Qui fidelis eſt i modico/& i maiori fidelis eſt:& qui i [c] modico ini- Lucæ.16.c.
quus eſt/& in maiori iniquus eſt. Et ſupra Fidelis vbi diffuſius.

¶Euge bone ſerue : quia in modico fuiſti fidelis : eris poteſtatem ha- 19.c.
bens ſupra decem ciuitates &c.

¶Modicum & iam non videbitis me(ait Iheſus diſcipulis)& iterum Ioan.16.c.
modicum/& videbitis me:quia vado ad patrem.

¶Neſcitis:quia [d] modicum fermentū totam maſſam corrumpit? 1.cori.5.b.
Et ſupra in verbo Fermentum latius.

Hęc tex.cū glo. Et ſic modeſtia cōuenit oībus tam ſuperioribus q̄ inferioribus. Clemētia tamē proprie eſt ſuperiorum erga īferiores. l. In ipſius. C. famil.hercīſ. vnde clemētia eſt pars modeſtiæ dicit Albericus in l.1. ſup ver.modeſtię. C.de ſum. trini.& fi.catho.

v ¶ Cū modeſtia & timore. Modeſtia habet ſemper in ſe timorē aliquē annexum/qui honeſtus eſt/non ſeruilis ſcilicet ſed poti9 filialis. Sūt eñ tres partes modeſtię/ frugalitas ſcilicet/pudor & caſtitas. notat Archi. in c.1.in princi. de ſtatu regula.lib.6.

x ¶ Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias &c. Recurrat ad verbū Diuitię. & declaretur vt ibi.

y ¶ Qui ſpernit modica / paulatim decidet. Ideſt qui ſe facilē & velut contemptorē exhibet in venialibus committēdis ſceleribus/ procliuis tandem reddetur ad ppetrationē mortaliū. put etiā iſtud pbatur in c. Vnum orariū.§. Criminis. verſicu.hinc etiā Auguſt.25. diſt.& in c. Si eni.col.6. ibi. Cū viderit nos diabolus ſuper fundamentū Chriſti ędificaſſe fœnū/ligna/ſtipulā:tunc ſupponit incendiū. de pœnitē. diſtinc.2.

z ¶ Modico pretio. Modicū pretium iure humano dici poteſt/ qd ad medietatē valoris rei nō aſcendit. Illa eſt eñ pretij modicitas quæ reſoluere facit emptionē aut ſupplere iuſtū pretiū. c. Cū dilecti.de emp.& vē.l. Rē maioris pretij. C. de reſcin. vēdit.

a ¶ Ne des animę tuę exitū/nec modicū recurratur ad verbū Exitus.

b ¶ Modicū laboraui Dictio modicū ponit hic reſpectu tēporis. Vnde aduertendū eſt q̄ modicū tēpus varijs modis dicitur. Quādoq̄ eñ tēpus modicū/dicitur tēpus.x.dierū.l. pmiſſor ſtichi.ff.de conſti.pecu.q̄nq̄.xxx. de iti.ac.q̄. priua.l.1.§.2.q̄nq̄ potius itellectu percipit/q̄ elocutione exprimi poteſt.l.Ratū.& l.qd dicimus.ff.de ſolu.l. Quo eñ.ff.rem ra.ha. quādoq̄ dr̄ quatuor mēſiū.l. Si debitori.ff. de iudi.l. Si cū dies.§.fi.de arbi.&. C.de vſu.rei iudi.l.2.quādoq̄ decē menſiū.l.2.C.de ſecun.nup. quādoq̄ quinquēnij.l.1.§.qd dictū.ff.de ſepa.q̄nq̄ triū aut quinq̄ dierū.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.l.fi.C.de erro.aduo.q̄nq̄ duorū mēſiū.l Sancimus.C.de fideiuſ. Quādoq̄ triū mēſiū.l de operis.C.de ędifi.priua. Et quādoq̄(& iſtud regularius eſt)dicit modicū tēpus arbitrio iudicis.l.1.ff de iure deli.& l. Si conſtāte.§.Si vxor. & ibi glo.in verb. Modicū.ff.ſolu.matri.

c ¶ Qui in modico iniquus eſt:& in maiori iniquus eſt. Declaret hęc ſentētia per textū in c. Sicut.§.neceſſe.47.diſt.de quo ī declaratiōe hui9 ſententię dictū eſt in verb. Fidelis. Et aduertatur q̄ modicū/ſeu res modica diuerſimode cōſideratur. Quādoq̄ enim duo aurei modicū ſeu modica ſūma vocātur.l.Si oleū.§.fi.cū l.ſeq.ff.de dolo. Quādoq̄ modicū vocat vſq̄ ad.10. libras auri.2.q.6.c.Illud. Quādoq̄ vſq̄ ad decē aureos.l 3.§.Q̄uis.ff.ſi cui pluſq̄. per le.falci. Quādoq̄ vſq̄ ad 50.aureos.l.1.C.de defen.ciut. Quādoq̄ vero(& iſtud eſt regularius)modicū dicitur iudicis arbitrio.glo.eſt in l. Hactenus.in verb.Pertinet.ff.de vſufruc.& glo.in c. Terrulas.12.quęſti.2. vnde cōſiderata qualitate perſonę/ quādoq̄ modicum aſcendit vſq̄ ad duo millia aureorum/ vel maiorem ſummam. Bo.eſt glo.& ibi Bar. in l. Sed & ſi ſuſceperit.in verb. Modica.ff.de iudi. vbi glo.recitat.de comitiſſa matilda quæ donationem faciens/dixit aliquantulum terrę concedo illi eccleſiæ:quæ tamen vſq̄ ad.30.miliaria extendebatur.

d ¶ Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Recurratur ad verbum Fermentum.

1. cori. 11. a ¶Vtinam sustineretis modicũ quid insipientiæ meæ (inquit Paulus) sed & supportate me.

ad tio. 4. c. ¶Corporalis excercitatio ad modicũ vtilis est &c. Vt. s. Excercere.

Leui. 19. g. **Modius.** ¶Iustus [e] sit modius æquusq; sextarius.

Deute. 25. d ¶Non erit in domo tua modi⁹ maior & minor. Põdus habebis iustũ & verum: & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tẽpore sup terrã/ quã dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi. Et ifra i verbo Põd⁹ diffusi⁹.

25. a. **Modus.** ¶Pro [f] mensura peccati: erit & plagarũ modus (dicit dominus) Ita duntaxat/ vt quadragenarium numerum non excedãt: ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.

pverb. 23. a. ¶Noli laborare vt diteris: sed prudentiæ tuæ [g] pone modum.

Exo. 2. a. b. **Moyses.** (¶Postq̃ præcepit Pharao/ vt quicquid masculini sex⁹ natũ esset inter filios Israel: proijceretur in flumen) Egressus est vir de domo Leui: & accepit [h] vxorẽ stirpis suæ: quę cõcepit & peperit filiũ: & vidẽs eũ elegãtẽ/ abscõdit tribus mẽsibus. Cũq; iã celare nõ posset: sumpsit fiscellã scirpeam/ & liniuit eã bitumine ac pice: posuitq; intus infantulum/ & exposuit [i] eum in carrecto ripę fluminis: stante procul sorore eius/ & cõsyderante euentum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis/ vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quę cũ vidisset fiscellam in papyrione: misit vnam e famulabus suis: & allatam aperiens/ cernensq; in ea paruulũ vagientem: miserta eius ait. de infantibus Hebręorũ est hic. Cui soror pueri. Vis inquit vt vadam & vocem tibi mulierem Hebræam/ quæ nutrire possit infantulum? Respõdit vade. Perrexit puella & vocauit matrem suam. Ad quam loquuta filia Pharaonis. Accipe ait puerum istum & nutri michi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier & nutriuit puerum: adultũq; tradidit filiæ Pharaonis. Quem [k] illa adoptauit in locum filij: vocauitq; nomen eius Moyses: dicens. Quia de aqua tuli eum.

e ¶Iustus sit modi⁹ ęquusq; sextari⁹. Videãtur ea q̃ dicta sunt i ver. Mẽsura. Subseruiũt eñ sentẽtijs istis. Modius nãq; dicit mẽsura quędã. l. Iubem⁹ nullã. C. de sacrosanc. eccle. Et de iustitia circa modiũ adhibenda/ est no. casus in l. 1. C. de condi. in publi. hor. li. 11. vbi dicit. Oĩa quæ in horreis habentur expendi volumus/ ita vt non prius ad frumentũ nouũ extẽdatur expẽsa/ q̃ vetera condita fuerint erogata. & si forte vetustate species illa corrupta est/ vt per semet erogari sine querela non possit: eidẽ ex noua portione misceatur. cuius adiectione corruptio velata/ dãnum fisco non faciat. ad istud autẽ negocium/ nobilis/ prudens/ fidelis/ optimẽ sibi cõscius/ pro integritate mẽtis apponatur custos/ ac mẽsor qui frumẽta modio metiat. Hęc ibi.

f ¶Pro mẽsura peccati/ erit & plagarũ modus. Videatur annotatio in verb. Mensura.

g ¶Prudẽtię tuę pone modũ. Facit tex. in l. Ex damni. circa princi. ff. de dã. infec. vbi dicit. Honestus modus seruandus est/ non immoderata cuiusq; luxuria subsequẽda. & q modus vbiq; laudãdus sit/ iuxta illud. Est modus i reb⁹. notat Specula. in tit. de aduo. §. 1. versi. Modus igit. & notat Albertic⁹ in l. Sed & si qd inędificauerit. §. Mancipiorũ ff. de vsufruc.

h ¶Accepit vxorem stirpis suę. Non sine causa cõsanguineorũ cõiunctiones in populo dei primũ permissę/ vel potius imperatę fuerũt. Hodie autẽ sunt prohibitę. Deus enĩ sic ab initio salutẽ humani generis dispẽsauit: vt primitiuã ecclesiã in illo populo instituerct/ q sibi carnis cõsanguinitate erat propiquus. Vnde de plebe iudaica primũ apostolos elegit: quos q̃si fundamentũ ecclesię istituit/ quorũ prędicatione de eadem plebe multi ad deũ cõuersi: in seipsis origine ecclesię prętiterũt. Deinde in cœcitate suę pfidię iudaica plebe relicta: ad gẽtes/ quę tam fide q̃ cognatione carnis a Christo erant alienę/ prędicatio euãgelica trãslata est. & quasi cõsanguineę copulã Christus aspernatus/ de aliena cognatione sibi vxorẽ elegit: adimplẽs illud qd per propthã Osee prędixerat. In peccatis vestris dimisi matrem vestrã quasi adulterã & repudiatã. Et itẽ per alium prophetã. Vocabo non plebẽ meam/ plebem meã. In huius ergo rei sacramento consanguineorũ coniunctiones primũ in populo permissę sunt: nunc autẽ prohibitę. & quia non in vna familia tantũ/ sed in omni multitudine gentiũ populus fideliũ inuenitur: non de ppria cognatione/ sed de qualibet alia cuicũq; vxorẽ ducere cõceditur. Tex. est cuius hęc verba sunt in c. Cũ igitur. §. Est autẽ alia causa. 35. q. 1. in cuius c. principio alię rationes ponũtur/ quę dicetur in verb. Vxor.

i ¶Exposuit eũ in carrecto ripę fluis. Fuit ergo Moyses fili⁹ exposit⁹ vñ notet q q instar Moysi cogẽte necessitate fuit exposit⁹/ qñcũq; postea reptus põt a pře repeti. l. 1. C. de ifan. exposi. Si vero mera fuerit přis voluntate exposit⁹/ stati a přis ptãte liberat/ neq; postea põt eũ repetere: is tñ q eũ suscepit & aluit nõ ppterea ius aliqd i ei⁹ psona põt vẽdicare. Tex. est i c. vnico. de ifan. expo. cũ glo. i ver. Liberat⁹: & notat gl. i c. si. 87. dis. Q si fuit exposit⁹ nõ a pře sed ab alio/ pře ei⁹ ignorãte/ nec postea ratũ habẽte: tũc seruãda eet cõstitutio cõcilij Tholetani/ de qua habet in d. c. fi. 87. dis. vbi dr. Si exposit⁹ cuiuscũq; sit miseratiõe collect⁹ cõtestatiõis ponat epla: vt si is q collect⁹ est itra decẽ dies q̃sit⁹/ agnitusq; nõ fuerit: secur⁹ habeat q collegit: ita subaudi q postea ab alio repeti nõ poterit. tñ eũ colligẽtis nõ efficiat seru⁹/ sed recedere possit cũ voluerit. l. fi. C. eo. ti. In fauorẽ aũt istoꝶ expositoꝶ/ fiũt i plerisq; Italię ciuitatib⁹ certę dom⁹ q̃ vocant dom⁹ pietatis: in qbus filij expositi recipiũt & nutriunt: put ipse vidi vnã celebrẽ domũ/ domũ pietatis dictã in ciuitate Papiẽsi dictis filijs expositis recipiẽdis & alẽdis dicata: & de altera domo apud Venetias meminit Bar. dicens eã a pceptore suo fratre Petro de Assisio cõstructã fuisse. in l. quidã cum filiũ. colũ. 3. versi. vltimo. quia hęc lex. ff. de verbo. obliga.

k ¶Quem illa adoptauit in locũ filij. Iure humano fœminę neminẽ in filiũ possunt adoptare/ nisi ex indulgentia principis ad solatiũ liberorũ amissorũ. Tex. est in. §. fœminę. insti. de adop. vnde dicit tex. in l. Mulierẽ. C. eodẽ. Mulierẽ arrogare non posse certũ est/ verũ qm in solatiũ amissoꝶ tuorũ filiorũ cupis priuilegiũ tuũ in vicẽ legitimę sobolis obtinere: annuimus votis tuis: & eum perinde atq; si ex te progenitũ ad fidẽ naturalis legitimiq; filij habere permittimus. Hęc ibi.

l ℭ Percussum Aegyptium abscondit sabulo. Circa hoc factũ Moysi notetur quod dicit Ambro. in. 1. lib. de officijs: & habet in c. Non in inferẽda. 23. quęsti. 3. vbi dicit. Non in inferẽda/ sed depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enĩ non repellit iniuriam a socio si põt/ tam est in vitio q̃ ille qui facit. vnde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamẽta imbecillis fortitudinis. Nam cum vidisset Hebręum ab Aegyptio iniuriã accipientẽ/ defendit. Ita vt Aegyptum prosterneret atq; in harena absconderet. Hæc ibi. Huius etiã facti meminit tex. in c. vt cognouerũt §. Opponitur. in prin. de pœni. disti. 2.

ℭ In diebus illis postq̃ creuerat Moyses/ egressus est ad fratres suos: viditq; afflictionem eorũ/ & virũ Aegyptiũ percutiẽtem quẽdã de Hebręis fratribus suis. Cũq; circũspexisset huc atq; illuc/ & nullũ adesse vidisset: percussum [l] Aegyptiũ abscõdit sabulo. Et egressus die altero cõspexit duos Hebręos rixãtes: dixitq; ei qui faciebat iniuriã. Quare percutis proximũ tuũ? Qui respondit. Quis cõstituit te principem & iudicẽ sup nos? Nũc occidere me tu vis sicut heri occidisti Aegyptiũ? Timuit Moyses & ait. Quomodo palam factũ est verbũ istud? Audiuitq; Pharao sermonem hũc: & quærebat occidere Moysem. Qui fugiens de cõspectu eius/ moratus est in terra Madian: & sedit iuxta puteum. Erant [m] autem sacerdoti Madian septem filiæ quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebãt greges patris sui. Superuenere pastores & eiecerũt eas. Surrexitq; Moyses & defẽsis puellis adaquauit oues earũ. Quę cũ reuertissent ad patrẽ suũ: dixit ad eas. Cur velocius venistis solito? Respõderũt. Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorũ: insuper & hausit aquam nobiscũ/ potũq; dedit ouibus. At ille. Vbi est inquit? Quare dimisistis hominem? Vocate eũ vt comedat panem. Iurauit [n] ergo Moyses q; habitaret cũ eo Madian. Accepitq; Sephorã filiam eius vxorẽ: quæ peperit ei filiũ/ quem vocauit Gersan: dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterũ vero peperit/ quem vocauit Eliezer: dicens. Deus enim patris mei adiutor meus: & eripuit me de manu Pharaonis. Exodi. 2. b. c. d.

ℭ Moyses pascebat oues Ietro soceri sui sacerdotis Madian. Cũq; minasset gregem ad interiora deserti: venit ad montem dei Oreb. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat q; rub⁹ [o] arderet & non cõbureretur. Dixit ergo Moyses vadã/ & videbo visionem hanc magnam/ quare non cõburatur rubus. Cernens autem dominus q; pergeret ad videdũ: vocauit eũ de medio rubi & ait. Moyses Moyses? Qui respõdit. Adsum. At ille. Ne appropies iquit huc. Solue [p] calciamentũ de pedibus tuis. Locus enim in quo stas/ terra sancta est. Et ait. Ego sum deus patris tui: deus Abrahã/ deus Isaac/ & deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suã. non enim audebat aspicere cõtra deũ. Cui ait dominus. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto/ & clamorem eius audiui propter duriciam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius/ descendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum: & educam de terra illa/ in [q] terram bonam & spaciosam: in terrã quæ fluit lacte & melle: ad loca Chananei/ & Ethei/ & Amorrei/ & Pherezei/ & Euei/ & Iebusei. Clamor ergo filiorũ Israel venit ad me: vidiq; afflictionẽ eorũ/ qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni/ mittã te ad Pharaonẽ: vt educas populũ meũ filios Israel de Aegypto. Exo. 3. a. b. c

ℭ Dixit Moyses ad eum. Quis sum ego/ vt vadam ad Pharaonem: & educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei. Ego ero tecum: & hoc habebis signũ quod miserim te. Cũ eduxeris populũ meũ de Aegypto Exodi. 3. c. d. e. f.

m ℭ Erant sacerdoti Madiã septẽ filiæ. Tũc enĩ copula coniugalis nõ erat sacerdotib⁹ interdicta. c. Recurrat. §. si. 23. q. 4. & dicet iver. Sacerdos

n ℭ Iurauit Moyses habitare cũ eo. Qui iurat vel alias obligatur cũ aliquo habitare: non sufficit q; habitet in eadẽ ciuitate sed debet hitare in eadẽ domo. Tex. ẽ singu. in l. Si qs ita legauerit. ff. de cõdi. & demon. quẽ tex. ad hũc effectũ allegat singularem Ludo. Romanus in singu. suis/ singulari. 178. in fine.

o ℭ Rubus arderet & nõ combureretur. Sed quare rubus ardẽs nõ cõburebat in monte Oreb? Rubus est virgo Maria: ignis ardens in rubo nec cõburẽs/ est spiritussanctus in beata Maria: qui descẽdens in eã/ nõ uiolauit eã: & scdm hoc qd sequit. Solue calciamentũ: vult prauũ quorundã itellectũ/ dicẽtiũ. si peperit Maria/ ergo cum viro cõcubuit: esse tollendũ a mẽte cuiuslibet Chriani. Maria nãq; virgo añ partũ/ & post partum/ Christũ peperit. glo. est pmissa dicẽs in c. Sunt q arbitrãtur. i ver. Mysterij. de pœni. distinc. 1.

p ℭ Solue calciamẽtũ &c. Si Moysi accedere ppius gestiẽti/ vt cognitionem cœlestis mysterij audiret: dr. Solue calciamentũ pedum tuoꝝ: q̃to magis aię nrę pedes exuere vinculis corporalib⁹/ & nexu mũdi istius gressus eius debem⁹ absoluere. Tex. est cui⁹ hęc verba sunt i c. Sũt q arbitrant. versi. Nã si Moysi. de pœnitẽ. dist. 1. vel solue calciamẽtũ &c. qa nullus. s. digne cõsistere vel deũ videre põt/ nisi cũcta terrena & mortalia vitia deponat. Aliter veterũ cõsuetudo erat vt si spõsus spõsam repudiaret: in signũ repudij discalciaret. Ideo Moyses discalciari iubet/ ne ad ecclĩam (q in rubo significat) quasi spõsus accedat calciat⁹. Hoc enĩ Chro seruãdũ erat q ver⁹ est spõsus/ de quo Ioãnes ait. Cui⁹ nõ sum dign⁹ soluere corrigiã calciamẽti eius. Pręmissa ponit glo. or. & post eam/ glosa. in d. c. Sunt q arbitrãtur. in verb. Solue. de pœni. dis. 1.

q ℭ In terram bonã & spaciosam &c. Rudi populo (dicit Gregorius) de pręsenti vita aliquid promittendũ fuit/ vt posset in futuro robustius solidari. Si enĩ parua nõ acciperet: magna nõ crederet. Deus ergo largiendo terrena/ suadet & cœlestia: vt percipiẽs quod videbat/ speraret qd non videbat. Circa hanc declarationẽ notetur tex. in c. Cum Marthę. versi. Cęterũ. de cele. missa. de quo videatur s. in verb. Ihesus. Ad Hebręos. 4.

r ℭ Qui est/ misit me ad vos. Recurratur .s. ad verbum Est. s ℭ Deus patrū vestrorū de⁹ Abrahā deus Isaac/ deus Iacob. Tex. est circa hęc verba notandus in c. Recurrat. in prin. 32. q. 4. de quo videat in verbo Deus. Matth. 22. t ℭ Ibimus viam trium dierū/ vt imolemus dño deo nostro. Vt gratam dño deo nostro offeramus immolationē: trium dierū viam debemus amplecti. Quia enī in peccato mortali tria attēduntur: impudentia/ delectatio/ & perpetratio. Cōtra hęc tria/ triplici opus est remedio. Contra impudentiā opus est confessionis remedio. Contra delectationem/ remedio contritionis. & contra perpetrationē/ remedio satisfactionis. glosa est & ibi bo. tex. in c. perfecta. de pœni. distin. 1.

immolabis deo super montem istum. Ait Moyses ad deum. Ecce ego vadam ad filios Israel/ & dicam eis. Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerit michi: quod est nomē eius: quid dicā eis? Dixit dñs ad Moysem. Ego sum/ qui sum. Ait. Sic dices filiis Israel. Qui [r] est/ misit me ad vos. Dixitq̨ iterum deus ad Moysem. Hæc dices filiis Israel. Dominus deus [s] patrum vestrorum: deus Abraham/ deus Isaac/ & deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen michi est in æternū: & hoc memoriale meū in generatione & generationē. Vade congrega seniores Israel: & dices ad eos. Dominus deus patrum vestrorum apparuit michi: deus Abraham/ deus Isaac/ & deus Iacob: dicēs. Visitans visitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto: & dixi/ vt educā vos de afflictione Aegypti i terrā Chananei/ & Ethei/ & Amorrei/ & Pheresei/ & Euei/ & Iebusei: ad terram fluentem lacte & melle: & audiēt vocem tuā. Ingredierisq̨ tu & seniores Israel ad regē Aegypti: & dices ad eum. Dominus deus Hebræorū vocauit nos: ibimus [t] viā trium dierū in solitudinem: vt immolemus domino deo nostro. Sed ego scio q̄ nō dimittet vos rex Aegypti/ vt eatis nisi per manū validā. Extendam enim manū meam/ & percutiam Aegyptū in cūctis mirabilibus meis: quæ facturus sum in medio eorū. Posthæc dimittet vos: daboq̨ gratiam populo huic corā Aegyptiis. Et cū egrediemini non exibitis vacui: sed postulabit mulier a vicina sua & ab hospita sua [v]/ vasa argentea & aurea/ ac vestes: ponetisq̨ eas super filios & filias vestras: & spoliabitis [x] Aegyptum.

Exo.4.a.b ℭ Respōdens Moyses ait. non credent michi/ neq̨ audiāt vocem meā: sed dicēt. nō apparuit tibi dñs. Dixit ergo ad eū. Quid est quod tenes in manu tua? Respōditq̨ [y]: virga. Dixit domin⁹. Proijce [z] eā in terrā. Proiecit: & versa est in colubrum: ita vt fugeret Moyses. Dixitq̨ dominus. Extēde manū tuam & apprehende caudam eius. Extendit & tenuit: versaq̨ est in virgā. Vt credant inquit q̄ apparuerit tibi dominus deus patrū tuorum: deus Abraham/ & deus Isaac/ & deus Iacob. Dixitq̨ dominus rursum. Mitte manum tuam in sinum tuum. Quā cum misisset in sinū: protulit leprosam/ instar niuis. Retrahe ait manum tuam in sinum tuum. Retraxit/ & protulit iterum: & erat similis carni reliquæ. Si non crediderint (inquit) tibi: neq̨ audierint sermonem signi prioris: credēt verbo signi sequētis. Qđ si nec duobus quidē

v ℭ Vasa argentea & aurea &c. Argentū & aurum ab Egyptiis petimus/ vnde tabernaculum deo fabricemus/ cū poetas & philosophos legimus vt diuinam scripturam sapientius & facūdius legam⁹. Pro hac declaratione est textus. in c. legimus. 1. versi. legitur. 37. dist. vbi dicit. Legitur q̄ precepit dominus filiis Israel/ vt expoliarent Egyptios auro & argento; moraliter instruens vt siue aurum sapientię/ siue argētum eloquentię apud poetas inuenirem⁹: i vsum salutiferę eruditionis vertamus. Hęc ibi.

x ℭ Spoliabitis Egyptum. Non hinc tamen quisq̨ sumendum exemplū putare debet/ ad expoliandum isto modo p̄ximum. hoc enim dominus iussit q̄ nouerat qd quęq̨ pati oporteat nec Israelitę furtum fecerūt sed deo iubente ministerium prębuerunt. ita dicit text⁹ sumptus ex Augustino in libro quęstionum Exodi. in c. dixit dominus. 14. quęst. 5.

y ℭ Respondit: virga &c. Moyses/ iudaicū populum signat: virga/ diuinitatē Christi. Serpens/ Christi mortalitatem. Vnde Moyses. i. iudaicus populus virgam tenuit: quia ante redemptoris aduentum in dei potestate confisus est. In terram proiecit: quia per patriarchas & prophetas deum incarnandum prenunciauit. Virga in colubrum vertitur: quia Christus deus in se permanēs/ mortalis est in hoīe factus. sed & Moyses colubrū conspiciens pertimuit & fugit. quia iudaicus populus dum Christū mortalē vidit deum credere expauit. Cui iubetur vt caudam teneat: quia populus qui modo credere recusat/ in extrema corporis dñici parte. i. posteriori tēpore ecclesię. s. in fine mundi/ sese ad fidē colliget: colubri caudam tenens. quia eū quem mortalē ante despexerat/ in vltima parte ecclesię redēptorem suū confitebitur. Mox serpens in virgam redit: qa vt iudaic⁹ populus in Christū crediderit/ mox ad iudiciū in potestate diuinitatis suę apparebit: vt iam serpens virga sit: qa qui in terra hō despectus est: de cœlo veniens videbitur de⁹. Pro primo dicto hui⁹ declarationis (q̄ est glosę ordinarię) videatur tex. in c. Teneam⁹. ibi. in vnitate erat popul⁹ Israel. 1. q. 1. Pro tertio tex. in c. 1. de sum. tri. & fi. ca. pro quarto/ Text⁹ in c. Cū igitur. versi. Deinde. ibi. In cœcitate suę perfidię. 35. dist. 1. pro quinto Archi. in c. Semel. de conse. dist. 4. vbi citat illud psal. Cōuertētur ad vesperā/ & famē patiētur vt canes: & circuibunt ciuitatē. pro sexto & vltimo dicto/ tex. in dicto c. 1. paulo ante fi. de sū. tri. & fi. ca.

z ℭ Proijce eam in terrā &c. Circa hęc verba notetur tex. in c. Cum ex iniuncto. versi. Qđ si forte. de hęre. vbi dicit. Licet inuisibilis missio/ multo sit dignior q̄ visibilis & diuina longe sit melior q̄ humana. tamen non sufficit cuiq̄ asserere q̄ ipse sit missus a deo: cum hoc quilibet hæreticus asseueret. sed oportet q̄ astruat illam inuisibilem missionem per operationem miraculi vel scripturę testimonium speciale. Vnde cum dominus vellet mittere Moysem in Egyptum ad filios Israel vt crederent ei q̄ mitteretur ab ipso: dedit ei signum vt conuerteret virgam in colubrum/ & virgam iterum reformaret. Hęc ibi.

his signis crediderint: neqȝ audierint vocem tuam: sume aquam flu=
minis / & effunde eam super aridam : & quicquid hauseris de fluuio r
vertetur in sanguinem.
¶Ait Moyses ad deum. Obsecro zz domine: nō sum eloquens ab heri Exo.4. b.c
& nudiustertius / & ex quo loquutus es ad seruum tuum: impeditioris
& tardioris linguæ sum. Dicit dominus ad eum. Quis fecit os homi=
nis? aut quis fabricatus est mutū & surdū: videntem & cœcum? Nōne
ego? Perge igitur / & ego ero in ore tuo: doceboqȝ te quid loquaris. At
ille. Obsecro domine inquit: mitte quem missurus es.
¶Iratus dominus in Moysem: ait. Aaron frater tuus Leuites / scio ꝙ 4.d.e.
eloquens sit. Ecce ipse egredietur in occursum tuum: vidensqȝ te læta=
bitur corde. Loquere ad eum: & pone verba mea in ore eius: & ego ero
in ore tuo / & in ore illius: & ostendā vobis quid agere debeatis. Et ipse
loquetur pro te ad populum / & erit os tuū: tu autem [a] eris ei in his quę
ad deum pertinent. Virgā quoqȝ hāc sume in manu tua. In qua factu=
rus es signa. Abiit Moyses & reuersus est ad Ietro socerum suum: di=
xitqȝ ei. Vadam: & reuertar ad fratres meos in Aegyptum: vt videam /
si adhuc viuant. Cui ait Ietro. Vade in pace. Dixit ergo dominus ad
Moysem in Madiā. Vade & reuertere in Aegyptū: mortui sunt enim
omnes qui quærebant animam tuam.
¶Tulit ergo Moyses vxorem suā & filios suos: & imposuit eos super 4.e.f.
asinum. reuersusqȝ est in Aegyptum: portans virgā dei in manu sua.
Dixitqȝ ei dominus reuertēti in Aegyptū. Vide vt omnia ostenta quæ
posui in manu tua facias coram Pharaone. Ego [b] indurabo cor eius /
& non dimittet populū. Dicesqȝ ad eum. Hæc dicit dominus. Filius
meus primogenitus Israel. Dixi tibi. Dimitte filium meum / vt seruiat
michi: & noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filiū tuum pri=
mogenitum. Cūqȝ esset in itinere in diuersorio: occurrit ei dominus /
& volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram / &
circuncidit præputium filij sui. Tetigitqȝ pedes eius: & ait. Sponsus [c]
sanguinum tu michi es. Et dimisit eū postq̄ dixerat: sponsus sangui=
num tu michi es ob circuncisionem.
¶Dixit dominus ad Aaron. Vade in occursum Moysi in desertum. 4.g.
Qui perrexit ei obuiam in montem dei: & osculatus est eum. Narra=
uitqȝ Moyses Aaron omnia verba domini / pro quibus miserat eū: &
signa quæ mandauerat. Veneruntqȝ simul / & congregauerunt cūctos
seniores filiorum Israel. Loquutusqȝ est Aaron omnia verba quæ di=
xerat dominus ad Moysem: & fecit signa coram populo: & credidit
populus. Audieruntqȝ ꝙ visitasset domin⁹ filios Israel: & ꝙ respexisset
afflictionem eorum: & proni adorauerunt.
¶Posthæc ingressi sunt Moyses & Aaron: & dixerūt Pharaoni. Hæc Exodi.5.a.
dicit dominus deus Israel. Dimitte populum meū vt sacrificet michi
in deserto. At ille respōdit. Quis est dominus vt audiam vocem eius:
& dimittam Israel? Nescio dominum: & Israel non dimittam. Dixe=
runt: deus Hebreorum vocauit nos vt eamus [d] viam trium dierum in
solitudinem / & sacrificemus domino deo nostro: ne forte accidat no=
bis pestis aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti. Quare Moyses & Aarō
sollicitatis populum ab operibus suis? Ite ad onera vestra &c. Vbi
etiam habetur / ꝙ propter Aaron & Moysi commonitionem Pharao
populum Israel asperius afflixit.
¶Occurrerunt præpositi filiorum Israel Moysi & Aaron / qui stabant 5.d.
ex aduerso egrediētes a Pharaone: & dixerūt ad eos. Videat dominus
& iudicet: quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone

zz ¶Obsecro dñe nō sum eloquēs. Sic Hieremias dño cū mittere volenti / respondit dicēs A a a dñe de⁹: ecce nescio loq. c. i scripturis. 8. q. 1.

a ¶Tu aūt &c. Tex. est qui verbis istis satis astipulat. in c. fi. 36. dist. vbi dr. Erat Moyses idesinenter in tabernaculo dñi. Aliter tñ videtur loq tex. i c. Decreuit. 88. dis. vbi dr. Moyses crebro īntrabat tabernaculū dñi & exibat: int⁹ contēplatione capiebat / foris īfirmantium negocio vrgebatur. dici potest ꝙ Moyses licet crebro exiret a tabernaculo / vt dicit textus in d. cap. Decreuit: tamen erat in eo indesinenter / prout dicit tex. i d. c. fi. quia dictio indesinenter & cęterę dictiones tēporis continuitatem significantes cuiusmodi sunt semper / continuo / assidue / sine itermissione / indeclinabiliter / & similes: nō exigūt vt actus cui adiungunt fiat omni temporis momento / sed solum ꝙ fiat horis seu tēporib⁹ oportunis. Bonus est tex. in c. sacerdotibus. in verbo semper. 32. dist. in c. Sacrosancta. in verbo sine intermissione. & ibi gl. 22. dist. in c. nunq̄. & ibi glo. de conse. dis. 5.

b ¶Ego indurabo cor eius. Idest indurari permittam. Sicut enim bona absqȝ dei gra / ita mala absqȝ eius scientia euenire non possunt. c. Nabuchodonosor. versi. Non ergo. 23. quęst. 4.

c ¶Spōsus sanguinum tu michi es. Secundum historiā / mater gētilis admirans nouitatē rei: potuit dicere moysi. Sponsus sanguinum tu michi es: quasi ritus tuę gentis cogit me fundere sanguinē filij mei / quod alijs gentibus non est moris. Circūcisionis eni preceptū nō oēm sed Hebreū duntaxat populū cōcernebat. notatur i c. maiores. & ibi est bo. tex. De baptismo.

d ¶Vt eamus viā trium dierum. Declaret moraliter vt dictum est supra. eodem. t. vel aliter. Triduum iter proficiscimur de Aegypto: si rationabilem / moralem naturalem sapiētiam de rebus mūdialibus aufe-

rentes/ad instituta diuina conuertemus. iuxta ea quę habentur in c. Turbat.§.1.37. distin.

c ¶ Ex eo quo ingressus sum ad Pharaonem. Dicit Moyses dño. Ex quo locutus sum cũ Pharaone afflixisti populũ tuũ. qa anteq̃ sermo dei audiatur/nõ est tribulatio vel tẽtatio: sed vbi signũ belli tuba prędicatiõis ostẽderit: tribulationũ turba consurgit. Eos namq; diabolus grauioribꝰ solet tentationũ stimulis perurgere/ quos deo ꝓximiores & saluti propter viciniores esse cognoscit. c. Nulli. 3. questi. 1.

& seruis eius: & præbuistis ei gladium vt occideret nos. Reuersusq; Moyses ad dominũ: ait. Domine cur afflixisti populũ istum? Quare misisti me? Ex eo [c] enim quo ingressus sum ad Pharaonẽ/vt loquerer ex nomine tuo: afflixisti populum tuum/& non liberasti eos.

Exo.6.a.b. ¶ Dixit dominus ad Moysem. Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni. Per manũ enim fortem dimittet eos: & in manu robusta eijciet illos de terra sua. Loquutusq; est dominus ad Moysem dicens. Ego dominus qui apparui Abraham/ Isaac/& Iacob/ in deo omnipotẽte: & nomen meum adonai [f]: non iudicaui eos. Pepigiq; fœdus cum eis: vt darem illis terram Chanaam/terram peregrinationis eorũ / in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Israel quo Aegyptij oppresserũt eos: & recordatus sum pacti mei. Ideo dic filijs Israel: ego dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum & eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso/& iudicijs magnis: & assumam vos michi in populum/& ero vester deus. Et scietis q; ego sum dominus deus vester/qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorũ: & induxerim vos in terrã super quã leuaui manũ meã: vt darem eam Abrahã/ Isaac & Iacob: daboq; illam possidendam vobis ego dominus. Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel: qui [g] nõ acquieuerũt ei propter angustiam spiritus/& opus durissimum.

6.b. ¶ Loquutus q; est dominus ad Moysem dicens. Ingredere & loquere ad Pharaonem regem Aegypti / vt dimittat filios Israel de terra sua. Respondit Moyses coram domino. Ecce filij [h] Israel non audiũt me: & quomodo audiet Pharao: præsertim cum incircuncisus sim labijs? Loquutusq; est dominus ad Moysem & Aaron: & dedit mandatum ad filios Israel/& ad Pharaonem regem Aegypti/ vt educerẽt filios Israel de terra Aegypti.

Exodi.7.a ¶ Dixit dominus ad Moysem. Ecce constitui [i] te deum Pharaonis: & Aaron frater tuus/erit propheta [k] tuus. Tu loqueris enim omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem vt dimittat filios Israel de terra sua. Sed ego indurabo [l] cor eius/& multiplicabo signa & ostẽta mea in terra Aegypti/& non audiet vos. Immittãq; manũ meã super Aegyptũ: & educam exercitum & populũ meum filios Israel de terra Aegypti per iudicia maxima. Et scient [m] Aegyptij: quia ego sum dominus qui extenderim manum meam super Aegyptum/& eduxerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaq; Moyses & Aaron sicut præceperat dominus. Erat autem Moyses octoginta annorum & Aaron octoginta trium quando locuti sunt ad Pharaonem.

7.b. ¶ Dixit dñs ad Moysem & Aaron. Cũ dixerit vobis Pharao ostẽdite signa: dices ad Aarõ. Tolle virgã tuã/& proijce eã corã Pharaone: & vertet i colubrũ. Ingressi itaq; Moyses & Aarõ ad Pharaonẽ: fecerũt sicut pceperat dñs. Tulitq; Aarõ/virgã corã Pharaõe & seruis eiꝰ: q̃ versa [n] est in colubrũ. Vocauit autẽ Pharao sapiẽtes & maleficos: & fecerũt [o]

f ¶ Adonai. Quod interpretatur generaliter dominus. Dñi enim dei nostri est terra/& plenitudo eius: & est rex regũ/& dñs dñantium. ca. Tua nos. l. 2. de deci.

g ¶ Qui non acqeuerũt ei. Nota dei clemẽtiam. Non creditur a filijs Israel/ & tamen monere non cessat. Contemnitur a Pharaone/& tamen longanimiter expectat. facit cap. Diaconi sunt. in fi. 93. distin.

h ¶ Filij Israel nõ audiũt me: & quomodo audiet Pharao? Si igit fideles populi prędicatores/ diuinũ eis verbum intonantes non audiũt: q̃tominus ab infidelibꝰ si ad eos profecti fuerit audiẽtur? Vnde non abre cautum est/ ne aliquibus ad paganos prędicationis gratia liceat proficisci: nisi petita & obtẽta superiorum facultate prout est notabilis decisio. in c. q̃ sit laudabile. De Iudęis.

i ¶ Cõstitui te deũ Pharaonis. Aliquando deus nuncupatiue/ Aliquando essentialiter dicitur. Nũcupatiue vt hic & alibi. applica illum ad deos. c. sacerdotibꝰ. versi. Nam diuinis eloquijs 11. q. 1. Essentialiter/ sicut hic. Ego sũ deꝰ Abraham deus Isaac/ deꝰ Iacob. c. Recurrat. i prin. 32. q. 4.

k ¶ Erit propheta tuus. Idest tuꝰ interpres seu prolocutor. Ita declarant glo. interlinearis & Nicolaus Lira hic Et ita etiam iure humano nunq̃ aliquis loquit per interpretẽ seu prolocutorem: prout est tex. q reputat singularis in. l. 1. §. fi. ff. de ver. oblig.

l ¶ Indurabo cor Pharaonis. Idest q̃ durũ sit demonstrabo. Quis aũt ꝓprie dicat habere cor durũ videat qd dictũ est supra in verb. Cor. & in verbo durus. Super illud. Cor durũ male habebit in nouissimo.

m ¶ Et sciẽt Aegyptij qa ego sum dñs. Et sic misericordia est quod putat ira dei. Ira em̃ dei non est vt hoĩs. i. perturbatio cõcitati animi/ sed tranqlla iusti iudicij cõstitutio. dicit tex. in c. ꝓductior. in fi. de pœni. dist. 3. & dictũ est in verb. Ira.

n ¶ Versa est in colubrũ. De hac virgę in colubrũ versione Tex. est in c. Reuera. versi. forte dicas. de cõse. dist. 2. vbi citatur hoc factũ ad effectum notabilẽ. de quo videri potest s. in verb. Iesus Matt. 26. in annotatiõe illorum verborum. Benedixit ac fregit & c.

o ¶ Fecerunt per incãtationes & arcana quędã similiter. Hinc dicit Augu. in lib. de Ciuitate dei. & habetur in c. Nec mirũ. in prin. 26. quęst. 5. Magorũ in tantũ ꝓdiere maleficiorũ artes: vt etiã Moysi in illis signis

resistere/vertentes virgas in dracones/& aquam in sanguinem dicantur. Hinc etiã dicit idem Augustinus in c. Teneamus.1.q.1. Teneam⁹ fres mei vnitatē: prçter vnitatē enim/& qui facit miraculũ: nichil est. In vnitate nãq; erat populus Israel/& non faciebat miracula. Prçter vnitatē erant magi Pharaonis/ & faciebant similia Moysi. vbi glo. in verb. magi: dicit duos fuisse Pharaonis maleficos/Manes.s.& mãbres/qui tria fecerunt miracula: virgas in serpentes conuerterunt/& aquã in sanguinem.& fecerunt aquã ranas ebullire: sed cyniphes non potuerunt educere vt Moyses. vnde dixerit. Digitus dei est hic:& ita defecerũt in quarto miraculo/scilicet in tertia plaga. qa primo nõ fuit plaga:& io qñq; dicũt, de fecisse i tertio miraculo qa i tertia plaga. Hęc gl.

p ℭ Proiecerunt singuli virgas suas/ quę versæ sunt in dracones. Non ideo tamē quisq̃ credere debet/quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine pmissu dei qui omnia quę fiunt: aut iusto iudicio facit/ aut pmissu suo ita fieri sinit: q istimagi legũtur similia fecisse Moysi/qui virgam suam proiecit:& cõuersa ē in draconē: proiecerunt q; singuli virgas suas & conuersę sunt in dracones: sed deuorauit virga Aaron virgas eoꝝ. Non eñ fuerunt creatores draconũ: nec magi/ nec angeli quibus ministris illa operabant. insunt eñ rebus corporeis per omnia elementa/ q̃dã occultę seminarię rationes: quibus cum data fuerit oportunitas temporalis atq; casualis: ꝓrumpũt in species debitas suis modis & finib⁹. et sic non dicuntur angeli qui ista faciunt/animalium creatores: sicut nec agricolę segetum vel quorũcunq; in terra gignentium creatores dicendi sunt: quis nouerit

etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas/& arcana quædã similiter. Proiecerũtq; [p] singuli virgas suas: quæ versæ sunt in dracones. Sed deuorauit virga Aarõ/virgas eorum. Induratũq; [q] est cor Pharaonis & non audiuit eos/sicut præceperat dominus.

ℭ Dixit dominus ad Moysem. Ingrauatum est cor Pharaonis: & nõ vult dimittere populũ. Vade ad eũ mane. Ecce egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam quæ conuersa est in draconem/ tolles in manu tua: dicesq; ad eum. Dominus deus Hebræorum misit me ad te: dicens. Dimitte populum meum vt sacrificet michi in deserto: & vsq; ad præsens audire [r] noluisti. Hæc igitur dicit dominus. In hoc scies q sim dominus. Ecce percutiã virga quæ in manu mea est aquam fluminis: & vertetur in sanguinem. Pisces quoq; qui sunt in fluuio morientur: & computrescent aquæ & affligẽtur Aegyptij bibentes aquam fluminis. Exodi.7.c.

ℭ Dixit dominus ad Moysem. Dic ad Aaron. Tolle virgam tuam/& extende manum tuam super aquas Aegypti/ & super fluuios eorum/ & riuos ac paludes/ & omnes lacus aquarum/ vt vertantur in sanguinem: & fit cruor in omni terra Aegypti/tam in ligneis vasis/q̃ saxeis. Fecerũtq; Moyses & Aaron sicut præceperat dominus. Et eleuãs virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius: quæ [s] versa est in sanguinē: & pisces qui erant in flumine, mortui sunt. Cõputruitq; fluuius/ & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis. Et fuit sanguis in tota terra Aegypti. Feceruntq; [t] similiter malefici Aegyptiorum incantationib⁹ suis. Et induratum est cor Pharaonis: nec audiuit eos sicut præceperat dominus. Auertitq; se: & ingressus est domum suam: nec apposuit cor etiam hac vice. Exo.7.c.d.

ℭ Dixit dominus ad Moysem. Ingredere ad Pharaonem: & dices ad eum. Hæc dicit dominus. Dimitte populũ meum/vt sacrificet michi. Si autem nolueris dimittere: ecce ego percutiã omnes terminos tuos ranis: & ebulliet fluuius ranas/ quæ ascendent & ingredientur domũ Exodi.8.a.

prębere quasdã visibiles oportunitates & causas vt illa nascant. Quod aũt isti faciunt visibiliter/hoc illi inuisibiliter. deus vero solus vnus est creator/qui causas ipsas/& seminarias rationes rebus inseruit. Prçmissa (q ponuntur hic per glo.or.) sunt Augustini in lib. de ciuitate dei. & habētur apud canonistas de verbo ad verbũ in d.c. nec mirũ. versi. Nec ideo. 26. quęst.5. q ℭ Induratũq; est cor Pharaonis. Circa hęc verba notetur tex. Augustini. in c. Nabuchodonosor. in prin. 23. quęst.4. vbi dicitur. Nabuchodonosor pœnitentiã meruit fructuosam: & post inumerabiles impietates flagellatus/pœnituit. Pharao aũt ipsis in flagellis durior est effectus/& perijt. Hic michi rationē reddat qui diuinũ cõsiliũ nimiũ alte/sapientiq; corde dijudicat: cur medicamentũ medici vnius manu confectũ/alij ad interitũ/alii valuerit ad salutē: nisi quia Christi bon⁹ odor: alijs est odor vitę in vitã/alijs est odor mortis in mortē. Quantũ ad naturã/ambo hoies erant: q̃tum ad dignitatē ambo reges: q̃tum ad causam/ambo captiuũ dei populũ possidebant: q̃tum ad pœnã/ ambo flagellis clementer admoniti. quid ergo fines eorũ fecit esse diuersos, nisi qa vnus dei manũ sentiens/ in recordatione ꝓprię iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei misericordissimã veritatē pugnauit arbitrio. Hęc tex vbi archi. col.3. dicit & bene q Augustin⁹ per sententiã suam supra transcriptã/nõ assignat causam quare Nabugodonosor datũ est pœnitere/sed Pharaoni non: sed bene assignat causã quare Nabuchodonosor saluat⁹ est Pharao aũt dãnatus. qa hic nõ pœnituit/ille vero sic. De ratiõe vero penitētię vnius & induratiõis alterius: satis est fateri q quid deus fecit/iuste fecit. In rationis aũt indagatiõe oportet dicamus. O altitudo diuitiarũ sapiētię & sciētię dei: q̃ incõprehēsibilia sunt iudicia tua. c. si ex bono. de peni. dist.4. naturalr tñ etiã videm⁹ q manet dissimilitudo passorũ: tametsi reperiaẽ similitudo passionũ. Vñ sicut sub eodē igne aurũ rutilat/ palea fumat: & sicut sub eadē tritura palea cõminuũtur/ & frumēta ꝓpalant. Nec ideo amurcha.i.fęx olei cũ oleo cõfundit/qa eodē pastuli põdere exprimit. Ita vna & eadē vis irruēs/bonos ꝓbat/purificat/& elimat: malos vero dãnat/ vastat & exterminat. & ita in eadē afflictiõe. mali deũ detestant & blasphemãt: boni vero precantur & laudant. Hęc Archi.

r ℭ Audire noluisti. Et sic noluntas sua/ indurationi suę locũ dedit: non aũt aliqua necessitas ex ꝓdestinatione seu ꝓscientia dei causata. d.c. Nabuchodonosor. versi. Nõ ergo. s ℭ Quę versa est in sanguinē. Videat tex. in d.c. reuera. versi. forte dicas. de cõs. dist.2. de quo in dicto verb. Iesus Matt.25.f.

t ℭ Fecerũtq; similiter malefici. Videat quod dictũ est in quinta superiori ꝓxima annotatiõe: & ibi dictis

addatur textus apud legiſtas in l. multi. C. de male. & mathe. dū ibi dicit. mali magicis artibus vſi audent elementa turbare. v ℭ Aſcenderūt ranę operueruntꝙ terrā Aegypti. Origenes per has ranas quib⁹ Aegyptij ſunt percuſſi vanā dialecticorū garrulitatē/ & ſophiſtica argumenta intelligit. Nec id quidē iniuria dictū videtur. Vt enim aīal illud parū aut nichil affert vtilitatis/ ſed ſolū ſonū improbis & importunis clamoribus reddit: Ita ſophiſtica diſciplina/ ſolos parit abſꝙ fructu clamores importunos. quos ridens Hiero. ait.

tuam/ & cubiculum lectuli tui/ & ſuper ſtratum tuum/ & in domos ſeruorum tuorum/ & in populū tuum/ & in furnos tuos/ & in reliquias ciborum tuorū: & ad te/ & ad populū tuum/ & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ. Dixitꝙ dominus ad Moyſem. Dic ad Aaron. Extende manum tuā ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes: & educ ranas ſuper terrā Aegypti. Et extēdit Aaron manū ſuper aquas Aegypti: & aſcenderunt [v] ranę: operuerūtꝙ terrā Aegypti. Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter: eduxeruntꝙ ranas ſuper terram Aegypti.

Exodi. 8. b. c. d. ℭ Vocauit Pharao Moyſem & Aaron: & dixit eis. Orate dominū vt auferat ranas a me/ & a populo meo: & dimittam populum vt ſacrificet domino. Dixitꝙ Moyſes ad Pharaonem. Conſtitue michi quando deprecer pro te/ & pro ſeruis tuis/ & pro populo tuo: vt abigantur ranæ a te/ & a domo tua & a ſeruis tuis & a populo tuo: & tantum in flumine remaneāt. Qui reſpondit. Cras. At ille: iuxta (inquit) verbū tuum faciam: vt ſcias quoniam non eſt/ ſicut dominus deus noſter: & recedēt ranæ a te & a domo tua/ & a ſeruis tuis & a populo tuo: & tātum in flumine remanebunt. Egreſſiꝙ ſunt Moyſes & Aaron a Pharaone. Et clamauit Moyſes ad dominum pro ſpōſione ranarum quā condixerat Pharaoni. Fecitꝙ dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus/ & de villis/ & de agris. Congregauerūtꝙ eas in immenſos aggeres: & computruit terra. Videns autem Pharao ꝙ data eſſet requies/ ingrauauit [x] cor ſuum: & non audiuit eos ſicut præceperat dominus.

Exo. 8. d. e. ℭ Dixit dominus ad Moyſem. Loquere ad Aaron. Extende virgam tuam/ & percute puluerem terræ: & ſint cynifes/ in vniuerſa terra Aegypti. Fecerūtꝙ ita. Et extendit Aaron manum virgam tenens: percuſſitꝙ puluerē terræ: & facti [y] ſunt cynifes in hominibus & iumētis. Omnis puluis terræ verſus eſt in cynifes per totam terrā Aegypti. Feceruntꝙ ſimiliter malefici incantationibus ſuis/ vt educerent cynifes: & non [z] potuerunt. Erantꝙ cynifes tam in hominibus ǭ in iumētis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem. Digitus dei eſt hic. Induratūꝙ eſt cor Pharaonis: & non audiuit eos ſicut præceperat dominus.

Exo. 8. e. f. g ℭ Dixit quoꝙ dominus ad Moyſem. Cōſurge diluculo/ & ſta coram Pharaone. Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eū. Hæc dicit dn̄s. Dimitte populū meum/ vt ſacrificet michi. ꝙ ſi non dimiſeris eū: ecce ego immittam in te & in ſeruos tuos/ & in populum tuum & in domos tuas omne genus muſcarū: & implebūtur omnes domos Aegyptiorū muſcis diuerſi generis: & vniuerſa terra ī qua fuerint. Faciāꝙ mirabilē in die illa terrā Geſſen in qua populus meus eſt/ vt non ſint ibi muſcæ: vt ſcias quoniā ego dominus in medio terrę: ponāꝙ diuiſionem inter populū meū & populum tuū. Cras erit ſignū iſtud. Fecitꝙ [a] dominus ita: & venit muſca grauiſſima ī domos Pharaonis & ſeruorū eius: & ī omnē terrā Aegypti: corruptaꝙ eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitꝙ Pharao Moyſem & Aarō: & ait. Ite & ſacri-

Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus & obſcuritate mentis ingredi/ qui dieb⁹ ac noctib⁹ ī dialectica arte torquentur (Pręmiſſa probātur. in c. Legim⁹. le. 1. verſi. Hinc etiā Origenes. iūcto c. Nōne. in pricipio. 37. diſt. De cuius etiā diſciplinę ſophiſticę nedū inutilitate ſed etiā pernicie eſt bon⁹ tex. in ca. Oēm vim. eadem diſt.

x ℭ Ingrauauit cor ſuum/ & nō audiuit &c. Hic liquido cōſtat Pharaonis cor nō ideo induratū: qa malefici ſui ſeu incantatores ſimilia faciebant Moyſi: ſed potius ob dei patientiā quę ſecūdū corda hoīm quibuſdam vtilis eſt ad pœnitendū/ quibuſdā inutilis ad reſiſtendū deo/ & in malo perſeuerandū. Non tn̄ per ſe ipſam inutilis eſt ſed vtilis. Sācta nāꝙ tametſi ſēper ſancta tn̄ malis poſſunt obeſſe. bonis ſūt ad ſalutē/ malis ad iudicium. cap. Et ſancta. in princi. de conſecra. diſt. 2. de quo diffuſius videatur in verb. Ieſus. Io. 13. in fine.

y ℭ Facti ſunt cyniphes. Hoc aīal pēnis ſuſpēditur: ſed ita ſubtile & minutū eſt/ vt oculi viſum niſi acute cernentis effugiat. Corpus tamen cū inſederit acerbiſſimo terebrat ſtimulo: vt quē volantē videre quis non valet/ ſentiat ſtimulantem. Hoc ergo aníal arti dialecticę comparatur/ ǭ minutis & ſubtilib⁹ verborū ſtimulis aīas terebrat/ & tāta calliditate circūuenit: vt deceptus nec videat nec intelligat vnde decipiatur. Hęc declaratio (quę eſt Origenis per glo. or. citatā) ꝓbatur per textū. in c. Legimus. verſi. Hinc etiā Origenes. & ibi notat Archidia. 37. diſt. iūcto. c. Om̄em vim. eadē. diſt.

z ℭ Et non potuerunt. In quarto miraculo ſeu ī tertia plaga magi deficiunt: dicētes. Digit⁹ dei eſt hic: q typum hęreticorum & animoſitatem habuerunt. Quemadmodum Iānes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & iſti reſtiterūt veritati/ homīes corrupti mēte/ reprobi circa fidē/ ſed vltra nō ꝓficiunt: iīſipiētia eorū manifeſta erit oib⁹ ſicut & illorū fuit. Ita dicit Augu. in li. de ciuitate dei. Et habet. in c. Nec mirū. verſi. Quēadmodū. 26. q. 5.

a ℭ Fecitꝙ dn̄s ita: & venit muſca grauiſſima/ &c. Muſca (dicit Iſidorus) inſolens & inquietū aīal eſt: ī qua

ficate deo vestro ĩ terra hac. Et ait Moyses. Nõ potest ita fieri: abominationes [b] enim Aegyptiorũ immolabimus domino deo nostro. Q̃ si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij corã eis: lapidibus nos obruent. Viam trium dierũ pergemus in solitudinem: & sacrificabimus domino deo nostro sicut pręcepit nobis. Dixitq̃ Pharao. Ego dimittam vos vt sacrificetis domino deo vestro in deserto. Veruntamen [c] longius ne abeatis. Rogate ꝓ me. Et ait Moyses. Egressus a te orabo dominum/ vt recedat musca a Pharaone & a seruis suis: & a populo eius cras. Verũtamen noli vltra fallere/ vt non dimittas populũ sacrificare domino. Egressusq̃ Moyses a Pharaone: orauit dominum: qui fecit iuxta verbũ illius: & abstulit muscas a Pharaone & a seruis suis & a populo eius. Non superfuit nec vna quidẽ. Et ingrauatũ est cor Pharaonis: ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

¶ Dixit dominus ad Moysem. Ingredere ad Pharaonẽ/ & loquere ad Exo.9.a.b.
eum. Hæc dicit dominus deus Hebræorum. Dimitte populum meũ vt sacrificet michi. Q̃ si adhuc renuis & retines eos. ecce manus mea erit super agros tuos: & super equos & asinos & camelos & oues & boues pestis valde grauis. Et faciet dominus mirabile inter possessiones Israel & possessiones Aegyptiorũ: vt nichil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel. Constituitq̃ dominus tempus dicens. Cras faciet dominus verbũ istud ĩ terra. Fecit [d] ergo dominus verbũ hoc altera die: mortuaq̃ sunt omnia animantia Aegyptiorũ. De animalibus vero filiorum Israel nichil omnino perijt. Et misit Pharao ad videndum: nec erat quicq̃ mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingrauatũq̃ est cor Pharaonis & non dimisit populum.

¶ Dixit dominus ad Moysem & Aaron. Tollite manus plenas cine- Exodi.9.b.
ris de camino/ & spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone: sitq̃ puluis super omnem terram Aegypti. Erũt enim in hominibus & iumentis vlcera & vesicę turgẽtes in vniuersa terra Aegypti. Tuleruntq̃ cinerem de camino/ & steterunt coram Pharaone: & sparsit illum Moyses in cœlum. Factaq̃ [e] sunt vlcera vesicarum turgẽtium in hominibus & iumẽtis: nec poterãt malefici stare corã Moyse propter vlcera quæ in illis erãt/ & in omni terra Aegypti. Indurauitq̃ dñs cor Pharaonis & nõ audiuit eos sicut loquutus est dominus ad Moysem.

¶ Dixitq̃ domin⁹ ad Moysem. Mane cõsurge & sta corã Pharaone/ Exodi.9.e.f.g.
& dices ad eum. Hæc dicit dominus deus Hebræorum. Dimitte populum meũ vt sacrificet michi: quia ĩ hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum & super seruos tuos & super populum tuum: vt scias ꝙ nõ sit similis mei in omni terra. Nunc enim extẽdens manũ: percutiã te & populũ tuũ post te: peribisq̃ de terra. Idcirco [f] autẽ posui te vt ostendam in te fortitudinem meam: & narretur nomẽ meum in omni terra. Adhuc retines populum meum/ & non vis eum dimittere. Et pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis: qualis non fuit in Aegypto a die qua fundata est vsq̃ in presens tẽpus. Mitte

insolentes curę carnaliũ desideriorũ figurãtur. Aegyptus vero muscis percutitur: quia corda eorũ qui seculum diligũt/ desideriorũ inquietudinibus feriuntur: pront clare probatur. in cap. Nerui testiculorũ. versi. Ali⁹ pẽsare. 13. dist.
b ¶ Abominationes Aegyptiorum immolabimus deo nostro. Aegyptij namq̃/ oues abominant. s. ciues hui⁹ seculi abominãt simplicitatẽ bonorũ. Sicut em̃ boni abominãtur mala: ita mali bona. Vel clarius exponendo. Oues Aegyptij dedignantur edere: sed quod abominãtur Aegyptij/ hoc Israelitę deo offerunt. quia simplicitatem conscientię quã iniusti velut infima abiecta q̃ despiciunt: iusti in virtutis sacrificium vertunt/ & excolentes recti puritatem ac mansuetudinẽ deo immolant/ quã abominantes reprobi/ fatuitatẽ putãt. Pro hac declaratiua sentẽtia notetur textus. in c. 1. 2. rñ. 21. quęst. 4. vbi dicit. Radice amaritudinis exorta/ contaminatio facta ẽ ĩ ecclesia catholica Christianos calũniantiũ hęreticorum: hi qui hanc receperunt/ non solũ imaginarias scripturas abominati sunt. sed etiam omnem reuerentiã repulerunt/ eos qui religiose ac pie viuunt offendentes: ac per hoc cõpletur ĩ eis qd scriptũ est. Abominatio est peccatori dei cultus. Hęc ibi.
c ¶ Veruntamen longius ne abeatis. Pharao/ idest peccator nonnunq̃ impellentibus tribulationum stimulis ad deum cõuertitur. & peccatorũ confessionem facit: verũtamen longius ea non sinit abire. quia cessante tribulationum impulsu/ ad illa quę dimiserat scelera: velut canis ad vomitum/ reuertitur: vnde venia idign⁹ redditur. c. pœnitentes. c. irrisor. cum quinq̃ sequẽ. de pœni. dist 3.
d ¶ Fecit dominus verbum hoc altera die mortuaq̃ sunt &c. Animalium nece seu pecudũ Aegypi⁹ percutit ĩ quo vecordia seu stultitia mortaliũ arguitur: qui tanq̃ irrationabilia pecora cultum & vocabulum dei figuris non solum hominum sed etiam pecudum imposuerunt. & hęc sunt portenta deorũ quę ęgyptus imitata est vnde & merito/ idolatrię mater dicitur ęgyptus. c. sed & illud. 26. q. 3.
e ¶ Facta sunt vlcera vesicarũ turgentiũ. Vulnera & vesicę turgẽtes in sexto vulnere ꝓducũt ĩ vlcerib⁹ dolosa prurulẽtaq̃ malicia arguit. quã etiã arguũt iurisconsulti ĩ titulo. ff. & C. de dolo. In vesicis aũt tumẽs arguit & inflata superbia: quã etiã arguit diffusus tex. Gregorij. in c. pricipiũ. de pœni. dist. 2.
f ¶ Idcirco posui te vt ostendam in te fortitudinẽ meã & narretur nomẽ meũ in oĩ terra. Nouit ergo de⁹ bene vti malis/ malos perferendo patienter quousq̃ scit oportere: & hoc ad admonitionẽ vel exercitationem bonorum. Vnde & legitur. Abel esse renuit quem Cain malicia non exercet. c. Hęc aũt. ĩ pri. 23. q. 4.

ergo iam nunc/& congrega iumēta tua & omnia quę habes in agro. Homines enim & iumēta & vniuerſa [g] quæ inuenta fuerint foris nec congregata de agris/ cecideritq́ȝ ſuper ea grando: morientur. Qui timuit verbum domini de ſeruis Pharaonis/fecit cōfugere ſeruos ſuos: & iumēta in domos. Qui autem neglexit ſermonem domini: dimiſit ſeruos ſuos & iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moyſem. Extēde manū tuam in cœlū vt fiat grādo in vniuerſa terra Aegypti ſuper homines/& ſuper iumēta/& ſuper omnē herbā agri in terra Aegypti. Extenditq́ȝ Moyſes virgam in cœlum: & dominus dedit tonitrua & grandinem/ac diſcurrentia fulgura ſuper terrā. Pluitq́ȝ dominus grādinem ſuper terrā Aegypti: & grādo & ignis mixta pariter ferebātur. Tantæq́ȝ fuit magnitudinis/ q̄ta ante nunq̄ apparuit in vniuerſa terra Aegypti: ex quo gens illa condita eſt. Et percuſſit [h] grādo in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris/ab homine vſq́ȝ ad iumētum. Cunctam herbā agri percuſſit grādo: & omne lignum regionis confregit. Tantū in terra Geſſen vbi erant filij Iſrael/grādo non cecidit. Miſitq́ȝ Pharao & vocauit Moyſem & Aaron: dicens ad eos. Peccaui [i] etiā nūc. Dominus iuſtus & ego & populus meus impij. Orate dominū vt deſinant tonitrua dei & grando: vt dimittā vos/& nequaq̄ hic vltra maneatis. Ait Moyſes. Cum egreſſus fuero de vrbe/extendā palmas meas ad dominum: & ceſſabunt tonitrua: & grādo non erit/ vt ſcias quia domini eſt terra. Noui autem ꝙ tu/ & ſerui tui necdū timeatis dominum deum. Linū ergo & hordeū læſum eſt: eo ꝙ hordeū eſſet virens/& linum iam folliculos germinaret. Triticum autem & far non ſunt lęſa: quia ſerotina erant. Egreſſuſq́ȝ Moyſes a Pharaone ex vrbe: tetendit manus ad dominum/& ceſſauerunt tonitrua & grādo: nec vltra ſtillauit pluuia ſuper terram. Videns autem Pharao ꝙ ceſſaſſet pluuia & grando & tonitrua: auxit peccatum/& ingrauatū [k] eſt cor eius & ſeruorū illius: & induratū nimis/nec dimiſit filios Iſrael ſicut præceperat dominus per manum Moyſi.

Exodi.10. a.b.c. ¶ Dixit Dominus ad Moyſem. Ingredere ad Pharaonem. Ego enim induraui [l] cor eius & ſeruorū illius: vt faciam ſigna mea hæc in eo: & narres in auribus filij tui & nepotum tuorū: quotiens cōtriuerim Aegyptios & ſigna mea fecerim ī eis: & ſciatis quia ego dominus deus. Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonē: & dixerūt ei. Hæc dicit dn̄s deus Hebræorū. Vſq́ȝquo nō vis ſubijci michi? Dimitte populum meum vt ſacrificet michi. Si autem reſiſtis & nō vis dimittere eum: ecce ego inducā cras locuſtam ī fines tuos quæ operiet ſuperficiē terræ: nec quicq̄ eius appareat/ſed comedatur quod reſiduū fuit grādini. Corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris: & implebit domos tuas/& ſeruorum tuorum/& omnium Aegyptiorum: q̄tū non viderunt patres tui & aui ex quo orti ſunt ſuper terrā/vſq́ȝ in preſentem diem. Auertitq́ȝ ſe & egreſſus eſt a Pharaone. Dixerunt [m] autē ſerui Pharaonis ad eum. Vſq́ȝquo patiemur hoc ſcandalum. dimitte

g ¶ Vniuerſa quę inuenta fuerint foris nec congregata de agris/cecideritq́ȝ ſuper ea grando morientur. Vniuerſi qui foris. i. extra eccleſiam reperiuntur/nec congregati de agris. i. reuocati de beluinis & agreſtibus eorum moribus: cecideritq́ȝ ſuper eos grando. i. duricies cordis: itaq́ȝ a ſua non reſipuerint infidelitate. morientur. i. ęternaliter peribunt. Nō enī vlla poteſt eſſe ſalus extra eccleſiam. c. i. in ſi. de ſū. tri. & ſi. ca. c. 3. cū ſimilibus. de hęreticis. Vnde & aqua diluuij archam quidē ad ſublimiora ſuſtulit: oēs autē quos extra archam inuenit/extinxit: dicit textus. in c. quia ex ſola. in ſi. 24. queſti. 1.

h ¶ Percuſſit grando in omni terra Aegypti cuncta quę fuerunt in agris. Inſenſibilia & irrationabilia pecora peccato hominum nōnunq̄ morte perdūtur: nō participatione peccati, ſed flagello delinquentium. Animalia eni Aegyptiorum/ & poſſeſſiones eoȝ grādine conſumpta ſūt: vt in illis punirent quorum facilitate lętabant: et vt daretur intelligi ꝙ mundus peribit & cōcupiſcentia eius. Tex. eſt. ita dicens. in c. Eccleſia. §. his ita reſpondetur. 1. queſti. 4.

i ¶ Peccaui. Non om̄is qui dicit peccaui/ veniā promeretur. Neq́ȝ enim Pharao dicens peccaui/iuſtificat⁹ eſt. Quādoquidē non erat rectū cor eius. Sed Dauid qui recto pœnitentiq́ȝ corde peccaui dixit: veniā / & celerem quidem cōſecut⁹ eſt. ca. ille rex tantus. in prin. de pœni. diſt. 3.

k ¶ Et ingrauatū eſt cor eius. Mira Pharaonis iniquitas: q quo magis Diuina in eū pietas exuberat: eo reddit inſolentior. ſicq́ȝ completur in eo qd ſcriptum eſt Facilitas venię incētiuū tribuit delinquendi. ca. Eſt iniuſta. i fine. 23. q 4.

l ¶ Induraui cor eius/& ſeruorū illius vt faciam ſigna mea. Ideſt patiēs fui ſuper eū & ſeruos eius/vt non eos auferrem: vt ordīe ſuperueniāt ſigna mea ſuper eos/ & plagę eorum eruditio ſint filiorū Iſraelis ne ſimiliter indurentur & ſimilia patiātur. Aliquando eīn ſupplicia aliquorum exacerbantur ī aliorū terrorem ſeu cautionē maiorē: prout probatur in c. quia propter 2. queſt. 7. in c. 1. in fine. de maledi. in c. ad liberādam. in. ſi. de Iudęis. in c. 2. in ſi. de calū. & in le. aut facta. §. Nonnunq̄. ff. de pœnis. & dictū eſt ſ. in verb. Flagellare. in. 1. annotatiōe.

m ¶ Dixerunt aūt ſerui Pharaonis ad eū. vſq́ȝ quo patiemur. Recte ſerui Pharaonis ipſum p̄monent. Subditi em̄ debent prelatis reſiſtere/ſi quid iniuſte agant: & inſtruere eos quid agere debeant. ita dicit glo. in l. Quoniā iudices. in verb. Reſtiterit. circa mediū. C. de appel. Pro qua eſt ibi celebris textus ita dicens. Quoniā iudices ordinarij prouocationes exiſtimant reſpuendas: placet vtū

quis appelationē(supple legitimā)suscipere recusauerit.xxx.auri pondo cogatur largitionib⁹ nostris inferre triginta alia officio eius itidem soluturo:nisi ei pertinaciter restiterit atq; actis contradixerit: & quid iure sit constitutū ostenderit. Hęc ibi. Vnde dicit Grego. in c. Admonendi.2.q.7. admonendi sunt subditi/ ne plusq̄ expedit sint subiecti. ne cum student plusq̄ necesse est hominibus subijci/compellantur vitia eorū venerari.

n ¶ Ventus vrens leuauit locustas. Locusta sic dicta: quia longiora retro crura habet: quasi longa hasta. signat temeritatem illorum / qui licet diuersis pœnis mulctati: semper in duritia sua manent/ quasi nullū rectorem habentes. de quibus loquitur textus duritiā Pharaonis allegās. in c. sūt plures. i fi. de pœ. dist.3.

o ¶ Operuerūt vniuersam superficiem terrę/ vastantes omnia &c. Per locustas(dicit Grego.)quę plusq̄ cętera minuta animantia frugib⁹ nocent: linguę adulantium figurantur quę terrenorum mentes aliqua bona proferētes/immoderatius laudando corrumpunt. fructus enim Aegyptiorum/ opera eorum sunt/quę locustę exterminant. dum adulātes linguę ad appetēdas laudes transitorias cor operantis inclināt: herbam locustę comedunt. quando adulatores verba loquentium fauorib⁹ extollunt. poma arborū deuorāt/cum vanis laudibus quorūdā iam quasi fortiū opera eneruāt. De quibus adulatorib⁹ in aliorum excedentib⁹ commendatione:est textus eos improbans. in c. Vnum orarium.§. criminis.versi. Quę autē sunt minuta. cum glo. in verbo adulari.25. distin. & in c. sunt plurimi. in princip.6.quęst.1.

p ¶ Indurauit cor Pharaonis. Idest patientia & lōganimitate sua maiorē cordis Pharaonis durictā accumulauit. Sunt eni qui Christi abutentes patientia q̄to plus expectantur/ tāto durescunt magis / & ad vitia amplexanda p̄niores redduntur. quos propterea deus idurasse dicitur: quia patientia eius videntur effecti duriores: ita vt de eis verissime dicatur. Voluissent sine fine peccare / si deus eos sine fine permisisset viuere. c. voluissent. in princi. de peniten. distin.1.

homines vt sacrificent domino deo suo. Nōne vides q; perierit Aegyptus? Reuocauerūtq; Moysem & Aarō ad Pharaonem: qui dixit eis.. Ite/sacrificate dn̄o deo vestro. Qui nā sunt qui ituri sunt? Ait Moyses. cum paruulis nostris & senioribus pergemus/ cū filijs & filiab⁹/cū ouibus & armentis. Est enim solēnitas domini dei nostri. Et respondit Pharao. Sic: dominus sit vobiscum. Quomodo ego dimittā vos & paruulos vestros: cui dubium est q; pessime cogitetis? Non fiat ita: sed ite tātum viri & sacrificate domino. Hoc enim & ipsi petistis. Statimq; eiecti sunt de conspectu Pharaonis.

¶ Dixit autem dominus ad Moysem. Extende manū tuam super terram Aegypti ad locustam: vt descendat super eam/et deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini. Extendit Moyses virgam super terram Aegypti: & dominus induxit ventum vrentem tota die illa/& nocte. Et mane facto ventus [n] vrens leuauit locustas. Quæ ascenderūt super vniuersam terram Aegypti: & sederūt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles/ quales ante illud tempus non fuerūt nec postea futuræ sunt. Operuerūtq; [o] vniuersam superficiē terræ: vastātes omnia. deuorata est igitur herba terræ: & quicquid pomorum in arboribus fuit quæ grando dimiserat. Nichil quoq; omnino virens relictum est in lignis & in herbis terrę in cuncta Aegypto. Quāobrē festinus Pharao vocauit Moysem & Aaron: & dixit eis. Peccaui in dominum deum vestrum & in vos. Sed nunc dimittite peccatum michi etiam hac vice: & rogate dominum vestrum vt auferat a me mortem istam. Egressusq; est Moyses de conspectu Pharaonis/& orauit dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimū: & arreptā locustam proiecit in mare rubrum. Non remansit nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit [p] dominus cor Pharaonis/nec dimisit filios Israel. Exodi.10.c d.e.

¶ Dixit autem dominus ad Moysem. Extende manū tuam in cœlū/ & sint tenebræ super terrā Aegypti tam dēsæ vt palpari queāt. Extēditq; Moyses manū in cœlum. Et factæ [q] sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Tribus diebus nemo vidit fratrē suum: nec [r] mouit se de loco in quo erat. Vbicūq; autem habitant filij Israel: lux erat. Vocauitq; Pharao Moysem & Aaron: & dixit eis. Ite/sacrificate domino. Oues tantum vestræ & armenta remaneāt/paruuli eant vobiscū. Ait Moyses. Hostias quoq; & holocausta dabis nobis quæ offeramus domino deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula quæ necessaria sunt in cultum domini dei nostri. præsertim cū ignoremus quid debeat immolari: donec ad ipsum locum perueniamus. Indurauit autē dominus cor Pharaonis/& noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad Moysem. Recede a me/ne vltra Exo.10.e. f.g.

q ¶ Extendit Moyses manum: & factę sunt tenebrę. Nona plaga tenebrę sunt: vt intelligant diuinę dispositionis & prouidentię occultas esse rationes: iuxta ea quę diffuse dicit Augusti. in allegato c. si ex bono. de pœ. dist.4. & notanter Fely. post alios quos allegat in c. si quando. versi. Circa reddendam rationē secretorum dei. de rescrip. Posuit enim deus tenebras latibulum suū: quas illi audacter & temere perscrutantes/ & alia ex alijs afferentes: in crassas & palpabiles errorum tenebras deuoluti sunt. ita & Aegyptus idolatrię mater fuerit appellata. dicit textus, in d.c. sed & illud.26.quęst.3.

r ¶ Nec mouit se de loco in quo erat. Qui etiā mittentur in tenebras exteriores/ vbi erit fletus & stridor dentium. c. Ecclesię principes.35. dist. non inde mouebuntur. facit c. in p̄senti. in prin.13.quęst.2.

videas faciē meā: quocū𝔮 die apparueris michi: morieris. Respondit Moyses. Ita fiat vt loquutus es: non videbo vltra faciem tuam.

Exodi. 11. a b.c.d. ¶ Et dixit dominus ad Moysem. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum: & posthęc dimittet vos/ & exire compellet. Dices[s] ergo omni plebi: vt postulet vir ab amico suo/ & mulier[t] a vicina sua vasa argentea & aurea/ & vestem. Dabit autem dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. Fuit𝔮 Moyses vir magnus valde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis & omni populo. Et ait. Hæc dicit dominus. Media nocte ingrediar Aegyptum: & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum/ a primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius/ vs𝔮 ad primogenitū ancillæ quæ est ad molā: & omnia primogenita iumentorum. Erit clamor magnus in vniuersa terra Aegypti: qualis nec ante fuit/ nec postea futurus est. Apud omnes autē filios Israel nō mutiet canis ab homine vs𝔮 ad pec⁹: vt sciatis q̄to miraculo diuidat dn̄s Aegyptios & Israel. Descendent𝔮 omnes serui tui isti ad me/ & adorabūt me dicētes. Egredere tu & omnis populus qui subiectus est tibi. Posthæc egrediemur. Et exiuit a Pharaone iratus[v] nimis. Dicit autem dn̄s ad Moysem non audiet vos Pharao vt multa signa fiant in terra Aegypti. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostēta quę scripta sunt corā Pharaone: & indurauit dominus cor Pharaonis nec dimisit filios Israel de terra sua.

Exodi. 12. e. f. g. ¶ (Facto per Moysem & Aaron filijs Israel præcepto de agno pascali edendo/ sanguine𝔮 agni super vtro𝔮 poste & superliminaribus fudēdo: prout habetur Exodo. 12. a. b. c. d.) Egressi filij Israel fecerūt sicut præceperat dn̄s Moysi & Aaron. Factum est autem in noctis medio: percussit domin⁹ omne primogenitū in terra Aegypti a primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat/ vs𝔮 ad primogenitū captiuæ que erat i carcere: & omne primogenitū iumētorū. Surrexit𝔮 Pharao nocte & omnes serui eius cūcta𝔮 Aegypt⁹: & ortus est clamor magn⁹ in Aegypto. Ne𝔮 eni erat domus in qua nō iaceret mortuus. Vocatis𝔮 Pharao Moyse & Aarō nocte: ait. Surgite/ egredimini a populo meo & vos & filij Israel. Ite & imolate dn̄o sicut dicitis. Oues vr̄as & armēta assumite vt petieratis: & abeūtes benedicite michi. Vrgebāt𝔮 Aegyptij populū Israel de terra exire velociter dicētes. Oēs moriemur. Tulit[x] igit̄ popul⁹ cōspsam farinā āteq̄ fermētaretur: & ligās i pallijs posuit sup hūeros suos. Fecerūt𝔮 filij Israel sicut p̄ceperat dn̄s Moysi: & petierūt ab Aegyptijs vasa argētea & aurea/ vestē𝔮 plurimā. Dn̄s autē dedit gratiā populo corā Aegyptijs vt cōmodarēt eis/ & spoliauerūt[y] Aegyptios. Profecti𝔮 sunt filij Israel de Ramesse i Sochot sexcēta fere millia peditū virorū/ abs𝔮 puulis & mulierib⁹. Sed & vulg⁹ pmiscuū inūerabile ascēdit cū eis: oues & armēta & aialia diuersi generis multa nimis. Coxerūt𝔮 farinā quā dudū de Aegypto cōspersam tulerāt: & fecerūt subcinericios panes azymos. Ne𝔮 eni poterāt fermētari cogētibus exire Aegyptijs & nullā facere fugiētibus moram/ nec pulmenti quic𝔮 occurrerat præparare. Habitatio autem filiorū Israel qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Quib⁹ expletis eadem die egressus est omnis excercitus dn̄i de terra Aegypti. Nox ista est obseruabilis domini: quādo eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis.

Exodi. 14. d ¶ Persequentibus Aegyptijs filios Israel clamauerunt ipsi ad dominum: & dixerunt ad Moysem. Forsitan non erant sepulchra in Aegypto: ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti: vt educeres nos de Aegypto? Nonne iste est sermo quē loquebamur ad te in Aegypto: dicētes. Recede a nobis vt seruiamus Aegy-

s ¶ Dices ergo omni populo vt postulet vir ab amico suo &c. Videat qd dictū est s. eodē. Exo. 3. in annotatione illorū verborū. Et expoliabitis Aegyptum.

t ¶ Et mulier a vicina sua. Sed si seorsum habitabant Hebręi i terra Gessen vbi nec plagę fiebant: vt s. visum est: quomodo petit a vicinia vasa argentea & aurea/ & vestem (dicit Augusti. intelligendū esse etiā in terra Gessen nō solus Hebręos habitasse/ sed etiā aliquos Aegyptios cohabitasse/ ad quos potuerit merito Hebręorum illa diuina beneficia peruenire vt alijs plagis non punirentur: non tamen sic eos iudicauit alienos fuisse ab iniurijs & contritionibus quas populus dei pertulit: vt nec isto damno ferirentur. Pro hac sententia facit primo quod dicunt legistę aliquem posse ex alterius persona immunitate seu priuilegio gaudere: quo ex psona sua gaudere non posset. prout ē tex. nota. licet vulgatus in l. si cōmunē. ff. quēad. seruitutes amit. Secūdo facit tex. vbi hoc dānum Aegyptijs vicinis per Hebręos illatum habetur. in c. dixit dn̄s ad Moysē. 14. quęsti. 5.

v ¶ Iratus nimis. Non perturbatione mētis/ sed pro duritia Pharaonis/ qui tact⁹ tot pœnis non resipuit sed stupebit. Pro hac declaratione (quę est glosę interlinearis) videatur quod dictum est supra i verb. Irasci. super illud psal. Irascimini & nolite peccare.

x ¶ Tulit populus cōspersam farinam anteq̄ fermentaretur. Sine fermento proficiscūtur filij Israel de Aegypto: vt excūtes de hoc seclo/ abijciamus fermentum malicię & neq̄tię: & epulemur in azymis syncerítatis & veritatis. Ne𝔮 enim aliter terram possumus nobis promissam ingredi/ cōsequi scilicet perēnis illius beatitudinis requiem: nisi prius defæcatos/ & omni nos labe purgatos exhibuerim⁹. cap. qualis. 25. distinct.

y ¶ Spoliauerunt Aegyptios. Recurratur supra eodem Exo. 3.

z ℭ Multo melius est seruire eis q̄ mori in solitudine. Tentatiõis & fragilitatis hęc verba sunt (dicit Origenes) alioquin falsa sunt. melius est enim bonum incipere & si non possis perficere: q̄ a diabolo non recedere. Incipiens enim (tametsi non perseueraturus) suo poterit exemplo alios perseueraturos ad incipiendum animare: sicq; & ex sua inceptione/ & ex aliorum ad incipiendū animatione/ & subsecuta ipsorū perseuerantia: merito dignus videbitur. tex. est notabilis de hac materia diffuse loquens in c. Citius. de pœni. distin. 2.

ptijs. Multo z enim melius est seruire eis/ q̄ mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum. Nolite timere. State & videte magnalia domini quæ facturus est hodie. Aegyptios enim quos nunc videtis: nequaq̄ vltra videbitis vsq; in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis: & vos tacebitis. Dixitq; dominus ad Moysem. Quid clamas a ad me? Loquere filijs Israel vt proficiscantur. Tu autem eleua virgam tuam/ & extende manum tuam super mare: & diuide illud vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccū. Ego autem indurabo cor Aegyptiorū vt persequantur vos: & gloriabor in Pharaone/ & in omni exercitu eius/ & in curribus/ & in equitibus eius. Tollensq; se angelus domini qui præcedebat castra Israel/ abijt post eos: & cum eo pariter columna nubis priora dimittens: post tergum stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel. Et erat nubes tenebrosa & illuminans noctem: ita vt adinuicem toto noctis tempore accedere non valerent. Cūq; extendisset Moyses manum super mare: abstulit illud dominus: flante vento vehementi & vrente tota nocte/ & vertit in siccum. Diuisaq; b est aqua/ & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus a dextera eorum & leua. Persequentesq; Aegyptij/ ingressi sunt post eos & omnes equitatus Pharaonis/ currus eius & equites per medium maris. Iamq; aduenerat vigilia matutina: & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis/ interfecit excercitum eorum/ & subuertit rotas curruum/ ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiamus Israel: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moysem. Extende manum tuam super mare vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; Aegyptijs occurrerunt aquæ/ & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersæq; sunt aquæ: & operuerunt currus & equites cuncti excercitus Pharaonis/ qui sequentes ingressi fuerunt mare: nec vnus c quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris: & aquę eis erant quasi pro muro a dextris & a sinistris. Liberauitq; domin⁹ in die illa Israel de manu Aegyptiorum: & viderunt Aegyptios mortuos super litus maris/ & manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuitq; populus dn̄m: & crediderunt domino/ & Moysi seruo eius.

ℭ Tunc cecinit Moyses & filij Israel carmen de quo habetur Exo. 15.

ℭ Tulit Moyses Israel de mari rubro: & egressi sunt in desertum Sur. Exo. 15. d.
Ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinem: & non inueniebant aquam. Et venerunt in Marath: nec poterant bibere aquas de Marath eo q; essent Amaræ. Vnde & congruum loco nomen imposuit: vocans illum Marath/ idest amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysem: dicens. Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum/ qui ostendit ei lignum. Quod cum misisset in aquas in dulcedinem cc versæ sunt.

ℭ De filijs Israel qui contra Moysem & Aaron murmurantes manna acceperunt habetur Exodi. 16. & in verbo Man & Manna.

ℭ Profecta est omnis multitudo filiorum Israel de deserto d Sin per Exo. 17. a.
mãsiones suas: iuxta sermonem domini. castrametati sunt in Raphi-

a ℭ Quid clamas ad me. Nulla vox Moysi auditur: & domin⁹ dicit quid clamas ad me? sed voces (dicit Gregorius) apud deum non faciunt verba nostra/ sed desideria. Eternā enim vitam si ore petim⁹/ nec corde desideramus: clamantes tacem⁹. si vero corde desideram⁹: ore tacemus/ tacentes clamamus. In desiderio eni clamor secretus/ non peruenit ad aures hūanas/ diuinas replet. ho. est tex. qui est eiusdem Gregorij in ca. humanę aures. in prin. 22. quęst. 5.

b ℭ Diuisaq; est aq̄ & ingressi sunt. De hac diuisiõe maris loquitur textus Ambrosij. in cap. Reuera. versic. Circunclusus. cum glo. in verb. Separauit. de consecra. distin. 2. in hęc verba. Circūclusus erat vndiq; populus hębreorū: hinc Aegyptijs vallatus/ inde mari clausus. virgam leuauit Moyses: separauit se aqua in diuisiones. duodecim vt quęlibet tribus per suas turmas incederet/ & in murorum speciem se congelauit/ atq; inter vndas via pedestris apparuit. Hæc ibi.

c ℭ Nec vnus quidem superfuit ex eis. De Aegyptijs in hoc mari submersis ita loquitur. Hiero. super Naum prophetam. & habetur in c. Quid ergo. 23. quęst. 5. si vobis deus videtur crudelis & rigidus & cruentus/ q; ęgyptios submersit in fluctib⁹. scitote eū ideo ad pręsens reddidisse supplicia/ ne in ęternum periret.

cc ℭ In dulcedinem versę sunt. Videatur qd dictum est supra in verbo Lignum.

d ℭ De deserto Sin castrametati sunt in Raphidin. Sin interpretatur tētatio/ in qua fuerūt filij Israel ad terram pmissionis pergentes: q2 omnes qui pie volunt i Christo viuere/ & ad patriā cœlestem diligenter anhelare: grauiores tentationum patiuntur impuls⁹. c. Nulli. 3. q. 1. s3 de

deserto Sin/ idest de tentatione peruenitur ad Raphidim/ quod est interpretatum sanitas iudicij. qui enim bene exit de tentatione/ venit ad sanitatem iudicij. In die enim iudicij sanus erit cum (teste propheta) non consurgat super eundem duplex tribulatio. d. capi. sunt plures. §. fi. de pœni. distin. 3. de quo vide quod dictum est in verb. Aegyptus. n n. Et de ea quę hoc seculo plerunq; iustis obuenit tribulatio: ꝙ eis iudicij sanitatem pariat. Vide ꝙ scripsi satis protense. in verb. Angustia. in. 1. anno.

din / vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysem/ ait. Da nobis aquam vt bibamus. Quibus respondit Moyses. Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dominum? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria / & murmurauit contra Moysem: dicens. Cur fecisti nos exire de Aegypto vt occideres nos & liberos nostros ac iumēta siti? Clamauit autem Moyses ad dominum: dicens. Quid faciam populo huic? adhuc paululum & lapidabit me. Et ait dominus ad Moysem. Antecede populum: & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua percussisti fluuium tolle in manu tua / & vade. En ego stabo coram te ibi supra petram Oreb: percussiesq; petram/ & exibit ex ea aqua vt bibat populus. Fecit [dd] Moyses ita coram senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius Tentatio/ propter iurgium filiorum Israel: quia tentauerunt dominum/ dicentes. Est ne dominus in nobis an non?

Exodi. 17. a ¶ Venit autem Amalech & pugnabat contra Israel in Raphidin. Dixitq; Moyses ad Iosue. Elige viros / & egressus pugna contra Amalech cras. Ego stabo in vertice collis habēs virgam dei in manu mea. Fecit Iosue vt loquutus erat Moyses: & pugnauit contra Amalech. Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. Cūq; [e] leuaret Moyses manus/ vincebat Israel. Sin autem paululum remisisset: superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues. Sumentes igitur lapidem / posuerunt subter eum in quo sedit. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte. Et factum est vt manus ipsius non lassarentur vsq; ad occasum solis. Fugauitq; Iosue Amalech & populum eius in ore gladij. Dixit autem dominus ad Moysem. Scribe hoc ob monumentum in libro: & trade in auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub cœlo. Aedificauitq; Moyses altare: & vocauit nomen eius Dominus exultatio mea: dicens. Quia manus solius domini & bellum dei erit contra Amalech a generatione in generationem.

Exodi. 18. a b. c. d. ¶ Cum audisset Ietro sacerdos Madiam cognatus [f] Moysi omnia quæ fecerat dominus Moysi & Israel populo suo / eo ꝙ eduxisset dominus Israel de Aegypto: tulit [g] Sephoram vxorem Moysi quā remiserat & duos liberos eius: quorū vnus vocabatur Gersan / dicente

dd ¶ Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. Quid prægnauerit aqua q̃ ad percussionem virgæ Moysi fluxit a petra / est bon⁹ textus in capi. Reuera. versic. sitiebat populus. de consecra. distinct. 2. & in capi. In calice. eadem distinct. & in capi. In quadam. de celebra. missa. de quibus videatur supra in verb. Aqua. Nume. 21.

e ¶ Cum leuaret manus Moyses / vincebat Israel: Sin autē paululum remisisset/ superabat Amalech. Circa hęc verba notetur textus in c. fi. §. fi. 36. distin. vbi dicitur. Est aliud opus qd facit Moyses. ad bella non vadit: non pugnat cōtra inimicos: sed qd facit? orat: & donec orat / vincit populus eius. Si relaxauerit & demiserit man⁹: populus eius vincitur & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesię indesinenter vt vincat populus qui sub ipso est / hostes inuisibiles Amalechitas qui sunt dęmones impugnantes eos qui pie volūt viuere in Christo. Hęc textus/ vbi dicit Archi. ꝙ instar Moysi sacerdos eleuat man⁹ quādo celebrat. Ideo autem Amalechitę/ dęmones vocātur: quia Amalechitę interpretātur sitientes vel lingētes sanguinem/ et per sāguinem intelligitur anima/ cuius sedes est in sanguine: sanguinem enim nostrum tunc dęmones sitiunt/ cum animas nostras subuertere conant. Hęc Archidia. Ex hoc ergo dicto facile dignosci potest q̃ efficax sit ad debellandos & animę & corporis hostes ad deum effusa humilis oratio. de qua vide quod dictum est in verb. Deprecari / post celebre in glo. Ioannis Andr. canonistarum monarchę / in clemen. 1. in glo. ma. de reli. & venera. sancto. Vt autem plus meriti virtutisq; habere possit oratio Consulitur vt in ecclesia fiat. In ea enim sunt orationes principaliter faciēdę cap. 1. de purga. post par. ca. Decet. de immu. eccle. lib 6. possunt tamen & in domo priuata fieri. Vnde apud Matthęum legitur. Cum oraueris intra cubiculum tuum &c. Debet tamen cum deuotione fieri. ca. Magne. circa fi. de vo. cap. Vbi periculū. §. pe. de elec. libr. 6. notatur in cle. 1. de reli. & ve. sanc. i cle. 6. & per bene dispositum & pœnitentem porrigenda est: quia cum is displicet qui ad intercedendum mittitur/ irati animus ad deteriora prouocatur. 49. distin. in princip. Aduerte nichilominus singulariter ꝙ oratio vocalis fieri nō debet dū missa auditur his saltem diebus quibus ex pręcepto debet audiri. Et hoc pręsertim procedit in literatis & intelligentibus qui sub silentio & contemplatione eam debēt audire/ pręsertim orationes/ epistolam/ & euangeliū/ prout dicit Cosmas Guynier post Albertum in tractatu horarum. quęsti. 33. Cętera quę hic in materia orationis dici possent/ dicentur (istis omissis) in verbis Orare & Oratio.

f ¶ Cognatus Moysi. Idest socer Moysi. prout etiam dicitur supra Exo. 3. in princip. Et sic Ietro inspecto iure humano potius dicendus erat affinis Moysi q̃ cognatus. Cognatio enim propria: ratione parentelæ sanguinis orit. Affinitas aūt/ ratiōe nuptiarū. l. nō facile. §. Cognatiōis &. §. Affines. ff. de gradib. affini. Et notat in. §. affinitatis insti. de Nuptijs & per canonistas. in c. Nō debet de cōsan. & affi. g ¶ Tulit Sephorā vxorē Moysi quam remiserat/ & duos liberos eius. Qr Moyses liberatur⁹ filios Israel dimiserit vxorē & filios

quos postea in deserto recepit/ significat: ꝙ cum prędicatores cōmittūtur ad opus prędicationis: debēt se a solli citudine temporali exonustare ne humanam amittere gratiam formidantes/ loqui libere recta pertimescant: et mercenariorum vice deseruiant. capi. Si rector. circa princip. 43. distin. Cum vero postea ad episcopatum vel ad aliam dignitatem assumuntur: tunc pro sibi subiectis solicitudinem tam in spiritualibus ꝙ temporalibus gerere debent. prout est notabilis textus cum glo. in verb. Marianum. in cap. Fratrem nostrum. 86. disti. vbi dicitur. Fratrem nostrum Marianum ex monacho Episcopum factū verbis quibus vales excita: quia eum obdormisse suspicor. Dico ergo illi/ vt cum loco & mentem mutet: nec sibi credat solam lectionem & orationem sufficere/ vt remotus nichil studeat de manu fructificare.

h ❡ Vt comederēt panem cum eo coram domino. Alia littera habet vt comederēt panem cū eo in conspectu domini Non omnes autem manducant panem in conspectu domini: sed qui prębyteri sunt qui seniores. i. qui perfecti sūt in meritis probati: qui siue manducant siue bibunt/ ad gloriam dei faciunt. Omne ergo quod faciunt sancti/ in conspectu dei faciunt. peccator autem a conspectu dei fugit. Vnde & Adam postꝙ peccauit/ fugit a conspectu domini & interrogatus respondit. Audiui domine vocem tuam/ & abscondi me: quia eram nudus. Sed & Cain exiuit a facie domini/ quia indign9 erat conspectu dei. Qui vero pleniorem dei sciētiam accipiunt: si malum faciunt/ coram deo faciūt. Vnde psal. Tibi soli peccaui/ & malum coram te feci. Qui malum itaq coram deo facit: continue pœnitet & dicit: peccaui. qui autem discedit a cōspectu dei: nescit cōuerti & peccatum pœnitendo purgare. hoc ergo interest inter malū corā deo facere/ & a conspectu dei peccantē discedere. Pręmissa omnia (quę morali istorum verborum elucidationi coaptantur per glo. ordi. hic) habentur in ca. Et venit. de pœ. dist. 1.

patre. Aduena fui in terra aliena. Alter vero Eliezer. Deus enim (ait) patris mei adiutor meus: & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Ietro cognatus Moysi & filij eius & vxor eius ad Moysem in desertū: vbi erat castrametatus iuxta montem dei: & mandauit Moysi/ dicens. Ego Ietro cognatus tuus venio ad te/ & vxor tua & duo filij tui cum ea. Qui egressus i occursum cognati sui: adorauit & osculatus est eū. Salutaueruntq se mutuo verbis pacificis. Cumq intrasset tabernaculum: narrauit Moyses cognato suo quæ fecerat dominus Pharaoni & Aegyptijs propter Israel vniuersumq laborem qui accidisset eis in itinere: & ꝙ liberauerat eos dominus. Lætatusq est Ietro super omnibus bonis quæ fecerat dominus Israel: eo ꝙ eruisset eum de manu Aegyptiorum. Et ait. Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum & de manu Pharaonis: qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus dominus super omnes deos: eo ꝙ superbe egerit contra illos. Obtulit ergo Ietro cognatus Moysi holocausta & hostias domino. Veneruntq Aaron & omnes seniores filiorum Israel vt comederent [h] panem cum eo coram domino. Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum qui assistebat Moysi a mane vsq ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius/ omnia scilicet quæ agebat in populo: ait. Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes/ & omnis populus præstolatur de mane vsq ad vesperam? Cui respondit Moyses. Venit [i] ad me populus querēs sententiā dei. Cumq acciderit eis aliqua disceptatio: veniunt ad me vt iudicem inter eos/ & ostendam pręcepta dei & leges eius. At ille. Non bonam (inquit) rem facis. Stulto labore consumeris/ & tu & populus iste qui tecum est. Vltra vires tuas est negotiū. Solus illud non poteris sustinere. Sed audi [k] verba mea atq consilia: & erit dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad deum pertinent vt referas quæ dicūtur ad eum: ostendasq populo cærimonias & ritum colendi/ viamq per quam ingredi debeant/ & opus quod facere debeant. Prouide autē de omni plebe viros [l] sapiētes & timētes deū: in quibus sit veritas/ & qui oderint auaritiā: & cōstitue ex eis tribunos/ & cēturiones/ & quinquagenarios/ & decanos qui iudicēt populū omni tēpore. Quicquid autē maius fuerit/ referāt ad te: & ipsi minora tātūmodo iudicēt/ leuiusq [m] sit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris: implebis imperium dñi/

i ❡ Venit ad me populus quęrens sententiam dei. Circa hęc verba/ & pro ipsorum accommodatione notetur textus in capi. fina. in princip 36. distin. vbi dicitur. Si quis vult pontifex esse: non tam vocabulo/ ꝙ merito imitetur Moysem imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de eis? ꝙ non discedunt de tabernaculo domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo domini. Quid autem ei opus erat vt aut a deo aliquid disceret aut ipse populum doceret. Hęc duo sunt pontificis opera. Vt a deo discat legendo scripturas diuinas: & sępius meditando/ aut populum doceat. sed illa doceat quę a deo ipse didicerat. non ex proprio corde vel humano sensu/ sed quę spiritus sanctus docet. Hęc ibi.

k ❡ Sed audi verba mea. Per hoc ꝙ deus famulum suum cum quo tanta & talia loquebatur/ ab alienigena passus est admoneri. Scriptura nos admonet veritatis consilium per quemcunq detur: non debere contemni. Ita dicit Augustinus. Et idem probatur in cap. fina. 38. distin. & in cap. Si habes. 24. quęsti. 3. cum similibus allegatis §. in verb. Despicere l. & in verb. Discere. f.

l ❡ Viros potentes & timentes deum. Pro istorum & subsequentium annotatione verborum. Recurratur §. ad verbum Iudicare. Vbi ponitur satis ampla huius sententię declaratio.

m ❡ Leuiusq tibi sit partito in alios onere. Hinc est ꝙ cum romano pontifice cęteri pręlati dicuntur vocati in partem solicitudinis. cap. Ad honorem. in fi. de auctο. & vsu pal. c. Qui se in princi. 2. quęst. 6.

n ℭ Quibus auditis Moyſes fecit oĩa quę ille ſuggeſſerat. Moyſes pphета deo plenus / cui de⁹ facie ad faciem loquebatur: audiuit conſilium hominis gentilis & alieni a populo dei. & non quis dicat/ ſed quid dicatur expectat. Nos ergo ſi inuenimus aliquid ſapienter a gentilibus dictum: non cum auctoris nomine ſpernamus & dicta. Nec quia legem dei tenemus: conuenit nobis tumere ſuperbia / & ſpernere prudentium verba/. ſed omnia probantes/ quod bonum eſt teneamus. Ita dicit gloſa ordi. hic citans Origenem. & idem probatur cap. Turbat acumen. in princi. & in §.1. 37. diſtin.

& præcepta eius poteris ſuſtẽtare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace. Quibus [n] auditis / Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrennuis de cunctis Iſrael / conſtituit eos principes populi/ tribunos/ & centuriones/ & quinquagenarios/ & decanos qui iudicabant plebem domini omni tempore. Quicquid autẽ grauius erat/ referebant ad eum/ faciliora tantũmodo iudicantes. Dimiſitq; cognatum ſuum/ qui reuerſus abijt in terram ſuam.

Exodi. 19. a ℭ Menſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Aegypti / in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim & peruenientes vſq; ad deſertum Sinai caſtra metati ſunt in eodem loco: ibiq; Iſrael fixit tentoria e regione montis. Moyſes [o] autem aſcendit in montem Sinai ad deum. Vocauitq; eum dominus de monte: & ait. Hæc dices domui Iacob & annũciabis filijs Iſrael. Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Aegyptijs/ quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum/ & aſſumpſerim michi. Si ergo audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactũ meum: eritis michi in peculiũ de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra/ & vos eritis michi in regnum ſacerdotale/ & gens ſancta. Hæc ſunt verba quæ loqueris ad filios Iſrael.

Exodi. 19. b ℭ Venit Moyſes: & conuocatis maioribus natu populi/ expoſuit omnes ſermones quos mandauerat dominus. Reſponditq; omnis populus ſimul. Cuncta quæ loquutus eſt dominus/ faciemus. Cumq; [p] retuliſſet Moyſes verba populi ad dominum: ait ei dominus. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis vt audiat me populus loquentem ad te/ & credat tibi in perpetuum. Nunciauit ergo Moyſes verba populi ad dominum. Qui dixit ei. Vade ad populum/ & ſanctifica illos hodie & cras: lauentq; veſtimenta ſua/ & ſint parati in diem tertium. In die enim tertio deſcendet dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai. Conſtituesq; terminos populo per circuitum: & dices ad eos. Cauete ne aſcendatis in montem / nec tangatis fines illius. Omnis [q] qui tetigerit montem: morte morietur. Manus non tanget eum: ſed lapidibus opprimetur/ aut confodiantur iaculis. Siue iumentum fuerit ſiue homo/ non viuet. Cũ cœperit clangere buccina/ tunc aſcendant in montem.

Exodi. 19. c d. per totũ. ℭ Deſcenditq; Moyſes de monte ad populum & ſanctificauit eum. Cũq; lauiſſent veſtimẽta ſua: ait ad eos. Eſtote parati in diẽ tertium: & ne [r] appropinquetis vxorib⁹ veſtris. Iamq; aduenerat tertius dies/

o ℭ Moyſes autem aſcendit in montem ad deum. Teſte Gregorio alia litera habet. Moyſes aſcẽdit in montẽ: & domin⁹ deſcẽdit ad eũ. Mõs autem altitudo cõtemplationis eſt: quem aſcendimus vt ad ea quę vltra infirmitatem noſtram ſunt/ intuendo ſubleuemur. ſed dominus deſcendit: quia ſanctis multum proficientibus parum aliquid de ſe aperit. Pro hac declaratione quę eſt gloſę ordina. Notetur bon⁹ textus in cap. Dum ſanctam. in fine. de pœni. diſtin. 2. de quo videatur ſupra. in verbo Ieſus ad Philippen. 3. s

p ℭ Cumq; retuliſſet Moyſes verba populi ad dominum. Moyſes verba populi nedũ dei cultum concernẽtia/ ſed et ea quę ipſos & lites atq; controuerſias ipſorum reſpiciebãt referebat: vt ſic ſentẽtiam eis diuinę conformẽ voluntati proferret. Ex quo colligit Gregorius effectum notabilem: de quo habetur in ca. Summopere. 11. quęſtio. 3. vbi dicitur. Summopere pręcauendum eſt: ne rectores eccleſię & qui publica iudicia exercent / in dictandis ſententijs nullatenus leuitate aut furore ducti / ſint pręcipites. ſed cauſis prius diligenter ventilatis cum res quę ignorabatur ad notitiam pleniter venerit: tũc diuina & humana lex reſoluatur: & tũc ſecundum quod ibi conſtitutum eſt (remota perſonarum acceptione) diffinitiua proferatur ſententia. Hinc eſt ꝙ Moyſes querelas populi ſemper ad dominum/ tabernaculũ ingreſſus referebat: & iuxta quod dominus imperabat iudicia proponebat. Nimirum nos inſtruens vt non ex corde noſtro / ſed ex pręcepto diuino / condemnationis & iuſtificationis ſententiam proferamus. Hęc ibi. Et facit textus in l. 2. in princip. C. de ſenten. ex pe. reci. dum ibi dicitur. Credidimus ordinandum vt iudices quos cognoſcendi & pronunciandi neceſſitas tenet nõ ſubitas ſed deliberatione habita poſt negociũ ſententias ponderatas ſibi ante formarent & emẽdatas ſtatim in libellum ſecuta fidelitate conferrent/ ſcriptaſq; ex libello partibus legerent.

q ℭ Omnis qui tetigerit montem/ morte morietur. Hanc ſententiam citat gloſa in cap. 1. in verb. Incomprehenſibilis. de ſumma trinita. & fide catholi. vt oſtendat arcana dei velut incomprehenſibilia / nimis ſolicito corde non eſſe perſcrutanda. De quo videndum eſt quod ſatis protenſe dicetur in verb. Ratio. ſuper illud. Intellexi ꝙ omnium operum dei nullam poſſit homo reddere rationem.

r ℭ Et ne appropinquetis vxoribus veſtris. Licet enim actus matrimonialis ſit licitus: habet tamen annexam quandam turpitudinem propter carnis delectationem nimiã. ca. Vir cum propria. 33. quęſt. 4. de quo dictũ eſt i verb. Angelus. Thob. 6. x Vñ legit in cõcilio Elibertano. Ois hõ ante ſacrã cõmunionẽ a ppria vxore abſtinere debet tribus aut q̃tuor aut octo diebus. c. Ois hõ. de cõſ. diſt. 2. Si tñ vxor exigeret debitũ / reddendũ eſſet: & pro ſatiſfactione perfecta deus tibi cõputabit: ſi nõ quod tibi debetur exigis / ſed reddis qđ debet vxori.

Ita dicit Augusti. super psal.146. & habetur in c. Si dicat .in si.33. quęstione.5.

s ℭ Cũ eduxisset eos deus in occursum dei. Occurrit deus (dicit glosa interlinearis) occurrenti sibi. Per liberum enim arbitrium ad deum mouemur. sed non promouemur nisi misericordia eius pręueniat & sequatur. Facit bonus textus in sępe allegato cap. Si enim. colum.5. de pœniten. distin.2. dum ibi dicitur. Non est volentis / nec currentis: sed dei miserentis / & adiuuantis vt peruenire valeamus ad calcem. Et textus in cap. sicut. in si. 47. distincti. dum ibi dicitur. Cum gressus hominis a domino dirigantur / nec sint in homine vię eius. Corripere quidem potest / corrigere autem nõ valet: pulsare potest / nõ aperire: manus comprimere / non animum mutare.

& mane inclaruerat. Et ecce cœperunt audiri tonitrua / ac micare fulgura : & nubes densissima operire montem. Clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat : & timuit populus qui erat in castris. Cũq; [s] eduxisset eos Moyses in occursum dei / de loco castrorum : steterunt ad radices mõtis. Totus [t] autẽ mons Sinai fumabat: eo q̃ descẽdisset dominus deus super eum in igne. & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratq; omnis mons terribilis: & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius & prolixius tendebatur. Moyses loquebatur : & dominus respondebat ei. Descenditq; dominus super montem Sinai in ipso montis vertice : & vocauit Moysem in cacumen eius. Quo cum ascendisset: dixit ad eum. Descende [v] & contestare populum / ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum : & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes [x] quoq; qui accedunt ad dominum sanctificẽtur ne percutiat eos. Dixitq; Moyses ad dominum. Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai : tu enim testificatus es & iussisti : dicens. Pone terminos circa montem / & sanctifica illum. Cui ait dominus. Vade / descende. Ascendesq; tu & Aaron tecum. Sacerdotes [y] autem & populus non transeant terminos / nec ascendent ad dominum: ne forte interficiat illos. Descenditq; Moyses ad populum: & omnia narrauit eis.

ℭ Loquutus est dominus ad Moysem cunctos sermones hos. Ego sum dominus deus tuus / qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Non habebis [z] deos alienos coram me. Nõ facies tibi sculptile: neq; omnẽ similitudinẽ quæ est in cœlo desuper / & quę in terra deorsum: nec eorũ quæ sunt in aquis sub terra. Nõ adorabis ea neq; coles. Ego sum dominus deus tuus / fortis zælotes: visitãs [a] iniquitatẽ patrũ in filios: in tertiam & quartam generationem / eorum qui oderunt me: & faciens misericordiã in milia / his qui diligũt me & custodiunt præcepta mea. Non assumes [b] nomẽ dñi dei tui in vanũ. Nec enĩ habebit insontẽ dñs eũ qui assumpserit nomẽ dñi dei sui frustra. Memẽto [c] vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis: & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum domini dei tui est. Nõ facies omne opus ĩ eo: tu & filius tuus & filia tua: seruus tuus & ancilla tua: iumẽtum tuũ / & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit dñs cœlum & terram / & mare & omnia quæ in eis sunt. Et requieuit die septimo. Idcirco benedixit dominus deus die sabbati & sanctificauit

Exodi.20.a b.c.

t ℭ Totus mõs Sinai fumabat &c. Recurratur pro ãnotatione ad verbum ignis.

v ℭ Descende & cõtestare populum. Innuitur pręlatos a contemplationis altitudine debere nonnunq̃ descendere / pro subleuandis & adiuuãdis suis subiectis. prout etiam de hoc est textus citans exemplum Moysi. in capi. 1.88. distin.

x ℭ Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur / ne percutiam eos. Idem monet textus in capi. Qui scelerate. & inc. Timorẽ cum similibus. de consecra. distin.2.

y ℭ Sacerdotes autem ne transeant terminos. Minores sacerdotes terminos suos trãsgredi non debent : ea scilicet pręsumendo quę solis incumbũt episcopis / aut eis superioribus. Alioqui morte moriũtur / id est in graue incidunt animę pręiudicium: dicente Inno.3 in cap. q̃to de consuetu. Peruenit ad audientiam q̃ quidã simplices sacerdotes ea sacramenta pręsumunt fidelibus exhibere / quę ab apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus reseruata: vt est sacramentum confirmationis / quod chrismando renatos / soli debent episcopi per manus impositionem conferre: ad excusandas excusationes in peccatis / solam consuetudinem prętendentes. Mandamus igitur quatenus omnibus pręsbyteris districte prohibeas / ne talia decętero sua temeritate pręsumant. quę licet non sint a fidelibus contemnenda: tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate (quę legem non habet) omittere : q̃ vt ab his quibus ea conferre non licet ex temeritate (quę lege damnatur) non sine graui periculo inaniter conferantur. cum vmbra quędam ostendatur in opere: veritas autem subeat in effectu.

z ℭ Non habebis deos alienos. Istud est contra quosdã hęreticos / Tritoitas ideo vocatos: quia sicut tres personas in trinitate / ita tres asserunt deos esse contra illud quod scriptum est. Audi Israel dominus deus tuus vnus est. Ita dicit textus in cap. Quidam. circa finem. versicu. Tritoitę. 24. quęsti.3.

a ℭ Visitans iniquitatem patrum in filios. Recurratur ad verbum Generatio.

b ℭ Non assumes nomen domini dei tui in vanum. Hinc legitur in concilio Toletano. Necesse est vt male iurans dignam agat pœnitentiam: eo q̃ nomen domini contra pręceptum illius sumpsit in vanum. quia in Exodo scriptum est. Neq; enim dominus insontem habebit eum qui sumpserit nomen dei sui frustra. capi. Necesse est.22. quęstione.4.

c ℭ Memento vt diẽ sabbati sanctifices. Recurrat ad ea quę diffuse dicta sunt in verb. Dies. fol.1. pagi.2.

d ¶ Honora patrem tuum & matrem. Videatur quod dictum est verb. honorare. Sed ibi dictis addatur quod dicit Archi. in c. Quod debetur. in fine. 14. quęst. 1. vbi dicit: ꝙ patri & matri debem⁹ honorem in effectu & reuerentiam in affectu. e ¶ Non occides. Recurre ad verbum Occidere.
f ¶ Non mœchaberis. Declaretur hoc pręceptum vt diffuse dictum est in verb. Mœchari.
g ¶ Non furtum facies. Declaratum est hoc pręceptum in verb. Furtum: vbi videatur.

eum. Honora [d] patrem tuum & matrem: vt sis lōgeuus super terram/ quam dominus deus tuus dabit tibi. Non [e] occides. Non mœchaberis [f]. Non [g] furtum facies. Non loqueris [h] contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces [i] domum proximi tui. Non desyderabis vxorem alterius: non seruum/ non ancillam: non bouem/ non asinum: nec omnia quæ illius sunt.

Exo.10.c.d ¶ Cūctus populus Israel videbat voces & lampades & sonitum buccinæ/ montēq fumantem: & perterriti [k] ac pauore concussi steterunt procul/ dicentes Moysi. Loquere tu nobis & audiemus. Nō loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret vos/ venit deus: & vt terror illius esset in vobis/ & non peccaretis. Stetitq populus de lōge: Moyses autē accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixitq præterea dominus ad Moysem. Hæc dices filijs Israel. Vos vidistis ꝙ de cœlo loquutus sim vobis. Non facietis deos argēteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi / & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra: oues vestras & boues in omni [l] loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniā ad te & benedicā tibi. Qđ si altare lapideum feceris michi nō ædificabis [m] illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum super eo/ polluetur. Non [n] ascēdes per gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudo tua.

¶ (De multis legalibus præceptis quæ loquutus est domin⁹ ad Moysem: habet. Exo. 21. 22. & 23. p totū: & trāscribūtur locis oportunis.)

Exodi.24. a.b.c.i pri. ¶ Moysi dixit dominus. Ascende ad dominū tu & Aaron: Nadab & Abiu & septuaginta senes ex Israel: & adorabitis ꝓcul. Solusq Moyses ascēdet ad dn̄m: & illi nō appropiquabūt: nec popul⁹ ascēdet cū eo. Venit ergo Moyses: & narrauit plebi oia verba dn̄i atq iudicia/ respōditq cunctus populus vna voce. Oia verba dn̄i quæ loquutus est faciem⁹. Scripsit [o] autē Moyses vniuersos sermones dn̄i: & mane cōsurgēs ædificauit altare dn̄o ad radices mōtis: & duodecī titulos p duodeci trib⁹ Israel. Misitq iuuenes de filijs Israel: & obtulerūt holocausta: imolauerūtq victimas pacificas dn̄o vitulos duodeci. Tulit itaq Moyses dimidiā partē sanguinis/ & misit i crateras: partē autem residuā fudit super altare. Assumēsq volumē fœderis legit audiēte populo. Qui dixerūt: oia q̄ loquut⁹ est dn̄s faciemus: & erimus obediētes. Ille vero sumptū sanguinē respersit in populū. Et ait. Hic est sanguis fœderis ꝙ pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.

Exodi.24. c.d.e. ¶ Ascenderunt Moyses & Aaron Nadab & Abiu / & septuaginta de senioribus Israel: & viderunt [p] deum Israel. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyrini: & quasi cœlum cum serenum est. Nec super eos qui procul recesserāt de filijs Israel misit manū suā. Viderūtq deū & comederūt ac biberūt. Dixit autem dn̄s ad Moysem. Ascēde ad me in montem & esto ibi/ daboq [q] tibi tabulas lapideas/ & legem/ ac mā-

h ¶ Non loqueris contra proximum tuum falsum testimoniū. Dicetur de hoc pręcepto in verb. Testimonium.
i ¶ Non concupisces domū &c. Superioribus duobus pręceptis. Non furtū facies: & non mœchaberis: act⁹ furti/ et concubit⁹ illiciti prohibiti sūt Hoc vero ꝑcepto voluntas taliū actuū prohibetur. Et ita etiā voluntatem in istorū actuū etiā sine ope subsecuto prohiberi & mereri pœnam dicit text⁹ i c. si ꝑpterea. & i c. sequ. ti. in prin. de pœ. dist. 1.
k ¶ Perterriti ac pauore concussi steterūt procul/ dicentes. Loquere tu nobis &c. Significatur ad vetus testamētū timorem poti⁹ pertinere/ sicut ad nouum dilectionem. Et ita etiam dicit textus diffusus in c. Hęc aūt. §. Ex his omnib⁹. versi. i lege popul⁹ cum c. sequē. vsq ad versi. his itaq. 23. q̄sti. 4. de quo in verb. Euāgeliū.
l ¶ In oi loco iquo mēoria fuerit nois mei. Videatur qđ istis verbis ānotatū ē i verb. Altare.
m ¶ Nō ędificabis illud de sectis lapidib⁹. Idest non per hęresim & scismata deū coles. Nullū eni tuū obsequiū cū hęresi aut scismate esse posset acceptū. c. illi offerunt. c. Odit deus. 1. q. 1. c. 3. de hęre. & c. qa ex sola. cū similib⁹. 24. q. 1.
n ¶ Non ascendes per grad⁹ ad altare meū. Idest (dicit glo. interlinearis) grad⁹ in trinitate nō facies/ sicut Arrius (q dicit maiorē pr̄em minorē filiū & minimū spiritū sanctū) docuit: put de hoc ē tex. in c. 1. versi. Harū prior nicena. 15. dis. vbi dr̄. Talē errorē i Nicena synodo fuisse dānatum.
o ¶ Scripsit autem Moyses vniuersos sermones dn̄i. Non tn̄ decē ꝑcepta q̄ i tabulis ei scripta tradita sunt. Ita dicit glo. iterli. & apud canonistas ē bo. glo. i c. quid in oībus. in verb. pœnis. 32. quęsti. 7.
p ¶ Et viderūt deū Israel. Nō in essētia sua sed i siītudine ipsum representante: Scriptū est enī Deum nemo vidit vnq̄. & alibi. Nō videbit me hō & viuet. gl. i cle. ad nr̄am i verb. nō idiget de hęreti. q ¶ Daboq tibi tabulas lapideas & legem. glo. in d. c. Quid in omnib⁹. in verbo pœni. 32. quęst. 7. dicit duas tabulas fuisse a deo Moysi datas. in prima tabula continebantur hęc tria pręcepta. Non habebis deos alienos coram me.

data/quæ ſcripſi vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes & Ioſue miniſter eius: aſcendenſq̧ Moyſes in montem dei/ſenioribus ait. Exſpectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aarō & Hur vobiſcū. Si quid natū fuerit queſtionis/referetis ad eos. Cūq̧ aſcēdiſſet Moyſes: operuit nubes montem/& habitauit gloria domini ſuper Sinai: tegens illum nube ſex diebus. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorię domini quaſi ignis ardens ſuper verticem montis: in conſpectu filiorū Iſrael. Ingreſſuſq̧ Moyſes mediū nebulæ: aſcendit [r] in mōtem. Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

¶ Multa alia quæ præcepit dominus Moyſi vt ea filijs Iſrael diceret: Vide Exodi. 25. 26. 27. 28. 30. & 31. a. b. c. & pleraq̧ ex ipſis habentur locis ſeu literis oportunis.

¶ Dedit dominus Moyſi (completis huiuſcemodi ſermonibus in mōte Sinai) duas tabulas teſtimonij lapideas ſcriptas digito dei. Exodi. 31. d

¶ (Vitulo cōflatili per Aaron facto/& eo a filijs Iſrael adorato: vt habetur. Exodi. 32. a. Et ſupra in verbo Aaron) Loquutus eſt dominus ad Moyſem/dicens. Vade deſcēde: peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Aegypti: receſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis: feceruntq̧ ſibi vitulū conflatilem & adorauerunt/atq̧ immolantes ei hoſtias: dixerunt. Iſti ſunt dij tui Iſrael: qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rurſumq̧ ait domin⁹ ad Moyſem. Cerno ꝙ populus iſte duræ ceruicis ſit. Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos: & deleā eos/faciamq̧ te in gētem magnam. Moyſes autem orabat dominum deum ſuum: dicens. Cur [s] domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum quem eduxiſti de terra Aegypti: ī fortitudine magna & in manu robuſta? Ne quæſo dicant Aegyptij. callide eduxit eos vt interficeret in montibus/& deleret e terra: quieſcat [t] ira tua & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraam/Iſaac/& Iſrael ſeruorum tuorum: quibus iuraſti per temetipſum/dicens. Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli: & vniuerſam terram hanc de qua locutus ſum: dabo ſemini veſtro: & poſſidebitis eam ſemper. Placatuſq̧ eſt dominus ne [v] faceret malum quod loquutus fuerat aduerſus populum ſuum. Et reuerſus eſt Moyſes de monte/portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua: ſcriptas ex vtraq̧ parte & factas opere domini. Scriptura quoq̧ dei erat ſculpta in tabulis. Exodi. 32. b c. d.

¶ Audiens Ioſue tumultū populi Iſrael vociferantis: dixit ad Moyſem. Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. Qui reſpondit. Non eſt clamor adhortantium ad pugnam/neq̧ vociferatio compellentium ad fugam: ſed vocem cantantium ego audio. Cumq̧ appropinquaſſet ad caſtra: vidit vitulum & choros: iratuſq̧ valde proiecit [x] de manu tabulas/& confregit eas ad radicem montis. Arripienſq̧ vitulumquē fecerant: cōbuſſit & cōtriuit vſq̧ ad puluerem: quem ſparſit in aquā: & dedit ex eo potum filijs Iſrael. Dixitq̧ ad Aaron. Quid tibi fecit hic populus vt īduceres ſuper eum peccatum maximū? Cui ille reſpōdit. Non indignetur dominus meus. Tu enim noſti populum iſtū ꝙ pronus ſit ad malū. Dixerūt michi. Fac nobis deos qui nos præcedant: huic enim Moyſi qui nos eduxit de terra Aegypti/neſcimus quid acciderit. Quibus ego dixi. Quis veſtrum habet aurum? Tulerunt & dederunt michi: & proieci illud in ignem: egreſſuſq̧ eſt hic vitulus. Videns ergo Moyſes populū ꝙ eſſet nudatus: ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis: & inter hoſtes nudum cōſtituerat: & ſtans in porta caſtrorum: ait. Si quis eſt domini/iungatur michi. Congregatiq̧ ſunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait. Exo. 32. d. e. f.

Non aſſumes nomen dei tui in vanū. & memento vt diem ſabbati ſanctiaſices. In ſecunda cōtinebantur ſeptem. Honora patrem & matrem. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Nō loqueris cōtra proximū falſum teſtimoniū. Nō cōcupiſces rē ꝓximi & nō cōcupiſces vxorē ei⁹.

[r] ¶ Aſcendit in montem & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Contēplatiuus ergo ſimul & actiuus eſſe vales Moyſi legiſlatoris exēplo: qui nunc aſcendebat in mōtem vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate. Nunc vero deſcēdebat in caſtra/ vt cū vtilitate maiori neceſſitatibus populi ſubueniret. Ita dicit textus circa hanc ſententiam notandus in c. Niſi cum pridem. §. ſi. de renuncia.

[s] ¶ Cur dn̄e iraſcitur furor tuus &c. Ex miſericordia orat Moyſes pro populo: q poſtea ex diſciplina ſeuere vindicat ꝓ deo c. Diſciplina. colum. ſi. 45. diſt. de quo ſtatim diffuſi⁹ dicet.

[t] ¶ Quieſcat ira tua. Quomō ira dei conſideretur cum in eo animi paſſiones non cadāt/eſt bo. tex. in c. Productior. i ſi. de pœni. diſtin. 3. de quo dictū eſt in verb. Ira.

[v] ¶ Ne faceret malum qd locut⁹ fuerat dn̄s. Maliciā hic pœnam ītelligi voluit: Scdm qd & bonū & malum eſſe a dn̄o: non ſcdm maliciā qua hoies mali ſunt. malus enī deus non eſt: ſed malis īgerit mala/qa iuſtus eſt. vn̄ & ſcriptū eſt. Ego dn̄s creans malū. c. qdā. verſi. Colliciani. & verſi. Floriaui. 24. q. 3.

[x] ¶ Proiecit de manu tabulas atq̧ confregit. In huius facti memoriam ieiunium fuit apud Hebręos inſtitutum c. ieiunium. paulo poſt princip. 76. diſtin.

y ℂ Ponat vir gladiũ super fœmur suũ. Pro populo in quẽ Moyses nunc vult vltionẽ exercere/ postea misericordiã a deo postulans ait. Aut dimitte hanc noxã: aut si non facis/ dele me de libro quẽ scripsisti. vt videbit in sentẽtia proxima. Unde notetur celebris textus Gregorij in c. Disciplina. in prin. iuncto versi. Intueri libet. vsq ad fi. 45. dist. vbi dicitur. Disciplina vel misericordia multũ destituitur: si vna sine altera teneatur: sed circa subditos inesse debet rectoribus/ & iuste consulens misericordia/ & pie seuiens disciplina. Intueri enim li-

Hæc dicit dominus deus Israel. Ponat [y] vir gladiũ super fœmur suũ. Ite & redite de porta vsq ad portã per mediũ castrorum: & occidat [z] vnusquisq fratrem & amicum/ & proximũ suum. Fecerũtq filij Leui iuxta sermonẽ Moysi: cecideruntq in die illa quasi viginti tria milia hominum. Et ait Moyses. Consecrastis manus vestras hodie domino vnusquisq in filio & fratre suo: vt detur vobis benedictio.

Exodi.32.g ℂ Facto autem altero die/ loquutus est Moyses ad populum. Peccastis peccatum maximum. Ascendam ad dominum: si quomodo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. Reuersusq ad dominũ/ ait. Obsecro/ peccauit populus iste peccatũ maximum: fecerũtq sibi deos aureos: aut [a] dimitte eis hanc noxam/ aut si non facis: dele me de libro quem scripsisti. Cui respondit dominus. Qui peccauerit [b] michi: delebo eũ de libro meo. Tu autem vade/ & duc populum istũ quo loquutus sum tibi: angelus meus pręcedet te. Ego autẽ in die vltionis visitabo/ omne peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

Exodi.33.a ℂ Loquutus est dominus ad Moysem: dicẽs. Vade & ascende de loco isto/ tu & populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti in terram quã iuraui Abraam Isaac & Iacob: dicẽs. Semini tuo dabo eam/ & mittã præcursorem tui angelum vt eijciam Chananeum & Amorreum & Etheum & Pherezeum & Eueum & Hiebuseum: & intres in terram fluentem melle & lacte. Non enim ascendã tecum: quia populus duræ ceruicis est: ne forte disperdam te in via. Audiensq populus sermonẽ hunc pessimum: luxit. & nullus [c] ex more indutus est cultu suo.

Exo.33.a.b ℂ Dixitq dominus ad Moysem. Loquere filijs Israel. Populus duræ ceruicis es: semel ascendã in medio tui & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum vt sciam quid faciam tibi. Deposuerũt ergo filij Israel ornatum suum a monte Oreb. Moyses quoq tollens tabernaculum tetendit extra castra procul: vocauitq nomen eius tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam questionem/ egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cũq egrederetur Moyses ad tabernaculum: surgebat vniuersa plebs & stabat vnusquisq in ostio papilionis sui: respiciebantq tergum Moysi: donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculũ fœderis: descẽdebat

bet in Moysi pectore misericordiã simul cũ seueritate sociatam: videamus amãtem pie/ & districte sęuientẽ. Certe cũ Israeliticus populus ante dei oculos pene inueniabilẽ cõtraxisset offensam: ita vt eius rector audisset. Descẽde/ peccauit populus tuus. ac si ei diuina vox diceret. Qui in tali peccato lapsus est/ meus nõ est. atq subiungeret. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos & deleam eos: faciãq te in gẽtem magnã. Ille semel & iterum pro populo cui preerat obicem se ad impetũ dei irascẽtis opponẽs: ait. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si nõ facis/ dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Pensemus ergo qbus visceribus eũdem populũ amauit: pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt: sed tamẽ iste qui tãto amore eius populi constrigitur: contra eius culpas pẽsemus q̃to zęlo rectitudinis accendatur. Mox enim vt culpę veniã ne delerent obtinuit: zęlo rectitudinis succensus inquit. Ponat vir gladiũ super fœmur suũ: ite & redite de porta vsq ad portã per medium castrorũ: & occidat vnusquisq fratrẽ/ vxorẽ/ & amicũ/ & pximũ suũ: ceciderũtq in illo die q̃si 23. millia hominũ. Ecce qui vitã hominũ etiã cũ sua morte petijt: paucorũ vitã gladio extinxit: intus arsit igne amoris: foris accẽsus est zęlo seueritatis. tanta fuit pietas vt se pro illis coram dño morti offerre non dubitaret. tãta seueritas vt eos quos diuinitus feriri timuerat: ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos qbus pręfuit/ vt p eis nec sibi parceret: & tñ delinquẽtes sic psecutus est quos amauit: vt eos etiã domino parcẽte psterneret. Utrobiq legatus fortis: vtrobiq admirabilis mediator: causam populi apud deũ pcibus/ causam dei apud populũ gladijs allegauit. Intus amãs diuinę irę supplicãdo obstitit: foris seuiẽs culpã feriẽdo cõsumpsit. In regimie ergo vtrũq Moyses miscuit: vt nec disciplinę deesset misericordia/ nec misericordię disciplina. Hęc ibi. Scdo notet tex. in c. Guilisarius. §. Quod autẽ. 23. q. 4. vbi dicit. Qz peccatũ populi in paucis puniendũ sit/ Moyses exẽplo docuit: q peccatũ idolatrię in paucos cultores idolatrię vindicauit/ morte paucorũ expiãs peccata multorũ: in pręsens terrens/ in posterũ disciplinã sanciens. Tertio tex. in c. Reos. §. Sed obijcit. 23. q. 5. vbi ad probandũ q p occisionẽ nõ semp huic pręcepto (nõ occides): cõtrauenit/ multa citãtur: & inter cętera hoc factũ Moysi. ibi enim dicit tex. Moyses q legẽ acceperat cultores vituli morte puniuit. z ℂ Occidat vnusqsq fratrẽ/ & amicũ/ & pximũ suũ. Que (supple) signatũ videbit puluere in barba vel in facie. Contriuerat enim Moyses (vt ait Iosephus) caput vituli aurei quẽ ipsi adorauerãt: & puluerisatũ toti populo in potum dederat & quicũq in idolatriã cosenserat/ auri puluis i barba ei adhęrebat. Ita dicit Archi. in d. c. Disciplina. col. 2. 45. dist. a ℂ Aut dimitte hanc noxam &c. Recurratur ad proximam superiorem annotationem.

b ℂ Qui peccauerit michi: delebo eũ de libro meo &c. Sic est qd dr. Aia quę peccauerit/ ipsa morietur. cui dicto facta est diffusa annotatio (isti etiã satis accõmoda) s. in verb. Aia. Notetur tñ textus peculiaris p hac sentẽtia in c. Peccatũ. versi. hinc etiã. de pœni. dist. 4. vbi dr. Dñs ait Moysi. Si quis peccauerit ante me/ delebo eum de libro vitę: vt scdm iustitiã iudicis/ ille peccãdo dicatur deleri: qui scdm pręscientiam nunq̃ fuerat ascriptus.

c ℂ Nullus ex more indutus est cultu suo. Diebus luctus/ solitus vestium cultus deserendus est: vt habitu

quoq iuſtus ipſe demonſtretur. bonus eſt tex. in c. In nõnullis. verſ. In diebus. de Iudęis. d ¶ Loque-
batur autem dñs Moyſi facie ad faciem &c. Scdm opinionẽ populi loquitur ſcriptura: qui putabat Moyſem ore
ad os loqui cum deo, cum per ſubiectã creaturã .i. per angelum & nubẽ ei loqueretur & appareret. Nam ei9 ſub-
ſtantiã (ſicut eſt) nullus hominũ videre vnq̃ potuit. glo. eſt celebris ſuperius allegata in cle. Ad noſtrã. in verb.
Non indiget. de hęreti. Cętera dicantur vt ſ. in verb. Facies. e ¶ Teipſum noui ex nomine. Ideſt pro-
prie & ſpecialiter placui
ſti michi. Cognoſci eñi a
deo ſeu ab eo ſciri, nichil
aliud eſt q̃ ei placeri ſeu
ab ipſo approbari. c. Si
ex bono. i fi. & c. Nouit.
in prin. de pœni. diſt. 4.
f ¶ Miſerebor cui
voluero: & clemẽs ero in
quẽ michi placuerit. Gra
tuita eſt eñ (dicit glo. in-
terli.) & ſpõtanea oibus
dei miſericordia. Cũ eñ
miſeretur gratia, cũ in-
durari permittit, iuſtum
iudiciũ eſt q̃uis occultũ:
prout etiã iſtud pbaẽ in
d. c. Si ex bono. colũ. 1. &
2. de pœni. diſtinc. 4.
g ¶ Non poteris vi
dere faciem meã. Decla-
retur vt dictũ eſt in ver-
bo Facies.
h ¶ Eſt locus apud
me. Quia ex ſola catholi
ca eccleſia veritas cõſpi-
citur, apud ſe dicit eſſe lo
cũ: de quo videaẽ. De ec-
cleſia eñ ſola veritas cõ-
ſpicitur, ſacrificiũ accipi
tur, ſola pro errantibus
fiducialiter itercedit. vñ
de agni hoſtia dicitur ſ.
12. capi. g. In vna domo
comedetis: nec offeretis
de carnibus eius foras.
Quia in vna catholica ec
cleſia, vna hoſtia redem-
ptoris imolatur. nec cani
bus ſanctũ datur. Sola eſt
in qua opus bonum fru-
ctuoſe agitur: ſola eſt quę
itra ſe poſitos valida cha
ritatis cõpage cuſtodit.
Vnde aqua diluuij arca
q̃dẽ ad ſublimiora ſuſtu-
lit: oẽs autẽ quos extra
arcam inuenit extinxit.
Hęc declaratio (quę ẽ glo.
or. hic) habetur apud ca
noniſtas in c. Quia ex ſo
la. 24. queſti. 1.
i ¶ Et ſtabis ſupra
petram. In petra Moyſes
ponitur: vt faciẽ dei con
tẽpletur. Qui eñ non te-
net ſoliditatẽ fidei, diui
nã p̃ſentiã nõ agnoſcit.

columna nubis & ſtabat ad oſtium: loquebaturq; dominus cũ Moyſe:
cernẽtibus vniuerſis q̃ colũna nubis ſtaret ad oſtiũ tabernaculi. Sta-
bantq; ipſi & orabãt per fores tabernaculorũ ſuorum. Loquebatur [d]
autem domin9 ad Moyſem facie ad faciem: ſicut ſolet loqui homo ad
amicum ſuum. Cũq; ille reuerteretur in caſtra: miniſter eius Ioſue fi-
lius Nun puer recedebat de tabernaculo.

¶ Dixit autem Moyſes ad dominum. Præcipis vt educam populum Exodi. 33. b c.d.
iſtum: & non indicas michi quem miſſurus es mecum: præſertim cũ
dixeris, noui te ex nomine: & inueniſti gratiã corã me. Si ergo inueni
gratiam in conſpectu tuo: oſtende michi faciem tuã vt ſciam te, & in-
ueniam gratiam ante oculos tuos. Reſpice populum tuũ gentem hãc.
Dixitq; dominus. Facies mea præcedet te: & requiẽ dabo tibi. Et ait
Moyſes. Si nõ tuipſe præcedas ne educas nos de loco iſto. In quo eni
ſcire poterimus ego & populus tuus inueniſſe nos gratiã in cõſpectu
tuo: niſi ambulaueris nobiſcum vt glorificemur ab omnibus populis
qui habitant ſuper terrã? Dixit autẽ dominus ad Moyſem. Et verbũ
iſtud quod loquutus es, faciam. Inueniſti enim gratiam coram me: &
teipſum [e] noui ex nomine. Qui ait. Oſtẽde michi gloriã tuam. Reſpõ
dit. Ego oſtendam omne bonum tibi: & vocabor in nomine domini
coram te: & miſerebor [f] cui voluero: & clemẽs ero in quem michi pla-
cuerit. Rurſumq; ait. Non [g] poteris videre faciem meam: non enim
videbit me homo, & viuet. Et iterum. Ecce [h] (inquit) eſt locus apud
me: & ſtabis [i] ſupra petram. Cumq; tranſibit gloria mea, ponam te
in foramine petræ: & protegam dextera mea donec tranſeam. Tol-
lamq; manum meam & videbis [k] poſteriora mea: faciem autem meã
videre non poteris.

¶ Ac deiceps præcide (ait dñs ad Moyſem) duas tabulas lapideas in- Exo. 34. a. b.
ſtar priorum: & ſcribam ſuper eas verba quæ habuerunt tabulæ quas
fregiſti. Eſto paratus mane vt aſcẽdas ſtatim in montẽ Sinai: ſtabiſq;
mecũ ſuper verticẽ montis. Nullus aſcendat tecũ: ne videatur quiſpiã
per totũ montem: boues quoq; & oues non paſcantur ecõtra. Excidit
ergo duas tabulas lapideas quales antea fuerãt: & de nocte cõſurgẽs,
aſcendit in mõtem Sinai ſicut præceperat ei dominus, portans ſecum
tabulas. Cũq; [l] deſcendiſſet dominus per nubẽ: ſtetit Moyſes cum eo
inuocans nomen domini. Quo tranſeunte coram eo, ait. Dominator
domine deus miſericors, & clemens, patiens & multæ miſerationis ac
verax: qui cuſtodis miſericordiam in milia: qui aufers iniquitatem &
ſcelera atq; peccata: nulluſq; apud te per ſe innocens eſt. Qui [m] reddis

de qua ſoliditate diciẽ. Super hanc petrã ędificabo eccleſiã meã. Hęc declaratio eſt etiã glo. ordi. quę pariter ha
betur in d. c. Quia ex ſola. 24. q. 1. k ¶ Videbis poſteriora mea: faciẽ autẽ meã videre nõ poteris. De-
claretur hęc ſentẽtia vt in verb. Facies. l ¶ Cũq; deſcendiſſet dñs per nubem. Non enim poteſt mens
humana deũ contẽplari niſi condeſcendat ei. d. c. Dum ſanctã. in fi. de pœni. diſt. 2. m ¶ Qui reddis
iniquitatẽ patrũ filijs ac nepotibus. Quomodo patrũ iniquitas filijs reddatur ac nepotibus: bo. eſt tex. hanc
ſententiã declarans: vt hic declarat glo. or. in c. Quid eſt qd diciẽ. de pœni. diſt. 4. de quo videatur in huius an-
notatione ſententię ſ. in verb. Iniquitas. Aliter tamen dici poteſt: vt ſcilicet qui praui parẽtis iniquitatẽ imi-
tatur, etiam ex eius delicto conſtringatur. qui autem non imitatur, delicto eius non grauetur. Vnde fit vt ini-
quus filius iniqui patris: non ſolum ſua quę addit, ſed etiam peccata patris perſoluat: cum iratũ deum nõ igno-
rans, maliciam ſuam adiungere non formidat. Et iuſtum eſt: vt qui ſub diſtricto iudice vias patris iniqui non
timet imitari, cogatur etiam culpas eius perſoluere. Ita dicit glo. or. hic & pbatur in c. Cenomanenſem. in fi.
56. diſtinc. Corporaliter tamẽ puniũtur nõnunq̃ filij etiã poſt deletũ originale peccatũ pro patribus, prout diſ-
fuſe dictum eſt ſ. in verb. Aĩa. ſup illud Ezechielis. Aĩa quę peccauerit ipſa morietur.

n ¶ Vſq ad tertiam & quartā generationē. Recte dicit vſq ad tertiā & quartā progeniem: quia enim vſq ad tertiam & quartā progeniem eam quam imitētur filij/ parentū vitam poſſunt videre/ vſq ad eos vltio extenditur/ qui viderūt qd male ſequerētur. ꝑ hac declaratiōe gloſaꝝ interlinearis & or. facit tex. in d. c. Cenomanē ſem. in fi. 56. diſt. o ¶ Panē non comedit & aquā non bibit. Nedū ergo ex nouo/ ſed & ex veteri teſtamēto prǽfiguratū fuit quadrageſimale ieiuniū. de quo ieiunio dictum eſt in verb. Ieiunium. & in verb. Iheſus.

iniquitatem patrū/ filijs ac nepotibus in [n] tertiā et quartā progeniem. Feſtinuſq; Moyſes incuruatus eſt pronus ī terram: & adorans/ ait. Si inueni gratiā in cōſpectu tuo domine: obſecro vt gradiaris nobiſcū. populus enī duræ ceruicis eſt/ vt auferas iniquitates noſtras atq; peccata noſq; poſſideas. Reſpondit dominus. Ego inibo pactum videntibus cunctis: ſigna faciā quæ nunq̄ viſa ſunt ſuper terrā: nec in vllis gentibus vt cernat populus iſte in cuius es medio: opus domini terribile quod facturus ſum. Obſerua cuncta quæ hodie mādaui tibi. Ego ipſe eijciam ante faciem tuam Amorreum/ & Chananeum Aetheum Pherezeum quoq; & Eueum & Hiebuſeum. Et ſubiunguntur aliqua præcepta Moyſi facta quę videri poſſunt.

Exo. 34. d. ¶ Fuit cum domino Moyſes quadraginta dies & quadragita noctes: panem [o] non comedit/ & aquam nō bibit: & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. Cūq; deſcenderet Moyſes de mōte Sinai: tenebat duas tabulas lapideas teſtimonij: & ignorabat ꝙ cornuta [p] eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis domini. Vidētes autē Aaron & filij Iſrael cornutā Moyſi faciem/ timuerunt prope accedere. Vocatiq; ab eo/ reuerſi ſunt tam Aaron q̄ principes ſinagogæ. & poſtq̄ loquutus eſt ad eos: venerunt ad eum etiā omnes filij Iſrael. Quibus præcepit cuncta quę audierat a domino in mōte Sinai. Impletiſq; ſermonibus poſuit [q] velamen ſuper faciem ſuam. Qui ingreſſus ad dominum/ & loquens cū eo auferebat donec exiret: & tūc loquebatur ad filios Iſrael omnia quę fuerant ſibi imperata. Qui videbāt faciem regrediētis Moyſi eſſe cornutā: ſed operiebat ille rurſus faciē ſuā ſi quando loquebatur ad eos.

¶ Permulta alia quę dominus loquutus eſt ad Moyſem: Moyſes vero ad filios Iſrael videas Exodi. 35. 36. 37. 38. 39. & 40. & per diſcurſum totius libri Leuitici & Numeri. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. c.

¶ De Aarō & filiorū eius cōſecratione per Moyſem habetur Leui. 8.

¶ De Maria Moyſi ſorore quæ cōtra eum loquuta lepra percuſſa eſt: vide ſupra in verbo Maria ſoror Moyſi.

Nūeri. 16. a. b. ¶ Ecce Chore filius Iſuar/ filij Caath/ filij Leui/ & Dathā atq; Abirō filii Eliab: Hon quoq; filius Pheleph de filijs Ruben/ ſurrexerūt cōtra Moyſem/ alijq; filiorū Iſrael ducēti quinquagita viri proceres ſinagogæ: & qui tēpore conſilij per nomina vocabantur. Cūq; ſtetiſſent aduerſum Moyſem & Aaron/ dixerūt. Sufficiat vobis/ quia omnis multitudo ſanctorū eſt: & in ipſis eſt dñs. Cur eleuamini ſuper populum domini? Quod cū audiſſet Moyſes/ cecidit ꝓnus in faciē: loquutuſq; ad Chore & ad omnē multitudinem. Mane (inquit) notū [r] faciet dñs qui ad ſe pertineāt: & ſanctos applicabit ſibi: & quos elegerit/ appropiquabūt ei. Hoc igitur facite. Tollat vnuſquiſq; thuribulū ſuum: tu Chore & omne cōcilium tuum: & hauſto cras igne ponite deſuper thymiama corā dño: & quēcūq; elegerit/ ipſe erit ſanctus. Multū erigimini filij Leui. Dixitq; rurſum ad Chore. Audite filij Leui. nū parū vobis eſt ꝙ ſeparauit vos deus Iſrael ab omni populo: & iūxit ſibi vt ſeruiretis ei ī cultu tabernaculi/ & ſtaretis corā frequētia populi & miniſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui vt vobis [s] etiā ſacerdotiū vendicetis: & omnis globus tuus ſtet contra dominum. Quis eſt enim Aaron vt murmuretis contra eum?

p ¶ Qr cornuta eſſet facies ſua. Cornuta erat facies Moyſi: quia in lege ſibi data/ quæ eius facies dicat: cū ꝑ eā agnoſcatur/ & legiſlator vocetur. l. Cum in diuerſis. ff. de reli. & ſump. func. Erāt duo teſtamēta vetꝰ ſcilicet & nouū. vetus occulte/ nouum aperte.

q ¶ Poſuit velamen ſuper faciem ſuā. Facies Moyſi ex collocutiōe dei fuit glorificata. Tegitur tamen velamine/ in quo ſignificabat legē myſtico velamine eſſe coopertam & infidelibus occultam. Sermo enim legis habet ſcientiā glorię: ſed ſecretam quā ſpiritꝰ nō reuelat infidelibus. qui ꝓprie eorū prudētiæ/ ſeu potiꝰ temeritati innitētes ſcripturas deprauant & carnaliter nō ſpūaliter itelligunt. c. Vino inebriātur. in prin. 37. diſtin. c. Quidā. in fi. 24. q. 3.

r ¶ Notum faciet dominus q ad ſe pertineāt. Sunt qui in pręſentiarū recte viuentes/ rectā eoꝝ vitā ſunt in poſterū relicturi. tuncq; dñs notū facit/ ꝙ etiā cū recte viuebant/ non ad ſe ꝑtinebāt licet pertinere viderentur. de qbus Ioānes ait. Ex nobis exierāt ſed nō erant ex nobis: ꝙ ſi fuiſſent ex nobis: manſiſſent vtiq; nobiſcum. q. d. non erant dei re ipſa etiā qñ erāt in ꝓfeſſione ſeu ī nomine. nō qz iuſtitiā ſimulauerūt: ſed qa in ea non ꝑmanſerūt. Neq; eīm ait. Nā ſi fuiſſent ex nobis/ veram & nō fictā iuſtitiam tenuiſſent vtiq; nobiſcū: ſed ſi fuiſſent (inquit) ex nobis/ permāſiſſent vtiq; nobiſcum. Erāt itaq; in bono/ ſed qa in eo nō ꝑmanſerūt. i. nō vſq; in finem ꝑſeuerauerunt: non erāt (inquit) ex nobis & qñ erāt nobiſcū: hoc eſt/ nō erāt in numero filiorū etiā qñ erant in fide filiorū. ꝓmiſſa quę iſtorum ſubſeruiūt annotationi verboꝝ/ habēt in c. Si ex bono. colū. 2. & 3. de pœnitē. diſtinc. 4.

s ¶ Vt vobis etiam ſacerdotiū vendicetis. In re etiā humano quę ſunt ſūmi ſacerdotij. i. ī ſignū

priuilegij singularis tm̄ summo pontifici reseruata nullus inferiorū prę latorū etiā si legati sint de latere/ sibi debet vendicare. c. Nisi specialis. & c. Quod ad translationē. de offi. leg. Facit tex. in c. Ad honorē. de aucto. & vsu pal. sicut etiā quod episcoporum est/ singulares sacerdotes vsurpare non debent. c. Q̄to. de cōsue.

t ¶ Ne respicias sacrificia eorū. Vere deus sacrificia eorum non respiciet. Scriptū est em̄. Victimę impioꝝ abominabiles sunt deo. Neq̧ em̄ in oīpotentis dei iudicio quid/ sed a quo detur/ inspicitur. Dona quippe iniquorū nō ꝓbat altissimꝰ/ nec respicit in oblatiōibus eorū: nec in multitudine sacrificioꝝ ꝓpitiabitur peccatis eorum. c. Scriptū est. vbi istę diuini iuris sententiæ ponuntur. 14. quęsti. 5.

v ¶ Num vno peccāte/ contra oēs ira tua deseuiet? Vno peccante/ ira dei super populum venit quando sacerdotes q populo pręsunt/ erga delinquentes beniuoli videri volunt: & verētes peccātiū linguas ne forte male de eis loquātur: sacerdotalis seueritatis immemores/ nolunt complere qd scriptū. Peccantē coram oībus argue. Ita dicit textus Hieronymi in c. pe. in princi. 45. distinc.

x ¶ Recedite a tabernaculis hominū impiorū. Notandū est tunc iubere dn̄m corporalem fieri separationē/ cū iam vindicta imminet malis: cū quibꝰ tn̄ sancti antea viuētes & cōuersantes/ cōtaminati ab eis nō fuerunt/ nec se separari iussi sunt/ prout nec etiā separari debuerūt: qa separatio q̄ a malis fieri debet/ spiritualiter est nō corporaliter intelligēda. c. A malis. c. Recedite. cap̄. Forte. cum simi. 23. q. 4.

y ¶ Deuorauit illos cū tabernaculis suis &c. De hac insolita & mirabili Chore/ Dathā & Abiron punitione loqtur celebris tex. in c. Deniq̧. §. Quia vero. 7. q. 1. & 24. q 3. in prin. & in c. Licet de vitāda. de elec. de quo diffuse dictū est s. in ver. Chore. vbi videatur: sed ibi dictis addatur tex. i c. Ecclia. §. His itaq̧. versi. Pariter etiam. 1. q. 4. vbi dicit. Demōstratū est peccatis parentū/ paruulos aliqn̄ corporaliter flagellari. & ita itelligendū est de paruulis qui peccato Dathan & Abiron/ viui descenderūt ad inferos. Scdo addatur tex. in c. Nō afferamus. in fi. 24. q. 1. vbi dr. Scisma hiatu terrę sepultis auctoribus viuis & cęteris cœlesti igne cōsumptis punitū est. Vnde qs iam dubitauerit hoc esse sceleratius cōmissum qd est grauius vindicatum. Hæc ibi. Et dicit glo. ibidē in verb. Sceleratius. ꝙ licet hęresis sit maius crimē in sui natura q̄ scisma: magis tn̄ peccauerūt isti scismatici q̄ illi hęretici/ qui vitulū cōflatilem/ seu idolū adorauerunt/ cū illi promptiores essent ad hoc: qa in Aegypto cōsueuerāt videre idola adorari ab Aegyptijs. sed Chore Dathan & Abiron non peccauerūt ex aliqua ibecillitate vel cōsuetudine: sed tm̄ ex cōtumacia vel scienter. q̄to autē maior est contēptus/ tāto maius scelus cōmittit. Hęc glo. Vlterius tn̄ circa hęc verba notetur tex. in c. Didicimꝰ. versi. Inuenimꝰ. 24. q. 1. vbi dr. Inuenimꝰ in facinore scismatis nō solū duces & auctores/ sed etiā participes pœnis destinari: nisi a cōione malorū se separauerint: pręcipiente dn̄o per Moysem & dicēte. Separamini a tabernaculis hoīm istorū durissimorū: & nolite tāgere de oībus quę sunt eoꝝ/ ne simul pereatis in peccatis eorū. Et qd cōminatus dn̄s per Moysem fuerat/ impleuit. Vt quisq̧ q se a Chore Dathan & Abiron non separasset: pœnas statim ꝓ impia cōione ꝑsoluerat. Quo exēplo ostēdit & ꝓbatur obnoxios oēs culpę & pœnę futuros/ q se scismaticis cōtra prępositos & sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerit. Sicut etiā per Osee ꝓphetā Spūs sanctus testat & dicit. Sacrificia eorū tanq̄ panis luctus: & oēs q manducāt ea: cōtaminabūtur. docēs & ostēdens oēs oīno cū auctoribꝰ suis supplicio cōiungi/ qui fuerit eoꝝ peccatis cōtaminati.

¶ Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui Nūeri. 16. c d. e.
responderunt. Non veniemus. Nunquid parū est tibi ꝙ eduxisti nos de terra Aegypti quæ lacte & melle manabat vt occideres in deserto: nisi & dominatus fueris nostri? Reuera eduxisti nos in terrā quæ fluit riuis lactis & mellis: & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearū. An & oculos nostros vis eruere? Nō veniemus. Iratusq̧ Moyses valde: ait ad dominū. Ne respicias t sacrificia eorū. Tu scis ꝙ nec asellū quidē vnq̄ acceperim ab eis/ nec afflixerim quēpiam eorum. Dixitq̧ ad Chore. Tu & omnis cōgregatio tua/ state seorsum coram domino & Aarō die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra & ponite super ea incensum offerētes domino ducēta quinquaginta thuribula: Aaron quoq̧ teneat thuribulū suum. Quod cum fecissent stātibus Moyse & Aaron/ & coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi: apparuit cunctis gloria domini. Locutusq̧ dominꝰ ad Moysem & Aarō: ait. Separamini de medio cōgregationis huius: vt eos repēte disperdā. Qui ceciderūt proni i faciē/ atq̧ dixerunt. Fortissime deus spirituū vniuersę carnis: nū v vno peccante contra omnes ira tua deseuiet? Et ait dn̄s ad Moysem. Præcipe vniuerso populo vt separetur a tabernaculis Chore & Dathā & Abirō. Surrexitq̧ Moyses/ & abijt ad Dathan & Abirō: & sequētibus eū senioribus Israel/ dixit ad turbam. Recedite x a tabernaculis hominū impiorum & nolite tangere quæ ad eos pertinent/ ne inuoluamini in peccatis eorum. Cumq̧ recessissent a tentorijs eorum per circuitum: Dathan & Abiron egressi/ stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus & liberis/ omniq̧ frequentia. Et ait Moyses. In hoc scietis ꝙ dominus miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis: & non ex proprio ea corde protulerim. Si consueta hominum morte interierint & visitauerit eos plaga qua & cæteri visitari solent: non misit me dominus. Sin autem nouam rem fecerit dominus vt aperiēs terra os suum deglutiat eos: & omnia quæ ad illos pertinent: descenderintq̧ viuentes in infernum: scietis ꝙ blasphemauerint dominum. Cōfestim igitur vt cessauit loqui: dirupta est terra sub pedibus eorū. Et aperiens os suum deuorauit y illos cum tabernaculis suis: & vniuersa substantia eorum. Descenderuntq̧ viui in infernum operti humo: & perierunt de medio multitudinis. At vero Israel qui stabat per gyrum: fugit a clamore pereuntium: dicens. Ne forte & nos de terra

deglutiat. Sed z & ignis egressus a domino interfecit ducētos quiquaginta viros qui offerēt ant incensum.

Nūeri.16.e.f. ℭLoquutusq; est dominus ad Moysem/dicēs. Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdotis vt tollat thuribula quæ iacent in incendio/& ignem huc illucq; dispergat: quoniā sanctificata sunt in mortib9 peccatorū: producatq; ea in laminas & affigat altari/ eo q oblatū sit in eis incensum domino/ & sanctificata fuit: vt seruēt ea pro signo & monumēto filii Israel. Tulit [a] ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea i quibus obtulerūt hi quos incendiū deuorauit: & produxit ea in laminas affigēs altari/vt haberent [b] filij Israel quibus cōmonerentur: ne quis accedat alienigena & qui nō est de semine Aaron ad offerendū incensum domino: ne patiatur sicut passus est Chore & omnis cōgregatio eius loquente domino ad Moysem.

16.f.g. ℭMurmurauit autem omnis multitudo filiorū Israel sequenti die cōtra Moysem & Aaron: dicēs. Vos interfecistis populū domini. Cūq; oriretur seditio/& tumultus increscerel/ Moyses & Aaron fugerūt ad tabernaculū fœderis. Quod postq̄ ingressi sunt/ operuit nubes & apparuit gloria domini: dixitq; dominus ad Moysem. Recedite de medio huius multitudinis: etiam nunc delebo eos. Cūq; iacerent in terra/dixit [c] Moyses ad Aaron. Tolle thuribulum: & hausto igne de altari/mitte incensum desuper pergens cito ad populū vt roges pro eis. Iam enim egressa est ira a domino/& plaga deseuit. Quod [d] cum fecisset Aaron / & cucurrisset ad mediam multitudinem quā iam vastabat incendium/ obtulit thymiama: & stans inter mortuos ac viuentes pro populo deprecatus est: & plaga cessauit. Fuerunt autem qui percussi sunt quatuordecim milia hominum & septingenti absq; his qui perierāt in seditione Chore. Reuersusq; est Aarō ad Moysem ad ostiū tabernaculi fœderis/postq̄ quieuit interitus.

Nūeri.17.a b. ℭEt loquutus est dominus ad Moysem: dicens. Loquere ad filios Israel: & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas a cūctis principibus tribuū: virgas duodecim/ & vniuscuiusq; nomē superscribes virgæ suæ. Nomē autem Aarō erit in tribu Leui: & vna virga cūctas eorum familias cōtinebit: ponesq; eas in tabernaculo fœderis coram testimonio vbi loquar ad te. Quē ex his elegero/germinabit virga ei9: & cohibebo a me q̄rimonias filiorū Israel quib9 cōtra vos murmurāt.

17.c.d. ℭ Loquutusq; est Moyses ad filios Israel: & dederūt ei omnes principes virgas suas per singulas tribus. Fueruntq; virgæ duodecim absq; virga Aarō. Quas cū posuisset Moyses corā domino in tabernaculo testimonij sequenti die regressus inuenit [e] germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores: qui folijs dilatatis i amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de cōspectu domini ad cunctos filios Israel: viderūtq; & receperūt singuli virgas suas. Dixitq; domin9 ad Moysem. Refer virgam Aarō in tabernaculum testimonij: vt seruetur ibi in signum rebelliū filiorū Israel/& quiescant querelę eorum a me ne moriantur. Fecitq; Moyses sicut præceperat dominus.

17.d. ℭ Dixerunt autem filij Israel ad Moysem. Ecce consumpti sumus: omnes peribimus. Quicunq; accedit ad tabernaculum dñi/moritur.

Quę ergo apud eos merita esse circa deum possunt: quibus supplicia diuinitus irrogantur? Hęc tex. Cui consimilis est in c. Si quis inquit. in si. 1. q. 1. z ℭ Sed & ignis egressus a dño &c. Textus est hinc sumptus in c. Non afferamus. in si. 24. q. 1. de quo superiori proxima annotatione dictū est. a ℭ Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula &c. Textus est circa hæc thuribula videndus in c. Denique. §. Quia vero. versi. Thuribula. 7. q. 1. de quo dictū est s. in verb. Chore. b ℭ Vt haberēt postea filij Israel &c. Posteris quoq; hoc facto datur exemplum (dicit Origenes) ne q's præsumptione superbi spiritus/non sibi a deo datū munus pōtificat9 inuadere: sed ille cedat quem non ambitio humana/non fauor corruptus/ nec largitio dānāda asciuerit. put etiā hoc statuitur in c. In nomine dñi. 23. dist. & in c. vbi periculum. de elec. libro. 6. & facit bo. tex. in l. Si quenq̄. C. de epis. & cleri. de quo videatur in verb. Ambitio. c ℭ Dixit Moyses ad Aaron. Tolle thuribulum &c. Inuenitur ergo euangelij virtus in lege: Ecce eñ Moyses pro suis inimicis orat/ magnam quā habebat charitatem demōstrans. c. Vt cognouerūt. §. opponitur. paulo post princip. de pœni. dist. 2. d ℭ Quod cum fecisset Aarō &c. vt iram dei placaret / thuribulū sūpsit atq; inter viuētes & mortuos stetit: vt hic. & in c. Et cognouerunt §. Opponitur. col. 2. de pœnitē. distin. 2. Quia sacerdotis est negocium (dicit Grego.) deo orationem fundere: & pro iustis ne cadāt/ & pro peccatoribus vt resurgant. Vnde & dictum est peccata populi mei comedēt. c. Ipsi sacerdotes. 1. q. 1. e ℭ Inuenit germinasse virgam Aaron &c. Cum sacerdotium Aaron qui de tribu Leui fuerat/ despiceret: dignusq; alius q offerret holocausta crederetur: duodecim virgę iuxta duodecim trib9 in tabernaculo poni iubētur: & virga Leui viruit/ & quid virtutis Aarō in munere haberet/ ostēdit. In quo innuitur q omnes qui vsq; ad finē mūdi iacem9 in morte/quasi virgę reliquę i ariditate remanem9. Sed cunctis virgis in ariditate remanētib9/virga Leui ad florē rediit: quia corpus dñi/ veri scilicet sacerdotis i mortis ariditate positū/ in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse ostenditur: quia resurrectiōis gloria/rece... q de tribu Iuda & Leui ort9 est/

interceſſor pro nobis eſſe monſtrat. Virgę duodecim tribuum in ariditate permanēt:quia corpus dñi poſt mortē viuit:ſed noſtra adhuc corpora vſq ad finē mundi differūtur a gloria reſurrectionis. Hęc declaratio eſt Grego. pro qua facit tex. in c.1. Ibi venturus in fine ſeculi iudicaturus viuos & mortuos:qui oēs cū proprijs reſurgent corporibus. de ſum. tri. & fi. catho. iuncto c. ſemel. le.1. ibi. Scimus/ & certū habemus/ & ſpe imobili retinemus q Chriſtus reſurgens a mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. de cōſe. diſt.2.

Non vſq ad internitionem cuncti delendi ſumus.

¶ Cum indigeret aqua populus Iſrael in deſerto/conuenerunt aduerſum Moyſem & Aaron:& verſi in ſeditionem/dixerunt. Vtinam periiſſemus inter fratres noſtros coram domino. Cur eduxiſtis eccleſiā domini in ſolitudinem vt & nos & noſtra iumēta moriamur? Quare nos feciſtis aſcēdere de Aegypto & eduxiſtis in locum iſtum peſſimū/ qui ſeri nō poteſt/ qui nec ficum gignit/ nec vineas/nec malogranata: inſuper & aquā non habet ad bibendū. Ingreſſuſq Moyſes & Aaron/ dimiſſa multitudine in tabernaculū fœderis: corruerunt proni in terram:clamauerūtq ad dominum/& dixerunt. Domine deus audi clamorem hui⁹ populi: & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuę: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Nũeri.20.a

¶ Apparuit gloria dñi ſuper eos. Loquutuſq eſt dñs ad Moyſem: dicens. Tolle virgam & congrega populum tu & Aaron frater tuus/& loquimini ad petram coram eis:& illa dabit aquas. Cumq eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur Moyſes virgam quæ erat in conſpectu domini/ſicut præceperat ei: cōgregata multitudine ante petram: dixit eis. Audite rebelles & icreduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cūq eleuaſſet Moyſes manum percutiens virga bis ſilicem: egreſſæ [f] ſunt aquæ largiſſimæ/ita vt populus biberet & iumenta. Dixitq [g] dñs ad Moyſem & Aaron. Quia nō crediſtis michi vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael: nō introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc eſt aqua cōtradictionis vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra dominū/& ſanctificatus eſt in eis. De Moyſe qui a rege Edon tranſitū per terram ſuam petijt/& obtinere non potuit: habetur Numeri.20.b.

¶ De Moyſe qui dñi præcepto nudauit Aarō veſte ſua/ & induit eam Eleazarum filium eius: habetur Numeri.20.in fine. Et ſupra Aaron.

¶ Profecti ſunt filii Iſrael de monte Hor per viam quæ ducit ad mare rubrum/vt circuirent terram Edom. Et tædere [h] cœpit populum itineris ac laboris. Loquutuſq contra dominum & Moyſem: ait. Cur eduxiſti nos de Aegypto vt moreremur in ſolitudine? deeſt panis/non ſunt aquæ/anima noſtra iā nauſeat ſuper cibo iſto leniſſimo. Quāobrem miſit [i] dominus in populū ignitos ſerpentes: ad quorū plagas & mortes plurimorum venerunt ad Moyſem/atq dixerūt. Peccauimus/ quia loquuti ſumus contra dominum & te: ora vt tollat a nobis ſerpētes. Orauit Moyſes pro populo:& loquutus eſt dominus ad eū. Fac [k] ſerpētem æneum & pone eum pro ſigno. Qui percuſſus aſpexerit eū: viuet. Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum & poſuit pro ſigno. Quē cum percuſſi aſpicerent: ſanabantur. Nũeri.21.b

¶ De aliquibus alijs quę dixit dñs ad Moyſem:& Moyſes ad filios Iſrael videri poteſt. Nũeri.25.27.28.29.& .30. & locis iſerāt oportunis.

¶ Loquutus eſt domin⁹ ad Moyſem: dicēs. Vlciſcere pri⁹ filios Iſrael de Madianitis/ & ſic colligeris ad populum tuum. Statimq Moyſes Armate(inquit)ex vobis viros ad pugnā/qui poſſint vltionē domini expetere de Madianitis. Mille viri de ſingulis tribubus eligātur ex Iſrael qui mittātur ad bellū. Dederūtq millenos de ſingulis tribubus/ id eſt duodecim milia expeditorū ad pugnam: quos miſit Moyſes cū 31.a.

f ¶ Egreſſę ſunt aq largiſſimę. Videatur qd in iſtorū verborū annotatiōe ſatis diffuſe dictū eſt in verb. Aqua.

g ¶ Dixitq domin⁹ ad Moyſem. Quia nō credidiſtis michi &c. Circa hęc verba notetur tex. in c. Vt cognouerūt.§. Opponitur. verſi. An charitatē. de pœni. diſ.2. & in c. Cū ſuperna. Alias eſt i c. Nabuchodonoſor.§. cū ſuperna. 23. qſt.4. de quo vtroq textu dictum eſt ſ. in verb. Aqua.

h ¶ Tędere cœpit populū itineris ac laboris. Iſti figurant accidioſos ex operis boni laboris fractos: non aiaduertentes/quia ex aſſiduitate boni operis/ vitā recuperaturi ſunt īfinitam: proptereaq q cum gaudio facere debēt imortales futuri quę facerent p differenda morte morituri. c.1. verſi. In his omnib⁹. de pœnitē. diſt.5.

i ¶ Miſit dñs ſerpētes ignitos ſuper populum. Per ſerpentes ignitos/ intelligere dęmones poſſumus/q ignē immittunt concupiſcētię & venenū peccati. c. Serpens. de pœni. diſt.1. iuncto c. Inter hęc hircum. verſi. Ignis alienus. de pœni. diſti.3. Frequētibus nāq diaboli ſuggeſtiōib⁹ accidioſi/& in bonis torpētes operibus exagitant. Vnde dicebat Hiero. Facito ſemper aliquid boni operis/vt diabolus inueniat te occupatum. cap. Nunq. de conſe. diſt.5.

k ¶ Fac ſerpentem æneū. Qui pcuſſus aſpexerit eum/ viuet. Morſus ſerpētiū/ exaltato & inſpecto æneo ſanabātur: quia Chriſtus antiquum ſerpētē in patibulo triūphauit/ & venena ei⁹ excluſit: vt qui vere expreſſeq imaginem filij dei & paſſionē eius cōſpexerit/ ſanetur. Hæc declaratio eſt glo. ordi. & apud canoniſtas eā ponit Archi. in c. Iteratur. de cōſecra. diſt.2. Hunc autē ſerpentē æneū dñi iuſſu factū/ poſtea diſſipauit Ezechias: ratione de qua habetur per tex. i c. Quia ſancta. 63. diſtinc. in.§. verū. vbi

etiam ex eius euersione notabilis effectus colligitur. Dicit em̄ ibi textus. Ezechias fregit serpentē æneū quē fecit Moyses: videlicet quia illum serpentē deus fieri iusserat/ne serpentina morte populus interiret. Ideo ipse populus colere & venerari eum cœperat: & idcirco destruxit iste/qd iubēte deo fecerat ille. Per hoc autem magna auctoritas est habenda in ecclesia dei: vt si nōnulli ex prędecessoribus & maioribus nostris fecerūt aliqua quæ illo tēpore potuerūt esse sine culpa: & postea vertuntur in errorem & superstitionē sine tarditate aliqua: & cum magna auctoritate a posteris destruant. Hęc ibi.

Phinees filios Eleazari sacerdotis: vasaq̧ sancta/& tubas ad clangendum tradidit eis &c.

¶Plura alia quæ loquutus est dominꝰ ad Moysem/ & Moyses ad populum Israel videre potes. Numeri.32.33.34.35.&.36.& Deutero.1.2.3.4.5.& sequentibus vsq̧ ad.32.f.

Deute.32.g. ¶Loquutus est dominus ad Moysem in eadem die: dicēs. Ascende in montem istum Abarim/id est transitum: in montem Nebo/qui est in terra Moab cōtra Hierico/ & vide terram Chanaam quā ego tradam filijs Israel obtinendam: & morere in monte. Quem conscendens iungeris populis tuis sicut mortuus est Aaron frater tuus in mōnte Hor & appositus populis suis: quia præuaricati [l] estis contra me in medio filiorū Israel ad aquas cōtradictionis in cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel. Econtra videbis eam/& non ingredieris in eam quam ego dabo filijs Israel.

33.a. ¶Benedixit Moyses homo dei filijs Israel ante mortem suam. Et in discursu totius capituli habetur de dicta benedictione.

34.a.b. ¶Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super mōtem Nebo in verticem Phasga contra Hierico. Ostenditq̧ ei dominus omnē terram Galaad vsq̧ Dan/& vniuersum Neptalim/terramq̧ Ephraim/& Manasse/& omnem terrā Iuda vsq̧ ad mare nouissimū & australem partem/& latitudinem campi Hierico: ciuitatis palmarū vsq̧ Segor. Dixitq̧ dominus ad eum. Hæc est terra pro qua iuraui Abraā Isaac & Iacob: dicens. Semini tuo dabo eam. Vidisti [m] eā oculis tuis/& non transibis ad illam. Mortuusq̧ est ibi Moyses seruus domini in terra Moab iubente domino: & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrū eius vsq̧ in prēsentem diē.

34.c.d. ¶Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est. Nō caligauit oculus eius/nec dētes illius moti sunt. Fleuerūtq̧ [n] eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus: & cōpleti sunt dies plāctus lugētium Moysem. Iosue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiæ: quia Moyses [o] posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel: fecerūtq̧ sicut præcepit dominus Moysi. Et nō surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses/quē nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atq̧ portentis quæ misit per eum vt faceret in terra Aegypti/Pharaoni/& omnibus seruis eius: vniuersæq̧ terræ illius & cunctā manū robustam: magnaq̧ mirabilia quę fecit Moyses coram vniuersis Israel.

Psal.98.b. ¶Moyses & Aaron [p] in sacerdotibus eius/& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Et diffusius supra in verbo Aaron.

Psal.102.b. ¶Notas fecit dominus vias suas Moysi: filijs Israel voluntates suas.

Eccli.45.a. ¶Dilectus [q] deo & hominibus Moyses/ cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum: & magnificauit eum in timore inimicorū: & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in cōspectu regum: & iussit illi corā populo suo: & ostendit illi gratiam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum/ & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eū & vocē ipsius: & induxit illum i nubem. Et dedit illi cor ad præcepta: & legē vitæ & disciplinę docere Iacob testamentum suum/& iudicia sua Israel.

l ¶Pręuaricati estis cōtra me in medio filiorū Israel. De hac pręuaricatione Moysi & Aaron ad aquas cōtradictiōis/ est textus in c. Vt cognouerunt.§. Opponitur.co. lū.2.g. co. de quo supra dictum est.

m ¶Vidisti eam oculis tuis: & non transibis ad illum. Tam Moyses q̄ cęteri patres veteris testamenti p spiritū in altitudinē cōtēplationis leuati pręuidere potuerūt gratiā noui testamēti: quæ i Christo data est & virtutum collatiōe & cœlestis regni pceptiōe. prout liquet in ca. Hęc autē.§. Ex his. versi. In lege.23.q̄st.4. Sed eam in carne expectare non potuerunt: in fide autem & spe mortui sunt/& ad inferos deducti ibi expectabant redēptoris aduentū qui p sanguinē suę redemptionis inde eos liberaret. Ita sentit Archi. in d.c. Hęc autem. in prin.13.q.4.

n ¶Fleuerūt eū triginta diebus. Videat tex. de tēpore luctꝰ mortuorum loquēs in c. Quia alij.13. quęsti.2.

o ¶Moyses posuit super eum manus suas. Non tamē Moyses Iosue in suū successorē elegit/ sed dn̄s. c. Moyses.8.q.1. & dictū est in ver. Iosue.

p ¶Moyses & Aarō in sacerdotibus eiꝰ. Moyses sacerdos dictus est/q a & si non hostias: vota tamen populi obtulit/& p populo supplicauit. Ita dicit Cassiodorus & glo. in c. Sacrosancta. in fine 22. distinc.

q ¶Dilectus deo & hoībus Moyses. Pro ostēdenda dei in Moysem/& Moysi in deū dilectione: & habēdo aliquorū suorum gestorū: quodā compendio notādus est tex. in c. vt cognouerūt.§. opponitur. de pœni. dist.2. vbi dicitur. Moysi fidem apostolus in epistola sua ad Hebręos cōmendans dignis pconijs/eius merita prędicauit/dū se negauit esse filiū filię Pharaonis: mallēs affligi cū fratribus/q̄ pfrui iocun-

ditate temporalis pallacij: dū fratri compatiens Aegyptiū sabulo obruit: dū veritus animositatē regis/ Aegyptum reliquit: dū diuino vallatus auxilio/ regis furorē contempsit/ atq; in virtute signorū populū de Aegypto eduxit. Quę oia qbus laudibus sint efferenda: si tunc charitas in eo non erat: cū non habeat aliqd viriditatis in se ramus boni operis/ nisi procedat ex radice charitatis. Quomodo autē charitatem non habebat/ cui dñs facie ad faciem loquebatur/ sicut homo solet loqui cū amico suo? Quomodo charitatē non habebat/ q pro populo supplicans: dicebat. Aut dimitte eis noxā hanc: aut me dele de libro tuo. An non proximū diligebat/ qui ꝑ populo se obijciēs illum ab interitu liberauit? An nō diligebat deū/ qui pro eo in vituli cultores deseuiens/ ipsius vituli caput in puluerē cōminuit: atq; vt ī secessum pijceretur/ aqua mixtū Israelitis bibendū dedit: nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiens: vt populus cuius erat interitꝰ maior futurus reconciliaretur deo? An non charitatem habebat/ de cuius spiritu dñs accepit: & sup septuaginta seniores Israel proposuit? Hæc ibi.

¶Sicut [r] Moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. vt omnis qui credit in ipso/ non pereat: sed habeat vitam æternam. Ioan.3.b.

¶Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriā vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? 2.cori.3.b.

¶Fratres sancti vocationis cœlestis participes/ cōsyderate apostolū [s]/ & pontificem cōfessionis nostræ Ihesum: qui fidelis est ei qui fecit illū: sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est: q̄to ampliorem honorem habet domꝰ qui fabricauit illā. Omnis nāq; domꝰ fabricatur ab aliquo. Qui [t] autem omnia creauit: deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimonium eorum quæ docenda erant: Christus vero tanq̄ filius in domo sua. Ad heb.3.a.

¶Fide [v] Moyses natus/ occultatus est mēsibus tribus a parētibus suis eo q vidissent elegantem infantem: & non timuerunt regis edictum. Fide Moyses grandis factus/ negauit se esse filiū filiæ Pharaonis: magis eligēs affligi cum populo dei: q̄ temporalis peccati habere iocunditatem: maiores diuitias æstimās thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enī in remunerationē. Fide reliquit Aegyptum/ non veritus animositatem regis. Inuisibilem enim tanq̄ videns sustinuit. Fide celebrauit pasca & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua tāgeret eos. Fide transierūt mare rubrū tanq̄ per aridā terram: quod experti Aegyptij deuorati sunt. 11.e.f.

¶Cætera i verbis Accusare. Ioā.5.g. & Ihesus. Mat.8.17.a. & .23.a.

Mola. ¶Non [x] accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. Deu.24.b.

¶Qui [y] scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt (ait Ihesus) expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius/ & demergatur in profundum maris. Et infra in verbo Scādalizare. Matth.8.a. & Mar.9.f.

¶Duo [z] erūt in agro: vnus assumetur/ & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola: vna assumetur & vna relinquetur. Duo in lecto: vnus assumetur & vnus relinquetur. Vigilate ergo quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Mat.24.d.

Moles. ¶Nolo (inquit Iob) multa fortitudine cōtendat mecum: ne magnitudinis [a] suæ mole me premat. Iob.23.b.

r ¶Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto. Videatur qd dictū est s.eo. Numeri.21.

s ¶Apostolū & pontificē Ihesum. Ihesus apostolus dici potest: qa a patre missus in terrā ad faciendā hūani generis redemptionē: qua ratione dicit. Missus/ & ex consequēti apl's. Notat per Archid. in c. In scripturis. colū.1.8.q.1. Dicitur autē pontifex: quasi ꝑ eius passionē pontē nobis ad æternam beatitudinē faciens: vt pulchre notat ꝑ Archi. in c. Iterat. circa prin. de cōse. dist.2.

t ¶Qui oia creauit/ deus est. An aūt oia simul/ vel successiue creauerit: dictū est s. i ver. Creare.

v ¶Fide Moyses natus &c. De istis ꝑ apostolum Moysi cōmendationibus/ est textus in allegato c. Vt cognouerunt. §. Opponitur. de pœni. dist.2. de quo dictū est superiori tertia ꝓxima annotatione.

x ¶Non accipies loco pignoris/ inferiorē & superiorē molam. Inferior mola dicitur timor: qui quasi pigra mola/ iacet imobilis. Superior mola quę mira celeritate voluitur/ & acceptas fruges ad vsum hominū minuit/ dicit spes. Vnde tollit molā superiorē q peccatū facienti dicit. Non habebis veniā de cōmissis: & sic q desperationē inducit. Tollit inferiorē molā/ q peccatū palpando dicit Age mala q̄tum vis/ deus pius est: & ad veniā paratꝰ. Vtiliter autē relinquit vtraq; mola: cū spes est cum emendāte formidine: & formido cū spe. Hęc declaratio est glo. interlinearis & ordinarię. et eandē declarationē ponit apud canonistas glo. in c. Serpens. in verb. Non desperata. de pœni. dist.1.

y ¶Qui scandalizauerit vnū de pusillis &c. Hęc sententia habet in c. Nisi cū pridē. §. Pro graui. versi. Alibi vero. de renunciatione. Cętera dicētur in verb. Scandalizare.

z ¶Duo erunt in agro &c. Per eos q sunt in agro: occupati ecclesiasticis negocijs. Per molentes: occupati secularibus. Per existētes autē in lecto: ab vtrisq;/ ecclesiasticis scilicet & secularibus vacātes: & sic cōtinētes intelligūtur. Quę triplicē statū vtilē esse/ & in quolibet esse locū saluti demonstrat: prout etiā in quolibet locus est perditioni. Et pro hoc est etiā tex. in c.1. in verbis finalibꝰ. de sum. tri. & fi. ca.

a ¶Ne magnitudinis suę mole me premat. Facit bo. tex. in l 2. §. Sed cū ꝓspeximus ibi ad portandā tantā sapiētię molē/ non sunt idonei hoies rudes: & q in primis legum vestibulis stāti & intrare arcana

corũ properant. C. de vete.iure enucle. b ℭ Quis appendit tribus digitis molem terrę. Sancta & indiuisa triuitas trium digitorũ appellatione hac sententia exprimitur: prout sentit hic glo. interli. & apud cano. Idem dicit Archi. in c. Ecclesiasticarũ. col.2.11.dist. c ℭ Peregrino molestus non eris. Hac sentẽtia nõ videtur inhiberi molestia iuris/sed tm̃ molestia facti. Proprie em̃ quis non dicitur molestare/nisi molestet de facto & non de iure. i. nisi molestet absq; eo q iuste possit molestare. vnde prohibitio molestationis intelligitur de

puerb.8.c. ℭNondum montes graui mole constiterant: & ego iam concepta erã ait Sapientia.

Esaię.40.c. ℭQuis appendit [b] tribus digitis molem terræ: & librauit in pondere montes/& colles in statera.

Exodi.23.a **Molestare. Molestus & Molestia.** ℭPeregrino [c] molestus non eris. Et infra in verbo Peregrinus.

Iob.16.a. ℭNunquid habebũt finem verba ventosa: aut aliquid tibi molestũ est si loquaris? Poteram & ego similia vestri loqui.

Eccli.11.b. ℭ De ea re quæ te non molestat ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.

22.b. ℭCum stulto ne multum loquaris: & cũ insensato ne abieris. Serua te ab illo vt non [d] molestiam habeas: & non coinquinaberis in peccato illius.

29.a. ℭMulti quasi inuẽtionem æstimauerunt fœnus: & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt.

Lucæ.11.b. ℭNoli michi molestus esse: iam ostiũ clausum est/& pueri mei mecũ sunt in cubili: nõ possum surgere & dare tibi. Vbi latius. &c. Amic⁹.

ad gala.6.d ℭDe cætero nemo (inquit Paulus) michi molestus sit: ego enim stigmata [e] domini Ihesu in corpore meo porto.

Gene.42.f. **Moliri.** ℭPacifici sumus (dixerunt ad Ioseph fratres eius) nec vllas molimur [f] insidias.

puerb.3.d. ℭNe moliaris amico tuo malum/cum ille in te habeat fiduciam.

Iob.23.c. **Mollire & Mollis.** ℭDeus molliuit cor meum: & omnipotens conturbauit me.

40.d. ℭNunquid multiplicabit ad te preces aut loquetur tibi mollia?

puerb.15.a ℭResponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.

18.b. ℭQui mollis [g] & dissolut⁹ est i opere suo: frater est sua opa dissipãtis.

25.b. ℭPatientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duriciam.

Esaię.47.a ℭVltra nõ [h] vocaberis mollis & tenera. Tolle molã & mole farinã &c.

1.Cori.6.b. ℭNolite errare: neq; [i] molles regnum dei possidebunt. Et infra in verbo Regnum.

ℭCętera in verbo Ioannes Baptista. Matth.11.a. Et Lucę.7.d. & in verbo Sapientia. Prouerb.2.b.c.

puerb.12.b. **Monere & Monitio.** ℭQui suauis est: viuit in moderationibus. In [k] suis monitionibus relinquit contumeliam.

ad rõa.15.c ℭCertus sum fratres mei (ait Paulus) & egoipse de vobis/ quoniam & ipsi pleni estis dilectione: repleti omni scientia / ita vt possitis alterutrum monere.

molestatione facti/ & nõ de molestatiõe iuris. Ita tenet Bal. i l. 1. C. de vsufruc. & i l.1. C. de his quę pœnę no. & do. Fely. in c. In presentia. colũ.2. de proba. Et p hoc est bona glo. in c. Pro illoꝝ. i verbo Cõtradictores. de prę ben. & facit textus in l. Illud §.1. ibi nec hãc molestiã suscipe. ff. de tribu. d ℭ Vt non molestiã habeas. Sultus pprie molestiã dicitur inferre/vt pote cum ad alioꝝ vexationẽ non iure sed facto moueatur. quo casu proprie dicitur iferri molestia: vt dictũ est superiori proxima annotatiõe. e ℭ Ego em̃ stigmata domini Ihesu porto. Recurratur ad verbum Stigma. f ℭ Molimur insidias. Idest facim⁹ seu conamur. c. Accusatorib⁹. circa finẽ.3.q.5. & notat Archi. i c. Clericis. de imu. eccle. lib.6. & in c. Quorũdã. de elec. eodẽ libro. g ℭ Qui mollis & dissolutus est in opere suo/ frater est sua opera dissipantis. Circa hanc sentẽtiã & cæteras de mollib⁹ loquẽtes: aduertat scdm Isido. in libro etymologiaꝝ/ q mollis cõtrariatur pertinaci & perseueranti. Pertinax em̃ dicit qui est impudẽter tenẽs: quasi ad om̃ia tenax/ seu in proposito nimis perseuerans. & tales vocat philosoph⁹ in.7. ethicorum fortis sententię/ vel proprię sentẽtię: quia scilicet durant in propria sententia plusq̃ oportet. Mollis vero min⁹ q̃ oportet: quia a bono de facili recedit/ & non perseuerat propter aliqua discrimina. i. ppter tristitias aliquas causatas ex defectu delectationis: vt dicit philosophus vbi s. Perseuerans autẽ se tenet in pari sentẽtia scdm quod oportet: vnde perseuerans laudatur sicut in medio existens: pertinax vero vituperatur scdm excessum/ & mollis vituperatur scdm defectum. Ita dicit apud legistas Albe. de Rosa in dictionario suo. in verbo Mollis. De dissoluto autem videatur quod dictum est in verb. Dissolutus.

h ℭ Non vocaberis vltra mollis & tenera: tolle molam/ & mole farinam. Idest ammodo non viues in delitijs quo ad virtutes/ vt a deo patre tuo vt filia mollis & tenera diligaris: nisi supple pœnitueris. Vnde tolle molam timoris per contritionem/ & mole farinam. idest examina peccata tua & malas cogitationes. Ita hanc sententiam declarat glosa in c. Si paulus. in verb. Vocaberis. cum duabus glosis sequentibus.32. quęsti.5.

i ℭ Neq; molles regnum dei possidebunt. Molles dicuntur hoc loco luxuriosi: & ea quidem luxuria quę species est peccati contra naturam: prout notat Albe. in dictionario suo. in verb. Luxuria. §.1. in prin.

k ℭ In suis monitionibus relinquit contumeliam. Declaretur vt dictum est in verb. Moderatio.

Monimentum. ¶Desiderium [l] impij monimētum est pessi= morum: radix autem iustorum proficiet. puer.12. b.

Monstra. ¶ Magnificauit deus Moysem ī timore inimicorū: Eccli.45.a.
& in verbis suis mōstra [m] placauit. Et.s.latius in verbo Moyses:
¶Fecit dominus deus Dathan & Abiron & Chore monstra: & con= 45.c.
sumpsit illos in flamma ignis.
¶In vita sua fecit Helias monstra: & in morte mirabilia operatus est. 48.b.
¶Cætera in verbo Sapientia. Sapientiæ.8.b.

Mons. ¶Aquæ preualuerunt nimis super terram: opertiq; sunt Gene.7.d.
omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. Et supra Aqua.
¶Requieuit arca Noe mense septimo/ vicesimo septimo die mēsis su= 8.a.
per montes Armeniæ.
¶Quis ascēdet in montē domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Psal.23.a.
Innocens manibus/& mundo cor: qui nō accepit in vanum animam
suam: nec iurauit in dolo proximo suo.
¶Mons dei [n]/mons pinguis. Mōs coagulatus/mōs pinguis: vt quid 67.c.d.
suspicamini mōtes coagulatos. Mons in quo beneplacitū est deo ha=
bitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
¶Mōtes [o] sicut cera fluxerūt a facie domini: a facie dn̄i omnis terra. 96.a.
¶Montes excelsi ceruis/petra refugium herinacijs. 103.c.
¶Sit gloria domini in seculū: lætabitur dn̄s in operibus suis. Qui [p] 103.d.
respicit terram/ & facit eam tremere: qui tangit montes/& fumigant.
¶Sion quasi ager arabitur/ & Hierusalem in aceruum lapidum erit: Hiere.26.f.
& mons domus domini in excelsa syluarum.
¶Egressus Ihesus ibat secūdum consuetudinem in montem oliuarū. Lucę.22.d.
Sequuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum:
dixit illis. Orate/ne intretis in tentationem &c.
¶Cætera in verbis Filiꝰ. ad Gala.4.d. Habitare. Psal.14.a. Ihesus.
Matth.4.b.14.c.17.a.&.c.&.24.b. Et Moyses. Exodi.3.a.&.19.
b.&.d.

Monumentum. ¶Ioseph mercatus syndonem: & deponens Marci.15.d
Ihesum iuoluit syndone: & posuit [q] eū in monumēto quod erat exci=
sum de petra: & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.
¶Cætera supra in verbo Abraham. Genesis.23.a.& in verbo Ihesus.
Matth.8.d.& vltimo.b.

Morari & Mora. ¶Nō [r] morabitur opꝰ mercenarij tui apud Leuiti.18.c
te vsq; mane.
¶Adiutor meus & liberator meus es tu domine/ne moreris. Psal.69.b.
¶Si quid vouisti deo: ne [s] moreris reddere. Et infra Vouere vbi latiꝰ. Ecclēs.5.a.
¶Exaudi domine/placare domine: attēde & fac. Ne moreris propter Danie.9.e.
temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciui=

l ¶Desyderiū impij monimentū est pessimo℞. Idest desyderat impius pręcedētes malos imitari/& de eo℞ vita & actibꝰ loq: sicq; impiꝰ est documentū actuū pręcedentiū malorū. i. docet patefacit & loquit̄ de actibꝰ ꝓcedē tiū malorū. Monimētū em̄ ꝑ documēto sumi solet. l. Cōsulta diualia. C. de testa. m ¶Mōstra placauit. Circa hāc & sequētes sentētias aduertat̄ ꝙ iure hūano monstrū ꝓprie vocat̄ qd natura abhorret & ius respuit: sicut si hō nascat̄ duo capita habēs/ vel quatuor pedes: quatuor manꝰ/ aut oclos retro. Ita sentiūt Hostiē. & alij i c.qm̄. de offi.or. & legistę in l. Nō sunt liberi. ff. de sta.ho. & est bo. tex. cum glo.1.&.2. in l. q̄reret ali qs. ff. de verbo. sig. vel si qs nascat̄ cū corpore humano/& facie aīalis bruti. hoc em̄ dr̄ monstrum. bo. est tex. cū glo. fi. in l. pe. in fi. C. de posthu. hęre. insti. & est deterius & aboīabilius primo. Primū em̄ qd scꝫ nil habet de aīali irratiōali licet ampliationē habeat vl̄ diminutionē mēbro℞/ īter homines cōputat̄: vt est bo. tex. i d. l. q̄reret aliqs. & notat Alexan. in l. qd dr̄. in prin. ff. de libe. & posthu. sed scd̄m nō. d. l. pe. ī fi. scd̄m vnū intellectū. C. de posthu. hęre. isti. de eo tn̄ q habet faciē retro: sentiūt Ange. & Alex. i d. l. qd dr̄. ꝙ nō est cēsendus seu reputandus hō. & ad hoc allegāt bo. tex. i d. l. Nō sunt liberi. ī ver. Cōuerso more ꝓcreant̄. ff. de sta. homi.
n ¶Mōs dei/mōs pinguis &c. Hac snia vbertas grē existētis in ecclia ostēdit̄: eāq; solam esse in qua est dn̄i bn̄placitū: ꝑut etiā de hoc est tex. clarus ic. qa ex sola. 24. q. 1. & in c. 1. col. fi. cū multis silibꝰ. de sū. tri. & fi. ca.
o ¶Mōtes sicut cæra fluxerūt a facie dn̄i. Id est oīs altitudo cōtra deū ī nichilū redacta ē. c. Pricipiū. vbi diffusus tex. de pœni. distinc. 2.
p ¶Qui respicit terrā/ & facit eā tremere: q tāgit mōtes/ & fumigāt. Si dn̄s terrā. i. terrenos hoīes respiciat faciet eos tremere. i. ad pœnitētiā redire. & si tāgat mōtes/ idest visitet supborum & sublimiū corda/ fumigabūt. i preces & sacrificiū cordis deo reddent. facit tex. i c. Nabuchonosor. i prin. 23. quęsti. 4.
q ¶Posuit eū in monumēto. Monumentū generaliter res ē memoriæ causa in posterū ꝓdita: ī qua si corpus vel reliquię inferātur fiet sepulchrū. Si vero nichil eorū inferatur erit monumentū memorię causa factum: quod Gręci zenotaphiū appellāt. Ita dicit tex. in l. Monumentū. ff. de reli. & sump. fune. & facit tex. in l. 2. §. Monumentum. ff. eodē. r ¶Non morabitur apud te opus mercenarij tui vsq; mane. Videantur quæ diffuse dicta sunt in verb. Mercenarius.
s ¶Ne moreris reddere. Videtur dici posse eum non morari reddere votum suum/ qui ex iusta causa/ ipsius exsolutionem differt. vt est bonus textus in l. Sciendum. ff: de vsuris.

t ℭ Si moram fecerit/ expecta illum. Videatur annotatio satis diffusa s. in verb. Expectare. Quando autē homo dicatur moram facere: & quis sit effectus morę: & quotuplex sit mora: quia hęc materia satis aliena est ab hac sentētia: videatur quod amplissime dicūt glo. & doc. in l. Mora. ff. de vsu. in l. Quod te. ff. si cer. pe. in l. Si ex legati causa. ff. de verbo. obliga. & in c. Mora. de regu. iuris. lib. 6. v ℭ Qui percusserit aliquem volens occidere: morte moriat. In hac & aliquibus subsequētibus sentētijs ponūtur aliqui casus qui mortis pœna scdm

tatem & super populum tuum. legē Mosaycā plectebantur. Pro sciendis autem

Abacuc.2.a. ℭSi moram [t] fecerit expecta illū: quia veniēs veniet & non tardabit. eis casibus qui scdm legē

Mori & Mortuus.

Exo.21.b. ℭ Qui [v] percusserit hominem volens occidere: morte moriatur. ciuilē morte puniuntur: notetur qd dicit Bal. in l. Data opa. colū. 3 & 4. C. q accusa. non pos. vbi

22.b. ℭSi quis per industriam occiderit proximū suum: & per insidias ab altari [x] meo auelles eum/ vt moriatur. dicit q pœna mortis secundū legem ciuilem primo punitur/ qui christia

eodem. ℭQui percusserit patrem suum aut matrem: morte moriatur. nū odio nois christiani

21.b. ℭQui [y] maledixerit patri suo vel matri: morte moriatur. lapidibus aut alio furo-

eodem. ℭQui [z] furatus fuerit hominem & vendiderit eum: conuictus noxæ morte moriatur. ris genere persequit. l. 2. C. de Iudęis. Secūdo: qui maius sacrilegiū facit. l.

Leuiti.19.f ℭSuper mortuū nō incidetis carnes vestras/ neq figuras aliquas/ aut stigmata facietis vobis. Sacrilegij. ff. ad le. iul. pecul. Tertio: q virginē maxime deo dedicatam/ vel

20.b. ℭQui dormierit cū masculo/ coitu fœmineo: vterq operat9 est nefas: morte [a] moriantur. vxorē alterius rapit. l. 1. C. de rap. virgi. Quarto: qui idolis sacrificat. l. 1.

20.c. ℭQui [b] cum iumēto & pecore coierit: morte moriatur: pecus quoq occidite. C. de paga. Quito: q officia diuina dolose turbat. l. Si quis in hoc gen9. C.

21.b. ℭPontifex id est sacerdos maximus ad omnem mortuum non ingredietur omnino. de episco. & cle. Sexto: q contra naturā luxuriat. l. Fœdissima. & l. Cū vir.

Nūeri.23.b ℭMoriat aia mea morte iustorū: & fiāt nouissima mea horū similia. C. de adulte. Septimo: q scienter rebaptisat. l. 2. C. ne sa. bap. reite. Octa

no: qui in silice signum crucis in vilipendium diuini numinis sculpit. l. 2. C. nemi. liceat signum salua. Nono: qui emit muricem & tingit purpuram. l. 1. C. quę res ven. non pos. Decimo: qui muros violat. l. fi ff. de re. diui. Vndecimo: q frumentū exercitus lucrifacit. l. 3. C. quę res vē. non pos. Duodecimo: q monetā falsificauit. l. fi. C. de fal. moneta. Decimotertio: qui actor rerū priuatarū vel castaldio vel procurator subiectū depredauit. l. Vniuersi. C. vbi causę fisca. Decimoquarto: qui in ciuitate vel oppido incendiū facit. l. Qui ædes. ff. de incen. rui. nau. l. Capitaliū. §. Nōnunq. & §. fi. ff. de pœnis. Decimoqnto: q ad hostes cōfugit: & eis cōsiliū manifestat. l. Si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. Decimosexto: q fautores sunt seditiōis. l. Fautores. ff. eo. Deciosepti mo: q pditor est patrię. l. Fallaciter. C. de aboli. Deciooctauo: q est latro in insula vel nemore/ vel in frequētatis itineribus depdās. l. Capitaliū. §. grassatores. ff. de pœ. Decimonono: q est public9 & famosus fur. d. l. Capitaliū. §. famosos. Vigesimo: q est pdator pricipis/ vel regis/ vel dñi sui tpalē vel spūalē iurisdictionē habētis: puta comitis epi vel baronis cui subest. l. quisqs. C. ad l. iul. maie. Vigesimoprimo: q est homicida parētū vel aliorū quorūcūq: qa homicida semp qd fecit/ expectet. l. 3. C. de epis. au. Vigesimoscdo: q pacē iuramēto firmatā frangit occidēdo vel vulnerādo. c. 1. §. Si qs hoiem. in ti. de pace te. & ei9 viola. i vsi. feudo. Vigesimotertio: q est cōcitator ppli. l. 1. C. de seditio. Vigesimoqrto: q seru9 dñm pdit. d. l. capitaliū. §. igni. Vigesimoqnto: q seru9 cū dña cōcubuit. l. 1. de mulie. q ser. p se iunx. Vigesimosexto: q adulteriū cōmittit. l. quis adulterij. C. de adul. Vigesimoseptio: q eā cui9 tutor ē corrūpit. l. 1. C. si tut. eā cui9 &c. Vigesimooctauo: q man9 sibi ifert. l. Si qs aliqd. §. fi. ff. de pœ. l. omē delictū. §. q se. ff. eo. Vigesimonono: q miles turbator est pacis. l. fi. §. fi. ff. de re mili. ℭ 30. q fulcit hostes/ vel vēdit eis arma. l. Errorē. de publi. ℭ 31. q tenet puellā in pstibulo. §. 1. auten. de lenoni. ℭ 32. q hoies absq necessitate castrat. l. 1. C. de eunu. ℭ 33. q fracto carcere fugit. l. 1. ff. de effrac. l. miles agrū. §. ei9 fugā. ff. de re mili. ℭ 34. q militēs custos/ capitaneū dimisit. Si quisqs aliqd. §. miles. ff. de pœ. ℭ 35. q cōmētariēsis reū mortis euasit. l. ad cōmētariēsem. ff. de custo. reo. ℭ 36. q priuatū carcerē facit. l. 1. C. de priua. car. ℭ 37. q sua auctoritate erigit furcas: vel cū sit priuat9/ vtit impio: vel isignia seu repsentātia mgratū gerit: qa istud ē crimē lęsę maiestatis. l. 3. §. fi. ff. ad l. iu. maiesta. ℭ 38. q miles sociū cōmilitonē ferit. i. ferro pcutit. l. oē delictū. §. si qs. ff. de re mili. ℭ 39. qui pposito/ vel duci/ vel ptāti/ vel capitaneo/ illi9 terrę man9 intulit. d. l. oē delictū. §. q man9. ℭ 40. q iudex subtraxit publicā pecuniā. §. Si lex. isti. de publi. iudi. ℭ 41. q miles fugit i bello integra acie. d. l. oē delictū. §. q in acie. ℭ 42. q pgnantē necat. l. Si qs aliqd. §. q abortiōis. ff. de pœ. ℭ 43. q auctor est aggressurę & violentię vbi cędes facta est. l. qm. C. ad l. iul. de vi. ℭ 44. musellātes liberos hoies. l. fi. C. eo. ℭ 45. q miles languorē simulat ne militet. d. l omne delictū. §. cōtumacia. ℭ 46. q iudex matrēsa. i plublicū vocat. l. 1. C. de offi. diuer. iudi. ℭ 47. q nili aggeres. i. ripas destruit. fi. C. de ni. agge. nō rū. ℭ 48. q latrones accepṫāt/ vel alios isignes reos. l. 2. C. de his q latro. occul. ℭ 49. q furatur pueros alienos. l. fi. C. ad l. fal. de plagia. ℭ 50. q furant/ vel inuadūt castra ciuitatis vel oppida. l. 1. §. loca. C. de seditio. ℭ 51. qui permittit venire hostes/ quos rōne officij debet prohibere. l. si quis a barbaris. C. de re mili. li. 12. & ibi notat. ℭ 52. qui faciunt in vineis vel campis vastum de nocte. l. 1. C. qñ li. vnicui. sine iudi. se vin. ℭ 53. qui abstrahunt aliquē de religione/ seu qui rapiunt aliquē nouitiū a fratribus. l. Eum qui. C. de aposta. Alios casus curiosus lector disquirat. Scdm autē le. canonicam/ quādo imponitur pœna mortis cēsetur imposita pœna excōicationis. 1ex. est quē ibi multū cōmendat Panor. in c. Per venerabilem. paulo ante fi. qui filij sint legi. x ℭ Ab altari meo euelles eum. Videatur quod diffuse dictum est in verb. Insidiæ.

y ℭ Qui maledixerit suo patri vel matri. Recurratur ad verbum Maledicere.

z ℭ Qui furatus fuerit hominem &c. Videatur quod in huius annotatione sententiæ satis vbertim dictū est supra in verbo Furari.

a ℭ Morte moriatur. Idem de iure ciuili. l. Cum vir nubit in fœminam. C. de adulte. b ℭ Qui cum iumento &c. Idem dicit Bal. in dicta l. data opera. colū. 3. C. qui accusa. non pos. Cætera in verb. Coire.

¶ Si quis ferro percusserit/& mortuus fuerit qui percussus est: re⁹ erit homicidij: & ipse [c] morietur. Et infra Percutere. Nūeri. 35.b

¶ Omnes morimur: & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. 2.reg.14.d.

¶ Quare nō in vulua mortuus sum (ait Iob) Quare egressus ex vtero non statim perij. Iob.3.b.

¶ Lignū habet spem: si præcisum fuerit rursum virescit/& rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius: & in puluere emortuus fuerit truncus illius/ad odorem aquæ germinabit: & faciet comam quasi cum primum plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit/& nudatus/atq; consumptus: vbi quęso est? Quomodo si recedant aquæ de mari/& fluuius vacuefactus arescat: sic [d] homo cum dormierit non resurget: donec atteratˀ cœlū nō euigilabit nec cōsurget de somno suo. Iob.14.b.

¶ Putasne mortuus homo rursum viuat? 14.c.

¶ Iste moritur robustus & sanus: diues & felix: viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ: absq; vllis operibus: & tamen simul in puluere dormient: & vermes operiet eos. Iob.21.c.

¶ Mortuus est Iob senex & plenus dierum. vltimo.d.

¶ Obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde. psal.30.d.

¶ Non mortui [e] laudabunt te domine: neq; omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc & vsq; in seculum. 113.d.

¶ Qui indocti sunt: in cordis egestate morientur. puer.10.c.

¶ Mortuo [f] hoie impio/nulla erit vltra spes: & expectatio sollicitorū peribit. 11.a.

¶ Doctrina mala deserētiū viā vitę: qui increpationes odit/morietur. 15.b.

¶ Moritur doctus similiter vt indoctus: & idcirco tęduit me vitæ meę/videntem mala vniuersa sub sole: & cunctā vanitatem & afflictionem spiritus. Ecclēs.2.c.

¶ Laudaui magis mortuos q̄ viuentes: & fœliciorem vtroq; iudicaui qui necdum natus est/nec vidit mala quæ sub sole fiunt. 4.

¶ Ne obstupescas: ne [g] impie agas multum: & noli esse stult⁹ ne moriaris in tempore non tuo. 5.c.

¶ Melior [h] est canis viuus leone mortuo. Viuentes [i] enim sciunt se esse morituros: mortui vero nichil nouerūt amplius: nec habēt vltra mercedem/quia obliuioni tradita est memoria eorum. 9.b.

¶ Condemnat iustus mortuus/viuos impios: & iuuentus celerius cōsummata/longam vitam iniuisti. Sapiē.4.c.

¶ Mortuo [k] non prohibeas gratiam. Eccli.7.d.

¶ Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur: & in [l] gaudium volumus venire. 8.b.

c ¶ Et ipse morietur. Idem ꝑbatur in l.3.C. de epis. audi. Cętera ꝭ. in verb. Homicidiū. d ¶ Sic homo cū dormierit non resurget. Diuina tn̄ nōnunq̄ permissione aliqui ex mortuis ad viuos venire creduntur. c. Fatendū. 13. quęsti.2. e ¶ Non mortui laudabunt te dn̄e &c. Mortui peccatis non laudant dn̄m meritorie. Bona em̄ quę fiūt in mortali peccato nō sunt meritoria vitę eternę: prosunt tn̄ q̄tum ad alia quę his versibus habētur. Quę cum mortali bona fiunt dant bona terrę. Cor faciūt humile minuūt tormēta gehennę. Premissa dicūtur per glo. in c. Quod quidā. de pœni. & remissio. f ¶ Mortuo homine impio &c. Facta est huic sentētię duplex annotatio in verbo Expectare. vbi videatur. g ¶ Ne impie agas multū: & noli esse stult⁹ &c. Idest noli īpœnitens tādiu ꝓtrahere pœnitētiæ remediū: qd tibi etiā viuēti inferat supplıciū qd sit ęternę futurę dānationis initium: iuxta ea quę habētur in c. Sūt plures. in fi. de pœni. dist.3. h ¶ Melior est canis viuus leone mortuo. Plebeius ac pauper homo iuste viuens maioris apud deū est momēti: q̄ homo genere ac dignitatib⁹ potens/sed a via iusta aberrans. Non em̄ loca vel ordines/sed merita deo nostro nos coniungunt. ca. Non loca. 40. distinc. i ¶ Viuētes em̄ &c. Qui deo viuūt/& faciendis eius mandatis se dedunt: considerant se/si a via iusta desciuerint: morituros nec iustitias suas priores eis ꝓfuturas. c. Si auerterit. de pœni. dist.4. Mortui autē peccatis/sicut dei: ita etiam sui obliuiscūtur: vt eam (quę eos manet) pœnam perpetuā obliuione tegētes/impœnitētes moriātur: sicq; omnē eoꝝ (quā pœnitendo fuissent habituri) mercedē deperdūt. Qui em̄ impœnitens moritur/neq; proprijs pōt/neq; alienis precationibus aut meritis adiuuari. c. In præsenti seculo. 13. quęsti.2. k ¶ Mortuo nō ꝓhibeas gratiā. Circa hanc sententiā & pro eius elucidatiōe: notetur pia (& vtinam nostris temporibus bene obseruata) concilij Varēsis constitutio: de qua habetur in c. Qui oblationes. le.2. 13. q 2. vbi dicitur. Qui oblationes defunctoꝝ retinent/& ecclesijs tradere demorātur: vt infideles ab ecclesia sunt abijciēdi. quia vsq; ad exinanitionē fidei peruenire certū est hanc pietatis diuinę exacerbationē. qa & fideles de corpore recedētes/votorū plenitudine & pauperes consolatu alimonię/& necessaria sustentatione fraudātur. Hi ergo tales: quasi egentiū necatores/nec credētes iudicium dei/habendi sunt. Hęc ibi. Vnde etiam legitur in concilio Agathensi: & habetur in c. Clerici. eadē cau. & quęsti. Clerici vel seculares: qui oblationes parentum aut donatas aut testamento relictas retinere perstiterint. aut id quod ipsi donauerint ecclesijs vel monasterijs crediderint auferendū (sicut sancta synodus cōstituit) velut necatores pauperū (quousq; reddāt) ab ecclesijs excludātur. Hęc ibi. Hęc autē sentētia citatur in c. In ecclesiastico. eadē cau. & q. l ¶ Et in gaudiū volum⁹ venire. Facta ē istis verbis ānotatio ī ver. Gaudere.

m ℭ A mortuo quasi nichil perit confessio. Idest in permanente in peccatis confessio vtilis non est/ seu meritoria vitę ęternę. Hec declaratio datur per glo. in c. Conuertimini. versi. Item a mortuo. de pœni. dist. 1. Vel a mortuo perit confessio: quia post mortē nemo valet cōfiteri: vt de illo diuite legitur in euangelio. glo. est ita dicens in d. versi. Item a mortuo. in verb. Velut. n ℭ Supra mortuū plora. Quomodo pro mortuis plorare liceat/ dictū est s. in verb. Dauid. 2. Regū. 3. & in verb. Dormiēs. sup illud apli. Nolo vos cōtristari de dormientibus: sicut & cęteri qui spem non habēt. sed ibidem dictis addatur: ꝙ tametsi nimius assumi non debeat de mortuis ploratus: tamen laici dilaniādo se/ & facies insecando (vt faciunt Romani) nō peccant mortaliter. dum tamen hoc non faciāt ex desperatione. Vnde epi sub excōmunicatione nō debēt prohibere sed dissuadere/ & dicere ꝙ ita plorare nō debent: quia videntur desperare. Religiosi tamē peccarēt mortaliter si se dilaniarent: maxime si publice. Sed tamē dolere & plorare possunt sine peccato mortali ex pietate. Ita dicit Archid. in c. Quia diuina. paulo ante fi. 13. quęst. 2. Quod tamē de insecatione dicit non videt tutū: quia si in aliū seuire nō liceat: nec in seipsum. cū suorū membrorū nemo sit dn̄s/ nec se dilaniare debeat. l. Liber homo. ff. ad le. aquil. c. Cōtingit. de sen. excō. & c. Qui pētē. in prin. 55. dist. o ℭ Qui baptisatur a mortuo &c. Textus est hanc sententiā declarās in c. Baptisantur. de pœnitē dist. 3. de quo videatur s. in ver. Baptizare. p ℭ In mortuū produc lachrymas &c. Recurratur ad superiorē secundā annotationē. q ℭ in tempore vitę tuæ ne indigeas. Melius est enim mori &c. Declaretur vt dictum est in verbo Indigere. r ℭ Quod moritur/ moriatur. Idest quod moritur morte culpæ/ moriatur morte gehēnę. Ex morte nanq culpę: puenitur ad mortem gehennę. c. fi. de pœni. distinc. 7. vel quod moritur/ moriatur. i. q in sordib9 est/ sordescat adhuc. c. Quotulibet. in fi. 47. distinc.

Eccli. 10. b. ℭ Rex hodie est: & cras morietur. Cum enim morietur homo: hæreditabit serpentes/ & bestias/ & vermes.

16. a. ℭ Vtile est mori sine filijs: q̄ relinquere filios impios.

17. d. ℭ A mortuo [m] quasi nichil perit cōfessio. Et. s. in verbo Cōfiteri.

22. b. ℭ Supra [n] mortuum plora: deficit eni lux eius: & supra fatuū plora: deficit enim sensus. Modicū plora supra mortuum quoniā requieuit: nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui. Luctus mortui septem dies: fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum.

34. d. ℭ Qui [o] baptisatur a mortuo: & iterum tangit mortuum: quid proficit lauatio illius? Et diffusius supra in verbo Baptisare.

38. b. ℭ Fili in mortuum [p] produc lachrymas: & quasi dira passus incipe plorare: & secundum iudicium contege corpus illius: & nō despicias sepulturam illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius vno die: & consolare propter tristitiam: & fac luctum secundum meritum eius vno die: vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat mors/ & cooperit virtutem: & tristitia cordis flectit ceruicem.

40. d. ℭ Fili in tēpore [q] vitæ tuæ ne indigeas. Melius est eni mori q̄ idigere.

Zacha. 11. c. ℭ Quod moritur [r] moriatur: quod succiditur succidatur.

1. mach. 1. g ℭ Multi de populo Israel diffinierūt apud se/ vt non mādu carent immunda: & elegerunt magis mori/ q̄ cibis coinquinari immundis/ & noluerunt infringere legem dei sanctam: & trucidati sunt: & facta est ira magna super populum Israel valde.

3. g. ℭ Meli9 [s] est nos mori i bello: q̄ videre mala gētis nostræ & sanctorū.

2. mac. 14. g ℭ Turbis irruere in domum Raziæ Iudæi/ & ianuā dirrumpere atq ignem admouere cupientibus: cum iam comprehēderetur/ gladio [t] se petijt: eligens nobiliter mori potius q̄ subditus fieri peccatoribus: & contra natales suos indignis iniurijs agi &c.

Lucæ. 20. f. ℭ Filij huius seculi nubūt & tradūtur ad nuptias. Illi vero qui digni habebūtur seculo illo & resurrectio ex mortuis: neq nubent neq ducent vxores: neq enim vltra mori poterūt. Aequales eni angelis sunt: & filij sunt dei cum sint filij resurrectionis. Quia vero resurgent mortui/ & Moyses [v] ostēdit secus rubum: sicut dicit dominū deum Abraā & deum Isaac & deum Iacob. Deus autem nō est mortuorum sed viuorum. Omnes enim viuunt ei.

Ioan. 5. d. ℭ Sicut pr̄ suscitat mortuos & viuificat: sic [x] & fili9 quos vult viuificat.

ad rōa. 14. b ℭ Nemo nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur. Siue [y] enim viuimus/ domino viuimus: siue morimur/ domino morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur.

s ℭ Melius est nos mori in bello &c. Facit textus in c. Si nulla. 23. quęsti. 8.

t ℭ Gladio se petijt. Istud facere non debuit etiā pro euitanda peccatorū hominū subiectione: vel pro declinanda alia quacūq corporali molestia. Non enim quis debet seipsum occidere/ ne alius peccet in corpus suū vel propter molestias: vel propter passiones huius seculi vitandas. seu vt perennem vitam citius consequatur. Omnia eni hęc prohibuit deus sub illo generali pręcepto. Non occides. tex. est no. Aug. in c. Si non licet. 23. q. 5. per quē ita dicit Panor. in c. Ex parte. de sepul. Et de hoc dicetur diffusius in verb. Occidere.

v ℭ Moyses ostendit: quem supra vos recipitis. Etsi enim apertiora potuerit prophetarū citare testimonia: tamen Moysem citare voluit. quia ab eis legitur & recipitur. Vnus enim quisq suo (si fieri possit) auctore cōuincendus est. Vnde ethnicorum dogmata eo fine nōnunq̄ leguntur: vt ethnicos suis conuincamus auctoribus. c. Legimus. 2. & c. Qui de mensa. 37. distinc.

x ℭ Filius quos vult viuificat. Deus enim cuius vult miseretur/ & quē vult indurat. c. De Iudęis. 45. dist.

y ℭ Siue viuimus/ domino viuimus &c. Recurratur ad verbum Dominus.

z ¶In Christo omnes viuificabūtur. Idest omnes p Christū resurrectionē accipiēt. Differēter tñ: quia iusti ad vitā eternā/iniusti vero ad mortē ppetuā.d.c.1.de sum.tri. a ¶Pro oibus mortuus est Christus. Declaretur vt dictū est in verb. Ihesus. b ¶Michi viuere Christus est & mori lucrū. Hec sententia habet in c. Qui vult facere.in fi.de pœni.dist.2.vbi glo.in verb. Viuere/hanc sententiā declarans dicit. Christus est michi viuere.i.causa quare velim viuere. ad hoc eñ viuo vt ipsum magnificē. & ipsum mori est michi lucrū: quia per mortē eius liberor a miseria & transeo ad fidelitatē. vel Christus est michi viuere.i.vita hic & i futuro: hic per fidem & spem/in futuro per spē. Et mori pro Christo est michi lucrum: quia deponā corpus mortale & resumā imortale. Hec glo.

c ¶Post hoc iudiciū. Videat quod dictum est sup istis verbis in verbo Iudicium.

d ¶Qui in domino moriuntur. Idest qui moriuntur in confessione fidei/expressa dico vel tacita. Sunt eñ q subita morte preuēti expressam nequeunt fidei mōstrare cōfessionē: de quorū tamen salute non est desperandum/nec ecclesiastica eis denegāda sepultura. Decedēs nāq sine aliqua cōfessione exteriori in extremo vite sciā/debet sepeliri in ecclesia seu cimiterio ecclesie: ex quo confessionē nō contēpsit/sed morte preuētus est. Non est eñ credendū q decesserit in peccato mortali nisi contēpsisset per annū cōfessionē contra formā.ca. Ois vtriusq sexus. de pœ.& remis. Hec pbant in c. Ex parte. & ibi Panor. notat in.3. nota. de sepulturis.

e ¶Quādo peccauerit homo qd morte plectendum est &c. De peccatis seu criminibus q secdm legē ciuilē morte plectuntur/diffuse loqtur Bal. i l. data opa.colū.3.& seq. C.q accu.non pos. & dictum est s.eodē in prin.

f ¶Nō permanebit cadauer &c. Recurratur ad verbū Cadauer.

ff ¶Quoniā nō est i morte q memor sit tui. Idest intelligo dñe nunc esse tempus conuersionis: & solam post hoc seculū retributionē superesse: tuncq preces meas vel alienas nichil michi vtilitatis allaturas.d.c. In presenti.13.q.2.

¶Nunc Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium: quoniamquidem per hominē mors/ & per hominē resurrectio mortuorū. Et sicut in Adā omnes moriūtur: ita & [z] in Christo oēs viuificabūtur. 1.cori.15.c.

¶Insipiens tu quod seminas non viuificatur/nisi prius moriatur &c. 1.cori.15.e.

¶Si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Et p [a] omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt iam non sibi viuant/ sed ei qui pro ipsis mortuus est/& resurrexit. 2.cori.5.c.

¶Michi [b] viuere Christus est (inquit Paulus) & mori lucrum. ad phi.1.c.

¶Statutū est omnibus hominibus semel mori: post [c] hoc autē iudiciū. ad heb.9.g.

¶Audiui vocem de cœlo dicentem michi. scribæ. Beati [d] mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Apoca.14.c

¶Cætera in verbis Caiphas. Ioan.11.f. Caro/ad Romanos.8.a. Dauid.2.Regum.18.in fine. Discipulus. Ioan.vlti.g. Dimittere. Matth.8.c. Effœminatus. Iob.36.b. Filius. Eccli.30.a. Gloria.1. Cori.9.c. Homo. Ecclēs.3.d. Iacob. Gene.30.a. Ihesus/ad Romanos.6.b. Iob. Iob.2.c. Ionas. Ionæ.4.c. Ioseph. Genesis.46.c. Iustus. Sapien.3.a. Moyses. Exodi.12.e.&.19.b. Mulier. Eccli.25.d. Petrus. Matth.26.d. Et puer. Esaiæ.65.d.

Mors & Mortalis.

¶Quādo [e] peccauerit homo quod morte plectendum est: & adiudicatus morti appēsus fuerit in patibulo: non permanebit [f] cadauer eius in ligno: sed i eadē die sepelietur. quia maledictus a deo est qui pendet in ligno. Deute.21.d

¶Cōuertere domine/& eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam nō [ff] est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Psal.6.b.

¶Mors [g] peccatorum pessima: & qui oderunt iustum/delinquent. 33.d.

¶Quis [h] est homo qui viuet/ & nō videbit mortē? eruet animam suā de manu inferi? 88.g.

¶Pretiosa [i] in conspectu domini mors sanctorum eius. 115.a.

¶Omnes qui me oderunt (ait Sapientia) diligunt mortem. pver.8.l.ff.

¶Nichil proderūt thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. 10.a.

¶Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem. 11.c.

¶In semita iustitiæ vita: iter autem deuium ducit ad mortem. 12.d.

¶Timor domini/fons vitæ: vt declinet a ruina mortis. 14.d.

g ¶Mors peccatorum pessima. Circa hanc sententiā & duas sequētes: quarū altera est in psal.115.a. Altera Prouer.14.d.in fi. notetur qd dicit Archi.in c. Qz prepósterū.13.q.2.vbi dicit. Mali ideo timēt mortē: quia vita est eis deliciosa. vnde dr in Eccle. O mors q amara est memoria tua hmōi scilicet iniusto. & in psal. habet Mors peccatorum pessima. Boni vero gaudēt: quia mors est eis carceris eductio/hostis deiectio/exilij terminatio. Ideo sancti cupiūt dissolui & esse cū Christo sicut apls. Istorum mors bona est: vn in psal. Pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorum eius. & Chrysos. dicit. Quid formidatis mortē que iā euacuata est. & in Eccle. Timēti deū bene erit in extremis: in die defunctiōis sue benedicetur. & in libro Sapiētie dr. Iustus si morte preoccupatus fuerit/in refrigerio erit. Si ergo boni sumus nō timeamus mortē/cū eam vitare nō possumus: iuxta illud. Quod vitare neqs/cōstanti suscipe mente. Dum quoq dura fuit mors tibi/leuis erit. Hec Archi. h ¶Quis est homo qui viuet/& nō videbit mortē? Hinc dicit Augustinus in libro de ciuitate dei. Oibus qui in hac vita procreati sunt/mori cōmune est. Neminē scio q non fuerit aliquādo moriturus. cū autē quis fuerit mortuus/quo genere mortis vita finiat: amplius non cogitat: cū tñ nobis viuētibus mortes quotidie inumerabiles imineant: & nobis incertū est quenā illorum futura est. Hoc dictum Aug. citat Archi. in d.c. Qz prepósterū.13.q.2. i ¶Pretiosa in conspectu domini mors sanctorū eius. Videatur quod superiori secūda proxima annotatione dictum est: & quod dicetur.j.in verb. Sancti.

Puer.14.d. ¶In malicia [k] sua repelletur impius / sperat autē iustus in morte sua.

24.b. ¶Erue [l] eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris/vires nō suppetūt: qui inspector est cordis ipse intelliget: & seruatorem animæ tuæ nichil fallit: reddetq̧ homini iuxta opera sua.

Ecclēs.7.a. ¶Melius est nomen bonum q̄ vnguenta pretiosa: & dies [m] mortis die natiuitatis.

Sapiē.1.c. ¶Nolite zælare mortem in errore vitæ vestræ: neq̧ [n] acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam deus [o] mortem non fecit/nec lætatur in perditione viuorū. Creauit eni vt essent omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum.

1.d. ¶Iustitia [p] perpetua est & immortalis: iniustitia autem mortis est acquisitio. Impij autem manibus & verbis accersierūt illam: & æstimātes illam amicam/defluxerūt & sponsiones posuerūt ad illam: quoniā morte digni sunt qui sunt ex parte illius.

4.b. ¶Iustus [q] si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit.

9.c. ¶Cogitationes mortalium timidæ: & incertæ prouidentiæ nostræ.

Eccli.4.d. ¶Vsq̧ [r] ad mortem certa pro iustitia: & deus expugnabit pro te inimicos tuos.

9.c. ¶Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi: & non suspicaberis timorem mortis.

11.b. ¶Bona & mala: vita & mors/paupertas & honestas a deo sunt.

14.b. ¶Memor esto q̧ mors non tardat: & testamentum [s] inferorum/quia demonstratū est tibi. Testamentū enim huius mūdi/morte morietur.

k In malicia sua repelletur impius: iustus autē sperat in morte sua. Pro huius annotatione sententię recurratur ş.eo.g.& ibi dictis addat bene facere pro hac snia qd dicit idē Archi. in d.c. Qz prępposterū. i ff.13.q.2. vbi dicitq̧ mors iusti potest dici dimissio: iuxta illud. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e: scdm verbū tuū in pace. Et hoc ideo: qa dimittūtur ei oia bona spiritualia/ & ipse etiā dimittit tēporalia. Sed mors impij potest dici amissio/ emissio/ & imissio. Amissio/quia in morte amittit deū/ & omnia tēporalia bona. Emissio/quia inuitus mittitur extra bōa tpalia & extra vitā tēporalē: vn̄ in psal. Scdm mltitudinē ipietatū eoꝶ expelle eos: qm̄ irritauerūt te dn̄e. Immissio. s. in pœnas ęternaliū tormētorū: vn̄ in euāgelio. Mortuus est diues & sepult⁹ in iferno. Hęc ibi.

l ¶Erue eos q ducūtur ad mortē &c. Recurratur ad ea quę huic sententię annotata sunt i verbo Eruere. Sed ibi dictis addendo aduertat: q̧ varijs casib⁹ pōt aliqs de iure hūano erui seu a morte liberari. Primus est p oblationē patris. Si eni pr̄ filiū habeat qui aliqd crimē morte dignū cōmiserit/potest eum a morte eruere: offerendo eū iudici puniendum. Voluntaria nanq̧ patris oblatio operat cōmutationē pœnę: ne scilicet pœna mortis/sed alia sit infligēda. tex. est celebris in l. Milites agrū.§. desertorē. ff. de re mili. per quē ita tenent Raymūdus. Saly. & Paulus de castro in l. pter isidias. C.q accusa. nō pos. & Felv. in c.1. in 2.col. de offi. deleg. Secūdus casus est p obuiationē cardialis & capelli sui suppositionē. si eni cōdēnat⁹ subire vltimū suppliciū/dū ad iudiciū ducit obuiet cardinali q capellū suū sup eius corp⁹ aut caput iponat: liberabit a morte. Et hoc priuilegiū ex cōsuetudie vel priuilegio cardinalib⁹ cōpetit. Ita tenēt Bal. & Pau. de cast. i l. Addictos. C. de appel. Terti⁹ casus est p declaratione excellētię artis alicui⁹ condēnati ad mortē. qa si qs excellēs in arte sua/q ppterea est necessarius reip. fuerit ad mortē dānatus: poterit aliqs artis suę excellentiā declarādo petere vt liberet a morte: & pter eius petitionē liberabit/aut saltē differet executio cōdēnationis donec priceps cōsulatur. tex. est no. in l. Ad bestias. ff. de pœnis. Quart⁹ casus est p accusationē de grauiori crimine/ratione cuius grauioris mortis supplicium esset subeundum. si enim condemnatus mori furca vel gladio/accusetur de crimine ratione cuius deberet viuus exuri differetur executio iam latæ sententiæ mortis. bonus est text⁹ in l.1.§.fina.ff. nil no. appel. pen. & ita tenet Bar. per illum textū in l.2.§.fina.ff. de custo. reo. Quintus casus est per obiectionem & probationem rationum reddendarum per condemnatū. Vnde si condemnatus vt moriatur/reperiatur alicui obligatus reddere rationes alicuius admistrationis per eum gestæ: illo qui habet eum obligatū petente: differetur executio: sicq̧ ad tempus liberabitur a morte. textus est in l.1. C. de bo. proscrip. vbi tamen dicit Angelus q̧ istud iudices non seruant de consuetudine. Sextus casus est per appellationem etiam a quocunq̧ extraneo interpositam. textus est in l. Non tantum. ff. de appella. Septimus casus est per allegationem pręgnantię. Si enim mulier ad mortē dānata pręgnās allegetur seu grauida/ liberabitur a morte donec pepererit: imo etiā donec partus sit ablactat⁹/si nutrix p partu lactādo nō cōperiret. tex. est & ibi Bar. i l. pgnātis. ff. de pœ. i l. iperator. ff. de sta. ho. & notat glo. i l. negat lex. ff. de mor. ife. Octau⁹ & vltim⁹ p nūc est p assumptionē tōsurę clericalis. Si eni qs crimē cōmiserit morte puniēdū/ & aliqs ei cōsulat vt tōsurā assumat clericalē: ita eū liberabit a morte/ si cōsilio obtēperās assumpserit. Ita tenet Arch. i c.1. paulo post prin. 11.q.1. & dicit Io. An. in c.1. de obliga. ad ratio. q̧ p hac pte fuit bis in disputatiōib⁹ determiatū. Intelligat tn̄ q̧ assumat tōsurā clericalē sine fraude: vt qa nōdū erat accusat⁹/nec alias suspicabat accusari. Alias nō videt q̧ sibi pdesset: quis iudex secularis tuti⁹ faciat abstinēdo pter ordinē ipressuʒ q̄litercūq̧. i. siue cū fraude/siue sine fraude fuerit assumpt⁹. Ita dicit Archi. i d.c.1. De hoc tn̄ octauo casu videant q̄ diffuse scribunt p Panor aut saltē p ea q̄ Panor. ascribūt in d.c.1. col.1.2.3.& .4. de oblig. ad rō. vbi āplissime discutit hūc articulū. & p Bar. & alios i l. pe. seu fi. ff. si ex noxa. cau. aga. m ¶Melior est dies mortis/ die natiuitatis. Declaret vt in ver. Dies. n ¶Neq̧ acqratis perditionē in operib⁹ manuū vestrarū. Idest neq̧ istigatis vobis mortē p man⁹ vfas/ita ęternā pditionē vobis acqrēdo. d.c. Si nō licet. 23.q.5. o ¶Mortē nō fecit/nec lętat in pditiōe viuētiū. Astipulat snia alia. Nolo mortē pctōris/sed vt magis cōuertatur & viuat. cui facta ē annotatio huic sententię vtilis i ver. Cōuertere. p ¶Iustitia ppetua est & immortalis. Recurrat ab verbū Iustitia. q ¶Iust⁹ si morte poccupat⁹ fuerit &c. Videat qd dictū ē ş.eo.g. r ¶Vsq̧ ad mortē certa p iustitia. Idest poti⁹ mortē oppetere desyderes/ q̄ vitę bonę iustitiā pretergredi c. Sacris. qd me. cau. c. Ita ne. 32.q.5. s ¶Testamentū inferorū demonstratū est tibi. Idest ordinatio dei de morte singulorū tibi patefacta est: quę ideo testamentū inferorū vocat: q hoc tēpore oēs descēdebāt in infernū tāetsi dissimiliter: qa iniusti in ifernū caliginis & pœnarū/iusti vero in ifernū. i. i limbū vbi aliq̄ta lux erat/ & nulla pœna materialis descēdebāt. prout no. Archi. in c. Hęc autē. in prin. 23.q.4. & dictū est in verb. Infernus.

t ¶ Mors hoīs nequam/mors nequissima. Videatur quod dictū est s̄.eodē. g. v ¶ Quid defraudat vitam?mors. Mors enim vitæ & oibus mundanis extremū ponit.c.2.de prēsby.nō bapti.§.disponat.in auten. de nup. & c. Dñs.de secū.nup. x ¶ O mors q̄ amara est memoria tua. Memoria tñ mortis est vtilis ad multa: Primo ad contemptū terrenorū. Hiero. Facile contēnit oia/qui se semper cogitat moriturū. Secūdo ad desyderia carnis refrenandū. Grego. Nichil tam valet ad domandūcarnis desyderia/q̄ cōsiderare qualis futura est mors sua. Tertio ad oia peccata vitāda. Ecclesiastici.7. Memorare nouissima tua: & in ęternū non peccabis. Hęc ponit Archi. i c. Valida.de pœnitē.distinc.2.

y ¶ O mors bonum est iudiciū tuū. Bonū est christianis & vere deum colentibus iudiciū mortis. Primo: qa moriūtur ad quiscendum. Apo.14. Beati mortui qui in dño moriūtur. Amodo iā dicit spiritus/vt requiescāt a laborib9 suis. Secūdo: qa mors est vitatio seu euasio carceris. Psal. Educ de carcere animā meam. Tertio: quia mors est irruptio vinculorū. Psal. Dirupisti vincula mea. Quarto: qa mors est depositio oneris. 1. Pet. 1. Velox est depositio tabernaculi mei. i.corpis qd est onus aggrauās. Sapi. 9. Corp9 qd corrūpitur/aggrauat animā. Quito: quia mors est īfirmitatū ablatio. Ad Ro.8. Omnis creatura liberatur a seruitute corruptiōis. Sexto: qa est reuersio de exilio ad patriā. Cāti.6. Reuertere reuertere Sunamitis. Septimo: quia est introitus ad gloriā. Mat. 25. Intra in gaudiū dñi tui. Præmissa ponit Archidia. in d.c. Valida. in princi. de pœni. dist.2.

z ¶ Noli timere iudiciū mortis. Vt eñ (inquit Chrysosto.) q timet mortē/seru9 dicit. Ita Archidia citādo Chrysos. i c. quā pręposterū. in pri. 13.q.2. Stultū est etiā timere qd vitari non pōt. istud non effugit q distulit: oēs antecesserunt te/oēs sequētur te. no. Hostien. & Ioā. in c. Raynutius. de testa. Sed cū mors sit necessaria: quare nō timet? dic ideo. minus timeri/qa circa oēs īfallibiliter obseruat & ęquanimiter tolerat. qa oibus est cōmunis. vñ Seneca. Ideo michi videt rerū naturā qd grauissimū fecerat cōe fecisse vt crudelitatē pati cōsolaretur ęqualitas. Ita Io bap. cas. in dictionario Alberici in verb. Mors.

¶ Ante mortem benefac amico tuo : & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Eccli.14.b.

¶ Non impediaris orare semper: & nō verearis vsq ad mortem iustificari: quoniam merces dei manet in æternum. 18.c.

¶ Mors [t] hominis neq̄ mors nequissima : & vtilis potius īferus q̄ illa 28.d.

¶ Melior est mors q̄ vita amara: & requies æterna q̄ lāguor pseuerās. 30.c.

¶ Quid [v] defraudat vitam? mors. 31.d.

¶ Ignis/grādo/fames/ & mors: omnia hæc ad vindictam creata sunt 39.d.

¶ O mors [x] q̄ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis/viro quieto: & cuius viæ directę sunt in omnib9/& adhuc valenti accipere cibum. 41.a.

¶ O mors [y] bonum est iudicium tuum homini indigēti: & qui minoratur viribus / defecto ætate/ & cui de omnibus cura est & incredibili/ qui perdit sapientiam. eodem.

¶ Noli metuere [z] iudicium mortis. eodem.

¶ Nos vita viuimus tantum : post mortem autem non erit tale nomen nostrum. 48.b.

¶ Helias in vita sua fecit monstra: & in morte mirabilia operatus est. eodem.

¶ Ossa Ioseph visitata sunt: & post mortem [a] prophetauerunt. 49.d.

¶ De manu [b] mortis liberabo eos: de morte redimam eos . Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Oseę.13.d.

¶ Nunc domine tolle quęso (inquit Ionas) animam meam: quia melior michi est mors q̄ vita. Ionę.4.b.

¶ Sunt [c] quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno suo. Matth.16. in fine. Marci.9.a. & Lucæ.9.d.

¶ Tristis [d] est anima mea (ait Ihesus) vsq ad mortem. Matth.26.d

¶ Reus est mortis (dicebant Iudæi de Christo) 26.f.

¶ Si quis sermonem meū seruauerit (ait Christus) non gustabit mortem in æternum. Ioan.8.g.

¶ Qui [e] mala agunt / digni sunt morte: non solum qui ea faciunt/sed etiam qui consentiunt facientibus. ad rōa.1.d.

¶ Per vnum [f] hominē peccatum in hunc mundū intrauit: & per peccatum mors : & ita in omnes homines mors pertransijt / in quo omnes peccauerunt. 5.b.

¶ Vbi abundauit delictum: superabūdauit & gratia. Vt sicut regna= 5.d.

b ¶ De manu mortis &c. Circa hāc sen

a ¶ Post mortē pphetauerūt. Declaret vt i verb. Ioseph.

tētiā notari pōt qd dicit Archi. in c. Placuit. in pri.2.q.7. vbi dicit multiplicē mortē cōperiri. Al'a est eñ mors spūalis/vt in crimiosis. Alia ciuilis/vt i deportatis. Alia secularis/vt i monachis q mortui sūt mūdo licet deo viuāt. Alia effectualis/de qua apls ad Gal.6. Michi mūdus crucifix9 est/& ego mūdo. Alia carnalis siue naturalis vt cū aīa separat a corpore. Alia ęternalis/vt hūani generis hostis. vñ Oseę.13. O mors ero mors tua. Hęc Arch.

c ¶ Sunt qdā de hic stātib9 &c. Hāc sententiā ethice declarādo/dici pōt eos cū Chfo hic stare: q earū cōsideratiōe tribulationū cua. Chs p nobis perpessus est: in sustinēdis passionibus ęquanimiter se gerūt. iuxta id qd cōsulit in c. Sciscitaris.7.q.1. Et tales nō gustant mortē gehēnę: sed trāseunt cū Christo in vitā ęternā. qa tēporalia supplicia quę pbatiōnē vel emendatiōnē operātur: probatis & emēdatis saluiē cōquirūt æternā.d.c. Sunt plures. in fi. de pœni. dist.3.

d ¶ Tristis est aīa mea vsq ad mortē. Recurratur ad verbum Ihesus.

e ¶ Qui mala agunt &c. Recurre ad ea quę satis diffuse dicta sunt in verb. Consentire.

f ¶ Per vnū hoiem peccatū in hunc mundū intrauit &c. Circa hanc sententiā (quę de peccato originali ex primorū pręuaricatiōe parentū cōtractō loqtur) notet tex. in c. Quęris. i fi. de cōse. dist.4. vbi dr. Q̄diu paulus

baptisatus fidem quam suscepit non potest intelligere: valebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates. & tantum valebit: vt si ante maioris etatis vsum ex hac vita migrauerit: per ipsum sacramentum commendata ecclesie charitate ab illa condemnatione/que per vnum hominem intrauit in mundū/ christiano adiutorio liberetur. Qui hoc non credit/ & fieri nō posse arbitratur: profecto infidelis est/ etiā si habeat fidei sacramentū. Longeq melior est iste paruulus: qui etiā & si fidem non habeat in cognitione / non ei tamen obicem contrarie cogitationis opponit: vñ sacramētū salubriter percipit. Scdo notet tex. huic sententie declarande cōmodior in ca. Placuit vt quicunq. l. i. eadem dist. vbi dicit. Placuit vt quicunq paruulos recentes ab vteris matrum baptisādos negat: aut dicit in remissionem peccatorum eos nō baptisari: sed nichil ex Adam trahere originalis peccati quod lauacro regenerationis expietur. vnde fit consequens: vt in eis forma baptismatis i remissionem peccatorum non vera sed falsa intelligatur anathema sit. quoniam non aliter intelligēdum est quod ait apostolus. (Per hominē vnū intrauit peccatum in mundū/ et per peccatū mors: & ita in oēs homines pertransijt / in quo omnes peccauerunt) nisi queād modū ecclesia catholica vbiq diffusa semper intellexit. Propter hāc enī regulā fidei/ etiā paruuli qui nichil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt: ideo in remissionē peccatorū veraciter baptisantur: vt in eis regeneratione mundetur/ quod generatione traxerūt. Hec ibi.

uit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam: per Ihesum Christum dominum nostrum.

Ad rōa.6.d ¶Cum [g] serui essetis peccati/ liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructū habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autem facti deo/ habetis fructum vestrū in sanctificationem: finem vero/ vitam æternam. Stipendia [h] enim peccati/ mors: gratia autem dei/ vita æterna: in Christo Ihesu domino nostro.

1.cori.15.d ¶Nouissime inimica destruetur mors.

1.cori.15.g. ¶Oportet [i] corruptibile hoc induere incorruptionē: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tūc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors i victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autē mortis/ peccatum est: virtus vero peccati/ lex.

2.cori.5.a. ¶Qui sumus in hoc tabernaculo: ingemiscimus grauati/ eo ꝙ nolumꝰ expoliari/ sed superuestiri/ vt absorbeatur quod mortale est a vita.

11.e. ¶In mortibus [k] frequenter fui (inquit Paulus.)

ad heb.2.d. ¶Christus [l] participauit carni & sanguini vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium / id est diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.

Iacobi.1.b. ¶Concupiscentia [m] cum conceperit parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit/ generat mortem.

1.Ioā.3.c. ¶Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam/ quoniam diligimus fratres. Qui [n] non diligit/ manet in morte.

Apoca.2.d. ¶Qui vicerit/ non lædetur a morte secunda.

9.b. ¶Querent [o] homines mortem/ & non inuenient eam: & desyderabūt mori/ & fugiet mors ab eis.

20.d. ¶Vidi mortuos [p] magnos: & pusillos stantes in conspectu throni: &

g ¶Cum serui essetis peccati/ liberi fuistis iustitie. Sicut enim dies & nox misceri nequeunt: sic iustitia & iniquitas/ peccatum & bona opera: Christus & Antichristus. Ita dicit textus in allegato c. Si enim. col. 2. de pœni. dist. 2.

h ¶Stipēdia peccati/ mors: gratia aūt dei vita eterna. Idest militie diabolice premiū seu retributio/ mors est gehennalis: que ideo stipendiū vocatur: quia infertur ex debito. c. Voluissent. in princi. de pœni. dist. 1. posset etiā dici. Stipendia bone vite/ vita eterna. sed scdm glo. ord. maluit dicere gr̄a dei: vt intelligeremus deū ad eternam vitā pro sua miseratione nos perducere/ non meritis. vnde vita eterna que in fine a deo meritis p̄cedentibus redditur (que non a nobis sunt sed in nobis facta sunt per gratiam) recte & ipsa gratia nuncupatur: quia gratis datur. Nec ideo gratis: quia non meritis datur. sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Cōfitendū est ergo ideo gratiā vitam eternā vocari: quia his meritis redditur que gratia contulit. vnde & legit. De plenitudine eius oēs accepimus & gratiā pro gratia. i. vitam eternā pro gratia meritorum/ vel gratiam glorificationis pro gratia sanctificationis. Ita sentit Archi. in c. Gratia. circa medium. 1. questi. 1.

i ¶Oportet corruptibile hoc &c. Videatur textus & ibi Panor. in c. 1. col. 3. de sum. tri. & fi. catho.

k ¶In mortibꝰ. Idest in periculis mortis/ q̄ varia sunt. siquidē terra mariq/ tā in pace q̄ in bello/ tā domi q̄ militie/ multis generibꝰ mortis periculū metui pōt. Ita dicit tex. i l. senat9. §. mortis cā. ff de dona. cau. mor.

l ¶Christus participauit carni & sanguini. Idest Christus factus est verus homo/ ex anima & corpore cōsistens. vt per eius mortem a demonis nos eriperet seruitute. c. Cum redemptor. in princip. 12. quest. 2.

m ¶Concupiscentia cum conceperit &c. Idem probatur in c. Sed pensandum. 5. dist.

n ¶Qui non diligit manet in morte. Videatur quod dictum est in verb. Diligere.

o ¶Querent hoīes mortē/ & non inuenient eā. &c. Studeat ergo quisq sic delicta corrigere/ vt post mortem non oporteat pœnam tolerare. Quedam enim peccata sunt mortalia/ que in pœnitentia sunt vitalia: non tamen statim sanantur. Sepe enim est qui moreretur nisi medicaretur: non tamen statim sanatur. languet victurus/ qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur: omnino moritur/ & eternaliter cruciatur: quia qui ipœnitens finitur/ si semper viueret semper peccaret: at dei est miserentis ꝙ operatur finē peccādi. ita dicit tex. circa hanc sententiam notandus. in cap. si. versi. Studeat ergo de pœni. disti 7.

p ¶Vidi mortuos magnos & pusillos. Idest pctōres tam maiores q̄ minores. Est enī in pctōribꝰ differētia: qa alij cū grauibus/ alij cū leuioribꝰ pctis mortalibꝰ decedūt. Et isti qui decedūt cū leuioribus mortalibꝰ / dānantur: sicut qui decedunt cum grauibꝰ/ tamē si non ita puniantur. de quibus videatur quod habetur per textum & glo. in ca. Cum Marthe. in fine. de cele. missa. & in cap. Tempus vbi est textus Augustini. 13. qst. 2.

libri aperti sunt: & alius [q] liber apertus est qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erãt in libris secundum opera ipsorum. Et dedit [r] mare mortuos suos qui in eo erãt: & mors & infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundũ opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnũ ignis. Hæc est mors secũda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus: missus est in stagnum ignis.

Timidis [s] & incredulis / & execratis / & homicidis / & fornicatoribus / & veneficis / & idolatris / & omnib⁹ mẽdacibus pars illorũ erit i stagno ardenti igne & sulphure: quod est mors secunda. Apoca.21.b

Cætera in verbis Congregare. Prouerb.21.a. Dilectio. Canti.8.b. Eleemosina. Thob.4.b. Eleeazarus.2.Macha.6.d. Enoch.ad Heb.11.a. Expectare. Iob.3.d. Ihesus. Lucæ.2.d.2.ad Corinth.4.c. & ad Philip.2.a. Iustus. Eccli.32.b. Lingua. Prouerb.18.d. Locuples. Eccli.11.c. Tristitia. Eccli.38.b. &.2. ad Corin.7.c. Et Verbum. Eccli.37.c.

Mortificare & Mortificatus.

Qui custodit mandatũ: custodit animã suam, qui autem negligit viã suam / mortificabitur. pverb.19.c.

Quia propter [t] te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis: sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. ad rõa.8.g.

Mortificate membra vestra quæ sunt super terram: fornicationem / immundiciam / libidinem / concupiscentiã malam / & auariciam [v] quę est simulachrorũ seruitus: propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus & vos ambulastis aliquãdo cum viueretis in illis. ad col.3.a.

Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis / vt nos offerret deo / mortificatos quidẽ carne: viuificatos autẽ spiritu. 1.petri.3.c.

Mos.

Mos [x] increuit in Israel / & consuetudo seruata est: vt post anni circulum conueniant in vnũ filiæ Israel: & plangãt filiam Iepte Galaaditæ diebus quatuor. Iudicũ.11.g

Deus i loco sancto suo: deus qui ihabitare facit vni⁹ moris i domo. Psal.67.a.

Acceperunt Ioseph & Nicodemus corpus Ihesu: & ligauerũt eum lintheis cum aromatibus sicut mos est Iudæis sepelire. Ioan.19.g.

Corrumpunt [y] mores bonos colloquia mala. 1.cori.15.d.

Sint mores sine auaritia contenti præsentibus. Ad heb.13.a

Mouere.

Rogamus vos fratres per aduẽtũ domini nostri Ihesu Christi & nostræ cõgregationis i ipsum: vt nõ [z] cito moueamini a vestro sensu / neq; terreamini: neq; per spiritũ / neq; per sermonẽ / neq; per epistolam tanq̃ per nos missam quasi instet dies domini. 2.thessa.2.a

Cætera in verbo Terra. Prouerb.3.0.

Mulctare. Mulcta. Mulctatus & Mulctatio.

Imposuit [a] Pharao mulctam terræ centum talentis argẽti: & talẽto 4.regũ.23.g

q Et alius liber apertus est / qui est vitę. De libro vitę videatur quod dictũ est s. in verb. Liber.

r Et dedit mare mortuos suos: & mors & infernus suos. Idest mundus dedit corpora mortuorũ. diabolus autẽ & tenebrarũ locus dedit animas. In vtroq; enim anima. s. & corpore / quod habuit dũ viueret quilibet iudicabitur. d. c. 1. de sum. tri. & fi. ca.

s Timidis & incredulis &c. Hęc sentẽtia satis diffuse declarata est in verb. Fornicator.

t Propter te mortificamur tota die: ęstimati sumus sicut oues occisionis. Declaretur hęc sententia vt dictũ est s. in verb. Estimatus.

v Auaritiã quę ẽ simulachrorum seruit⁹. Recurrere ad verbũ Auaritia.

x Mos increuit in Israel &c. Pro hac & subsequentibus sententijs: notetur quod dicit Archi. in ca. Mos est. 1. disti. vbi dicit q; mos & consuetudo quãdoq; sũt nomina iuris / & secundũ hoc se habent vt pars et totũ. Nam omis mos est consuetudo / sed non econuerso. Nã mos est ius non scriptum: cõsuetudo vero refert ad ius scriptum. i. ad ius ex frequentib⁹ hominũ artibus introductũ / siue in scripturam redactũ fuerit siue non. Quandoq; sũt nomina qualitatis: & secũdũ hoc idẽ videtur esse mos & cõsuetudo. s. qualitas vel habitus mẽtis / qua homo disponit adhoc vel illud faciẽdũ. Et si ad malũ / vitium est si ad bonũ / virtus est vel saltẽ bona qualitas animi: & illa dicitur recondi in medullis hominũ. c.2. de pœni. dist. 2. proprie tamen mos pro virtute non ponitur in singulari: sed in plurali p̱prie hanc habet significationẽ / vt iste habet bonos mores. & p̱prie dicitur de bono: vnde maligni mores non sunt mores / sed vitia. quia ẽ ibi oppositio in obiecto. Proprie autẽ mos in singulari est quędã lex viuẽdi nullo vinculo astricta siue lex non scripta / sed tñ vsu retẽta. vnde mos est quod in ciuitate solet fieri vel secundũ Isido. li. 5. ety. c. 3. Mos ẽ vetustate p̱bata cõsuetudo. Et qdam ita distinguũt inter morẽ & cõsuetudinẽ: vt dicãt morẽ esse qd in vno vel paucis cœpit. Cõsuetudinẽ qd in plerisq;. & sic diffiniũt. Mos est lõga consuetudo pluriũ tracta de moribus. i. de freqũẽtib⁹ actib⁹ paucorũ. Hęc Archi.

y Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Tex. est circa hęc verba videndus in c. Sępe. 28. qst. 1. de quo dictũ est in verb. Loth. o. Cętera dicãtur vt in verb. Corrũpere.

z Vt non cito moueamini a vestro sensu. Simile est quod alibi dicit Paulus. Non simus paruuli fluctuãtes / vt circũferamur omni vento doctrię. Cui dicto facta est ãnotatio isti sentẽtię subseruiẽs s. i verb. Doctrina.

a Imposuit mulctã terrę centũ talentis argenti. Quã hodie q̃titatẽ possint iudices mulctantes exigere,

seu ad quam q̄titatem possint mulctę ascendere. tex. est circa hanc & sequentes sententias notandus in l. Eos C. de modo mulcta. vbi dicitur. Eos qui ordinario prouincias iure moderantur: erga eorū personas quas culpa reddit obnoxios/ vltra duarū vnciarū auri summā condēnare non patimur. proconsularē vero potestatem/ si mulctandi necessitas imminebit: senarū vnciarum auri summa cohibebit. In qua forma etiā comes oriētis atq; prefectus augustalis erit. Cæteri vero spectabiles iudices/ & qui vice nostrę administrationis gubernacula susceperit: vltra tres auri vncias sibi intelligant licentiam denegatā: id quoq; obseruandū a moderatore esse censemus: vt in vnius correctione personę/ si ad id cōtinuatio peccati īpulerit: trinę tm̄modo in auno cōdenationis sub prestituta summa/ seueritas exerceatur. Q; si quis predictum modū excesserit/ huius auctor admissi/ cōdēnato ad dupli restitutionē: fisco vero nostro ad inferendam eā q̄titatem (quā mulctę nomie inflixerit) tenebit. Nec tamen ad hui⁹ legis moderationē pertinere se credant/ qui in peculiaribus aut manubijs .i. p̄dationib⁹ aut cōcussionib⁹/ furtis aut alijs flagitijs (quę coerceri seuerius conuenit) fuerint deprehensi: scilicet vt scripta per iudices memoratos i cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium sententia proferat. Nec putent factu facile esse: vt aut precipiti persuasione cōdēnent quem culpa non ingrauat: aut erubescēda varietate iudicij pro proprio arbitrio immutandum esse quod iusserit. nisi paupertas condemnati hoc persuaserit. Hęc ibi: limitentur tamen premissa vt singulariter pre. Iaso. in l. i. in. 2. notabili. ff. si quis ius dicen. non. obtē.

auri: regēq; cōstituit Pharao Nechao Eliachin filium Iosię pro Iosia patre eius: vertitq; nomen eius Ioachim.

3.esdrę.1.e. ¶Amouit Iechoniā rex Aegypti ne regnaret i Hierosolymis: & mulctauit gentem argenti talenta centum/ & auri talentum vnum.

8.c. ¶Tu Esdras secundum sapientiam dei (ait Artaxerxes) constitue iudices & arbitros in tota Syria & Phoenice: & omnes qui legem dei tui non nouerunt doce: vt quotquot transgressi fuerint legem: diligenter plectantur siue morte siue cruciatu/ siue etiam [b] pecuniæ mulctatione vel abductione.

puerb.21.b ¶Mulctato [c] pestilente/ sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientiam sumet scientiam.

Gene.2.d. **Mulier.** ¶Aedificauit [d] dominus deus costam quam tulerat de Adam in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Et supra Adam.

Gene.3.a.b. ¶Serpens erat callidior cunctis animātibus terræ q̄ fecerat dn̄s deus. Qui dixit ad mulierē. Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respōdit mulier. De fructu lignorū q̄ sunt i paradiso vescimur: de fructu vero ligni quod est i medio paradisi p̄cepit nobis ne comederemus: & ne tāgerem⁹ illud/ ne forte moriamur. Dixit autē serpēs ad mulierē. Nequaq̄ morte moriemini. Scit eni de⁹ q; i quocūq; die comederetis ex eo/ aperiētur oculi vestri: & eritis sicut dij/ scientes bonum & malum. Vidit igitur mulier q; bonum esset lignum ad vescēdum: & pulchrum oculis/ aspectuq; delectabile. & tulit [e] de fructu illi⁹/ & comedit: deditq; viro suo/ qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum. Cūq; cognouissent [f] se esse nudos consuerunt folia ficus: & fecerunt sibi perizomata &c.

3.c. ¶(Post comestionē fruct⁹ ligni vetiti) mulieri dixit de⁹. M̄tiplicabo [g]

b ¶Siue etiam pecunię mulctatione. Aduertendum est imprimis q; mulcta est species pœne iudicialis consistens in pecunia: & imponitur extraordinarie ad cōtumaciam cœrcendā de quo per Specu. in ti. de sen. prola. §. 1. & notatur in l. si qua pœna. ff. de verbo. sig. hoc p̄misso notandū est q; id qd hac sententia dicit: iudices posse mulctare/ procedit etiā in iudicibus delegatis a principe vtsatis probatur in c. 1. in. c. de causis. & in c. preterea. de offi. dele. & ita etiā tenēt ibi Inno. Hostiē. & Panor. et glo. in c. Pastoralis. i glo. pe. eo. ti. Nec refert an iudex sit secularis vel eccl'iasticus: quia etiā iudices eccl'iastici possunt mulctare arg. bo. in c. Dilect⁹. de offi. ord. & in c. Licet. de pœni. vbi plene videat cui sit applicāda mulcta seu pœna pecuniaria a iudice eccl'iastico imposita. De ea vero q̄ imponit a iudice seculari ē tex. il. mulctarū. C. de modo mulctarū. vbi dt. Mulctarū seuera cōpendia ęrario nostro ptin⁹ esse q̄renda nullus ignoret. nisi ipse iudex id quod ad pœnā admissi facinoris exculpit publicis operibus/ vel cursui publico vel alijs necessarijs causis specialiter deputauerit. Differt aūt mulcta a pœna: quia mulcta est quā iudex ex arbitrio imponit: pœna vero est quā imponit ius cōmune vel municipale. notat in li. 1. C. de mo. mulct. in l. Et i mulctis. C. de appel. & in l. 1. ff. si qs ius di. nō ob. & in l. aliud. & in l. si qua pœna. ff. de ver. si. Quādoq; tn̄ pro eodē ponunt. gl. est. in c. de do. & cōtu. Alij tn̄ iudices delegati ab inferiorib⁹ a pricipe nō possunt mulctare: nisi illa facultas sit eis cōcessa a delegāte. bo. est tex. in l. 2. §. . ff. de iudi. glo. & Bar. in l. si qua pœna. & glo. i d. l. eos. C. de mo. mulct. & Bar. & moderni in l. 1. ff. si quis ius di. nō ob. Et eodem modo de iure humano arbitri nō possunt mulctare p̄prie. i. p̄cipere q; pœna soluenda applicet fisco: etiā si esset eis data facultas i forma cōpromissi. vt est tex. no. cū sua glo. in l. arbiter intra certū diē. ff. de arbi. Quis possint mulctare improprie. i. iubere vt pœna applicet parti/ si illa fuerit eis in cōpromisso data potestas. Ita loquitur tex. in l. Non ex omnibus. ff. de arbi. magistrat⁹ etiā municipales quales sunt scabini ciuitatis non possunt mulctare. bo. est tex. in l. Defensores nichil. C. de defenso. ciuita. in verb. Nullas infligat. per quem textū & alios ibidē per eum allegatos/ tenet preceptor meus do. Iason. in l. 1. colum. 5. ff. si quis ius di. nō obtempe. & ibi etiam alios doctores allegat idem tenentes.

c ¶Mulctato pestilente &c. Recurrat ad ea q̄ dicta sunt s. in verb. Flagellare super illud puer. Pestilēte flagellato/ stultus sapiētior erit.

d ¶Aedificauit costā de Adā in mulierē. Multiplicē hui⁹ formatiōis mulieris rationē scripsi s. in verb. Adā. Ibi videat.

e ¶Tulit de fructu illi⁹ & comedit. deditq; viro suo &c. Hinc dicit Ambr. in hexamerō tractatu diei quartę. Adam per Euā deceptus est/ non Eua per Adā. Quē vocauit ad culpā mulier/ iustū est vt eā in gubernatiōe assumat/ ne iterū fœmina facilitate labat. Hoc dictū Ambr: habet in c. Adā. 33. q. 5.

f ¶Cūq; cognouissēt se esse nudos. Circa hā nuditatē videat qd dictū ē in verb. Adā.

g ¶Multiplicabo ęrūnas tuas. Manifestū est multiplicatos esse dolores mulieris atq; suspiria: Sed sacramētū magnū ē. Nemo em̄ a voluptate carnali abstinet donec cōsuetudo vertat in meli⁹. tex. ē. hoc dictū glo. or. sa-

tis ꝓbans in c. ſi. in ſi. 23. q. 6. h ℂ In dolore paries filios. Recurratur ad verbum Dolor. i ℂ Sub viri poteſtate eris. Tex. eſt quo hęc verba declarari poſſunt in c. Manifeſtũ. in c. Eſt ordo. & in ca. Cũ caput. 33. q. 5. & dictũ eſt ſ. in verb. Dolor. k ℂ Simul interficietur cũ eo. Sacrę legis auctoritate aĩalia iubent interfici: non ꝓpter conſcienciã peccati/ ſed qa refricant memoriã facti. tex. eſt in c. Firmiſſime. in ſi. & in c. Mulier & omne pecus. 15. q. 1. de quo etiã dictũ eſt diffuſius ſ. in verb. Coire. l ℂ Videris in numero captiuorum mulierẽ pulchram &c. Quidã putant hãc mulierẽ ſpecie decoram/ ſignificare rationabilem diſciplinã apud gẽtiles inuẽtã. Ab ea ei oportet recidi omnẽ ſuperſtitionis immundiciam vt ad ſtudiũ veritatis aſſumatur. c. Turbat acumen. et c. Legimus. 2. 37. diſt. m ℂ Non induet mulier &c. Recurre ad verbum Fœmina/ & ad verbum Veſtis. n ℂ Auerterũt mulieres cor Salomonis. De hoc eſt tex. in c. Salolomõ. 32. quęſt. 4. de quo .J. in verb. Salomon. o ℂ Nonne mulieres genuerunt regẽ &c. Mulieres eñ adhoc creatę vident vt generẽt. l. 2. & ibi. Bal. C. de Indic. vidui. tollen. facit textꝰ in c. Pudor eſt. 32. qſt. 2. p ℂ Bono habitu & bona ſpecie. De mulieribus ſe ornantibus vt placeant dicit Hoſtien. in cap. 1. In ſi. ne cle. vel mo. Non reprobamꝰ honeſtum & etiam pretioſum & placentem ornatum mulierũ ſine pictura: ſi ideo ornauerint ſe vt placeant viris ſuis. Si vero ornent ſe vt oculos aliorũ hominum ad ſe trahant: hoc omnino illicitum ẽ & mortale. c. Nec ſolo. 32. quęſt. 5. vnde dicit Chryſo. mulier. ſi ſe decorauerit & vocauerit ad ſe oculos hoim/ etiam ſi plagam non intulerit: vindictam tamẽ dabit extremam. Venenũ eñ obtulit: & ſi nullꝰ qui bibat inuentus ſit. Hęc Hoſtien. q ℂ Multi perierũt & iugulati ſunt/ & peccauerũt ꝓpter mulieres. Facit qd dicit Auguſtinus relatus apud legiſtas per Albe. de ro. ĩ dictionario ſuo in verb. Mulier. Mulier ad hominem eſt iter mali/ iter mortis diſciplina ſerpentis/ diaboli conſiliaria/ fons deceptiõis/ rubigo ſanctorũ/ muſcipula animę/ latrocinium vitę/ ſuauis mors/ blanda percuſſio/ pernicies delicata/ ſapida iugulatio & omnium calamitas rerum.

ærumnas tuas/ & conceptus tuos: in dolore [h] paries filios. & ſub viri [i] poteſtate eris/ & ipſe dominabitur tui.

ℂ Mulier quæ ſuccubuerit iumento/ ſimul [k] interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Leuiti. 20. c

ℂ Si egreſſus fueris ad pugnam cõtra inimicos tuos: & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua: captiuoſq; duxeris: & videris [l] in numero captiuorũ mulierem pulchrã: & adamaueris eam/ volueriſq; habere vxorem: introduces eam in domũ tuam. Quæ radet cæſariẽ/ & circuncidet vngues/ & deponet veſtem in qua capta eſt. Sedenſq; in domo tua/ flebit patrem & matrem ſuam vno mẽſe/ & poſtea intrabis ad eam: dormieſq; cũ illa/ & erit vxor tua. Si autem poſtea non ſederit in animo tuo: dimittes eam liberam/ nec vendere poteris pecunia: nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eam. Deu. 21. b. c

ℂ Non induetur [m] mulier veſte virili/ nec vir vtetur veſte fœminea. Abominabilis enim apud deum eſt qui facit hæc. 22. a.

ℂ Auerterunt [n] mulieres cor Salomonis &c. vt ĩfra in verbo Salomõ. 3. regũ. 11. a

ℂ Vnus trium iuuenum qui regis Darij cuſtodiebãt corpus ſcripſit. Forte eſt vinũ. Alius ſcripſit. Fortior eſt rex. Tertiꝰ ſcripſit. Fortiores ſunt mulieres. Super omnia autẽ vincit veritas. 3. Eſdrę. 3. c. vbi diffuſius. & capite ſequenti. & infra in verbo Rex.

ℂ Tertius iuuenis qui dixerat de mulieribus & veritate: hic eſt Zorobabel/ cœpit loqui. Viri: non magnus rex/ & multi homines/ nec vinũ prępcellit. Quis eſt ergo qui dominatnr eorum? Nonne [o] mulieres genuerunt regem & omnem populum qui dominatur mari & terræ: & ex illis nati ſunt/ & ipſi educauerunt eos qui plantauerunt vineas/ ex quibus vinum fit. Et ipſę faciũt ſtolas omnium hominum: & ipſę faciunt gloriam hominibus: & non poſſunt homines ſeparari a mulieribus. Si congregauerint aurũ & argentũ & omnem rem ſpecioſam: & viderint mulierem vnam bono habitu [p]/ & bona ſpecie: omnia hęc relinquentes in eam intendunt: & aperto ore conſpiciunt: & eam alliciunt magis q̃ aurum & argentum & omnem rem pretioſam. Homo patrem ſuum relinquit qui enutrijt illũ/ & ſuam regionem: & ad mulierem ſe coniungit. Et cum muliere remittit animam: & neq; patrem meminit/ neq; matrem/ neq; regionem. Et hinc oportet vos ſcire: quoniam mulieres dominantur veſtri. Nonne doletis? Et accepit homo gladiũ ſuũ/ & vadit in viã facere furta/ & homicidia/ & mare nauigare/ & flumina & leonem videt: & in tenebris ingreditur: & cum furtum fecerit & fraudes & rapinas/ amabili ſuæ affert. Et iterũ. Diligit homo vxorẽ ſuam magis q̃ patrem aut matrem. Et multi demẽtes facti ſunt propter vxores ſuas: & ſerui facti ſunt propter illas. Et multi [q] perierunt & iugulati ſunt: & peccauerũt propter mulieres. Et nũc credite michi: quia magnus eſt rex in poteſtate ſua: quoniam omnes regiones verẽtur tangere eum. Videbã tamen Apennẽ filiam Bezacis murifici concubinã regis ſedentem iuxta regem ad dexteram: & auferentem diadema de capite eius: & imponẽtem ſibi/ & palmis cedebat regem de ſiniſtra manu. Et ſuper hæc aperto ore ituebatur eam: & ſi arriſerit ei/ ridet. Nam ſi indignata fuerit ei/ blãditur donec recõcilietur in gratiam. O viri cur non ſunt fortiores mulieres? 3. eſdrę. 4. b c. d.

r ¶ Inclinata est ad mortem domus eius: & ad inferos semitę ipsius &c. Facit quod dicit Origines citatus apud legistas per Albe.de Ro. In dictionario suo in verb. Mulier: dum inquit. Mulier est caput peccati/ Arma diaboli/ expulsio paradisi/ delicti mater/ corruptio legis antiquę. rr ¶ Mulier viri pretiosam animā capit. Hinc dicit Hieronymus. Hospitiolū tuum raro aut nunq̄ mulierum pedes terant: quia non potest toto corde cū deo habitare/ qui fœminarū accessibus delectatur. Fœmina nāq; conscientiam secū pariter habitātis

Puer.2.c.d. ¶ Si intrauerit sapiētia cor tuum: & scientia animæ tuę placuerit: cōsilium custodiet te: & prudentia seruabit te &c. Vt eruaris a muliere aliena & ab extranea quæ mollit sermones suos: & relinquit ducē pubertatis suæ: & pacti dei sui oblita est. Inclinata r est enim ad mortem domus eius: & ad inferos semitæ ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam/ non reuertentur: nec apprehendent semitas vitæ.

5.d. ¶ Sit vena tua benedicta: & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima/ & gratissimus hinulus. Vbera ei9 inebriēt te omni tempore: & in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena: & foueris in sinu alterius? Respicit dominus vias hominis: & omnes gressus eius consyderat.

6.c.d. ¶ Mādatum lucerna est/ & lex lux: & via vitæ increpatio disciplinæ: vt custodiant te a muliere mala/ & blanda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinē eius cor tuū: ne capiaris nutibus illius. Pretiū enim scorti vix est vni9 panis. Mulier rr autem/ viri pretiosam animā capit. Nunquid potest homo abscōdere ignē in sinu suo: & vestimēta illius non ardeant? aut ambulare super prunas vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierē proximi sui: non erit mūdus cum tetigerit eam.

7.b.c.d. ¶ Dic sapientiæ/ soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam. Vt custodiat te a muliere extranea: & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem: & video paruulos. Consydero vecordem iuuenem qui trāsit per plateas iuxta angulum: & prope viam domus illius graditur in obscuro/ aduesperascente die in noctis tenebris & caligine. Et ecce s occurrit illi mulier in ornatu meretricio/ præparata ad decipiendas animas. Garrula & vaga/ quietis impatiens: nec valens in domo cōsistere pedibus suis. Nunc foris/ nūc in plateis/ nūc iuxta angulos insidiās. Apprehēsumq; deosculatur iuuenem: & procaci vultu blāditur/ dicens. Victimas p salute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuū: desiderans te videre & reperi. Intexui funibus lectulum meum: straui tapetibus pictis ex Aegypto/ aspersi cubile meum myrrha & aloe & cynamomo. Veni inebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus: donec illucescat dies. Nō ss est eni vir ī domo sua: abijt via longissima/ sacculum pecuniæ secū tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domū suam. Irretiuit eū multis sermonibus: & blandicijs labiorum protraxit illum. Statim t eam sequitur quasi bos ductus ad victimam: & quasi agnus lasciuiēs & ignorans q̄ ad vincula stultus trahatur donec transfigat sagitta iecur eius. Velut auis si festinet ad laqueū & nescit q̄ de periculo aīę illius agit. Nūc ergo fili audi me/ & attēde verba oris mei. Ne abstrahatur ī vijs illi9 mens tua: neq; decipiaris semitis eius. Multos eni vulneratos deiecit: & fortissimi tt

exurit. Quare fœminā quā bene videris cōuersantem/ mente dilige nō corporali frequētia. De quo dicto Hiero. tex. est in c. Hospitiolū. 32. dist. vnde dicit Grego. in dialogorū suorum li. 4. p̄sbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiā cū magno timore dn̄i: q ex tempore accepti ordinis/ prębyteram suam vt sororem diligens: sed quasi hostem fugiens/ ad se propius accedere non sinebat eāq; sibi appropinquare nulla occasiōe permittebat: sed ab ea sibi cōmunionē familiaritatis abscidit. De qua sentētia Gregorij ē tex. in c. Prębyter. eadē dis. s ¶ Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio. Videatur quod dictū est 3. eodē. p. in fi. ss ¶ Non est enim vir ī domo sua. Et sic loquitur hęc sententia de meretrice nupta. Circa quam notetur singulariter q̄ si pariat/ partus p̄sumitur esse mariti/ non aūt cuiuscūq; alterius. vnde filio nato ex meretrice nupta/ non obest meretriciū matris vt a successione sui mariti repellatur. Tex. est qui reputatur singularis. in l. Miles. §. defuncto. ff. ad l. Iuliā. de adul. De quo tamē textu videatur qd diffuse scribit pręceptor meus Decius. in ca. Per tuas i. I. no. post Panor. ibi de proba. t ¶ Statim eā seqt quasi bos ductus ad victimā &c. Facit qd dicit Secūdus philosoph9 citat9 apud legistas p Albe. de Ro. vbi ē. mulier ē hois cōfusio/ insatiabilis bestia/ cōtinua sollicitudo/ domus tempestas/ solitudinis impedimentū/ viri incontinentis naufragium/ pondus grauissimū/ aspis insanabilis/ humanū mancipiū/ indesinens pugna/ dānum quotidianū/ ianua diaboli/ cauda scorpionis/ sepulchrū dealbatū/ vulnus insanabile/ venenū in dulcedine latens/ animę coruptela/ forma decipiens/ languor suauis/ humiditas dulcis/ cōtinuū bellū/ carcer cordis/ mors manifesta/ Euacuatio bursarū/ inquisitio munerū/ doctrinę impedimentū/ perturbatio scholariū/ infamia sacerdotū/ confusio religiosorū/ honestatis infamia/ culpę mater/ radix vitiorū: Cuiuslibet mali finis & pricipiū. tt ¶ Fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Facit qd dicit Hiero. mulierum deceptionem timens & timendam edocens. Non sum fortior Samsone/ sapientior Salomone/ sanctior Dauid/ qui per mulieres decepti fuerūt. Samson per Dalidam Dauid per Bersabee/ & Salomon per mulieres alienigenas. hoc dictum Hiero. citat Archi. in di. capi. Hospitiolum. 32. distinct.

quiq; iterfecti sūt ab ea. Vię iferi dom9 ei9: penetrātes īteriora mortis.

❡Mulier stulta & clamosa plenaq; illecebris : & nichil omnino sciēs/ sedet in foribus domus suę super sellā in excelso vrbis loco: vt vocaret transeuntes per viam & pergentes in itinere suo. Quis[v] est paruulus declinet ad me. Et vecordi loquuta est. Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior. Et ignorauit ꝙ ibi sint gigantes: & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi/descēdet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea/saluabitur. prouerb.9. c.d.

❡Mulier gratiosa inueniet gloriam. 11.b.

❡Circulus aureus[vv] in naribus suis: mulier pulchra & fatua. 11.c.

❡Mulier diligens corona est viro suo: & putredo in ossibus eius: quæ confusione res dignas gerit. 12.a.

❡Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoq; manibus destruet. 14.a.

❡Qui inuenit mulierem bonam: inuenit bonum/& hauriet iocunditatem a domino. 18.d.

❡Qui expellit[x] mulierem bonam/ expellit bonum: qui autem tenet adulteram/stultus est & insipiens. eodem.

❡Dolor pr̄is fili9 stult9: & tecta[xx] iugiter perstillātia/litigiosa mulier. 19.c.

❡Melius est sedere in angulo domatis: q̄ cū muliere litigiosa & in domo conuiuij. puer. 21.b. &.25.d.

❡Melius est habitare in terra deserta: q̄ cū muliere rixosa & iracūda. 21.d.

❡Tecta perstillantia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur. 27.c.
Qui retinet eam quasi qui ventum teneat: & oleū dextræ suæ euacuet.

❡Mulierē[y] fortē quis inueniet? Procul & de[z] vltimis finibus pretiū eius. Cōfidit[a] in ea cor viri sui: & spolijs[b] non indigebit. Reddet[c] ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæsiuit[d] lanam & linū: & operata est consilio manuum suarū. Facta[e] est quasi nauis vltio.b.c.d

v ❡Quis est paruulus declinet ad me. Paruul9 certe sensu est qui ad mulierem declinat. in ea em̄ (vt dicit Augustinus citat9 per Archi. in d.c. Hospitiolium) nichil aliud est q̄ vt feriat proximantem.

vv ❡Circulus aureus in naribus suis/mulier pulchra & fatua. Qui ornamentū diuini eloquij consequit sed hoc male viuendo insequitur: circulū aureū habet in narib9 suis/sed more suis terā vertit. quia quę odore notitię percepit/immunda actione sordidauit. ideo mulier pulchra per scientiam/sed fatua per actionem. Pro hac declaratiua sententia (q̄ est gl. or.) est tex. in ca. Multi. versi. Non omnis. 40. dist. de quo dictum est in verb. Disciplina i fi. Et in c. 1. versi. lipp9. 49. dist. de quo dictum est in verb. Deus ad Ro. 1.

x ❡Qui expellit mulierē bonam / expellit bonum. Quando licitum sit marito expellere mulierem suam quis bonam: dictum est s̄. in verbo Dos. vbi videatur.

xx ❡Tecta iugiter perstillantia / litigiosa mulier. Mystice: Sicut tecta perstillātia pluuiā suscipiunt/ non tamen ad vtilitatem sed ad molestiam inhabitantiū: sic ecclesia hęreticorū / diuina verba non ad salutem animarū sed ad vsū suę nequitię male interpretando/ & contra catholicos litigando conuertit. Tecta em̄ mūdas pluuię guttas accipiunt sed sub tectis i domo sordidas reddunt: & hęreticus lympidissima cœlestis oraculi verba suscipit/ sed sorde mixta auditorib9 reddit: put ista (quę sunt glo. or.) probatur in c. Omnem. 37. dist. iuncto c. Quidā. fi. 24. quęst. 3.

y ❡Mulierem fortem quis inueniet (procul &c. Hęc sentētia solet per metaphoricā locutionē de ecclesia intelligi: vt sit sensus. Quis nā ille tātus ac talis/ qui de tot incredulis mundi nationibus vnam sibi electorū ecclesiā congreget/ quam sua gratia fortē ac insuperabilē efficiat? Is profecto non hoc tēpore: sed in fine seculorū venturus est/ Deus homo. s. qui nos sua passione redempturus est/ & in ecclesiā formaturus sponsam suā. ꝑut hoc dicitur in cle. j. circa princi. de sum. tri. et fi. ca. cuius ecclesię fortitudo monstrata est per eius sponsum Christū dum Petro dixit. Super hanc petrā ędificabo ecclesiam meā: & portę inferi non pręualebunt aduersus eam. c. Ita dn̄s. 19. distin.

z ❡De vltimis finibus ꝓciū ei9. Preciū inuentoris ecclesię. j. ipse Christus qui se ipsū ꝑ nobis dedit in ꝓciū de vltimis finibus est: quia a summo cœlo egressio eius. d. cle. j. in princip. de sum. & fi. catho.

a ❡Confidit in ea cor viri sui. Vir/ Christus dicitur: iuxta illud propheticū. Fœmina circundabit virū. de quo per Hostien. in c. 1. col. 3. de sum. tri. & fi. ca. & suus. j. ecclesię Profluētib9 em̄ ex Christi latere aqua & sanguine/ formata est vnica & immaculata ac virgo sancta mater ecclesia/ coniunx Christi: sicut de latere primi hominis soporati Eua sibi in cōiugiū est formata. d. cle. j. paulo post prin. de sum. tri. I qua sua cōiuge ecclesia Christ9 cōfidit: quia scit ecclesiā errare non posse: quia ipse dn̄s rogauit pro ea vt non deficeret. 21. dist. in pri. & dictū est s̄. in verb. Ecclesia.

b ❡Et spolijs nō indigebit. Quos dn̄s ꝓsciuit ac prędestinauit esse suos/ si nōnunq̄ in aliquos prolabi reat9 cōtingat: ante tn̄ vitę terminū reuocat eos ecclesia a dęmonis potestate. Ad eā em̄ redeunt quā deseruerūt rectā vitam: sicq; fit vt spoliū diaboli recuperet ecclesia: nec eo indigeat seu careat qui a suo sponso pręstitus fuerat seu prędestinatus. Prout hęc ꝓbantur. in c. hanc societatem. de pœni. dist. 4.

c ❡Reddet ei bonū & non malū omnib9 diebus vitę suę. Ecclesia em̄ omni tempore intemerata persistet/ sine vlla. s. hęreticorū insultatione pręualente. c. A recta. in fi. c. hęc est fides. in fi. ca. pudenda. in fi. 24. quęst. 1. & d. c. ita dn̄s. 19. dist.

d ❡Quęsiuit lanam & linū: & operata est cōsilio manuū suarū. Mystice secundū glo. ord. in lana (q̄ habitus est ouiū) pietatis et simplicitatis opera q̄ pximis ipēdunt accipim9. In lino (qd ex terra virens orit/ sed multo & longo exercitio amittit humorē natiuū & ad gratiā noui candoris peruenit) castigatio carnis nostrę intelligit. Dū em̄ ingenitas vitiorū sordes per cōtinentiā excoquim9: dignā vestē qua Christū induam9/ & opera bona faciliter impleam9 / efficim9. d. c. fi. in fi. 23. q. 6. Quęrit ergo fortis Mulier lanā & linum: & operat consilio manuū suarū/ qn̄ ecclesia sollicite perquirit quibus pietatis fructib9 suos exerceat /& a mundi seu carnalibus illecebris emūdet/ ac retrahat. iuxta ea q̄ habet in ca. Displicet cū sequētib9. 23. q. 4.

e ❡Facta est quasi nauis institoris de longe portans panē suū. Institoris nauis q̄ ē (dicit glo. ord.) onerata mercimonijs q̄ in patria sua abundāt/ per mare portat: vt vēditis q̄ attulerat

chariora domū reportet. sic ecclesia/ sic anima deo deuota/ virtutū diuitijs gaudet onustari: quibus maiora diuinę gratię dona mereatur/ & per incrementa virtutū ambulet varios ipsius gradus acquirat. c. dum sanctā de pœni. dist. 2. has aūt virtutū diuitias de longe portat: quia ad solā dei retributionē ęternam. s. futuri seculi vitam respiciens/ humani fauoris retributionē declinat/ ne de eis sit quibus dicit. Amen dico vobis/ receperūt mercedem suam. d. c. Cauendum. de pœni. dist. 3.

institoris de longe portans panem suum. De nocte [f] surrexit / deditq predam domesticis suis/ & cibaria ancillis suis. Cōsyderauit [g] agrum & emit eum: de fructu manuum suarum plātauit vineam. Accinxit [h] fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium suum. Gustauit [i] & vidit quoniā bona est negociatio eius: nō extinguetur in nocte lucerna eius. Manum [k] suam misit ad fortia: & digiti eius apprehenderūt fusum. Manum [l] suam aperuit inopi: & palmas suas extēdit ad pauperem. Non [m] timebit domui suæ a frigoribus niuis: omnes eni domestici ei9 vestiti sunt duplicibus. Stragulatā [n] vestē fecit sibi/ byssus & purpura indumentum eius. Nobilis [o] in portis vir eius / quando sederit cum senatoribus terræ. Syndonē [p] fecit/ & vendidit: & cingulū tradidit Chananeo. Fortitudo [q] & decor indumentum eius: & ridebit in die nouissimo. Os [r] suum aperuit sapientiæ: & lex clemētiæ in lingua eius. Consyderauit [s] semitas domus suæ: & panem ociosa nō co-

f ¶ De nocte surrexit: deditq predā in domesticis suis / & cibaria ancillis suis. De nocte surgit ecclesia: Cū quis fidelis ad agendū proximorum curam solicite accingitur/ legislatoris exemplo & actiuus simul esse cupiēs & contēplatiuus c. Nisi cū pridem. paulo āte si. de renū. Dat ꝑdā domesticis suis cum eos quos diabolus eripuit/ eorum societati qui in fide perstiterunt conciliat iuxta id quod scriptum est. Christ9 moriturus erat pro gente: vt filios dei dispersos cōgregaret in vnū. d. c. Hanc societatem. & d. ca. si ex bono. col. 2. de pœni. distin. 4. Dat ancillis suis cibaria. cū hūiles quosq & timore iussa seruātes ne lāguescāt/ ꝑ labore mercedis cōmēoratiōe reficit: vt sic crescat charitas & minuat tior. iuxta id qd dicit Aug. in c. Sicut seta. de pœni. dis. 2. g ¶ Considerauit agrū & emit eū: de fructu manuū suarū plantauit vineā. Non omnes dei ecclesia verbi diuini vult esse seminatores/ sed imprimis agrū considerat. i. cuiusq naturam ac solertiam: & cum bonam inuenit/ emit eū. i. bona ei ecclesiastica distribuit: vt sic plantetur in eo vinea dñi & ędificetur. i. vt populū habeat quem erudire possit & debeat: tanq missus iniunctū habens ꝑdicandi officiū & ipsum auctoritate propria non vsurpans/ propter id quod scriptū est. Quomodo prędicabunt nisi mittantur. c. Cum ex iniuncto. de hęreti. h ¶ Accinxit fortitudine lumbos suos/ & roborauit brachiū suum. Ecclesia seu fidelis bene prius lumbos accingit/ postea roborat brachiū suum: quia bonum opus deo acceptabile non est nisi prius carnis & mentis luxuria restringatur: put est bo. tex. in c. 1. versi. iugem vero scabiem. iuncto versi. finali. 49. dist. & facit tex. in c. Nichil prodest. de consec. dist. 5. i ¶ Gustauit & vidit quia bona est negociatio eius: non extingnet in nocte lucerna eius. Scit sancta ecclesia & aperte nouit. q ei9 qui per instantiā prędicādi studet alios ad viā veritatis adducere/ bona est operatio: atq ideo nullis tribulationum tenebris lucernā deuotionis eius extinguit. c. Scim9. in si. 43. dist. & c. si. in si. 47. dist. k ¶ Manum suā misit ad fortia: & digiti eius apphenderunt fusum. Eccl'ia nedū circa obeunda diuina pręcepta immoratur: sed etiā aliquos implēdis diuinis cōsilijs inuigilātes fouet/ recipit/ & commendat. c. exijt qui seminat. de verb. signifi. libr. 6. l ¶ Manū suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperē. aperit ecclesia manū inopi/ cū mysteria fidei ignorantibus per operarios veritatis reuelat. scdm eā distinctionem q habet in c. In mandatis. 43 dist. palmas suas extendit ad pauperem/ cū late lōgeq prędicatores ad populos ęternę salutis egentes mittit/ ipsos missos fauoribus ꝑsequendo: iuxta textum in ca. Quam sit laudabile. de Iudęis.
m ¶ Non timebit domui suę a frigorib9 niuis. Oēs em domestici ei9 vestiti sunt duplicib9. Frigora niuis sunt corda malorū/ perfidię torpore algentia: a quib9 non timet eccl'ia suppeditari. qnquidem & si frequentibus hęreticorū ꝓcellis agitari visa sit / nusq tn visa est obrui. d. c. A recta. & d. c. Hęc est fides. in si. 24. q. 1. vestita est nāq duplicibus sapientia. s. ad reuelādas hęreses. c. Maiores in prin. de bap. & patiētia ad tolerandas apertorū hostiū pugnas: put est celebris tex. in extrauagā. discipulorū. in ti. de cele. missa. n ¶ Stragulatā vestē fecit sibi. Stragulata vestis/ q variante textura sit firmissima. diuersa virtutū ecclesię seu iustorum hoīm in ea existētiū ornamēta significat. de quib9 pōt illud intelligi. In domo patris mei/ māsiones multę sunt. c. In domo. de pœni. dist. 4. Et quia byssus virens orit/ sed multis exercitatiōibus amisso humore natiuo ad decorē candidę vestis ducit. Bysso induit eccl'ia/ cū corpora sua castigāt electi/ instar Pauli: qui licet vas electionis & pręparatus in euangelio Christi: ob carnis tn aculeos & incentiua vitiorū reprimit corpus suū & seruituti subijcit: ne alijs prędicās ipse reprobus inueniat. c. Si Paulus. in prin. 32. q. 5. Purpura aūt induit: dū q agit nō amore laudis/ sed regni perēnis exercet. iuxta id qd habet in sępe allegato cap. Cauendū de pœni. disti. 3.
o ¶ Nobilis in portis vir ei9 qn sederit cū senatorib9 terrę. Vir ecclesię Christus sublimis & excelsus apparebit qn venerit iudicatur9 viuos & mortuos cū his quib9 dixit. Cū venerit fili9 hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos iudicātes duodeci trib9 Israel put habet per Archi. in c. Vereor. 8. q. 1. p ¶ Syndonē fecit & vendidit/ & cingulū tradidit Chananeo. Syndonē fecit eccl'ia ac vēdidit/ & cingulū tradidit Chananeo. dū relictis infidelib9 ad gētes per vim ꝑdicatiōis/ fidē ac rectā viuēdi cōuersationē/ i qua molliter quiescit vt in lintheo subtilis syndonis. Trāstulit: de qua trāslatiōe est tex. in c. Cū igit. §. hac itaq. versi. Deinde. 35. q. de quo dictū est in verb. Iesus. Matthęi. 15. x. vbi videat. q ¶ Fortitudo & decor/ indumentū eius: & ridebit in die nouissimo. Eccl'ia seu iust9 in ea existēs decorē habet cū operatur iustitiā/ fortitudinē cū persecutionē patitur ꝓpter iustitiā: ideo ridebit in die nouissimo. i. gaudebit in retributiōe regni cœlestis q dolebat in certamine vitę pręsentis. c. Fleat pro te. de pœni. dist. 1. r ¶ Os suum aperuit sapientię/ & lex clementię in lingua ei9. Eccesia ad hoc tantū loquēs os aperit vt sapientiā doceat: cauens ne indiscreta locutione in audientium cordib9 fidei vnitatē confundat. c. Sit rector. §. prouidendū. 43. dist. Et non statim punit vt lex Moysi: sed misericorditer parcit: quia illa rigoris/ hęc clementię est. c. Hęc autē. §. Ex his. 23. quęst. 4. s ¶ Cōsiderauit semitas domus suę: & panem ociosa non comedit. Considerat ecclesia semitas domus suę. i. vniuscuiusq cogitationes diligenter inuestigat: vt sic an in primo tantū motu/ aut in delectatione/ vel etiam in operis executione versatę fuerint perpendat. Istud em est quod circa eas animaduerti debet. c. Sed pensandū. 5. dist. & panem ociosa non comedit: quia domini corpus percipiēs studet imitari actu quod mysterio celebrat: ne indigne

panem domini comedẽdo/ & calicẽ bibendo: iudiciũ sibi manducet & bibat. c. Timorẽ. in prin. de conse. dist. 2.
t ℭ Surrexerunt filij eius & beatissimã prędicauerũt. & vir ei⁹ laudauit eã. Filij ecclię per regñationẽ sur
gentes in resurrectione: ecclesiã eorum matrẽ cõmendabunt: beneficiũ suę regenerationis agnoscentes/ tanq̃ si-
ne eo regenerationis beneficio salutẽ quam accipiunt/ accepturi non essent. cum solis ex aqua & spũsancto rena
tis debeatur. c. Regenerante. in fi. & c. seq. de consecr. dist. 4. & d. c. Maiores. de baptis. & eius etiã sponsus lau
dabit eã tanq̃ fidelẽ suo-
rũ conseruatricẽ: Remu
nerans eos perenni bea-
titudine. d. c. 1. col. fi. de
summ. tri. & fi. ca.
v ℭ Multę filię cõ-
gregauerunt diuitias/
tu supegressa es vniuer-
sas. Ecclesię hęreticorũ
et malorũ catholicorũ/
quę dicuntur filię Chri-
sti vel ecclesię catholicę:
tametsi in veritate non
sint: vnde Ioannes. De
nobis exierunt/ sed non
erãt ex nobis. d. c. Si ex
bono. col. 2. de pœ. dist.
4. congregauerunt sibi
diuitias. i. eleemosynas
ieiunia/ orationes/ sa-
crificia. Sed ecclesia vera
superegressa es vniuer-
sas illas ecclesias: qa su-
pradicta pietatis opera
meritorie non exercẽt:
put facit ecclesia catholi
ca. c. Odit deus. & c. Illi
offerunt. 1. quęst. 1.
x ℭ Fallax gratia/
& vana est pulchritudo/
Fallax est eorũ gratia q
cuncta opera sua huma-
nę laudis studio faciunt.
At mulier fortis. i. Eccle
sia q̃ dei timore innitẽs/
bonis inuigilat operib⁹

medit. Surrexerunt [t] filij eius/ & beatissimã prędicauerunt: & vir eius laudauit eam. Multæ [v] filiæ cõgregauerunt diuitias: tu superegressa es vniuersas. Fallax gratia [x] & vana est pulchritudo. Mulier timens deum ipsa laudabitur. Date [y] ei de fructu manuũ suarum: & laudent eam in portis opera eius.

ℭ Inueni amariorem morte mulierem: quæ laqueus [z]: venatorũ est: & sagena cor eius. Vincula sunt manus illius. Qui [a] placet deo/ effugiet illam: qui autem peccator est/ capietur ab illa. Eccles. 7. d.

ℭ Virum [b] de mille vnum reperi (ait Ecclesiastes) mulierem ex omnibus non inueni. eodem.

ℭ Noli discedere a muliere sensata & bona quam sortitus es in timore domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. Eccli. 7. b.

ℭ Mulier si est tibi secundum animam tuam/ non proijcias illam: & odibili non credas te in toto corde tuo. 7. c.

ℭ Non zæles [c] mulierem sinus tui: ne ostendat super te maliciam doctrinæ nequam. 9. a.

ℭ Non des mulieri potestatẽ animæ tuę: ne igrediatur in virtute tua/ & confundaris. eodem.

ℭ Ne respicias mulierẽ multiuolam: ne forte icidas in laqueos illius. eodem.

ℭ Auerte [d] faciem tuam a muliere compta: & ne circunspicias speciẽ alienam. Propter speciem mulieris/ multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. 9. b.

ℭ Omnis mulier quæ est fornicaria/ quasi stercus in via cõculcabitur. eodem.

laudabit: & mercedẽ quã ab hoibus nõ accepit/ a deo recipiet. d. c. Cauẽdũ. de pœ. dist. 3. hoc est qđ subiũgitur.
y ℭ Date ei de fructu manuũ suarũ: & laudent eã in portis opera sua. Accipiat retributionẽ fructus ma
nuum suarũ: quia opera sua/ nõ aũt fauores hominũ superuacui eã laudant. z ℭ Laqueus vena-
torũ est. Idest ẽ laqueus dęmonũ qui venatores dicunt: quia venant animas nr̃as. d. c. Nulli. in prin. 3. quęst. 1.
a ℭ Qui placet deo effugiet illã. Hinc omĩbus quibus p̃ cęteris incũbit deo placere quales sunt sacerdotes
et episcopi ac cęteri in sacro ordine cõstituti: vtroq; humano iure p̃cipitur mulieres effugere: ea tamẽ modera-
tione seruata de qua habet primo in. §. p̃sbyteris in auten. de sanctis epis. colla. 9. vbi dicit. p̃sbyteris/ & diaco-
nibus/ & subdyaconib⁹/ & omĩbus in clero conscriptis non habẽtibus vxorẽ: secundũ sacros canones interdici-
mus etiã nos/ mulierẽ aliquã in propria domo superinductã habere: citra tñ matrẽ/ aut sororẽ/ aut filiã/ aut a-
lias personas q̃ oẽm suspicionẽ effugiũt. Si quis aũt absq; hac obseruatione mulierẽ in sua domo habet q̃ potest
ei suspicionẽ inferre: & semel & scdo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus ne cũ tali muliere habitaret:
et eijcere eã de sua domo noluerit/ aut accusatore apparente pbetur inhoneste cũ muliere cõuersari: tunc episco
pus eius secundũ ecclesiasticos canones de clero eũ amoueat: curię ciuitatis cuius clericus erat tradendo. Episco-
pũ vero nullã penit⁹ mulierẽ habere/ aut cũ ea habitare permittim⁹. Si aũt hoc pbetur nequaq̃ custodiens: epi-
scopatu pijciat. ipse eñi se indignũ ostẽdit sacerdotio. Hęc lex. qui subquodam cõpendio refert in autẽtica. Epo
nullã. cũ glo. C. de epis. & clericis. scdo in c. Sed si forte. in fi. 81. dist. vbi dr̃. Nemo clericorũ cũ extranea habitet
fœmina: nisi soror aut pxĩa fuerit/ & cũ magna solicitudine fiat. Nõ eñi ignoro malicias sathanę. Et i c. Fœmi-
nas. eadẽ dist. vbi dr̃ Fœminas nõ alias in domo clericorũ esse patit: nisi eas tñ/ quas pter solas necessitudinũ
causas habitare cũ eis synodus nicena pmisit. Vñ legit in cõcilio Carthaginẽsi de quo habet in c. Cũ oibus. eadẽ
dist. Cũ oib⁹ oino clericis extranęę fœminę non cohabitent: sed solę matres/ auię/ & materterę/ amitę/ sorores/
filię fratrũ aut sororũ/ & quacũq; ex familia domestica necessitate etiã anteq̃ ordinarent iam cũ eis habitabãt
vel filij si eorũ iam ordinatis parentibus vxores accepẽrũt. Hęc ibi. Ex his & alijs plerisq; quę citari possent: li-
quet clericorũ & mulierũ cohabitationẽ phiberi vtroq; iure. Aduertat tamen quia strictior videt iuris ciuilis
phibitio q̃ canonici: Siquidẽ nullã etiam non suspectã mulierẽ ab episcopo teneri ius ciuile statuit: cũ tamen
iure canonico possint etiã episcopi mulieres habere nõ suspectas: put cõcludit Panor. in c. Ecclesia. col. 8. & ibi
do. meus Philip. Deci⁹. col. 19. de cõstitu. & de hoc est tex. apertus qui est Niceni cõcilij. in c. Interdixit. 32. dist.
b ℭ Virum de mille vnũ reperi: mulierẽ ex omnibus non inueni. Idest paucos ex hoim numero iustos in-
ueni: ex mulieribus aũt paucissimas iustas reperi. Vnde dicit iustas se non inuenisse/ cũ tam paucas inuenerit:
vt dicere posse videatur se nullas inuenisse. vnde hac cõsideratiõe dr̃ in l. Ex his. ff. de legi. de bonis mulierib⁹ nõ
esse faciendam legem: quia paucę sunt. de malis autem esse faciendam: quia multę sunt. c ℭ Nõ zęles
mulierem sinus tui &c. Videtur dici posse hac sententia nimis libidinosum circa vxorem affectum inhiberi: ne
etiam cum vxore propria in crimen contingat incidere. Vsus enim naturalis si vltra modũ probabitur/ in vxo
re veniale peccatum est: in meretrice aũt damnabile. Sed libido quę contra naturam est execrabiliter fit in me-
retrice: sed execrabilius in vxore. c. Adulterij 32. quęst. 7. d ℭ Auerte faciem tuam a muliere cõ-
pta. Facit celebris textus Augustini in c. Nec solo. 32. quęst. 5. de quo videatur in verb. Auertere.

e ¶ Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Hinc dicit textus in c. Clericus.81.dist. Clericus solus ad fœminę tabernaculū accedat: neq; properet sine maioris natu iussione: nec solus presbyter cū sola fœmina fabulas misceat: nec archidiaconus sub pretextu humilitatis aut officij frequenter intret domicilia matronarum aut forte per clericos aut domesticos mandet aliquid secrete. Si agnitū fuerit: & ille doponatur/ & illa a liminibus ecclesiæ arceatur. Et in c. In omnibus.eadē dist. dicit textus qui est niceni concilij. In omnibus obseruare conuenit vt certus quis & certo tempore/ & certo loco/ & certis personis/ vel apparere clericꝰ vel loqui debeat mulieribus vt excludat ois infāda suspitio: solū eñ ad solā accedere nulla religiōis rō pmittit. Hęc ibi

Speciem mulieris alienę multi admirati repbi facti sunt. Colloquiū [e] enim illius quasi ignis exardescit.

Eccli.9.b. ¶ Cum aliena muliere non sedeas omnino: nec accumbas cum ea super cubitum: & nō alterceris cum illa in vino/ ne forte declinet cor tuū in illam: & sanguine tuo labaris in perditionem.

10.c. ¶ Nō est creata hominibus superbia: neq; iracūdia nationi mulierū.

19.a. ¶ Vinum [f] & mulieres apostatare faciunt sapientes: & arguunt sensatos: & qui [g] se iungit fornicarijs/ erit nequam.

23.d. ¶ Mulier omnis relinquens virum suum: & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primo in lege altissimi incredibilis fuit: & secundo virum suum dereliquit: tertio in adulterio fornicata est/ & [h] ex alio viro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiā adducetur: & in filios eius respicietur. Non [i] tradent filij eius radices: & rami eius non dabūt fructū: derelinquent in maledictū memoriam eius: & dedecus illius non delebitur. Et agnoscent qui derelicti sunt. quoniam nichil melius est q̄ timor dei: & nichil dulcius q̄ respicere in mandatis domini.

25.a. ¶ In tribus placitum est spiritui meo/ quæ sunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrum/ & amor proximorum/ & vir & mulier sibi bene consentientes.

25.b. ¶ Beatus qui habitat cum muliere sensata.

f ¶ Vinum & mulieres apostatare faciūt sapientes: & arguūt sensatos/ Hinc cōcilio Maguntinensi cautum est: mulieres de incōtinētia suspectas/ cū clericis nō habitare: etiam si de illis sint personis/ quarū cohabitatio per sacros canones permittitur: vt si matres sint/ amitæ/ sorores aut consanguineę limitandi sunt enim & intelligēdi illi canones pmissiui. nisi tales personę essent verisimiliter suspectæ textus est quem gl. & cōmuniter docto. sic intelligunt in ca.1.de cohabi. cleri. & mulie.

g ¶ Qui se iungit fornicarijs/ erit neq̄. Recurratur ad verbū Fornicarius. h ¶ Ex alio viro filios statuit sibi. De mulieribꝰ alienū sibi partum supponentibus seu prolem ex alio viro suscipientibus/ ne maritorum suorum hæreditas ad extraneos deuoluatur/ est notabilis decisio Inno. tertij. in c. Officij. de pœni. & remis. vbi Innocentius ad presbyterū cardinalem apostolicæ sedis legatū scribens/ ait. Significasti quandā mulierē in pœnitentia tibi fuisse confessam/ q̄ timens ne viri possessio deuolueret ad alios: Quarundā herbarū succū potauit/ & sic venter eius intumuit: & inde grauidā se ostendens/ sibi partū supposuit alienū: timensq; maritū non vult facinus ipsi detegere: qui prolē credit sine dubitatione qualibet esse suā. Quoniā igit postulas edoceri: vtrū ei hac fraude durante sit pœnitentia iniungenda. Respōdemus q̄ sicut mulieri q̄ ignorante marito de adulterio prolē suscepit: q̄uis id viro suo timeat confiteri/ non est pœnitētia denegāda. ita nec illi debet pœnitētia denegari. Maxime si per alios itelligis alienos ad quos timeat possessionē viri deuolui/ sed cōpetens satisfactio per discretū sacerdotē ei debet iniungi. Hæc tex. vbi glosa & doctores dicunt rationē illius decisionis esse: quia matri asserenti filiū supposuisse seu ex alio viro q̄ marito suscepisse nō crederetur: prout est bo. tex. & ibi Bar. in l. filiū. ff. de his qui sui sunt vel alie. iu. in l. si vicinis scientibus. C. de nup & in l. fi. ff. de pba. & notat in c. per tuas. eo ti. dicit tñ Hostien. ibidē q̄ filius non credens matri reuelanti/ nec desistens se ab hæreditate paterna/ habet fortem animū: quia nō est verisimile eam in hoc dicere mendaciū. c. Afferte. de præsump. Si tñ filius nullomō velit matri credere: nec aliquā super assertione matris formet sibi cōscientiā: non tenet facere restitutionē. secundū Panor. in d. c. Officij. vbi circa hanc materiā mulierū/ partus alienos sibi supponentiū: subiungit notabilē distinctionem/ colligendo dicta docto. & præsertim Inno: & dicit q̄ aut nullū est periculū in reuelando veritatē: & verisimiliter credetur mulieri & tunc mulier peccat non reuelādo/ & durante fraude pœnitentia ei iniuncta non est fructuosa aut non credet mulieri: nec habet probationes promptas/ & tūc satis est q̄ pœniteat absq; eo q̄ detegat: quia ex quo videt q̄ pbare non posset debet tacere ne potius inducat scandalū q̄ aliā vtilitatē ar. 2. q. 6. c. Plerinq;. aut mulier habet probationes promptas vel verisimiliter sibi credetur sed subest periculū mortis in reuelando: & debet tūc potius tacere/ quia in nō reuelando est periculū rerū: sed in reuelando est periculū rerū & corporū: ideo mulier cōstituta inter hæc duo mala debet eligere minꝰ malū & sic tacere. c. Nerui. 13. dist. Qualiter aūt satisfaciat dicūt doc. q̄ debet de suo tm̄ dare venientibus ab intestato vel illis quos maritꝰ verisimiliter instituisset si nō credidisset istū filium suū: & si dubitet dispēset in pauperes. Si vero mulier nō est potens ad satisfaciendū tūc saltē pœniteat: hæc Panor. Petrus aūt de ancha. in regula peccatū de regu. iuris in. 6. diffusiꝰ loquitur in hac restitutiōe dicens: q̄ vbi est periculū in reuelatiōe marito facienda/ debet secreto reuelare filio si verisimiliter credat q̄ ei sit fidē adhibiturus/ vt quia simplex est & spiritualis & tunc si ei credat cōsulat ei vt ab hæreditate patris sui putatiui abstineat/ qd si faciat tuta erit: nisi p expēsis factis in talē filiū putatiuū quas ipsa nō aūt filiꝰ restituere tenet cū ipsa malā fidē habuerit/ filius aūt bonā. Si vero filius nolit matri credere tūc non est aliud remediū q̄ q̄ ipsa de suo restituat eis q habituri erant illud qd iste filius habuit de bonis patris sui putatiui. Q̄ si tales nō extēt/ faciat inde eleemosynā de cōsilio & cōsensu diocesani p aia illiꝰ mariti. & hęc pcedūt vbi mulier de pprio satisfacere pōt: si vero nō pōt/ tūc doleat de pctō/ & disponat in mēte sua satisfacere cū primū poterit. modus aūt restitutiōis hic erit vt nō pdat culpā seu pctm̄ suū ei cui faciēda ē restitutio: vt. s. per mediū sacerdotē restituat q dicet. vnus q te læsit hoc tibi restituit: vel vnꝰ q te læsit & restituere desiderat sed nō pōt/ petit vt sibi remittas p salute aię suæ. vbi tñ hoc sacerdos nō possz dicere sine suspitiōe & ifamia mulieris/ cuius culpa posset per hæc detegi vel suspecta haberi/ & forte tormentis subijci: melius est tacere & sufficiet mulieri. hæc Pe. de Ancha. i ¶ No dabunt filij eius radices &c. Textus. est circa hæc verba notandus in cap. Si gens Anglorum. 56. distin. de quo videatur s. in verbo Dedecus.

k ℭ Omnis malicia/nequitia mulieris. Hinc dicit Albericus in dictionario ſuo in verb. Mulier in fi. Mulier eſt dux malorum/ſcelerũ artifex/cuius inceſtæ/ſtupris fumant tot vrbes. Bella tot gentes gerunt/& verſa ab imo regna tot populos premunt. l ℭ Breuis omnis malicia ſuper maliciã mulieris. Mulier ſumi poteſt pro hæretica prauitate. Parua eſt enĩ omnis malicia ad cõparationẽ idolatriæ & prauitatis hæreticæ. quia peccant non per fragilitatẽ carnis/ ſed per ſuperbiam mentis. vnde etiam nichil eſt quod eis interim poſſit ad ſalutẽ proficere. dicit textus Auguſtini in c. 3. de hæreti.

m ℭ Ne reſpicias ĩ mulieris ſpeciẽ. Qui enĩ viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam: iam mœchatꝰ eſt ĩ corde ſuo. Et cũ ſe ſibi inuicem cõſpectu mutuo corda nũciant impudica: & ſecũdũ cõcupiſcentiã carnis alteutro delectantur ardore. etiam ĩ intactis ab immũda violatione corporibꝰ fugit caſtitas ipſa de moribus. Ita dicit Auguſti. in lib. de Chriſtiana fide. Et habetur ĩ d. cap. Nec ſolo. in fi. 32. quæſt. 5.

n ℭ Mulier ſi primatum habeat. Verbũ dñi blaſphematur. vel cõtẽnitur dei prima ſententia & pro nichilo ducitur: vel Chriſti ĩfamatur euangeliũ/ dum contra legem fidemq́ naturæ ea quę chriſtiana eſt: et ex lege dei ſubiecta eſt viro/ ĩperare deſiderat. Ita dicit Hiero. ſup epiſtolam ad Titum. & habetur in ca. Cum caput. 33. quæſti. 5.

o ℭ A muliere initium factũ eſt omnis peccati &c. Quia ſuperbia elationis qua viã veritatis deſeruit/& in errorem declinauit: origo eſt perditionis ipſi & alijs. c. antepe. & pe. 33. quæſti. 5.

p ℭ A carnibꝰ tuis abſcide illam: ne ſemper te abutatur. Ideſt ſepara te ab eiꝰ cõmunione ne ſuis te piculis inuoluat. Hæc declaratio ẽ de mẽte gloſæ iterli. circa quã notetur tex. qui eſt Nicolai papæ ad Lotharium regem ſcribentis. in c. Præcipue. in prin. 11. quæſt. 3. vbi dicit. Gualdraldæ pellicis tuæ communionẽ declina. Excõmunicata eſt eni: & vſq́ ad præſentiã noſtrã ab omni cõſortio Chriſtianorũ ſequeſtrata. Quiobrem cauendum eſt/ ne cũ ea pari mucrone percellaris: ac prouniꝰ muliercula paſſione vinctꝰ & obligatus/ad perenne traharis exitiũ. Hæc ibi.

q ℭ Mulier ebrioſa ira magna. Recurratur ad verbũ Ebrius.

r ℭ Omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ. Hæc ſententia notabiliter declaratur per Hoſtien. in ca. 1. in fi. de voto. & dictum eſt ſupra. in verb. Continens.

s ℭ Omnem maſculum excipiet mulier: & eſt filia melior filio. Ideſt mulier ꝑdiligit maſculum parere q̃

ℭ Omnis plaga triſtitia cordis eſt: & omnis [k] malicia nequitia mulieris. Et omnem plagam/& non plagam videbit cordis: & omnem nequitiam & non nequitiam mulieris: & omne obductum/& non obductum odientium: & omnem vindictã & non vindictam inimicorũ. Eccli. 25. c.

ℭ Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: & nõ eſt ira ſuper iram mulieris. eodem.

ℭ Commorari leoni & draconi placebit/ q̃ habitare cum muliere nequam. Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obcœcabit vultum ſuum tanq̃ vrſus: & quaſi ſaccũ oſtendet in medio proximorum. Ingemuit vir eius: & audiens ſuſpirauit modicum.

ℭ Breuis [l] omnis malicia ſuper maliciam mulieris: ſors peccatorum cadat ſuper illam.

ℭ Sicut aſcẽſus arenoſus in pedibus veterani: ſic mulier linguata homini quieto. 25. d.

ℭ Ne reſpicias [m] in mulieris ſpeciem: & non cõcupiſcas mulierem in ſpecie: mulieris ira/irreuerentia & confuſio magna. eodem.

ℭ Mulier [n] ſi primatum habeat: contraria eſt viro ſuo.

ℭ Cor humile & facies triſtis/& plaga mortis mulier nequam.

ℭ Manus debiles & genua diſſoluta: mulier q̃ nõ beatificat virũ ſuũ.

ℭ A muliere [o] initium factum eſt peccati: & per illã omnes morimur.

ℭ Nõ des aquę tuę exitũ: nec modicũ: nec mulieri nequã veniã ꝓdeũdi. Si nõ ambulauerit ad manũ tuam: cõfundet te in cõſpectu inimicorum. A carnibus [p] tuis abſcide illam: ne ſemper te abutatur.

ℭ Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorũ illorum duplex. 26. a.

ℭ Mulier fortis oblectat virũ ſuũ: & annos vitæ illius ĩ pace implebit. eodem.

ℭ Pars bona mulier bona in parte bona timentiũ deum: dabitur viro pro factis bonis.

ℭ In muliere zælotipa flagellum linguæ omnibus communicans. 26. b.

ℭ Sicut boum iugum quod mouetur: ita & mulier nequam. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem. eodem.

ℭ Mulier [q] ebrioſa ira magna: & cõtumelia & turpitudo illiꝰ nõ teget.

ℭ Fornicatio mulieris in extollentia oculorum: & in palpebris illius agnoſcetur.

ℭ Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum: & oſſa illius impinguabit. diſciplina illius datum dei eſt. 26. c.

ℭ Mulier ſenſata & tacita non eſt immutatio eruditæ animæ. eodem.

ℭ Gratia ſuper gratiam: mulier ſancta & pudorata. Omnis [r] autem ponderatio non eſt digna continentis animæ.

ℭ Sicut ſol oriens in mũdo in altiſſimis dei: ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamẽtũ domus eius. Lucerna ſplẽdens ſuper candelabrũ ſanctũ: & ſpecies faciei ſuper ætatẽ ſtabilẽ. Colũnæ aureæ ſuper baſes argẽteas: & pedes firmi ſuper plãtas ſtabiles mulieris. Fundamẽta æterna ſupra petrã ſolidam: & mandata æterna in corde mulieris ſanctæ. 26. d.

ℭ Omnem [s] maſculum excipiet mulier: & eſt filia melior filio. 36. c.

ℭ Species mulieris exhilarat faciem viri ſui: & ſuper omnem concu- 36. d.

fœminã.tametsi plus nonnunq̃ expediat filiam habuisse q̃ filium. Constat em̃ filiam virtutibus claram / esse filio quem vitę dedecorat impuritas prędiligendã. Sola siquidẽ virtus est quę veram dilectionẽ parit / & amicitiam pcreat honestã ac cõmendabilẽ.l.litę culpę.§.amicos.ff. de verb.signi. facit c. Charitas. le 1.col. fi. de pœ.dis.2. t ℭ Vbi non est mulier/ingemiscit egens. Idest dicit glo. ord. requiẽ & tutelã non habet qui extra ecclesiam est: put etiã hoc probatur in c. Quia ex sola.24.q.1. v ℭ Super mulierẽ nequã/bonũ est signum.

piscentiam hominis superducet desyderium. Si est lingua curationis est & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundum filios hominum.

Eccli.36.d. ℭQui possedit mulierem bonam/inchoat possessionem: adiutorium secundum illum est & columna vt requies.

eodem. ℭVbi non est sepes/diripietur possessio: & vbi [t] non est mulier/ingemiscit egens.

37.b. ℭCum muliere tracta de his quę æmulatur.

40.c. ℭAedificatio ciuitatis confirmabit nomen.: & super hanc mulier immaculata computabitur.

eodem. ℭAmicus & sodalis in tempore cõuenientes: & super vtrosq; mulier cum viro.

41.d. ℭNe respicias mulierem alieni viri: & ne scruteris ancillam eius: neq; steteris ad lectum eius.

42.b. ℭSuper [v] mulierem nequam bonum est signum.

42.c. ℭIn medio [x] mulierum noli cõmorari. De vestimentis enim procedit tinea: & a muliere iniquitas viri. Melior [y] est enĩ iniquitas viri: q̃ mulier benefaciens & mulier confundens in opprobrium.

Matth.5.d. ℭOmnis [z] qui viderit mulierem ad cõcupiscendũ eam: iam mœchatus est eam in corde suo.

Lucæ.1.e. ℭBenedicta tu inter mulieres (ait Helizabeth ad Mariam) & benedictus fructus ventris tui.

Ioan.19.e. ℭCum vidisset Ihesus matrem & discipulum stantem quẽ diligebat dixit matri suę. Mulier [a] ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

ad rõa.7.a ℭQuæ sub viro est mulier: viuẽte viro/alligata est legi. Si autẽ [b] mortuus fuerit vir eius: soluta est a lege viri. Igitur viuẽte viro vocabitur adultera si fuerit cũ alio viro. Si autẽ mortuus fuerit vir eius/liberata est a lege viri vt non sit adultera/si fuerit cum alio viro.

Mystice: mulier nequã/ est homo hęreticus: sup quem bonum est signum catholicę fidei / qua oẽs eius adinuentiones facillime separantur.d.c. A recta.24.quęst.1. x ℭ In medio mulierũ noli cõmorari. Videatur quod satis diffuse dictum est s. eodẽ sup illud eccliastes. Qui timet deum effugiet illam. Ibidẽ tñ dictis addat cõstitutio Toletani cõcilij: de qua habet in c. Quidam.81.dis. vbi dicitur. Quidã clerici legitimũ non habentes coniugiũ extranearũ mulierũ vel ãcillaꝝ suaꝝ (q̃ iterdicta sunt) cõsortia appetũt. ideo quęcunq; clericis taliter coniunctę / ab episcopo auferant & venũdant: illis pro tẽpore relegatis ad pœnitentiam quos sua libidine interfecerunt. Hęc ibi. Pro cęteris. Recurratur s. ad verbũ Commorari. y ℭ Melior est iniquitas viri q̃ mulier benefaciens. interpretãdo hanc sententiã literaliter/ & iuxta superius pximũ dictũ. I medio mulierũ noli cõmorari: dici potest eã velle / meliꝰ esse cũ viro q̃uis iniquo/ q̃ cum muliere q̃uis bona commorari. Illud em̃ virtutis est exercitiũ.c. Hoc aũt. in princip. 23. quæst.4. hoc aũt virtutis periculũ. Sexuũ em̃ cõmixtio: etiã inter personas religione & sãctimonia claras periculosa est. vnde i octaua synodo legitur. Diffinimꝰ minime duplex monasteriũ fieri: in quo. s. monachi sint & monachæ: quia scandalum id & offendiculũ multis efficitur. si vero aliqui cũ cognatis mundo abrenũciare/ & monasticam vitã sectari voluerint: debent quidẽ virorũ adire cœnobiũ/ fœminæ vero mulierũ adire monasteriũ. in hoc em̃ placatur deus. Quæ autẽ hactenus fuerunt dupla secundũ regulã beati Petri Basilij / & secundum præceptionẽ eiꝰ/ita formentur. Non habitent in vno monasterio monachi & monachæ. Adulteriũ enim intercipit cohabitatio/ si habeat aditum monachus ad monacham vel monacha ad monachum secreto ad collocutionem. non cubet monachus in muliebri monasterio/ neq; singulariter cum monacha conuiuetur. & quando necessaria vitæ / a parte virorum ad regulares deferuntur extra portam: hæc suscipiat abbatissa monasterij fœminarum cum quadã vetula monacha. Porro si contigerit/ & aliquã propinquã suam videre voluerit monachus: in præsentia abbatissæ huic confabulet/ per modica & cõpendiosa verba: & in breui ab ea discedat. Præmissa constitutio habetur in c. Diffinimus.18.quæst.2. Aliam interpretationẽ mysticã scilicet/huius sentẽtiæ. vide. j. in verb. Vir. z ℭ Qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam. Recurratur ad ea quæ super hac sententia dicta sunt in verb. Cor. a ℭ Mulier ecce filius tuus. Circa hæc verba addendo his quæ dicta sunt in verb. Iesus: Aduertatur q̃ mulieris appellatio tribꝰ modis assumi solet. Primo pro oĩ persona fœminini sexꝰ etiam infantili.l. Argentum.§. mulieri.ff. de au. & argẽ. lega. Secundo p sola fœmina pubere.j. ãnũ agente duodecimum/ vel vlteriorẽ etiam si sit virgo: ita q̃ in ista acceptione virgo pubes/ mulier appellatur. textus est in l. mulieris. ff. de verbo. signifi. & sic sumit in hac sententia notat Car. in cle.1. de religio.domi. Tertio sumitur pro corrupta tantũ. glo. est & ibi bo.tex. in l Alioquin.ff. de cõtra.emp. & in l. quæritur.§. mulierẽ. ff. de ædi. edic. cũ similibus allegatis per glo. in d.l. mulieris. de verb. sig. b ℭ Si mortuꝰ fuerit vir eius/ soluta est a lege viri. Hinc dicit Inno. tertiꝰ. in c. Cũ secundũ. de secun. nup. Cũ scdm apostolũ mulier mortuo viro suo ab eius sit lege soluta: & nubendi cui vult/ tantũ in dño liberã habeat facultatẽ: nõ debet legalis infamiæ sustinere iacturam quæ licet post viri obitum infra tẽpus luctus/ scilicet vnius anni spacium nubat: concessa sibi tamen ab apostolo vtitur potestate. cum in his præsertim seculares leges/ non dedignãtur sacros canones imitari. Hæc ibi. An aũt illa decisio Innocentij tertij/ auferens infamiã quam incurrebant mulieres ad secũda vota transeuntes/ censeat etiã auferre alias pœnas quas propter transitum ad secunda vota. j. tẽpus luctus/ sustinere debebant: tractant Panor. & moderni. in cap. fi. de se. Nup. dicam post eos. j. in verb. Nubere.

¶Bonum [c] eſt homini mulierem non tangere. Propter [d] fornicationẽ autẽ vnuſquiſq; ſuam vxorẽ habeat: & vnaquæq; ſuum virũ habeat. Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro. 1.cori.7.a.

¶Mulier [e] ſui corporis poteſtatem nõ habet: ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet: ſed mulier &c. 1.cori.7.a.

¶Si qua [f] mulier fidelis habet virũ infidelem / & hic cõſentit habitare cum illa: non dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis / per virum fidelẽ. Alioquin filij veſtri immũdi eſſent: nunc autem ſancti ſunt. Q; ſi infidelis diſcedit: diſcedat. Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater vel ſoror in eiuſmodi. In pace autem vocauit vos deus. Vnde enim ſcis mulier / ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir / ſi mulierem ſaluam facies? Niſi vnicuiq; ſicut diuiſit dominus. 7.c.

¶Volo vos ſcire q; omnis viri caput / Chriſtus eſt: caput [g] autem mulieris / vir: caput [h] vero Chriſti / deus. Omnis [i] vir orans vel prophetãs velato capite / deturpat caput ſuum. Omnis autem mulier [ii] orans aut prophetans nõ velato capite / deturpat caput ſuum. Vnum enim eſt ac ſi decaluetur. Nam ſi non velatur mulier / tondeatur. Si vero turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari: velet caput ſuum. Vir quidẽ non debet velare caput ſuum: quoniam imago [k] & gloria dei eſt: mulier autem gloria viri eſt. Nõ enim vir ex muliere eſt: ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem: ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamẽ habere ſuper caput ſuum / & ꝑpter angelos. Veruntamẽ neq; vir ſine muliere / neq; mulier ſine viro in domino. Nam ſicut mulier de viro: ita & vir per mulierem. Omnia autem ex deo. Voſipſi iudicate / decet mulierẽ nõ velatã orare deũ / nec ipſa natura docet vos. Q; vir quidẽ ſi comã nutriat: ignominia eſt illi. Mulier [l] vero ſi comã nutriat / gloria eſt illi: quoniã capilli pro velamine dati ſũt illi. 11.a.b.c.

¶Mulieres in eccleſijs taceãt. Nõ enim permittitur eis loqui: ſed ſubditas eſſe / ſicut & lex dixit. Si quid autem volunt diſcere: domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri in eccleſia loqui. 14.f.

¶Mulieres ſubditę eſtote viris veſtris ſicut oportet in domino. ad colo.3.c.

¶Volo viros orare in omni loco: leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu [m] ornato: cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe: & non in tortis crinibus / aut auro / aut margaritis / vel veſte pretioſa: ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. 1.tio.2.c.

¶Mulier in ſilentio diſcat cũ omni ſubiectione: docere [n] autẽ mulieri non permitto: neq; [o] dominari in virũ / ſed eſſe in ſilentio. Adam enim 2.d.

c ¶Bonum eſt homini mulierẽ nõn tangere. Si bonũ eſt mulierẽ non tangere / malũ eſt ergo tangere. iſtã cõſequentiã facit tex. in c. Hoſpitiolũ. in ſi.32. diſt. d ¶Propter fornicationẽ vnuſquiſq; ſuam vxorẽ habeat. Recurratur ad verbũ Fornicatio. e ¶Mulier ſui corporis poteſtatẽ nõ habet ſed vir. videanẽ quę dicta ſunt ſ. in verb. Debitum. ſuper illud apoſtoli. vir vxori debitũ reddat &c. f ¶Si qua mulier fidelis &c. Declaretur hęc ſentẽtia per tex. citatos ſ. in verb. Diſcedere. g ¶Caput mulieris vir. Tex. eſt hinc ſũpt⁹ in c. Cũ caput. 33. q. 5. de quo videaẽ in verbo Caput. h ¶Caput Chriſti deus. deus pater caput ẽ Chriſti: quia filius a patre / & de patre: nõ pater a filio vel de filio. d. c. 1. de ſum. tri. vel deus. j. diuina eſſentia vel trinitas caput ẽ Chriſti ſcdm q; homo: quia diuinitas vtpote creatrix caput ẽ creaturę aſſumptę. d. c. 1. in princip. i ¶Vir orans velato capite deturpat caput ſuũ. Textus eſt circa hęc verba vidẽdus in c. Nullus epiſcopus. de cõſecr. diſt. 1. de quo dictũ eſt in verb. Caput. ii ¶Mulier orans nõ velato capite deturpat caput ſuum. Circa hanc ſententiam notari poteſt tex. ĩ c. Epiſcopi. 21. q. 4. vbi dicitur. Epĩ preſbyteri / diaconi ſecularibus indumẽtis non vtãtur: niſi vt condecet tunica ſacerdotali. ſed neq; dum ambulauerit ĩ ciuitate aut ĩ via / aut in plateis ſine operimento pręſumat ãbulare: præterq̃ ſi in itinere longo tẽpore ambulauerit: qa ſicut mulier orans in eccleſijs nõ velato capite / deturpat caput ſuũ iuxta apoſtolicã vocẽ: ita ſacerdos ſine operimento deturpat ſacerdotiũ ſuũ. Secũdo põt notari tex: ĩ §. 1. verſi. his itaq; 15. q. 3. vbi dr̃. in veteri lege multa ꝑmittebanẽ q̃ hodie ꝑfectiõe gratiæ abolita ſunt. Cũ enĩ mulieribus permitteretur populum iudicare: hodie ꝑ peccato qd mulier introduxit / ab apoſtolo eis indicitur verecũdari / viro ſubditas eſſe / in ſignũ ſubiectiõis velatũ caput habere. Tertio notetur tex. ĩ c. pe. 33. q. 5. vbi dr̃ Mulier debet velare caput: qa non eſt imago dei & etiã vt viro oſtendatur ſubiecta. & qa ꝑuaricatio per illã inchoata eſt: hoc ſignũ debet habere in eccleſia ꝑpter reuerentiã epiſcopalẽ / non habet caput liberũ ſed velamine tectũ: non habet poteſtatẽ loquendi: quia epiſcopus habet perſonã Chriſti. quaſi ergo ante iudicẽ Chriſtũ: ita ante epm ſit: quia vicarius dñi eſt. Et ꝑpter peccatũ originale ſubiecta debet videri. Hęc tex. vbi gl. in verb. Reuerentiã dicit: mulierẽ debere velare caput ꝑpter reuerentiã epiſcopalẽ. ſ. ꝑpter reuerentiã ſacerdotũ: ne ſacerdotes ei⁹ faciẽ intuẽtes inuitenẽ ad libidinẽ. k ¶Imago & glĩa eſt dei. Recurraẽ ad ãnotationẽ iſtis verbis factã ĩ verb. Caput & ibi dictis addanẽ ea q̃ dicta ſũt ĩ verb. Hõ. Et ĩ verb. imago ſup illud Gene. Creauit de⁹ hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã. l ¶Mulier ſi comam nutriat gloria eſt illi. Facit tex. in c. Quęcũq; 30. diſt. de quo in verb. Coma. m ¶In habitu ornato. Recurre ad id qd dictũ eſt ſ. eodẽ. 3. Eſdrę 4. poſt Hoſtiẽ. in c. 1. Ne cle. vel mona. n ¶Docere mulieri nõ ꝑmitto. Declara vt dictũ ẽ ĩ verb. Docere poſt Archi. in cap. Mulier. 23. diſtin. o ¶Neq; dominari in virum. idem textus in. d. cap. Cum caput. in ſi. 33. quæſti. 5. de quo in verb. Dominari.

p ¶ Saluabitur per filiorum/generationem &c. Videatur duplex declaratio supra in verb. Filius.
q ¶ Per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant. Bona enim conuersatio etiam absq; sermone/exemplo prodest: tametsi in his qui presunt debeat esse admixta sermoni.§.1.43.dist. r ¶ Aut circundatio auri aut vestimenti. De varijs mulierū ornamentis est nota. textus Vlpiani iureconsulti in l. Argento. versi. Ornamenta.ff. de au.& ar.le. de quo dicetur in verb. Ornamentū. s ¶ Sanctę mulieres sperantes in deo ornabant se/subditę viris suis. Hac ratiōe: vt. s. viris suis placeant. mulierum ornatus nō insolens satis ē permissus notat Hostien. in d.c.1. in fi. Ne cle. vel mo. t ¶ Cui multū datum est/ multū queretur ab eo. Facit tex. in c. precipue.11.quęst.3. & in c. Nulli fas.25.quęst.1. de quo dictum est in superioribus.

primus formatus est/deinde Eua & Adā nō est seductus: mulier autē seducta ī p̄uaricatione fuit. Saluabitur [p] autē per filiorū generationē: si permanserit in fide/& dilectione/& sanctificatione cum sobrietate.

1.Tio.3.b. ¶ Mulieres oportet esse pudicas nō detrahētes: sobrias fideles in oib9.

1.petri.3.a ¶ Mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo per [q] mulierum conuersationē sine verbo lucrifiant. Cōsiderātes in timore sanctam conuersationem vestram. Quarum non sit extrinsecus capillatura/aut circundatio [r] auri/aut indumenti vestimentorū cultus: sed quia abscōditus est homo cordis in icorruptibilitate quieti & modesti spiritus qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquādo & sanctæ mulieres [s] sperantes in deo: ornabant se subiectæ proprijs viris: sicut Sarra obediebat Abrahæ dominum eum vocans/ cuius estis filiæ benefacientes: & non pertimentes vllam perturbationem. Vbi latius.

¶ Cætera in verbis Ecclesia. ad Ephe.5.d. Emptus. Apoca.14.a. Filius. Eccli.33.c. Fluxus. Leuitici.15.c.d. Gaudiū. Ioan.16.d. Ihesus. Ioan.2.a. Lingua. Eccli.28.c. Menstruum. Leuitici.18.c. Meretrix. Prouerb.5.a. Nubere.1.Corin.7.g. Nupta.1.Cori.7.c. Percutere. Exo.21.c. Purgatio. Leuiti.12. Salomō. Eccli.47.c. Vouere. Nūeri.30.a. Et Zelotipia. Numeri.5.d.

Multum aduerbium.

Lucæ.12.f. ¶ Omni cui multum [t] datum est: multū quæretur ab eo. & cui cōmendauerūt multū: plus petent ab eo.

¶ Cętera in verbis Fidelis. Prouerb.28.c. Iustus. Ecclēs.7.c. Inopia. 2.ad Corinth.8.c. Et Mel. Prouerb.25.d.

Multitudo.

Sapiē.4.a. ¶ Multigena [v] impiorū multitudo non erit vtilis.

Eccli.7.a. ¶ Non pecces in multitudine ciuitatis: nec te imittas in populū: neq; alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis.

7.b. ¶ Ne dicas [y]. In multitudine munerum meorum respiciet deus: & offerente me deo altissimo munera mea suscipiet.

15.in fine. ¶ Non cōcupiscit dominus multitudinē filiorū infideliū & inutiliū.

v ¶ Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. De impiorū multitudine/an & quando vtilis esse possit ē bo. tex. in c. Si quis potestatem. in fine. iuncto principio. c. sequentis.23.q.4. vbi dicit. Non est ferenda sententia qñ multitudo est in causa: vel quādo ille peccat qui sociam habet multitudinē. vnde Augusti. in lib.2. contra epistolam Parmeniani. Non potest esse salubris (inquit) a multis correctio/nisi cū ille corripit qui nō habet sociā multitudinē. Cum vero idē morbus plurimos occupauerit: nichil aliud bonis restat q̇ dolor & gemitus: vt per illud signū qd Ezechieli sancto reuelabatur: illęsi euadere ab eorum vastatione mereantur. Et subiungitur. Reuera cū contagio peccandi multitudinem inuaserit: diuinæ misericordię seuera disciplina necessaria est. Nam consilia separationis & inania sunt & perniciosa atq; sacrilega/quia impia & superba sunt: & plus perturbant infirmos bonos/q̄ corrigant animosos malos. Hęc ibi. Et in c. Quotiens.2.1.q.7. vbi dicitur. Quotiēs a populis aut a turba peccatur (quia in oēs propter multitudinē vindicari non potest) multum solet transire. Priora ergo dimittenda dico dei iudicio & de reliquo maxima sollicitudine precauēda. Et in c. Ipsa pietas. circa finem.23.q.4. vbi dicit. Vbi per graues dissensionū scissuras non huius aut illius hominis est periculum/sed plurimorū strages iacet: detrahendū est seueritati: vt maioribꝰ malis sanādis syncera charitas subueniat. Hęc ibi. & idem habetur in c. Vt constitueretur. in fi.50.dist. Ex quibus supra allegatis textibus & similibus quos pertranseo/constat multitudinē quantū ad pœnę tēporalis euitationē aut saltem diminutionē esse vtilem: tāetsi quantum ad euitationē pœnę ęternę non sit vtilis: quia multitudo non excusat a delicto dicit glo. in c. Miratus. in verb. Ordinibus.43.dist. vnde notetur in hac materia decisio Alex. tertij in cap. Latores. de cle. excō. mi. vbi (premissoq; nunciatū fuerat multos post interdictū/vel excōmunicationē in eos latā/ absolutiōe nō habita diuinis se immiscuisse: officia diuina celebrando) dicit. Mandamus si quadraginta solūmodo vel pauciores in his deliquisse constiterit: oēs in perpetuū ab officio sacerdotali deponas. Si vero multitudinē magnā in hoc peccasse cognoueris: eos quos magis causam delicti esse constiterit/perpetua depositione cōdemnes: & alios qui non tm̄ deliq̇rūt/ab officio ad tēpus suspēdas/& oībus pœnitentiā scdm discretionē tibi a deo datā iniūgas. Hęc ibi. Vt aūt pctū multitudinis emēdet quo ad deū/id obseruet cōsiliū de quo habet i c. Nō pōt i fi. pricipij.23.q.4. vbi dicitur. Turba iniquorū cū facultas est in populis pmendi sermonē/ gn̄ali obiurgatiōe ferienda est & maxime si occasionē atq; oportunitatē prebuerit aliqd flagellū desuper dn̄i quo eos appareat p suis meritis vapulare. Et in c. Comessationes.2. Rn̄.44. dist. vbi dicit. Non modo iperiosa ista pctā multorū tollūtur: sed magis docēdo q̄ iubēdo/magis monēdo q̄ minādo: & si quidē minamur cū dolore fiat/de scriptis cōminādo/ vindictā futurā: ne nos ipsi nr̄a potestate/sed deꝰ in nr̄o sermone timeatur. Itaq; priꝰ mouebunt spūales aut spūalibꝰ pximi. quorū auctoritate & leuissimis quidē & instātissimis admonitionibꝰ cętera multitudo frāgat. Hęc ibi.
y ¶ Ne dicas. In multitudine munerū meorū respiciet deus. non enim deus oblatorum q̄titatem: sed offerentium merita metitur & cōsiderat. cap. Scriptum est.14.questi.5.

z ¶ Multitudinis credentiū erat cor vnū & anima vna. Addendo his quę in hui⁹ annotatione sententię dicta sunt in verb. Cōmunio. Aduertas ꝙ circa hanc vnitatē multitudinis eandē vitā religiosam eligentiū/ nouē sunt consideranda. Primū est. idē sensus per intellectus humilitatē. Vnde apostol⁹ ad Ro. Deus pacis & solatij id ipsum det vobis sapere in alterutris scdm Iesum Christū: vt vnanimes vno ore honorificetis deum. Et istud est contra propriū sensum: de quo dicitur. Ne innitaris prudentię tuę. Secūdū est. idē affectus per amorē. vnde hic dicit. Multitudinis credentiū erat cor vnū & anima vna: vinculo dilectionis & cōcordię vnita. Et apost. ad Colos. Super om̄ia charitatē habete/ q̄ est vinculū perfectiōis. Et illud est cōtra priuatū amorē vel odiū q̄ qn̄qꝫ humanū peruertūt iudiciū. c. Quatuor. 11. q̄st 3 Tertiū est. eadē voluntas per obedientię perfectionē. vnde apostolus. Obedite ꝑpositis vestris & subiacete eis: quia obediētia melior ē q̄ victima. Et istud ē contra ꝓpriā voluntatē q̄ reprobat ī canone. 3. q. 7. c. Iudicet. Quartū ē. Eadē vnitas per cōtinentiā vnde in libro sapientię. O q̄ pulchra est casta generatio cū charitate: q̄ castitas alijs virtutibus firmū dat & stabile fundamentū: quę etiā quodāmodo repsentat statū cœlestē. vnde b. Ber. qd castitate decorius/ quę ī hoc mortalitatis locu & tēpore quēdam statū immortalitatis glorię repsentat. Et istud est cōtra carnis turpitudinem: de qua dicit in canone ꝙ p turpitudinē negat sanctitas. c. Estimāt. 11. q. 3. Quintū est. eadē paupertas per ꝓprietatis abrenūtiationē. Vnde hic dr̄ Nec quisq̄ de his &c. Et istud est cōtra rerū tēporaliū cupiditatē q̄ multū reprobat. c. Bonorū. 47. dis. Sextū est. Ijdem mores per regularē obseruantiā: vt sunt silentiū/ & huiusmōi. vnde in Esa. dicit. Opus erit iustitię pax & cultus/ silētiū & securitas vsqꝫ in sempiternum. vt Esaię. 27. ad fi. Debent em̄ in vna domo vesci/ & sub vno tecto dormire & quiescere. Et istud est cōtra morū diuersitatē & inordinationē quę reprobat a canone. 8. dist. qui cōtra. Septimū est. idē vict⁹ et vestitus secundū religionis districtionē. Vnde Augu. in regula sicut pascimini ex vno cellario/ & ita induimini ex vno vestiario. Et istud est contra ciborū & vestiū superfluitatē q̄ ꝓhibet in canone. 44. dist. c. 1. Octauum est. Idē labor & exercitiū q̄tum ad om̄es orationes & dei laudes & huiusmodi. vnde in lib. Sapientię. Bonorum laborū gl'iosus est fructus. Et istud est cōtra negligentiā q̄ prohibetur & punit. c. Clericus. 91. dis. Nonū & vltimū. Eadē correctio & disciplina secundū regularē sanctionē. Vnde Salomon in puer. Tene disciplinā ne dimittas eā. Et istud est cōtra superbiā & elationē q̄ prohibet. 46. dis. c. 1. pręmissa ꝓ declaratione hui⁹ sentētię ponit Archi. in c. Dilectissimis. 12. q. 1.

¶ Multitudinis[z] credentium erat cor vnum/ & anima vna: nec quisq̄ eorū q̄ possidebāt quicq̄ suū esse dicebat: sed erant illis oīa cōmunia. Actuū. 4. f.

Multiplicare & Multiplicatio.

¶ In multiplicatione[a] impiorum/ multiplicabūtur scelera: & iusti ruinas eorum videbunt. puer. 29. c.

¶ Stultus verba multiplicat. Eccles. 10. c

¶ Verbum dulce multiplicat amicos/ mitigat inimicos. Eccli. 6. a.

¶ Qui in multis fatuus est: multiplicat maliciam. 34. b.

¶ Qui conseruat verbum: multiplicat orationem. 35. a.

¶ Nepotes[b] impiorum nō multiplicabunt ramos: & radices immūdæ super cacumen petræ sonant. 40. c.

Multiloquium.

¶ In multiloquio[c] nō deerit peccatum. qui autem moderatur labia sua: prudentissimus est. puerb. 10. c

¶ Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. Putant enim ꝙ in multiloquio suo exaudiantur. Matth. 6. a.

Mulus & Mula.

¶ Descēdit Sadoch sacerdos & Nathā propheta & Banaias filius Ioiadę & Cetheri & Pheleti: & imposuerūt Salomonem super mulam regis Dauid: & adduxerunt eum Gyon. 3. regū. 1. e.

¶ Muli filiorum Israel erant ducenta milia quadraginta quinqꝫ. 3. Esdrę. 5. d

¶ Nolite[d] fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. psal. 31. c.

Mundare.

¶ Delicta quis intelligit/ ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. 18. d.

¶ Ampli⁹[e] laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me. Q̄m̄ iniquitatē meā ego cognosco: & peccatū meū cōtra me est semp. 50. a.

¶ Ab[f] immūdo quid mūdabitur/ & a mendace quid verum dicetur/ Eccli. 34. a.

¶ Mundamini[g] qui fertis vasa domini. Esaiæ. 52. d

Mundus adiectiuum & Mundicia.

¶ Si mundus & rectus incesseris: statim dominus omnipotens euigilabit ad te: & pacatum reddet habitaculū iustitiæ tuæ: intantū/ vt si priora tua fuerint parua: & nouissima tua multiplicentur nimis. Iob. 8. a.

a ¶ In multiplicatione impiorū multiplicabunt scelera. vnde euenit vt aliquorū scelera exacerbent: quotiēs nimiū multis crassātib⁹ exēplo opus ē. l. aut facta. §. Nōnūq̄. ff. de pœnis.

b ¶ Nepotes īpiorū nō multiplicabunt. Facit bo. tex. in c. Si gens anglorū. 56. dis. de quo in verb. Dedec⁹.

c ¶ In multiloqo nō deerit pctm̄. Hoc dictū citat Hostiē. in c. Cū venissent. col. 3. de insti. & facit tex. in c. 1. circa fi. 43. dist. dn̄ ibi dr̄. Multiloqo subdit⁹ ex eo sese inquat.

d ¶ Nolite fieri sicut equus & mulus. Declaret vt dictū est in verb. Equus.

e ¶ Amplius laua me &c. Amplius: idest multū. Quia em̄ magnū pctm̄ magna indiget mia Dauid q adulterio iunxerat homicidium dicit multū laua ab iniquitate mea: & a pctō meo mūda me. Ita dicit tex. Hiero. in c. totā de pœni. dist. 3.

f ¶ Ab immūdo quid mundabit/ Ab immūdo mundat qui ab imundo baptismū recipit in forma ecclesię. A mūdo aūt nō mundat qui a mūdo baptismū recipit: non in forma ecclesię. c. Dedit. c. Nō sanat. c. Quod quidam. cum similibus. 1. quęst. 1.

g ¶ Mundamini qui fertis vasa domini. Circa hoc dictum & pro eius declaratione notetur textus in cap. Necesse. 1. quęst. 1. vbi dicitur. Necesse est vt munda sit manus quę diluere sordes curat ne tacta quoqꝫ deterius inquinet/ si sordida sequens lutum tenet. Scriptum namqꝫ est. Mundamini qui fertis vasa domini. Domini enim vasa ferunt/ qui proximorum animas ad interiora perducendas in conuersationis suæ exemplo

ſuſcipiſt. Hęc ibi. Ampliora de mundicia iſtorum qui ferunt vaſa domini/ dicentur in verb. Sacerdos.
h ¶ Cœli non ſunt mundi in conſpectu dei &c. Aſtipulatur huic ſentētię quod dicit idem Iob: & citatur in c. Si enim. col. pe. de pœni. diſt. 2. Nunquid homo mundus eſt coram deo (aut ab operibus ſuis ſine macula viuit ſi contra ſeruos ſuos non credit/ & aduerſus angelos ſuos prauum quid reperit: quanto magis habitātes in domibus luteis de qbus & nos de eodē luto ſumus (& dictū eſt ſ. in verbo Hō. Iob. 25.

Iob. 14. a. ¶ Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine: nonne tu qui ſolus es?

15. b. ¶ Cœli non [h] ſunt mūdi in cōſpectu dei: quāto magis abominabilis & inutilis homo qui bibit quaſi aquam iniquitatem.

¶ Cætera videātur in verbis Cor. Pſal. 50. c. & 23. c. Euenire. Ecclēſ. 9. a. Eleemoſina. Lucæ. 11. f. Homo. Iob. 25. a. Iheſus. Ioan. 13. b. Infidelis ad Titum. 1. d. Mons. Pſalmo. 23. a. Mulier. Prouerb. 6. d. & Puer. Prouerb. 20. b.

Ecclēſ. 3. b. **Mundus ſubſtantiuum.** ¶ Cuncta fecit deus bona in tēpore ſuo: & mūdum tradidit diſputationi hominum/ vt non inueniat homo opus quod operatus eſt deus ab initio vſq ad finem.

Matth. 16. d. Marci. 8. d. & Lucę. 9. e. ¶ Quid [i] prodeſt homini ſi vniuerſum mundū lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?

Ioan. 1. a. ¶ Erat [k] lux vera quæ illuminat omnē hominē venientē in hūc mūdū. in mūdo erat/ & mūdus [l] per ipſum fact⁹ eſt: & mūd⁹ eū nō cognouit.

3. b. ¶ Sic deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat/ ſed habeat vitam æternam.

8. b. ¶ Ego ſum lux huius mundi (dixit Iheſus) Qui ſequitur me: nō ambulat in tenebris/ ſed habebit lumen vitæ.

12. d. ¶ Nunc iudiciū eſt mundi (dixit Iheſus) nunc princeps huius mundi eijcietur foras.

16. in fine. ¶ In mūdo preſſurā habebitis (dixit Iheſus diſcipulis) ſed cōfidite [m]: ego vici mundum.

17. b. c. d. ¶ Non pro mundo rogo (dixit Iheſus) ſed pro his quos dediſti michi pater/ quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt: & tua mea ſunt/ & clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo: & hi in mundo ſunt: & ego ad te venio. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti michi: vt ſint [n] vnum ſicut & nos. Cum eſſem cum eis/ ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti michi ego cuſtodiui: & nemo ex eis perijt niſi [o] filius perditionis: vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuum: & mūdus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo/ ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt/ ſicut & ego non ſum de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut [p] tu me miſiſti in mundum: ita & ego miſi eos in mūdum. Et ego pro eis ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. nō pro eis autē rogo tātū: ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum [q] eorū in me: vt omnes [r] vnum ſint/ ſicut tu pater i me & ego in te: vt & ipſi in nobis vnū ſint: vt mūdus credat quia tu miſiſti me. Et ego claritatem quā tu dediſti michi/ dedi eis: vt ſint vnum ſicut nos

i ¶ Quid pdeſt hoī ſi vniuerſū mūdū lucret &c. Recurrat ad tex. allegatū i verb. Detrimētū.
k ¶ Erat lux vera q illuminat &c. Tex. ē circa hanc ſententiā videndus i c. Cleros. verſ. acolyti. 21. diſ. & in c. Cū etiā. I miūctō. de hęreti. de quo videat i verb. Lux
l ¶ Mūdus per ipſū factus ē. De eo nāq ſcriptū eſt. Oīa per ipſū facta ſunt. c. Epiſcopi. circa finem. 26. q. 5.
m ¶ Sed cōfidite/ ego vici mundū. Ideſt/ ſpem veſtrā in me reponite: cōſiderātes me etiā per mundi tribulatiōes trāſijſſe/ eaſq ſuperaſſe: hac em̄ cōſideratiōe facilius aduerſa quęq feretis. c. Sciſcitaris. 7. quęſt. 1
n ¶ Vt ſint vnū ſicut & nos. Circa hęc verba notet primo tex. i c. Cū Marthę. §. Quęſiuiſti. verſicu. ideo de cele. miſſ. vbi dr, ideo vino aq vnitur: vt Chriſto populus adunet. per hoc enim qd ſuſcepit ipe de noſtro & accepim⁹ ipſi de ſuo. tā inſolubili nexu cōiūgimur/ vt qui eſt vnū cū patre per ineffabilē vnitatē: fiat vnū nobiſcum per admirabilē vnionē. ac per hoc ipſo cōmuniter mediāte / cum patre vnū efficimur. Pater inquit ſctē ſerua eos quos dediſti mihi: vt ſint vnū ſicut & nos: nō p his rogo tm̄/ ſed p eis q credituri ſunt per verbū eoꝝ in me: vt & ipſi in nobis vnū ſint/ & mundus credat qa tu me miſiſti. Hęc ibi. Secundo notet text⁹ in c. Dānam⁹. verſ. Cū ergo. de ſum. tri. vbi dr. Cum veritas p fidelibus ſuis orat ad patrē. volo (inquiēs) vt ipſi ſint vnū i nobis/ ſicut & nos vnū ſumus. Hoc nomen vnū pro fidelibus quidē accipitur: vt intelligat vnio charitatis in gratia. pro perſonis vero diuinis/ vt attendat idētitatis vnitas in natura. Hęc ibi.
o ¶ Niſi filius perditiōis. Ideſt niſi Iudas perditionī pdeſtinat⁹. de cui⁹ perditiōe vltra tex. allegatos ſ. in verb. Iudas. notet celebris tex. Aug. in c. Si Iudas. de pœ. diſ. 4. vbi dr. Si Iudas tenuiſſet illud ad qd vocat⁹ eſt: nullomō ad eū vel ſua pterita vel parētū iniqtas peruenīret. qa ergo nō tenuit adoptiōnē in familia dei/ ſed iniqtatē vetuſti generis poti⁹ elegit: redijt iiqtas patrū in cōſpectu dnī: vt i eo etiā ipſa puniret. Hęc ibi.
p ¶ Sicut tu me miſiſti in mūdū: ita & ego mitto eos. videat qd notat Archi. in c. in ſcripturis col. 1. 8. q. 1. de quo dictū eſt verb. Mittere. in. 2. ānō.
q ¶ Per verbū eoꝝ i me. Ideſt p verbū euāgelij qd ē eorū: nō q per eos tm̄ ſit pdicatū: ſed & per Paulū & alios quoſlibet: ſed qa eis prio & pricipalr cōmiſſum ſit ad prędicandum. c. Cum igitur. §. Hac itaq. verſ. Deus em̄. ſic ab initio. 35. q. 1.
r ¶ Vt omnes vnū ſint/ ſicut tu pater in me &c. Recurratur ad textus allegatos ſ. eodem.

s ℭ Ego in eis/& tu in me. Non hoc dicit quin & pater in nobis sit/& nos in patre/sed mediatorem se ostēdit inter deū & nos. vnde etiam mediator dei & hominū Christus vocatur. c. Quoniā. 10. dist. c. Cū ad verum. 96. dist. t ℭ Notum feci eis nomen tuum: & notū faciā. Idest hoc seculo te eis notū feci per fidē: altero seculo notū faciā per speciē. Non em̄ viuens hōdeū videre potest per essētiā. cle. ad nostrā. vbi gl. de hęre. v ℭ Deus erat i Christo mūdū recōciliās sibi. Idē pbat in c. Cū redēptor. in pri. 12. q. 2. x ℭ Nolite diligere mundū. Perinde videtur acsi diceret. vtimini mundo ad necessitatem / sed non diligite ad superfluitatem: seu carnis curam ne feceritis in desiderijs. Et ita etiam sentit pulcher textus Hiero. in c. Non mediocriter. de cōse. dis. 5. y ℭ Omne quod ē in mundo &c. Hinc dicit Inno. tertius in suo libello quem cōposuit de miseria humanę conditionis. Opes cupidus cōgregat / auarus conseruat honores/ ambitios9 affectat/superbus extollitur. Et hoc dictum refert Archi. in c. Oēs secli huius. in prin. 47. dist. z ℭ Omnis spirit9 qui soluit Iesum &c. De varijs spiritib9 q soluūt Iesū qui diuinitatem vł carnē negāt ē diffus9 textus Isidori in c. Quidā. 24. questi. 3. de quo dictum est in verb. Lepra. a ℭ Vincit mundum. Idest amorem mūdanorū. Glo. est ita declarās in c. si. 15. q. 8. vbi hęc sentētia ponitur. b ℭ Mūd9 tot9 in maligno posit9 est. Hic dicit Archi. in c. Cauendū. in pri. de pœ. dis. 3. Si i tēporalib9 pficim9/ tūc magis cauere & nobis puidere debem9. Vñ Seneca in li. de quatuor virtutib9. Tūc tibi salutaria cōsilia aduocato / cū tibi alludit psperitas hui9 mūdi: sic te quasi in lubrico retinebis: nec tibi dabis portus liberos/ sed circūspicies quo eūdum sit. Hęc Archi. c ℭ Quę etiā excœcāt prudētes: & subuertūt verba iustoℜ. Videatur qd dictū est in verb. Exenia. & i verb. Iudex sup illud. Exenia & dona auertūt oclos iudicū d ℭ Reges Tharsis & isulę munera offerūt. De istorū regū mūerib9 dictum est s. in verb. Iesus. Matth. 2. e ℭ Mun9 abscōditum extinguit iras &c. Quia hęc sentētia memīnit mūeris & doni: notetur pdifa inter mun9 & donū iex. in l. inter donū. ff. de verb. sig. de quo videat i verb. Donum.

vnum sumus. Ego in eis [s] & tu in me: vt sint consummati in vnū & cognoscat mundus/quia tu me misisti: & dilexisti eos/sicut & me dilexisti. Pater/quos dedisti michi/volo vt vbi sum ego: & illi sint in ecclesia/& videant claritatem meam quam dedisti michi: quia dilexisti me ante constitutionem mūdi. Pater iuste mundus te non cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerūt quia tu me misisti. Et notū [t] feci eis nomē tuum/& notum faciam: vt dilectio qua tu dilexisti me in eis sit/& ego in ipsis.

ℭ Pręterit figura huius mundi. 1. cori. 7. f.

ℭ Deus erat [v] in Christo mundum reconcilians sibi: non reputans illis delicta ipsorum: & posuit in nobis verbum reconciliationis. 2. cori. 5. d.

ℭ Nolite [x] diligere mundum neq ea quę in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est charitas patris in eo. Quoniam omne [y] quod est in mundo/concupiscentia carnis est/& concupiscentia oculorū/& superbia vitæ quæ non est ex patre: sed ex mundo est. Et mūdus transit & concupiscentia eius. Qui autē facit voluntatē dei manet in æternū. 1. Ioan. 2. c.

ℭ Nolite mirari fratres si odit vos mūdus. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. 3. c.

ℭ Omnis [z] spirit9 qui soluit Ihesum: ex deo nō est. & hic est antichristus de quo audistis: quoniam venit/& nunc iam in mūdo est. Vos ex deo estis filioli & vicistis eum: quoniā maior est qui in vobis est/q̄ qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur: & mūdus eos audit. Nos ex deo sumus. 4. a.

ℭ Filium suum vnigenitū misit deus in mūdum: vt viuamus per eū. 4. b.

ℭ Nos vidimus & testificamur: quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. 4. c.

ℭ Omne quod natū est ex deo: vincit mūdum. & hæc est victoria quæ vincit [a] mundū: fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum/ nisi qui credit quoniam Ihesus est filius dei? 5. a. b.

ℭ Scimus quoniā ex deo sum9: & mūdus [b] totus i maligno posit9 est. 5. d.

ℭ Cætera in verbis Crucifigere. ad Galath. 6. d. Diligere. Ioan. 15. c. Eligere. 1. Corin. 1. d. Eligere ad Ephe. 1. a. Gaudere. Ioannis. 16. d. Et Iudicare. 1. Corin. 6. a.

Munus. ℭ Non accipies munera quæ etiā [c] excœcant prudētes: & subuertunt verba iustorum. Exodi. 23. a.

ℭ Deus magnus/& potens/& terribilis/qui personam non accipit nec munera. Deute. 10. d

ℭ Non accipies personam nec munera: quia munera excœcāt oculos sapientum/& mutant verba iustorum. Deu. 16. d.

ℭ Ne perdas cum impijs deus animam meam: & cum viris sanguinū vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt. dextera eorum repleta est muneribus. Psal. 25. c.

ℭ Reges [d] Tharsis & insulæ munera offerēt: reges Arabum & Sabba dona adducent. Et infra Rex. 71. b.

ℭ Cōturbat domū suā q sectatur auariciā: q autē odit munera/viuet. puer. 15. c.

ℭ Munera de sinu impius accipit vt peruertat semitas iudicij. 17. d.

ℭ Munus [e] absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam. 21. b.

Et vlterius aduertatur ꝙ munus tribus modis sumitur in iure humano. Vno modo ꝓ dono seu donatione. inde munera dicūtur dari mitti ve. Altero onus/qd cū remittatur vacationē militię muneris ꝙ pręstat inde imunitatē appellam⁹. Tertio officiū. vnde munera militaria/ & quosdā milites munificos vocamus. Ita dicit tex. in l. Munus. ff. de verbo. sig. f ℂ Victoriā & honorē acquiret qui dat munera: aufert autē animā accipientiū. In accipiēdis tamē vel dandis muneribus/tria sunt maxime attendēda. Personę scilicet dātis & accipiētis

pverb.22. b ℂVictoriam[f] & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium.

Eccli.7.a. ℂNe dicas[g]. In multitudine munerum meorū respiciet deus: & offerēte me deo altissimo/munera mea suscipiet.

35.c. ℂNoli offerre munera[h] praua altissimo: non enim suscipiet illa.

40.b. ℂOmne munus & iniquitas delebitur: & fides in seculum stabit.

Esaiæ.1.f. ℂOmnes diligunt munera: sequuntur retributiones.

33.c. ℂQui proijcit auariciā ex calūnia: & excutit[i] manus suas ab omni munere/iste in excelsis habitabit: munimenta saporū sublimitas eius.

Matth.5.d. ℂSi offers mun⁹[k] tuū ad altare: & ibi recordat⁹ fueris quia frater tu⁹ habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare/& vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

ℂCætera in verbo Habitare. Psalmo.14.b.

Murmurare. Murmuratio & Murmuro.

psal.58.d. ℂInimici mei dispergentur ad manducandum: si vero[l] non fuerint saturati murmurabunt.

Sapiē.1.c. ℂAuris cœli audit omnia: & tumultus murmurationum non abscōdetur. Custodite[m] ergo vos a murmuratione quæ nichil prodest & a detractione parcite linguæ. Quoniā sermo obscurus in vacuū nō ibit.

Eccli.10. d. ℂVir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus: & inscius non honorabitur.

Ioan.7.b. ℂMurmur multus erat in turba de Ihesu. Quidā enim dicebāt: quia bonus est. Alij autem dicebant: non/sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum Iudæorum.

1.cori.10.b ℂ Ne murmuraueritis[n] sicut quidam murmurauerunt & perierunt ab exterminatore.

qualitas: qtātitas muneris/& donationis tēpus. Qualitas psonarū: vt a quo/& cui videlicet: an a paupe/ diuiti vel ecōuerso/siue a diuite locupleti datum fuerit. Aestimatio muneris/& donatiōis tēpus. Si magni vel minoris ꝑtij res data existat: & an instāti tēpore/ seu alio tēpore cōferatur: vt sic/an in datione vel acceptione munerū delinquatur possit cognosci. textus est de pręmissis in c. Et si qstiones. §. In hoc itaq. de simo.

g ℂ Ne dicas in multitudine munerū meorū respiciet deus. Recurrat ad verbū Multitudo.

h ℂNoli afferre munera praua altissimo. Munera praua nō ex qualitate rerum oblatarū/sed potius ex qualitate offerentiū iudicātur. c. Scriptū est. 14. q. 5. quandoq tamē etiā rerū oblatarū qualitas prauitatē inijcit muneriib⁹. c. Immolans. eadē causa & qsti. & c. nō est pudēda. 1. q. 1.

i ℂEt excutit manus suas ab oi munere. Circa hæc verba notetur primo tex. in c. Sunt nōnulli. 1. q. 1. vbi dicit. Sūt nōnulli qui nūmoꝝ pręmia ex ordinatione non accipiunt: & tamē sacros ordines pro humana gratia vel laude largiuntur: atq de ipsa largitate laudis solūmodo retributionē quęrunt. Hi nimirū qd accipiūt gratis/gratis non retribuūt: qa de impenso officio sanctitatis/nūmū expetūt fauoris. Vnde bene cū virū iustū propheta describeret ait. Beatus q excutit manus suas ab oi munere. non dixit solū a munere/sed ab oi munere. quia aliud est munus ab obsequio/aliud a manu/aliud a lingua. munus ab obsequio/est seruitus indebite impēsa. munus a manu/pecunia est. munus a lingua/fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit: tunc ab oi munere manus excutit/qn in diuinis rebus nō solū pecuniā nullā/sed nec etiā humanā grām requirit. Hęc ibi. Secundo notet textus in c. Et si quęstiones. in fi. de simo. vbi dicit qd scriptū est. Beatus qui excutit manus suas ab oi munere. De illis donis dictū est/quę accipiētis animū allicere vel peruertere solēt. qm si ipsa etiā psona electi offerat ordinatori vel cōsecratori suo electuariū vel de vino/siue de alijs hmōi quę modici pretij fuerūt: ex quo voluntatē recipiētis inclinare vel monere nō debeāt: non tn̄ eccl'ia Romana iterpretari cōsueuit accipientē in his delinquere vel donantē. Hęc ibi. Et aduertatur ꝙ dū in d. c. Et si quęstiones. versi. In hoc itaq/ dr. In muneribus dādis nedū dātis/sed etiā accipiētis psonā esse cōsiderandā. Notandū est scdm Panor. ibi ꝙ ista cōsideratione ductus Seneca reprehēdebat Alexandrū q cū darer ciuitatē cuidā pauperi/illi asserēti non couenire humili fortunę suę. Respōdit rex. nō quęro qd te oporteat accipere: sed qd me oporteat dare. Et appellat Seneca Alexā. tumidissimū. Vnde etiā scdm Hostiē. in d. c. Et si qstiones col. 1. dicit idē Seneca ꝙ cū quidā Cinicus petijsset talentū a rege Antigono: Respondit rex. Plus est q̄ Cinico dari deceat. quo audito petijt Cinicus denariū. & respōdit rex. Minus est q̄ regem dare deceat.

k ℂ Si offers munus tuū &c Pro morali hui⁹ sentētię interpretatione aduertendū est: ꝙ in interiori tēplo idest in corde nr̄o debet esse altare. i. fides/cui qdlibet mun⁹. i. psalmus/hymnus/orō/ & hmōi: nisi sit innixū nō est deo placiturū. c. cū Paulus. c. Sic populus. c. Odit de⁹. c. Illi offerūt. cū simi. 1. q. 1. Vnde cū ibi. i. in corde tale munus oblatur⁹ es/si in mentē venerit ꝙ frater tuus habet aliqd aduersum te quē tu lęsisti. Relinque ibi. i. corā deo munus tuū. i. non offeras donec in corde tuo irā/rancorēq seu odiū ꝓximo tuo dimiseris. Ita em̄ faciēs securus accedes ad offerendū: alioqui nō. c. Panē de altari. i fi. de cōse. dist. 2.

l ℂ Si non fuerint saturati murmurabūt. Hinc dr. Aliqua nōnunq̄ in aliquorū esse facienda fauorē: vt ipsis satiatis cesset murmuratio eorū. glo. est in c. Licet Helv. in glo. penul. de simonia.

m ℂ Custodite vos a murmuratione quę nichil ꝓdest. Hinc legit in. 8. synodo/& habet in c. Alienus. in prin. 90. dist. Alienus sit a fratrū vnitate q murmurat: & opus eius abijciatur q murmurās extiterit: ne pœnā murmurantiū incurrat: de qua apl's scribit. Neq murmuraueritis sicut quidā murmurauerūt/& perierūt ab exterminatore Et in c. Si qs monachus. in fi. eadē dist. dicit. Qui cōtentiosus aut murmurans extiterit: scdm arbitriū prioris tādiu pœniteat/q̄diu culpę qualitas extat.

n ℂ Ne murmuraueritis sicut quidā &c. De istis qui perierūt ꝓpter murmurationē loquens text⁹ in c. Guilisarius. §. Quod autē. 23. q. 4. dicit. Pro peccato murmurationis vel tētationis nōnulli puniti sunt. vt eorū exē

ꝯOmnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus vt ſitis ſine ad phi.2.b.
querela: & ſimplices filij dei ſine reprehēſione [o] in medio natiōis prauę
atq; peruerſæ: inter quos lucetis ſicut luminaria in mūdo: verbū vitæ
continētes ad gloriam meā in die Chriſti: quia nō in vacuū cucurri/
neq; in vacuum laboraui.

ꝯHoſpitales eſtote inuicem ſine murmuratione. 1.petri.4.b

ꝯCætera in verbo Moyſes. Exodi.15.d.&.16.b.

Muri.

ꝯMenſe quinto ſeptima die mēſis (ipſe eſt annus nonuſdecimus regis Babylonis) venit [p] Nabuzardam priceps exercitus ſeruus regis Babylonis in Hieruſalem: & ſuccēdit domum domini & domū regis & domos Hieruſalem omnēq; domum combuſſit igni: & muros Hieruſalem in circuitu deſtruxit/ omnis excercitus Chaldęorū qui erat cum principe militum. 4.reg.25.c.

ꝯAedificemus ciuitates iſtas (dixit Aſa Iudę) & vallemus [q] muris/ & roboremus turrib9 & portis & ſeris donec a bellis quieta ſunt omnia: eo q; quęſierimus dominum deum patrum noſtrorum: & dederit nobis pacem per gyrum. 2.para.14.b.

ꝯSicut vrbs patens & abſq; murorum ambitu: ita vir qui nō poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. puerb.25.d

Muſca.

ꝯVenit [r] muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorum eius/ & in omnem terram Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Exodi.8.f.

ꝯMuſcæ [s] morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Ecclēs.10.a

ꝯ Pro natione animalium produxit terra muſcas Aegyptijs/ & pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. Sapiē.19.b

Muſica & Muſicus.

ꝯMuſica [t] i luctu/ īportuna narratio. Eccli.22.a.

ꝯNon [v] impedias muſicam. 32.a.

ꝯVinum [x] & muſica lętificant cor: & ſuper vtraq; dilectio ſapientiæ. 40.c.

ꝯSicut in fabricatione auri ſignum eſt ſmaragdi: ſic numerus muſicorum in iocundo & moderato vino. 32.b.

---

plo cęteri ad pœnitentiā cogerētur. o ꝯ Vt ſitis ſine reprehenſione in medio nationis prauę atq; peruerſę. Non iubet apoſtolus eos diſcedere a natione praua atq; peruerſa: ſed vt ſint cū ea ſine reprehēſione. vt em̄ Auguſtin9 ait in lib. de verbis dn̄i. Tolerandi ſunt mali pro pace/ ne corporaliter ab eis recedat ſed ſpūaliter. c. Tolerādi. cū. 10. ſequētibus. 23 quęſti. 4. p ꝯ Venit Nabuzardam princeps &c. De iſto Nabuzardam & murorū euerſione per eum facta/ loqtur notabiliter text9. 44. diſt. in prin. dicēs. Nabuzardā princeps cocorū/ muros Hieruſalē deſtruxiſſe legitur: quia vēter (cui multitudo cocorum deſeruit) ędificia virtutum ad ſolum redigit. Hæc ibi.

q ꝯ Et vallem9 muris. Iure humano ciuitatē ędificatā non eſt licitū muris vallare ſine principis auctoritate. Notat Bar. i l. Opus. ff. de ope. publi. imo plus dicit tex. in l. Sacra. §. fi. ff. de rerū di. q; muros municipales ſeu ciuitatū nedū facere/ ſed nec etiā reficere ſine principis vel prępſidis auctoritate. Nec aliquid eis cōiungere vel ſupponere licet. Dicit etiā Bar. i d. l. Opus. per illū textū q; etiā circa muros ciuitatis/ vel intra muros non licet ędificare. Vñ ſubiūgit: q; illi q ędificant domos prope muros ciuitatis/ ex quibus poſſet dari inimicis introit9 in ciuitatē/ poſſunt ꝓhiberi: vl ędificia facta deſtrui. De ipſis autem muris deſtructis ſeu refectione indigētibus/ notāter loqtur textus in l. Oēs. C. de ope. publ. vbi dicit. Omnes prouinciarū rectores literis moneātur: vt ſciāt ordines atq; icolas vrbiū ſingularū muros vel nouos debere facere/ vel veteres firmius renouare: ſcilicet hoc pacto impendijs ordinandis/ vt aſcriptio currat pro viribus ſingulorū. Deinde aſcribātur ꝑ ęſtimatiōe operis futuri territoria ciuium: ne plus poſcatur aliquid/ q̄ neceſſitas impetrauerit neve minus: ne inſtans impediatur effectus. Oportet nanq; per ſingula non ſterilia iuga/ certa queq; diſtribui: vt par cunctis prębendorū ſumptuum neceſſitas imponatur. Nemini excuſatione vel alia pręſumptione ab huius imunitate prębēda. Hęc ibi. An autē pro iſtis reparationibus murorū ciuitatis/ teneātur eccleſię cōtribuere. glo. in l. Ad inſtructiones. C. de ſacro. eccle. tenet q; nō. & iſtā opinionē per multas iuridicas rationes tenet & cōprobat Panor. in c. Nō minus. de imu. eccle. in. 7. 8. 9. &. 10. col. & in d. 7. col. dicit q; ita cōſuluit in quęſtione facti. & ita etiā conſului dū quęſtio eſſet de facto. die. 4. Maij. 153. Legiſtę tñ in d. l. Ad inſtructiones. & plures canoniſtę in d. c. Non minus. tenent contrariū.

r ꝯ Venit muſca grauiſſima. Recurratur ad verbum Moyſes. s ꝯ Muſcę moriētes perdunt ſuauitatē vnguēti. Dici pōt per muſcas moriētes intelligi importunas & vagas cogitationes/ orationibus occurrentes: quę ſuauitatē vnguēti. i. deuotionis extinguūt. de quo dicet in verb. Oratio. t ꝯ Muſica in luctu &c. Tubalcain in malleorū ſonitu delectatus: ex eorū ponderibus proportiōes & conſonātias quę ab ipſis exeūt cōprehendit: & inde principia muſicę & pſalteriū & citharā primus inuenit: vt perinde labor paſtoralis quaſi in delitias verteretur. Ita apud legiſtas dicit Albe. de Roſate in dictionario ſuo in lr̄a. M. in verb. Muſica.

v ꝯ Non impedias muſicam. Iſtis verbis literaliter acceptis: notetur quod dicit Ioā. 22. in extrauag. docta ſanctorū. in fi. de vita & ho. cleri. vbi dicit. Non intendimus prohibere quin interdū/ diebus feſtis pręcipue ſiue ſolēnibus/ in miſſis & diuinis officijs aliquę cōſonantię quę melodiā ſapiūt: puta octauę quintę quartę & hmōi/ ſupra cantū eccleſiaſticū ſimplicem proferantur: ſic tamen vt ipſius cantus integritas illibata permaneat/ & nihil ex hoc de bene morata muſica imutetur: maxime cū huiuſmodi conſonantię auditū demulceant/ deuotionē prouocent & pſallentium deo animos torpere non ſinant. Hæc ibi.

x ꝯ Muſica lętificat cor. Facit textus in dicta extrauagan. docta ſanctorum. in princi. de vita & honeſta. clerico. dum ibi dicitur. Inde in eccleſijs dei pſalmodia cantanda pręcipitur: vt fidelium deuotio excitetur: in hoc nocturnū diurnūq; officium/ & miſſarū celebritates aſſidue/ clero ac populo ſub maturo tenore/ diſtincta gradatione cantantur: vt eadem diſtinctione collibeant/ & maturitate delectent. Hæc ibi.

y ¶ Conuerſę ſunt nuptię in luctum: & vox muſicorũ ipſorum in lamentũ. Ethice ſeu moraliter vanã lętitiam mundi in luctũ pœnitẽtię: & vanos iocos ac carmina inutilia/ in pſalmodiã diuinam/ cum cõpunctione lachrymarũ ſancti prędicatores docent eos cõmutare/ quos ſalutifera pręda capiunt/ & a vita carnali ac veteris actibus hominis funditus occidunt. quod Auguſtinũ illũ eccleſię ſummũ doctorẽ/ verbiꝙ diuini clarũ pręconẽ feciſſe: ex ſolẽni illa ac diffuſa ſua ſentẽtia in c.1. de pœni. diſt. 5. ſatis oſtẽditur.

1.mach.9.d ¶ Renunciatum eſt Ionathę & Simoni fratri eius: quia filij Iambi faciunt nuptias magnas: & ducunt ſpõſam ex Madaba filiam vnius ex magnis principibus Chanaam cum ambitione magna. Et recordati ſunt ſanguinis Iohannis fratris ſui: & aſcenderunt/ & abſcõderunt ſe ſub tegmento montis: & eleuauerunt oculos ſuos & viderunt: & ecce tumultus & apparatus multus/ & ſpõſus proceſſit: & amici eiꝰ & fratres eius obuiam illis cũ tympanis & muſicis/ & armis multis. Et ſurrexerũt ad eos ex iſidijs/ & occiderũt eos: & ceciderũt vulnerati multi/ & reſidui fugerunt in montes: & acceperunt omnia ſpolia eorum: & conuerſæ [y] ſunt nuptiæ in luctũ: & vox muſicorũ ipſorũ in lamentũ.

Muſtum.

Iob.32.d. ¶ En venter meus quaſi muſtũ abſꝗ ſpiraculo: quod lagunculas nouas dirumpit.

Michee.6.d ¶ Tu ſeminabis & non metes: tu calcabis oliuam & nõ vngeris oleo: & muſtum [z] & non bibes vinum.

Mutare.

Gene.35.a. ¶ Abijcite deos alienos qui in medio veſtri ſunt (ait Iacob ad filios) & mundamini [a] ac mutate veſtimenta veſtra.

Nũeri.22.d ¶ Si dederit michi Balach (ait Balaam) plenam domum ſuam argẽti & auri: non potero immutare verbum domini dei mei: vt vel plus vel minus loquar. Et ſupra Balaam.

23.c. ¶ Nõ eſt deus quaſi homo vt mẽtiatur: nec [b] vt filius hoĩs vt mutetur.

Deu.16.d. ¶ Non accipies perſonam nec munera: quia munera excœcãt oculos ſapientum/ & mutant [c] verba iuſtorum.

Eccli.27.b. ¶ Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.

36.a. ¶ Innoua [d] ſigna & immuta mirabilia: glorifica manum & brachiũ dextrum.

Mala.3.b. ¶ Ego [e] dominus & non mutor.

¶ Cætera in verbo Verbum. Eccli.37.e.

Mutatio.

Pſal.76.c. ¶ Et dixi nunc cœpi: hæc [f] mutatio dexteræ excelſi.

Mutus.

Exodi.4.c. ¶ Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus [g] eſt mutũ & ſurdum/ videntem & cœcum? Nonne ego (ait dominus.)

pſal.37.c. ¶ Ego tanꝗ ſurdus non audiebã: & ſicut mutus non aperiẽs os ſuũ.

z ¶ Muſtũ/ & nõ bibes vinũ. Videtur hic ꝓbari muſtum & vinũ inter ſe diſcerni. vñ dicit Bar. in l. Cũquid. ff. ſi cer. pe. ꝙ pro vino mutuato/ nõ licet reddi muſtũ: nec ecõtra. Et de hoc (an ſcilicet appellatione vini veniat muſtum) dicetur in verb. Vinum

a ¶ Mũdamini/ ac mutate veſtimẽta veſtra. Mundãtur & mutãt veſtimenta ſua qui ſic de eis pœnitent/ vt ad ipſa poſtea cõmittenda non redeant. Facit tex. in c. Lauamini. de pœni. diſt. 3.

b ¶ Nec vt filius hominis vt mutetur. Recurratur ad ea quę in iſtorũ verborũ annotatione dicta ſunt in verb. Deꝰ. ſed ibi dictis addendo aduertatur: ꝙ cum de deo dicatur ꝙ eſt incommutabilis/ ſtabiliſꝗ manẽs dat cuncta moueri/ quæ deo mutabilitas nõnũꝗ aſcribitur. vt i c. Nouit. & in c. Si agamus. & in c. Quãobrem. de pœni. diſt. 1. ad hominũ ſentẽtiã ſeu opinionem refertur. Vñ alibi legitur. Mutat deꝰ ſententiã/ ſed nõ mutat cõſilium. ſententiã. i. id quod hoies opinantur & credunt: conſiliũ. i. id qd eſt in ſecreto conſciẽtiæ ſuę. Alibi dicit cõtra ſcilicet mutat deus cõſiliũ/ ſed non ſententiã: conſilium ſcilicet hoim. i. qd credunt in corde ſuo/ ſed non ſententiã. i. ſuã diſpoſitionem. Pręmiſſa ponit Archi. in c. Incõmutabilis. 22. quęſti. 4.

c ¶ Mutãt verba iuſtorum. Verba iuſtorũ/ ſecluſa ratione munerũ/ nõnunꝗ laudabiliter mutantur. Sicut enim quędã ſunt quę nulla poſſunt ratione conuelli: ita multa ſunt quæ aut pro neceſſitate temporũ/ aut pro conſideratione ętatũ oportet temperari. c. ſi. in prin. 14. diſtinc. Vnde dicit tex. in c. Non debet. de cõſan. & affi. Non debet reprehenſibile videri ſi ſcdm varietatẽ temporũ ſtatuta varientur humana. De iudice autẽ an & quãdo verba ſua per modũ ſentẽtię prolata mutare poſſit. videat qd late ſcribunt Bar. & Alex. de Imola. in l. Quod iuſſit. ff. de re iudi. De priuato vero quãdo verba ſua poſſit iuſte mutare. Recurratur ad textũ & gloſam. & Io. and. in mercurialibus. in c. Mutare. de regu. iuris. in. 6.

d ¶ Innoua ſigna & imuta mirabilia. Recurratur ad verbũ Mirabile.

e ¶ Ego dominus & non mutor. Videatur qd dictũ eſt ĩ. eodẽ. b.

f ¶ Hęc mutatio dexterę excelſi. Prauę vitę in meliorẽ mutatio quę cũ animę fit labore (dicit tex. in auten. de mona. col. 3. & glo. in c. Reperiũtur. de cõſe. diſ. 4.) nõ niſi deo adiuuante procedit. Quandoquidẽ tametſi homo de per ſe labatur in reatũ: ab eo tñ non niſi diuina pręueniente & cõcomitante miſericordia reſurgit. vnde & de homine dictum eſt/ ꝙ eſt ſpiritus vadens & non redẽs. c. Cõuertimini. cũ gloſa ibi. de pœni. diſt. 1.

g ¶ Quis fabricatus eſt mutum & ſurdũ. Si quis vtroꝗ morbo. ideſt mutitate & ſurditate ſimul laborat: ita vt neꝗ audire neꝗ loqui poſſit/ & hoc ex ipſa natura habeat/ neꝗ teſtamẽtũ facere/ neꝗ codicillos/ neꝗ fideicõmiſſum relinꝗre: nec mortis cauſa donationẽ celebrare cõcedatur: nec libertatẽ ſiue vindicta ſiue alio modo ĩponere. Vbi autẽ & in hmõi vitijs non naturalibus ſiue maſculo ſiue fœminę accidit calamitas: ſed morbus poſtea ſuperueniens & vocẽ abſtulit/ & aures cõcluſit ſi ponamꝰ huiuſmodi perſonã literas ſcientẽ omnia quę priori interdicta ſunt: hęc ei ſua manu cõſcribẽti permittunt. Sin autem infortuniũ diſcretũ eſt (quod ita raro cõtingit) & ſurdis licet naturaliter hmõi ſenſus variatus eſt: tamẽ omnia facere/ & in teſtamentis/ & in codicillis/ & in mortis cauſa donationibus/ & in libertatibus: & in alijs

oĩbus permittitur. Si enim vox articulata ei a natura concessa est: nichil prohibet eum oĩa quę voluerit facere; quia scimus quosdã iuris peritos/ & hoc subtilius cogitasse: & nullum esse exposuisse qui penitus non exaudiat/ si quis supra cerebrũ illius loquatur: scdm quod iubentio celso placuit in eo etiã cui morbus postea superueniẽs auditum immodo abstulit/ dubitari non potest: quin possit oĩa sine aliquo obstaculo facere. Si vero aures quidẽ apertę sint & vocẽ recipientes: lingua autẽ eius penitus pręppedita/ licet a veteribus auctoribus sępius de hoc variatũ est: attamẽ si hunc peritũ literarũ esse ppo namus: nichil phibet scribenẽ eũ hæc oĩa facere/ siue naturaliter siue per interuentũ morbi hmõi: ĩfortuniũ ei accessit nullo discrimine/ neq; in masculis/ neq; in fœminis in oĩ ista cõstitutione obseruãdo. Textus est de pręmissis oĩbus in l. Discretis. C. q testa. fa. pos. vbi & ĩ l. 1. ff. de verbo. obli. videri possunt per Bar. Alex. & Iaso. Alia quę in materia mutitatis & surditatis possent hic cumulari. & per Bar. & alios ĩ l. Mutũ. ff. de acq. hęre.

¶ Aperi [h] os tuum muto: & causis [i] omnium filiorũ qui pertrãseunt. puerb.3.a.

¶ Exenia [k] & dona excœcant oculos iudicum: & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. Eccli.20.d.

¶ De mutis a Ihesu sanatis vide supra in verbo Ihesus.

Mutuare & Mutuum.

¶ Si pecuniam [l] mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum: non [m] vrgebis eum quasi exactor: nec [n] vsuris opprimes. Exodi.22.d

¶ Fœnerabis gentibus multis: & ipse a nullo accipies mutuum. Deute.15.a

¶ Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi/ ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum/ nec contrahes manum: sed aperies eam pauperi: & dabis [o] mutuum quo eum indigere perspexeris. 15.b.

¶ Mutuabitur [p] peccator & nõ soluet: iust⁹ autẽ miseretur & tribuet. Psal.36.d.

¶ Diues pauperibus ĩperat: & q [q] accipit mutuũ seruus est fœnerãtis. puerb.22.a

¶ Sicut [r] fœnerator: sic is qui mutuum accipit. Esaię.24.a

¶ Qui petit a te/ da ei & volenti mutuare a te ne auertaris. Matth.5.f.


¶ Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere: quæ (dicit Christus) gratia est vobis? Nam [s] & peccatores peccatoribus fœnerãtur vt recipiant æqualia. verũtamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuum date [t] nichil inde sperãtes: & erit merces vestra multa. Luce.6.e.

h ¶ Aperi os tuũ muto. Idest pro causa pauperis q per se in iudicio loqui non valet ipse loqui memẽto. Circa hãc declaratione (quę est glos. or.) notetur qd dicit Panor. post alios in c. 1. de offi. iudi. vbi dicit q aduocatus debet pauperib⁹ exhibere patrociniũ suũ gratuitũ/ & si nolit exhibere/ iudicis officio cõpellet. qd Felv. ibidẽ intelligit pcedere in paupere in extrema necessitate cõstituto. i ¶ Et causis omniũ filiorũ q ptransceunt. Hęc verba possunt etiã aduocatis accõmodari vt moneãtur nedũ pauperibus/ sed etiã diuitib⁹ patrocinio suo succurrere. Quod si nolint exhibere/ cogẽtur iudicis officio: prout etiã notat Panor. ĩ d. c. 1. de offi. iudi. Et est bo. glo. & ibi Bar. ĩ l. 2. C. de pxi. sacro. scri. lib. 10. vbi cõcludit doctorẽ posse cõpelli inuitũ ad cõsulendũ. & idẽ notat do. me⁹ Iason in l. Eũ q res. in fi. C. de pcura. k ¶ Exenia & dona &c. Recurrat s. ad verbũ Exenia: & ad verbũ Iudex. l ¶ Si pecuniã mutuam dederis. Appellatio pecunię sumitur large qñ fit mẽtio mutui in dispositiõe legis vel statuti: pro oĩ eo sc; in quo cõsistit mutuũ. i. p oĩ eo qd põdere nũero vel mẽsura cõsistit. tex. est cũ glo. ĩ ver. Pecuniã. in l. 2. §. Appellata. & in l. Singularia. in prin. ff. si cer. peta. m ¶ Non vrgebis eum quasi exactor. Idest nõ stati vrgebis eũ ad restituendã pecuniã/ a te sibi mutuatã. & hoc etiã fieri nõ põt iure hũano: qa aut mutuũ factũ est ad certũ vsum: puta mutuata est pecunia p emẽdo vino: & tũc anteq̃ in illũ vsum facta sit cõuersio/ repeti nõ põt. Ita Bal. in l. 1. in fi. C. cõmo. Aut nõ ad certũ vsum/ & adhuc non põt statim repeti: sed debet expectari p aliqd interuallũ arbitrio iudicis moderandũ. Ita Bar. in l. Si pœnã. ff. de verb. obli. & Panor. in c. fi. col. 1. de pca. n ¶ Nec vsuris opprimes. Recurrat ad verbũ vsura. o ¶ Dabis mutuũ quo eũ indigere pspexeris. Mutuũ damus recepturi nõ eandẽ speciẽ quã dedim⁹: alioqn aut cõmodatũ erit aut depositũ: sed idẽ gen⁹. Nã si aliud genus veluti vt pro tritico vinũ recipiam⁹ nõ erit mutuũ. Mutui autẽ datio cõsistit in his reb⁹ quę pondere/ numero/ & mẽsura cõsistunt. & appellata est ab eo qd de meo tuũ fit. tex. est ita dicẽs in l. 2. ff. si cer. pe. vbi & in l. Singularia. ff. eo. ti. Materia mutui plene per Bar. & modernos ptractatur. & in l. Certi cõdictio. §. Si nũmos. eo. tit. & per Specula. in ti. de obliga. & solu. §. 1. vbi per. 7. aut. 8. colũ. explicat hãc materiã. Aduertat tñ circa istã sentẽtiã loquentẽ de mutuo facto pauperi: q si de tali mutuo/ paup filios suos alimẽtauerit: q̃uis pecuniã filiorũ noĩe non acceperit: poterit patre existẽte non soluẽdo a filijs soluere valẽtibus repeti. Ita dicit Bar. videri dicendum in l. Is solis. ff. de cõdi. inde. Postea tñ cogitandũ relinquit: prout etiã facit do. me⁹ Iason. in §. Actiones autem. colũ. 7. insti. de actio. p ¶ Mutuabitur peccator & nõ soluet. Accõmodando hanc sententiã cõtractui mutui: dici põt eñ q mutuat. i. mutuũ accipit/ sed nõ soluit: pctõrẽ haberi. Ita eñ malũ p bono reddit qd pctõrũ est. c. Sex sunt differẽtię 23. q. 1. & idẽ eadẽ rõne si soluat sed nõ in eadẽ bonitate. quo casu põt etiã in foro exteriori cõueniri: qa in mutuo semp cẽset tacite agi ĩter ptes q restitutio fiat in eadẽ bonitate. vulgata l. Cũ qd. ff. si cer. pe. l. 2. §. 1 ff. de ac. & obli. & ĩsti. qui mo. re cõtra. obliga. in prin. & l. Res in dotẽ. ff. de iu. dot. vel scdo extra materiã mutui ĩtelligẽdo hãc sñiam dici põt scdm Nic. de Li. eã velle: q pctõr vita funct⁹/ mutuabit. i. accipiet pœnã in ĩferno & nõ soluet: qa tñ remanebit obligat⁹ posteriori tpe/ q̃tũ fuerat priori: cũ in ĩferno nulla sit redẽptio: & p hoc est bo. glo. apud canonistas ĩ c. Cũ Marthę. §. Quęsiuisti. circa fi. de cele. mis. vł scdm Cassio. hęc sñia eos notat q verbũ dei qd accepert/ operib⁹ nõ exequũtur. cõtra quos etiã loqtur Chrysos. in c. Multi sacerdotes. 40. distic. q ¶ Qui accipit mutuũ seru⁹ est fœnerãtis. Moraliter: q a verbi dei pcone/ doctrinã qua viuere debeat recipit/ debitor est ea adiplendi q̃ didicit: Alioq velut sciens voluntatẽ dñi & nõ faciẽs/ plagis vapulabit multis. c. pe. circa fi. arg. a cõtrario. 37. dis. r ¶ Sicut fœnerator/ sic is q mutuũ accipit. Fœnerator hoc loco sumit p mutuãte absq; vsuris: put etiã verbũ fœnerari sumit in c. Si fœnerაueris. 14. q. 3. vñ astipulari videt qd dicit psal. Simul in vnũ diues & paup. Cui dicto facta est diffusa annotatio isti sententię cõmoda s. in verb. Diues. Q; si fœnerator p mutuo dãte sub vsuris sumeret: put accipit in c. In noĩe dñi. ĩ fi. 23. distin. esset fœneratoris & mutuũ accipiẽtis diuersa cõditio: cũ fœnerator. i. dans ad vsurã peccet: nõ autẽ accipiẽs. c. Debitores. de iureiu. de hoc tñ videat qd dictũ est in verb. Fœnerator. Eccli. 29. s ¶ Peccatores peccatorib⁹ fœnerãtur. Recurratur ad verbũ Fœnerari. t ¶ Mutuũ date nichil inde sperãtes. Hinc cõsult⁹ Vrban⁹ tertius:

an ille in iudicio animarũ quasi vsurarius debeat iudicari: qui non alias mutuo traditurus/eo proposito mutuam pecuniã credit: vt licet omni cõuentione cessante/plus tñ sorte recipiat. Respondens dicit. Quid in hoc casu tenendũ sit/ex euãgelio Lucę manifeste cognoscitur/in quo dicit. Date mutuũ nichil inde sperãtes. vñ hmõi hoies pro intẽtione lucri quã habẽt(cũ ois vsura & superabũdãtia phibeatur in lege)iudicãdi sunt male agere: & ad ea quę taliter sunt accepta: restituẽda in animarũ iudicio efficaciter inducẽdi. Ita dicit tex. q est Vrbani tertij in c. Consuluit in princi. iuncto fi. de vsuris. Circa quẽ aduertatur q qui mutuũ dant/inde aliqd sperantes: tametsi male faciãt/& ad restitutionẽ faciendã sint hortãdi: tamẽ ad eam faciendã in foro conscictię nõ tenẽtur. sed satis est dolere de peccato cõmisso: quis tutius sit restituere. Ita sentit Inno in d.c. Consuluit. Sed glo. & cõiter doctores in c. fi. de simo. tenẽt contrariũ dicentes. q licet simonia mẽtalis nõ obliget ad restitutionẽ vt ibidẽ est text⁹: tamẽ secus est in vsura mẽtali. Propter hoc dictũ euangelicũ. Mutuũ date nichil inde sperantes. Quę autẽ sit diuersitatis ratio inter simoniã & vsurã Panor. ibi plures allegat. tandẽ dicit nullã efficacem dari posse: subiungendo tutius esse dicere q illud. c. fi. de simo. dũ dicit simoniã mentalẽ nõ obligare ad restitutionẽ. procedit: quando solũ adfuisset spes secundaria recipiẽdi tẽporale pro spirituali. Si enĩ esset principalis: tũc tutius esset dicere q teneretur ad restitutionẽ. Hęc Panor. Quantũ vero ad vsurã dicit Hostiẽ. in d.c. Consuluit. in verbo. Pro intentione, q dicere deprauatã intentionẽ non obligare ad restitutionẽ/ falsissimum est: dicere vero contrarium/ est verissimum.

Finis literæ. M.

4. regum. 5. toto capite



Aaman. ¶ Naaman princeps militiæ regis Syrię: erat vir magn⁹ apud dominũ suum & honoratus. Per illũ enim dedit dominus salutem Syriæ. Erat autem vir fortis & diues [v]/sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrũculi: & captiuam [x] duxerant de terra Israel puellam paruulam quę erat in obsequio vxoris Naamã: quę ait ad dominam suã. Vtinã fuisset domin⁹ meus ad prophetã qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra quã habet. Ingressus est itaq Naamã ad dominũ suum/& nũciauit ei: dicẽs. Sic & sic loquuta est puella de terra Israel. Dixitq ei rex Syriæ. Vade/& mittã literas ad regem Israel. Qui cum profectus [y] esset & tulisset secum decẽ talenta argenti/ & sex milia aureos/& decem mutatoria vestimentorum/detulit literas ad regẽ Israel in hęc verba. Cũ acceperis epistolã hãc: scito q miserim ad te Naamã seruum meũ vt cures eum a lepra sua. Cũq legisset rex Israel literas: scidit [z] vestimẽta sua: & ait. Nũquid deus ego sum vt occidere possim/ & viuificare: quia iste misit ad me vt curẽ hominem a lepra sua? Animaduertite & videte quot occasiones quærat aduersum me. Quod cum audisset Helisæus vir dei: scidisse videlicet regem Israel vestimẽta sua: misit ad eum/dicens. Quare scidisti vestimenta tua? Veniat ad me: & sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naamam cũ equis & curribus: & stetit ad ostiũ domus Helisæi. Misitq ad eũ Helisæus/dicens. Vade [a] & lauare septies in Iordane/ & recipiet sanitatem caro tua atq mundaberis. Iratus [b] Naaman recedebat/dicens. Putabã q egrederetur ad me: & stans inuocaret nomẽ dei sui: & tangeret manu sua locũ lepræ/& curaret me. Nunquid non meliores sunt/Abana & Pharfar fluuij Damasci omnibus aquis Israel: vt lauer in eis & munder. Cũq ergo vertisset se & abiret indignans: accesserunt [c] ad eum serui sui/& locuti sunt ei. Pater & si rem grandem dixisset tibi propheta: certe facere debueras. Quãtomagis quia nũc dixit tibi. lauare & mũdaberis.

v ¶ Diues valde sed lepros⁹. Quia diues oblata peccãdi videt impunitas. Quia vero leprosus/ restrict⁹. vt enĩ dicit Boetius relat⁹ apud canonistas per Archi. in c. Paratus. 23. q 1. Multo infœliciores sunt mali iniusta impunitate donati/q iusta vltione puniti.

x ¶ Captiuam duxerãt de terra Israel puellã paruulã. Si hęc puella libera erat seu cõditionis liberę/p eius subtractionẽ ab istis latrũculis factã: & eã quã de ipsa fecerunt vxori Naamã vẽditionẽ non fuit effecta serua/seu in statũ seruilem non transijt. Abducti enĩ plagio facta venditio statñ nõ mutat. liberę nãq personę solicitatione crimen cõmittitur: non cõditioni præiudicat. tex. est cuius hęc verba sunt i l. Abducti. C. ad le. Fa. de plagiarijs.

y ¶ Qui cũ profect⁹ esset/ & tulisset secũ decẽ talenta argẽti. Sic in primo Regũ libro legimus Saulem volentẽ ire ad Samuelẽ: dixisse puero suo ad eũ ire non posse: quia pretiũ non erat in manu sua: & adiecit. Quarta pars sicli est i manu mea/ hãc dabo viro dei: & annunciabit nobis vitã nostram. Et in tertio libro Regũ legit de vxore Hieroboã: ad hoiem dei pergentẽ/decẽ panes p viro dei accepisse: & crustulam & vas mellis. & in. 4. libro legitur de Benadab rege Syrię qui dixit ad Azaelẽ suarum rerũ dispẽsatorẽ. Tolle tecũ munera/& vade in occursum viri dei: & consule dñm per eum dicens. Si euadere de infirmitate hac potero? prout hęc oia recitatiue ponũtur in c. Iudices. 1. q. 1.

z ¶ Scidit vestimẽta sua. Hinc demonstrauit ægro literas illas animo tulisse. Commoti enim animi indiciũ vestimẽtorum scissio præ se ferebat. facit c. Scindite de pœni. dist. 1. cũ ibi no.

a ¶ Vade & lauare septies in Iordane &c. Iordanis fluuius/baptisma significat: quia in eo nobis saluator baptismũ consecrauit. c. Nunq. de cõsecra. distinc. 4. quo septies. i. perfecte iubemur lauari: vt scilicet nichil de eius omittatur materia/vel forma: ne sic inefficax reddatur. c. Nõ vt apponeres. de baptis. iuncto c. In synodo. de cõse. dis. 4.

b ¶ Iratus Naamã &c. Naamã Iordanis lauationẽ despiciẽs/simplicitatẽ significat rudiũ: spũalẽ nõ potuerũt itelligere efficaciã qa aialis homo nõ pcipit quę sunt spũs dei. c. Sicut. de cõse. dist. 4.

c ¶ Recesserũt ad eũ serui sui. Serui autẽ meliori cõsilio ad mandatum prophetiẽ persuaserũt: quia sępe deus reuelat paruulis qd melius est: & quod sapientibus abscondit. dicit Panor. in c. 1. in fi. de constitutio. & est bo. tex. in l. 1. §. Sed neq. C. de vete. iure enucle.

Descendit/& lauit [d] septies iuxta sermonē viri dei: & restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: & mundatus est. Reuersusq̧ ad virū dei cum vniuerso comitatu venit & stetit corā deo: & ait. Vere scio ꝙ non sit alius deus in vniuersa terra/nisi tantum in Israel. Obsecro itaq̧ vt accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respōdit. Viuit [e] dominus ante quē sto: quia nō accipiā. Cūq̧ vim faceret: penitus nō acquieuit. Dixitq̧ Naaman. Vt vis. Sed obsecro concede michi seruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra. Non [f] enim faciet vltra seruus tuus holocaustū/ aut victimā dijs alienis nisi domino. Hoc autē solū est de quo depreceris dominum pro seruo tuo quādo ingredietur dominus meus templum Remmon vt adoret: & illo innitente super manum meam/ si adorauero in templo Remmon adorante eo in eodem loco vt ignoscat michi dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei. Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo tempore. Dixitq̧ Giezi puer viri dei. Pepercit dominus meus Naaman Syro isti vt non acciperet ab eo quæ attulit. Viuit dominus quia curram post eum & accipiam aliquid ab eo. Et sequutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cum vidisset ille currentem ad se: desilijt de curru in occursum eius: & ait. Recte ne sunt omnia? Et ait. Recte. Dominus me⁹ misit me ad te: dicens. Modo venerunt ad me duo adolescētes de monte Ephraim ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti/ & vestes mutatorias duplices. Dixitq̧ Naaman. Melius est vt accipias duo talenta: & coegit eum: ligauitq̧ duo talenta argēti in duobus saccis: & duplicata vestimenta/ & imposuit duobus pueris suis qui & portauerunt coram eo. Cumq̧ venisset iam vesperi: tulit de manu eorū/& reposuit in domo: dimisitq̧ viros & abierūt. Ipse autē ingressus stetit corā domino suo. Et dixit Helisæus. Vnde venis Giezi? Qui respondit: non iuit seruus tuus quoq̄. At ille ait. Nonne cor meum in præsenti erat: quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nūc igitur [g] accepisti argentum: & accepisti vestes/vt emas oliueta/& vineas/& oues/& boues/ & seruos/ & ancillas. Sed & lepra [h] Naaman adhærebit tibi: & semini tuo vsq̧ i sempiternū. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

¶ Multi leprosi erant in Israel (dixit Christus ad judęos) sub Helisæo Lucæ.4.c.

d ¶ Lauit septies/& restituta est caro eius sicut caro pueri. Loto septies restituta est caro/sicut pueri caro. quia mundatus baptismo per inuocationē spiritus septiformis: quisq̧ ad innocētis vitę infantiā redigitur. Regenerante nāq̧ spiritu sancto: non solum originalis sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorū. c. Regenerante. in prin. de cōse. dist. 4. e ¶ Viuit dn̄s ante quē sto: quia non accipiā. Hieronym⁹ in Michea malos tantū ꝓphetas & non bonos munera suscepisse cōfirmans dicit. Non moueat quenq̄ quod Saulē volentē ire ad Samuelem dixisse legimus. Quarta pars sicli ē in manu mea hanc dabo viro dei/& annunciabit nobis viā nostram. Nō em̄ scriptū est ꝙ Samuel acceperit/aut ꝙ illi obtulerit: quin potius pascit a ꝓpheta. Sed fac eū accepisse: stipes magis sunt æstimandę tabernaculi/ q̄ munera prophetæ. Siclus em̄. 20. obolos habet. Quarta ergo pars sicli: quinq̧ sunt oboli. Nostri ergo sacerdotes si volunt vendere prophetiā: & columbā in cathedris suis proponere/quos dn̄s flagello subuertit: quiq̧ tm̄ obolorū sint mercede cōtenti. qui vtinā non precium villarū/sed quinq̧ obolos acciperēt. hoc ipsum sonat in tertio Regū libro de vxore Hieroboā ad hoiem dei pergentem: quæ non nisi decē panes obtulit/ & crustulam & vas mellis. Hęc magis in sumptū prophetę/ q̄ munera prophetię reputanda sunt. licet potuerunt his qui ad ariolos ire cōsueuerant: ex mala eorū cōsuetudine id ipsum extimasse de ꝓphetis/& voluisse sanctis viris offerre qd diuinis offerre cōsueuerāt. Vnde in quarto libro Regū legitur: ꝙ Helisę⁹ venit ad Damascū & Benadab rex Syrię ęgrotabat: annūciaueruntq̧ ei dicentes. Venit vir dei huc. Ait rex ad Azaelem. Tolle tecum munera/ & vade in occursū viri dei: & cōsule dn̄m per eum dicens. Si euadere de infirmitate hac potero? Iuit igitur Azahel in occursum ei⁹: habēs secū munera & oiā bona Damasci. i. de oībus diuitijs Damasci: onera. 40. camelorū. sed nō est credendū accepisse. Sicut de eodē Helisęo legitur: ꝙ Naamā mūdatus a lepra/obtulit ei munera dicens. Obsecro te vt accipias benedictionē a seruo tuo. At ille respondit. Viuit dn̄s ante quē sto: quia non accipiā. cūq̧ vim faceret: penitus non acquieuit. Pręmissa oīa quæ sunt Hiero habētur in c. Placuit. vt de ordinatione in fi. iuncto c. seq. §. Nec moueat. 1. q. 1. f ¶ Non em̄ faciet vltra seruus tuus &c. Sic etiā verus baptismus cōstat non tā ablutione cordis q̄ fide corporis: sicut apostolica doctrina tradidit dicens. Fide mundans corda eorū. & alibi. Saluos facit baptisma/non carnis depositio sordium: sed etiā conscientię bonę interrogatio ad deū. tex. est cui⁹ hęc oīa verba sunt. in c. Verus baptismus. de cōse. dist. 4.

g ¶ Accepisti argentū/& accepisti vestes &c. Sic ergo/vt munera nō debēt accipi a collatore doni spiritualis: ita nec accipi debēt ab eius ministris. Alioqui Helisęus ob acceptionē munerū ministrū suū Giezi nullaten⁹ increpasset: sed nec lepra Naamā ei adhęsisset. vnde dicit Gregorius generali concilio pręsidens. Sicut non debet eps manū quā imponit: ita nec minister vel notarius in ordinatione eius vocē vel calamū vendere. Ita dicit tex. qui est Greg. est in c. 1. in prin. de simo. Ille tamē textus dū loqtur de notario/intelligat si salariū haberet a publico: alias si nō haberet/posset licite aliquid petere pro aliqua sui laboris in scribēdo remuneratione. De ministris autē intelligat ꝙ exigere non possint/nec oblatū sponte recipere si pro ipsis spiritualib⁹ offerret: si autē offerretur ex charitate quadā/possent accipere. Ita illū textū declarat ibi Panor. subiungēs: ꝙ tāetsi papa & officiales seu notarij curię Romanę pecuniā recipiāt pro bullis: tn̄ deberēt de bona honestate abstinere. qa & si in papa hoc nō sit malū: est tn̄ species mali a qua pręcepit apostolus abstinendū. c. Cū ab omni. de vita & ho. cleri. Ite qa decolorat stat⁹ ecclię. hęc Panor. vbi etiā Hostiē. dicit: ꝙ oino corrigendum esset quod prętextu talium ac colore a ministris/siue officialibus Romanę curię etiam hodie quandoq̧ exigitur violenter.

h ¶ Lepra Naamā adhęrebit tibi &c. Recurrat ad ea q̄ sup istis verbis satis diffuse dicta sunt §. in ver. Giezi.

i ¶ Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor: & cor eius eleuatum est. Sic cum diabolus perditorum multitudinem suæ voluntati subijcit/eleuatur cor eius: propriæ illud assignans virtuti non diuinæ permissioni: cum tamē omnia quæ fiunt/aut iusto iudicio faciat deus/aut permissu suo ita fieri sinat.c. Nec mirum. versi. Nec ideo.26.quæsti.5. k ¶ Et misit ad omnes qui habitabāt in Cilicia. Sic diabolus per diuersas prouincias legatos mittit: cum turbam malignorum spirituum ad seducendas gentes per totum orbem dispergit: nec parcit dignitati/nec honori/omnes ad gehennam trahere cupit/& filios perditiōis reddere: & omnibus modis humanū gen⁹ euertere & perturbare. Dolet enim satis & erubescit/charitatem quam in cœlo nequit habere: homines constantes ex lutea materia tenere ī terra. vnde oportet q̄ntum fragilitati nostræ conceditur: vt oēs aditus nocendi eius versutiæ muniam⁹: ne mors ingrediatur per portas nostras. c. Visis. vbi hæc verba ponuntur. 16. q̄stio.2.

l ¶ Et trans flumen Iordanem vsq; in Hierusalem. Fideles quoq; esse securos diabolus non patitur: nec satis est ei Ethnicos absorbere/nisi etiā Christianos possit deuorare/& maxie illos quos ardentiores in seruitio saluatoris inuenerit. prout dicit Alexander papa in c. penul. circa princi. 3.quæsti.1.

m ¶ Qui omnes vno animo contradixerunt. Iusti homines solicitam salutis suæ curam gerentes/tametsi validissimis dæmonum oppugnentur astutijs: deo adiutore victores euadunt/dum suis contradicunt ac reluctātur impulsibus. Neq; enī diabolica concuti tentatione: sed ea superari criminosum est. ca.1. versi. Iugem vero scabiem.45. distinc.

n ¶ Tūc indignatus Nabuchodonosor &c. Sic (dicit glo. iterlinea.) malign⁹ hostis licet superatus ab īcœpta malicia nō desistit/sed iterū bellum intēdit & totū furoris sui effundit tumultū. quandoquidē oībus modis humanū genus euertere conatur & perturbare.d.c. Visis. quod est c.1.16.quæsti.2.

o ¶ Dixitq; cogitationem suam esse &c. Possunt hæc verba moraliter declarari per ea quæ dicta sunt s. eodē.k.

p ¶ Cōtra eos præcipue qui cōtempserunt imperium meum. Declara per ea quæ dicta sunt s. eodem.l.

propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.

Nabal. ¶ Recurre ad verbum Abigail.

Naboth. ¶ Recurre ad verbum Achab.

Iudich.1.c.d. **Nabuchodonosor.** ¶ Nabuchodonosor aliquibus victorijs contra Ioathā & Sedechiam reges in Hierusalem ab eo cōsecutis: dū rex Babylonis esset (prout legitur.4.Reg.24.&.25.) factus rex Assyriorum pugnauit cōtra Arphaxat regem Medorum: & obtinuit eum in cāpo magno qui appellatur Ragau/circa Euphratē & Tigrim & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum [i] est regnum Nabuchodonosor: & cor eius eleuatū est: & misit [k] ad omnes qui habitabāt in Cilicia & Damasco & Libano/& ad gētes quæ sunt in Carmelo & Cedar & īhabitātes Galileā in cāpo magno Esdrelon/& ad omnes qui erant in Samaria & trans [l] flumen Iordanem vsq; ad Hierusalem & omnem terram Iesse/quousq; perueniatur ad montes Aethiopiæ: ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorum qui omnes [m] vno animo contradixerunt/& remiserūt eos vacuos: ac sine honore abiecerūt. Tūc [n] indignatus Nabuchonosor rex ad omnem terram illam iurauit per thronum & regnum suum q defenderet se de omnibus regionibus his.

Iudich.2.a.b. ¶ Anno tertiodecimo Nabuchodonosor regis vicesima & secūda die mensis primi factū est verbū in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum vt defenderet se. Vocauitq; omnes maiores natu/omnesq; duces & bellatores suos: & habuit cum eis mysteriū cōsilij sui. Dixitq; [o] cogitationē in eo esse: vt omnē terrā suo subiugarēt imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus: vocauit Nabuchodonosor rex Holofernē principem militiæ suæ: & dixit ei. Egredere aduersum omne regnum occidentis/& contra [p] eos præcipue qui contempserunt imperium meum. Nō parcet oculus tuus vlli regno: omnēq; vrbem munitam subiugabis michi.

¶ De Holoferne habetur in sequētibus capitibus qui iussu Nabuchodonosor regis obtemperans diuersa prelia gessit.

¶ De Nabuchodonosor rege qui capta vrbe Hierusalē Danielē/Ananiam/Misael & Azariam cibo regio iussit educari: habetur Danielis 1.a.b.c.& supra in verbo Daniel.

¶ De somno regis Nabuchodonosor cuius inuentu & declaratione Daniel summo apud eum fuit honore donatus: habetur Danielis.2. per totum & supra Daniel.

¶ De Sidrach Misac & Abdenago ob neglectā venerationem aureæ statuæ iussu Nabuchodonosor regis erectæ/missis in fornacem ignis ardentis: & omni corporis parte illæsis dominū deum suum laudantibus habetur Daniel.3.a.b.c.d.e.f.& supra in verbo Benedicere.

Danie.3.g. ¶ Nabuchodonosor rex obstupuit/& surrexit propere: & ait optimatibus suis. Nonne tres viros misimus in medio ignis cōpeditos? Qui respondentes regi/dixerunt. Vere rex. Respondit rex/& ait. Ecce ego video quatuor viros solutos & ambulantes in medio ignis/& nichil corruptionis in eis est: & species quarti similis filio dei. Tunc accessit rex Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardētis: & ait: Sidrac

Misac & Abdenago serui dei excelsi viui egredimini & venite. Statiq; egressi sunt Sidrac Misac & Abdenago de medio ignis. Et cõgregati satrapæ & Magistratus & iudices & potentes regis / cõtemplabantur viros illos : quoniam nichil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum : & capillus capitis eorum non esset adustus etiam Saraballa eorum non fuissent immutata : & odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor/ait. Benedictus deus deorum Sidrac videlicet Misac & Abdenago qui misit angelum suum & eruit seruos suos qui crediderunt in eum : & verbum regis immutauerunt & tradiderunt corpora sua ne seruirent: & ne adorarent omnem deũ excepto deo suo. A me [q] ergo positũ est hoc decretũ vt omnis populus tribus & lingua quæcunq; locuta fuerit blasphemiam/ contra deum Sidrac Misac & abdenago dispereat: & domus eius vastetur. Neq; enim est alius deus qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrac Misac & Abdenago in prouincia Babylonis. Nabuchodonosor rex omnibus populis gentibus & linguis qui habitant in vniuersa terra pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo michi prædicare signa eius/quia magna sunt: & mirabilia eius/ quia fortia: & regnum eius/regnum sempiternum: & potestas eius in generatione & generationem.

¶ (Facta somni Nabuchodonosor regis per Danielẽ iterpretatione: Danie.4.e.
venturaq; super eũ calamitate ipsi nũciata: subiulit Daniel) Quãobrem rex consilium meum placeat tibi : & peccata [r] tua eleemosinis redime : & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Forsitan [s] ignoscet deus delictis tuis.

¶ Post [t] finem mensium duodecim in aula Babylonis deambulabat. 4.f.
Responditq; rex & ait. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ/ & in gloria decoris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore regis : vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex : regnum tuum transibit a te/ & ab hominibus eijcient te : & cum bestijs & feris erit habitatio tua. Fœnum quasi bos comedes : & septem tempora mutabũtur super te: donec scias q; dominetur excelsus in regno hominum : & cuicũq; voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor : & ex hominibus [v] abiectus est : & fœnum/ vt bos comedit : & rore cœli corpus eius infectum est/donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent : & vngues eius quasi vngues auium.

¶ Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad 4.g.
cœlum leuaui: & sensus me9 redditus est michi. & altissimo benedixi/ & viuentem in sempiternũ laudaui & glorificaui : quia potestas eius/ potestas sempiterna: & regnum eius in generatione & generationem. & omnes habitatores terræ apud eum in nichilũ reputati sunt. Iuxta enim voluntatem suã facit/tam in virtutibus cœli q̃ in habitatoribus terræ : & non est qui resistat manui eius / & dicat ei : quare fecisti?

q ¶ A me ergo positum est hoc decretũ &c. Tex. est circa hoc decretũ Nabuchodonosor videndus in c. Imperatores. 11. q. 3. in c. Quãdo vult de9. 23. q. 4. & in c. Non inuenitur. eadã causa & quęsti. de quo dictũ est s. in verb. Benedicere. r. r ¶ Peccata tua eleemosinis redime. Eleemosinę nãq; a morte liberãt peccatorẽ: qui per delicta subruerat. c. Medicina. & c. Miror. de pœni. dist. 1. s ¶ Forsitan ignoscet deus delictis tuis. Dixit forsitã. qa deesse potest cõtritio cordis/ & nõ valẽt eleemosinę nisi ex bono fonte procedãt. c. Non satis. 86. dist. vel iõ sub dubietate posuit: ne securitas negligẽtiã/ & negligẽtia offesam pstaret. c. Prędixerat. de pœni disti. 1. vel ponitur forte assertiue: vt etiam sępe poni solet. prout dictum est s. in verb. Forte. Q2 tñ verbũ forsitan ponat hic dubitatiue: est bo. tex. ex ista respõsione Danielis optimã doctrinã eliciẽs. in c. Quobrem. in fi. de pœnitẽ. distic. 1. vbi postris istis verbis Danielis/ subiungitur. Cũ beatus Daniel præscius futurorũ/ de sententia dei dubitet: rem temerariã faciunt q audacter peccantibus veniã pollicentur. Hęc ibi. t ¶ Post mẽsium. 12. &c. Fecit Nabuchodonosor rex iuxta Danielis cõsilium/ misericordias in pauperes: & idcirco vsq; ad mensem. 12. in eo dilata est sententia. sed quia postea ambulans in aula Babylonis/ gloriat & dicit. Nonne hęc est Babylon magna quã ędificaui in domo regis/ & in robore fortitudinis meę/ & gloria nois mei? Bonum misericordię pdidit malo supbię. Ita dicit tex. ĩ d. c. Quobrẽ. versi. Fecit itaq;. de pœni. dist. 1. v ¶ Ex hoibus abiectus est/ & fœnũ vt bos comedit &c. Circa hãc Nabuchodonosor regis pter superbientẽ animũ suũ grauissimã punitionẽ/ & diuinã quam postea humiliat9/ & dominũ deũ suũ cognoscens/ misericordiã percepit: notetur primo tex. Augustini ad Bonifacium: qui ex animi sui tumore hoiem ab ecclesię limitib9 abduxerat rescribentis in ca. Miror. circa mediũ. 17. q. 4. vbi dicitur. Si de potestate pręsumitur Nabuchodonosor regem intẽde/ qui causa superbię in bouem. i. in bouinã mentem est ex homine cõmutat9: atq; regno suo profugus recedens/ nõ ante regnũ recepit q̃ conuersus deũ prędicauit. Secũdo textus in c. fi. circa med. 23. quęsti. 5. vbi dicitur. Cũ in corde suo superbiens Nabuchodonosor diceret. Nonne hęc est Babylon quam ego condidi in robore regni mei? statim imutauit deus rationabilẽ mentẽ eius/ & induit eum ferina bestialitate: vt ab hominibus fugiẽs cum bestijs viueret. Tertio textus in c. Nabuchodonosor. in princi. 23. quęsti. 4. vbi dicitur. Nabuchodonosor pœnitentiã meruit fructuosam: & post innumeras impietates flagellatus pœnituit: & regnum quod perdiderat/ rursus accepit. Quarto textus in c. Voluissent. §. Deniq;.

verſi. Nabuchodonoſor. de pœni. diſt. 1. vbi eſt textus ſimilis ei q habet in d.c. Miror. 17. queſti. 4.

x ℭ In ipſo tempore ſenſus meus reuerſus eſt ad me. Videantur text. citati in ſuperiori proxima annotatione & aduertatur circa id quod habetur in d.c. Nabuchodonoſor. dum ibi dicitur ꝙ ipſe pœnitentiam meruit fructuoſam. Nam fructus penitentie tripliciter conſideratur. Primo q̃tum ad fructum temporalem: & ſic dicitur ad Hebrę. 12. ꝙ Eſau non inuenit fructum pœnitentiæ/ ſcilicet in recuperatione primogenitorum. Et

In ipſo [x] tẽpore ſenſus meus reuerſus eſt ad me: & ad honorem regni mei/ decoreq́ꝫ perueni. & figura [y] mea reuerſa eſt ad me/ & optimates mei & magiſtratus mei requiſierũt me: & ĩ regno meo reſtitutus ſum/ & magnificentia mea amplior addita eſt michi. Nũc igitur ego Nabuchodonoſor laudo & magnifico & glorifico regem cœli: quia omnia opera eius vera/ & omnes viæ eius iudicia: & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.

Natus. Natio & Natiuitas.

Pſal. 147. in fine. ℭ Nõ fecit [z] taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Eccleſ. 7. a. ℭ Melius eſt nomen bonum/ q̃ vnguenta pretioſa: & dies [a] mortis/ die natiuitatis.

Sapiẽ. 5. c. ℭ Tanq̃ ſagitta emiſſa in locum deſtinatum: diuiſus aer continuo in ſe recluſus eſt/ vt ignoretur trãſitus illius: ſic & nos nati cõtinuo deſiuimus eſſe.

Natalis.

Mat. 14. a. ℭ Die [b] Natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis ĩ medio: & placuit Herodi &c. Et ſupra Herodes.

Naſci.

Ioan. 3. a. ℭ Niſi quis [c] renatus fuerit denuo (dixit Chriſtus ad Nichodemum) nõ poteſt videre regnũ dei. Dixit ad eum Nichodemus. Quomodo poteſt homo naſci denuo/ cum ſit ſenex? Nũquid poteſt in ventrẽ matris ſuæ iterato venire & renaſci? Reſpondit Iheſus. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus [d] fuerit ex aqua & ſpirituſancto non poteſt introire in regnũ dei. Quod natũ eſt ex carne caro eſt: & quod natũ eſt ex ſpiritu: ſpirit⁹ eſt. Nõ mireris quia dixi tibi quia oportet [e]

hęc pôt haberi ſine gratia gratum faciente. Secundo q̃tum ad fructum ſpiritualem: vt ſcilicet ſequatur remiſſio peccatorum. Et hęc non eſt ſine gratia gratum faciente. & de tali dicitur Mathęi. 3. Facite fructus dignos pœnitentię. Tertio q̃tum ad fructum ęternum. Et hęc nedũ habet gratiã gratũ faciẽtẽ: ſed etiã pſeuerãtiã in bono. Primam ergo pniam habuit Nabuchodonoſor: quia recuperauit regnũ. Secũdã etiã habuit: quia fuerũt ſibi remiſſa peccata. Tertiam vero non habuit: quia recidiuauit. vñ Eſaię. 14. dicit. Detracta eſt vſq͂ ad infernũ ſupbia tua. Ita dicit Archid. in d.c. Nabuchodonoſor Nicolaus vñ de lira in d. c. 14. Eſaię allegãdo dictũ c. Nabuchodonoſor. dicit ꝙ pphetia Eſaię cõtra nabuchodonoſor dñ dixit: detracta ẽ vſq͂ ad infernum &c. nõ fuit ipleta: quia pœnitẽtiã egit. et ſic illa prophetia non fuit prędeſtinatiõis ſed comminationis quę homine mutato mutatur: prout legitur in c. Quãobrẽ. de pœni. diſt. 1. & hęc opinio videt efficaciter pbari in d.c. Nabuchodonoſor: dũ dicit ꝙ egit pœnitẽtiã fructuoſam. Non eñ fructuoſa dicit pœnitẽtia/ in qua nõ perſeuerat. c. Incaſſum. de pœni diſt. 3.

y ℭ Figura mea reddita eſt michi. Figuram ſuam ſibi redditam dicit: non ꝙ eã amiſerit/ ſed quia amiſiſſe viſus eſt propter humanũ ſenſum ſeu rationem quam perdidit. Ita ſentit gloſa in d.c. Miror. in verbo Bouẽ. 17. queſti. 4. & Archi. in d.c. Nabuchodonoſor. col. 2. 23. queſti. 4.

z ℭ Non fecit taliter omni nationi. Orthodoxam nationem deus noſter prę cęteris inſigniuit vt vere de ea dicatur. Non fecit taliter omni nationi: ſemetipſum ſcilicet exhibendo & attribuendo ſe in cibum: atq͂ cum ea vſq͂ ad conſummationem ſeculi manendo. d. cle. Si dominum. de reliq. & vene. ſancto.

a ℭ Melior eſt dies mortis/ die natiuitatis. Declaret vt dictũ eſt in verbo Dies.

b ℭ Die natalis herodis. A die natalis. Natales dicũtur quę ſunt ſcripturę natiuitatis alicuius qb⁹ continet quo patre ſit nat⁹/ & qua matre & qb⁹ cõſulib⁹. Text⁹ eſt cũ gloſ. 1. in l. neq͂ natales. C. de probati. A die etiã natiuitatis natale vocatum eſt. i. dies natiuitatis qñq͂ tñ natale dicit reſpectu mortis. Vnde natalia ſeu natalitia ſanctorũ dicim⁹ ſeu cõſideram⁹ a tempore mortis: quia tũc naſcũtur ad gloriã. glo. eſt in c. Non licet. 14. queſti. 4. & no. Car. in cle. 1. verſi. In die. de reliq. et vene. ſanctorum.

c ℭ Niſi qs renatus fuerit denuo &c. Textus eſt circa hęc verba videndus in cap. ſi baptiſati. de conſecratione diſt. 4. vbi dicitur. Si baptiſata eſt caro Chriſti/ quę ſine peccato erat propter exemplum imitationis: q̃to magis baptiſanda eſt caro mortis propter euitandũ iudiciũ dãnationis. Sicut vero in tẽpore circũciſionis qui de circũciſo naſcebat fuit circũcidẽdus: ſic nũc q de baptiſato naſcit/ erit baptiſandus. Sacramẽtũ eñ baptiſmi/ ſacramẽtũ eſt regenerationis. quare ſicut q nõ vixerit/ nõ pôt mori: ita q nat⁹ non fuerit/ nõ pôt renaſci/ cũ nondum ſit natus. & q̃uis parenti poſt conuerſionem propria peccata non obſunt: tamen illis obſunt qui ab eo generantur. Parenti propter hoc non obſunt/ quia renatus eſt. Illis autem qui de eo nati ſunt/ niſi eodem modo renaſcantur quę a parente contracta ſunt oberunt: quia etiam innouatus eſt pater: non de nouitate ſed de reliquijs vetuſtatis carnaliter gignit: & filij ex reliqua parẽtum vetuſtate carne propagati/ peccati damnationem ſacramento regenerationis euadunt. Hęc ibi.

e ℭ Oportet vos naſci denuo. Hinc ſumpta occaſione dicit Inn. tertius in c. Debitum. de bapt. Inter baptiſantem & baptiſatũ debet eſſe diſcretio in baptiſmo. quippe illa ſpiritualis generatio celebratur: de qua veritas ait. Oportet vos naſci denuo: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpirituſancto/ non intrabit in regnum cœlorum. Sicut ergo in carnali generatione (qua proles ex viro et fœmina naſcitur) alius eſt qui carnaliter gignit/ et alius qui carnaliter gignit. ſic in ſpirituali generatione (qua ſoboles ex aqua et ſpirituſancto renaſcit) ali⁹ debet eſſe q ſpũalr generet/ & ali⁹ q ſpũalr generet: ſeu cũ corp⁹ exteri⁹/ & cor interi⁹ baptiſat oportet: vt vtrobiq͂ paternitas & filiatio valeat inueniri: qb⁹ baptiſans & baptiſat⁹ ad inuicẽ referantur. Vnde Iudæus qui in mortis articulo cõſtitut⁹ (cum inter Iudęos tñ exiſteret) in aqua ſeipſum dimerſit dicẽdo. Ego me baptiſo

vos nasci de nuo. Spiritus vbi vult spirat: & vocē eius audis/sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

❡Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus vt sitis sine querela/ & simplices filij dei sine [f] reprehensione in medio nationis prauæ atq perversæ. ad phi.2.b.

❡Erant in Hierusalē habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Et supra Apostolus. Actuū.2.a.

❡Omnis [g] qui natus est ex deo/peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare/quoniam ex deo natus est. 1.Ioā.3.b.

❡Omnis qui credit quoniam Ihesus est Christus/ ex deo natus [h] est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eū qui natus est ex eo. 5.a.

❡Cætera vide supra in verbis Ihesus. Lucæ.2.b.& Ioan.9.a.Ioannes Baptista.Luce.1.b.& Iob.Iob.3.a.

Nathanael. ❡Recurre ad verbum Ihesus.Ioan.1.f.g.

Natura. ❡Quibusdam petentibus virum quo abuterētur: dixit senex de Gabao. Habeo filiam virginem & hic homo habet concubi[i]nam: educam eas ad vos vt humilietis eas/& vestram libidinem compleatis: tamen obsecro ne scœlus hoc contra naturam operemini in virum. Iudicū.19.f

❡Deus dedit michi horum quę sunt scientiam veram/vt sciam dispositionem orbis terrarum & virtutes elementorum: naturas [k] animaliū & iras bestiarum &c. Sapiē.7.c.

❡Et nos omnes aliquando conuersati sumus in desyderijs carnis no- ad ephe.2.a

in noīe patris & filij & spūsscti amē/ denuo ab alio est baptisandus vt ostendat ꝙ alius est q baptisat/& alius q baptisat ad quod etiā designādum ipse Christus nō a seipso/sed a Ioanne voluit baptisari: quis si talis continuo decessisset/ad patriam protinus euolasset: propter sacramēti fidem et non propter fidei sacramētū. Hęc ibi.

f ❡Sine reprehēsione in medio nationis prauę atq peruersę/ Videat quod dictū est in verbo murmuratio

g ❡Ois q natus est &c. Circa hāc sententiā notet duplicē reperiri principalē natiuitatē. Quędā est carnalis seu naturę: et hęc duplex est. Quędā est natiuitas in vtero quę aliter appellatur cōceptio: de qua loquitur text. in ca. firmissime. in princ. de conse. dist.4.de quo dictū ē in verbo filius/sup illud apli. Eram9 natura filij irę. Alia est natiuitas ex vtero/qn sc3 infās cōceptus progredit a vētre matris: de q loquit text9 i c. Conquestus. de ferijs.dū ibi dicit. Natiuitatē scti Io.bap.celebrari. prout etiā dicit textus in c.1.de cōse.distin 3. Scda principalis natiuitas/est natiuitas spiritualis qua nasci dicimur cum baptisamur: et vocatur regeneratio: quia prio nascimur scdm carnē: postea nascimur scdm spiritū. Vnde dicit Augustin9 in libro de baptismo paruulorū. et habet in ca. Quisquis de cōse.distinc.4. Quisqs ex concupiscētia carnis et lege peccati et mortis carnaliter generatur/ regenerari spiritualiter habet opus: vt non solū ad regnū dei perducat/sed etiam a damnatiōe peccati liberetur. vnde etiā dicit Isidorus/ sentētiarū suarū libro prio. Qui in maternis sunt vteris ideo cum matre baptisari non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est/secundum Christum regenerari non potest. Neq enim dici in eo regeneratio potest/ quem generatio nō precessit. Et de hac natiuitate loquit hęc sentētia. Quādo eñ qs baptisat9 est/ et sic effect9 est habitaculum spiritussancti: nō peccat sed nec peccare pōt: eo supple habitaculū spūssancti manente.d.c.si eñ.col.2. de pœn.dis.2.

h ❡Ex deo natus est.s.per regenerationē baptismalem. Neq enim potest quis fide per charitatē informata: et sic vtiliter credere: qm Iesus est filius dei. nisi sit baptismate regeneratus.d.c. maiores. de bap. vel aliud interueniat qd baptismi vicem suppleat.c.baptismi vicē.de cōsecra. distin.4.

i ❡Habeo filiam virginem: et hic homo habet concubinā. Cū virgine cōmittitur incestus: cū cōcubina.s. vxore alterius(sic eñ hoc loco sumitur)committit adulteriū.c.2.c.stuprū.et.c.adulteriū.36.questi.1.vtrūq tñ.s. incestū et adulteriū offert/ vt ne incidatur in peccatū qd cōtra naturam est: quia(vt dicit Augustinus in libro de adulterinis coniugijs)adulterij malum vincit fornicationē: & vincit ab incestu. sed oim horum pessimū est qd contra naturā fit. et ita etiā dicit in c. Adulterij.32.questi.7.non tñ fuit hęc oblatio licita: quia minus malū nō debet quis cōmittere vt alius euitet maius malum.c.qd ait.14.distinc. de quo diffuse dictū est.s.in verbo Loth. de hoc aūt peccato cōtra naturā videatur qd scriptū est s.in verbo Coire. Et vlterius aduertatur ꝙ etiam extra materiam peccati multa inueniūtur quę sunt contra seu preter naturam. prout est not. tex.in c. Reuera.de consecra.distinc.2.de quo videatur s.in verbo Iesus.Mathęi.26. Et in materia notetur pulchrum dictū Bernardi quod refert Archid.in c.Qui episcopus.colū.pe.23.distinc.et Hostien.in d.c.1.colū.3.de sum.tri. magnum est ꝙ Iesus sine viro est de virgine natus/sed magis cōtra naturam fuit ꝙ Eua sine fœmina de homine formaretur. Infinitę vero potentię ꝙ Adam sine viro & fœmina crearetur.

k ❡Naturas animalium. Pro hac & subsequentib9 sententijs aduertatur: ꝙ natura multis modis dicitur. quandoq enim dicitur vis quędam insita rebus similia de similibus procreans. Secundo dicitur natura quidam stimulus seu instinctus naturę ex sensualitate prouueniens: ad appetendum vel ad procreandum vel ad educandum. Tertio sumitur pro instinctu naturę secundum rationem. Has tres acceptiones ponit glos. in cap. ius naturale.1.distinct. In hac autem sentētia potest secundo et tertio modo sumi. vnde circa naturā hominis omniū animalium dignissimi.l.iustissime.ff.de edi.edic. Notetur ꝙ omnia quę habet homo per naturalem inclinationem apprehendit vt bona: et per consequens vt opere prosequenda: et contraria horum/ vt mala vitanda. In his tamen est triplex ordo. Est enim inclinatio hominis ad bonum secundum naturam/ inqūtum communicat cum omnibus substantijs prout quęlibet substantia appetit conseruationem sui esse secundū naturam suam.& secundū hanc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea per quę vita hominis conseruatur et contrarium impeditur. Secūdo inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundū naturam in qua cōicat cū cęteris animalib9: & secūdū hoc dicūtur ea esse de lege naturę quę natura oia aīalia docuit: vt est coiūctio maris & fœminæ/educatio filiorū & similia. Tertio est inclinatio hois ad bonū secūdū naturā rōnis quę est sibi ppria: sicut

homo habet naturalem inclinationem adhoc vt veritatē recognoscat de deo: et ad hoc ꝙ in societate viuat: & se cūdū hoc ad legē naturalē pertinēt ea quæ ad hmōi veritatē spectāt/ vtpote ꝙ homo ignorantiā vitet: & aliquos nō offendat cū qb⁹ debet cōuersari. Præmissa ponit Archi. in d.c. Ius naturale.col.1.distin.2. l ℭ Era mus natura filij iræ. Recurratur ad verbum Filius. m ℭ Diuinę consortes naturæ. Idest cohęredes filij dei: non per naturam/ sed per gloriam. Qui enim seculi deuitauerint coinquinationes: gloriam sunt cum Christo habituri sempiterni. d.c.1. de sum. tri. Natnrā aūt diuinā vocāt legistæ naturam naturātē. Humanam autem appellāt/ naturā naturatā, glo. est in l. respiciēdū. ff. si cer. peta. et in. l. sed et si restituat. §. fi. ff. de iud. et insti. de iure na, gē, et ciui. in princi. n ℭ Nasus tu⁹ sicut turris libani. Hęc sententia satis declarat p textū in c. 1. versi. Paruo naso. 49. distinc. de quo videatur in verbo Macula. o ℭ Ter naufragiū feci. Iure humano facientib⁹ naufragiū satis abūde succurrit. Si quis enim naufragio naue rateq; expugnata qd rapuisse recepisse dolo malo dāniue quid in his rebus dedisse dicetur. In quadruplū in anno quo primū de ea re experiūdi potestas fuerit. Post annū aūt in simplū iudiciū datur. l. 1. in pri. ff. de incen. rui. naufra. vt aūt nichil ex naufragijs diripiat: vel ne qs extrane⁹ interueniat colligendis eis/ multifariā prospectū est. Nā & diu⁹ Adrian⁹ edicto pręcepit vt hi qui iuxta litora maris possidēt scirent quā-

strae facientes voluntatem carnis & cogitationum: & eramus [l] natura filij iræ sicut & cæteri.

2.petri.1.a ℭ Deus maxima & pretiosa nobis promissa donauit/ vt per hoc efficiamur diuinæ [m] consortes naturæ: fugientes eius quę in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

Cant.7.b. **Nasus.** ℭ Nasus tu⁹ [n] sicut turris Libani q̄ respicit ad Damascū.

2.cori.11.f. **Naufragium.** ℭ Ter naufragium [o] feci dixit Paulus.

Psal.47.b. **Nauis & Nauicula.** ℭ In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

puerb.31.b ℭ Mulier [p] fortis facta est quasi nauis institoris delonge portans panem suum.

Iacobi.3.a. ℭ Ecce naues cum magnæ sint/ & a ventis validis minentur: circunferuntur a modico gubernaculo: vbi impetus dirigentis voluerit.

ℭ Cætera videātur in verbis Ihesus Matth.4.d. & Ionas. Ionæ.1.a. & Via. Prouerb.30.c.

Sapiē.14.a **Nauigare & Nauigans.** ℭ Ali⁹ nauigare [r] cogitās/ & per feros fluctus iter facere incipiēs: ligno portāte se fragili⁹ lignū inuocat.

Eccli.43.c. ℭ Qui nauigant mare/ enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur.

Actuū.28.c. ℭ Omnes qui in insula habebāt infirmitates/ accedebāt & curabātur. Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt & nauigantibus [s] imposuerunt quæ necessaria erant. Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexandrina &c.

do nauis vel infixa vel fracta/ intra fines agri cuiuscunq; fuerit: ne naufragia diripiāt in ipsos iudicia pręsides his qui res suas direptas querūtur reddituros: vt quicquid probauerint adeptum sibi naufragio: id a possessoribus recipiāt. ita dicit textus in l. Ne quid. ff. eod. Potest etiā ratiōe naufragij criminaliter agi: et tunc seruat lex de submersis. C. de naufra. lib. 11. vbi dicit. de submersis nauib⁹ decernimus: vt leuato velo istę causę cognoscātur: & si quis de talibus negotijs aliquid accepisse detegitur: iudex apud quē cōstiterit his conquerētib⁹ qui nudantur/ pro qualitatib⁹ personarū mulctādi remouendi proscribendiq; habeat potestatem. Si vero causarū taliū cōgnitores libelli datione vel plenaria interpellatione commoniti intra bienniū has causas adire neglexerint: et hoc fuerit tempus elapsum præiudicium noceat eatenus cognitori: vt nauiculario ppter vitiū iudicis absoluto. mediam oneris eius partem/ cuius ppter probandā amissionē legitimo dūtaxat tempore cognitio pe tatur/ iudex rogatur inferre: residuū vero officiū eius exsoluat. Hęc ibi. De quo etiam: qñ scilicet pro naufragio agitur criminaliter/ loquitur textus in l. pædius. l. 1. ff. de incen. rui. naufra. dicens. Explores qua pœna afficiendos putem eos: qui diripuisse aliqua ex naufragio probantur. Et facile constitui potest. Nam plurimum interest an peritura collegerint: an quę seruari possint/ flagitiose inuaserint. Ideoq; si grauior pręda vi apperita videbitur: liberos quidē fustibus cęsos in metallum damnabis. Si non magnę pecunię res fuerint/ liberos fustib⁹ cęsos/ seruos flagellis cęsos dimittere poteris: et omnino vt in cæteris. Ita in huiusmodi causis ex personarū con ditione et rerū qualitate diligenter pœnę sunt ęstimandę: ne quid aut durius/ aut remissius constituatur q̄ causa postulabit. Hęc ibi. Succurritur etiam talibus naufragiū passis de iure canonico prout est textus vbi concilij Lateranē. ponitur cōstitutio in c. Excōicationi §. 1. de rapto. vbi dicitur. Illi qui Christianos naufragiū patiētes (quibus scdm regulam fidei auxilio esse tenentur) damnata cupiditate spoliant rebus suis: nisi ablata reddiderint: excōicationi se nouerint subiacere. Hęc ibi. Cętera que naufragij materiā cōcernunt videātur per Bar. et alios in. l. quotiens. et in d. l. de submersis. C. de naufrag. per Saly. in auctē. Nauigia. C. de furtis. et per Io. de anania. in d. c. excōicationi. de Rapto. p ℭ Mulier fortis facta est quasi nauis institoris. Declaretur hęc sentētia vt s. in verbo Mulier. q ℭ Circūferunt a modico gubernaculo vbi impetus dirigētis voluerit. Quod si nauis gubernaculo nequerit circūferri/ et eo dirigi quo volebat ipetus dirigētis. i. tāta vis nauis facta sit: quę tēperari nō potuerit: & proinde alterā nauim obruerit: nullā in dñm placet dari actionē. Qz si culpa nautarū id factū est/ dabit Aquilia l. queadmodū versi. sed & si tāta. ff. ad l. Aquiliā. r ℭ Nauigare cogitans. In flumine publico nauigabilem aquam habente/ nemo prohibendus est nauigare: alioqui cōtra prohibentem competit sibi interdictū. Secus si prohiberetur nauigare in flumine priuato. vt in lacu/ fossa/ vel stagno. tex. est in l. 1. in princip. ff. vt in flu. publi. naui. lice. s ℭ Nauigantib⁹ imposuerūt q̄ necessaria erāt. Nauigātib⁹ necessaria subministrare/ pietatis op⁹ ē/ & fidei cōueniēs. c. Excōicatiōi. de rapto. Si tñ nauigātib⁹ pecunia p necessarijs habēdis ministret seu mutuet: licitū nō est aliqd vltra sortē recipere: etiā si dubiū nauigatiōis periculū/ mutuās in se suscipiat. tex. est Greg. noni. i c. Nauigāti. in pri. de vsuris.

Nauigatio & Nauigium. ℭCum iam tuta [t] nō eſſet na- uigatio eoq; iam ieiuniū prӕteriſſet/conſolabatur eos Paulus/ dicēs. Viri: video quoniam cum iniuria & multo damno/non ſolum oneris & nauis/ſed etiam animarum noſtrarum incipit eſſe nauigatio &c. Actuū.27.b

Naulum. ℭIonas inuenit nauem euntē in Tharſis. Et dedit [v] naulum eius/& deſcendit in eam vt iret cum eis in Tharſis a facie do- mini &c. vt ſupra in verbo Ionas. Ionӕ.1.a.

Nauſea. ℭDixit dn̄s ad Moyſem. Populo dices. Sāctificamini. Cras comedetis carnes. Ego eni audiui vos dicere. Quis dabit nobis eſcas carniū? Bene nobis erat in Aegypto. vt det vobis dn̄s carnes/& comedatis. Non vno die nec duobus vel quiq; aut decem: nec viginti quidem/ ſed vſq; ad menſem dierum: donec exeat per nares veſtras/& vertatur [x] in nauſeam. Nūeri.11.d

Nazareth. ℭA Nazareth poteſt aliqd boni eē &c. ꝫ. Nathanael. ℭCӕtera videantur ſupra in verbo Iheſus. Matth.2.d. Lucӕ.1.c.& Ioan.1.f. Ioā.1.f.

Nazareus. ℭLocutus eſt dominus ad Moyſem: dicēs. Loquere ad filios Iſrael: & dices ad eos. Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificētur: & ſe voluerint domino cōſecrare: a vino [y]/& omni quod inebriare poteſt/abſtinebūt. Acetū [z] ex vino & ex qualibet alia potio- ne: & quicquid de vua exprimitur non bibent: vuas recentes [a] ſiccaſq; non comedent/cūctis diebus quibus ex voto dn̄o cōſecrātur: quicquid ex vinea eſſe poteſt ab vuapaſſa vſq; ad acinū nō comedent. Omni tē- pore ſeparationis ſuӕ nouacula [b] non trāſibit per caput eius/ vſq; ad completū diem quo domino cōſecratur. Sanctus erit creſcēte cӕſariӕ capitis eius. Omni tēpore conſecrationis ſuӕ ſuper mortuum [c] non ingredietur: nec ſuper patris [d] quidē & matris & fratris ſororiſq; fu- nere contaminabitur: quia cōſecratio dei ſui ſuper caput eius eſt: om- nibus diebus ſeparationis ſuӕ ſanctus erit domino. Sin autem mor- tuus [e] fuerit ſubito quiſpiam coram eo/polluetur caput cōſecrationis eius/quod radet [f] ilico: & in eadem die purgationis ſuӕ / & rurſum in Nūeri.6.a.b.c.d.

t ℭ Cum iam tuta non eſſet Nauigatio. Vt plurimū nauigatio tuta nō eſt hyemali tempore. Vnde ſcipitur vt q nauigaturi ſunt nauigent a calendis Aprilis vſq; ad calendas octobris. tex. eſt in l. Quotiens. in ſi. C. de naufragijs. li. xj. Pro cӕteris quӕ hic dici poſſent: recurre ad ea quӕ dicta ſunt in verbo Mare. g.

v ℭ Dedit naulum. Naulū dari ſolet dn̄o nauis pro numero capitū ſeu perſonarū. Non tamen habetur ratio perſonӕ infantis nati in naui: ſicq; vnicū p matre et infante nato naulū debet. cum neq; vectura ei9 magna ſit/ neq; his oībus vtatur quӕ ad nauigantiū vſum parātur. text. eſt in l. ſed addes. §. ſi qs mulierē. ff. locati.

x ℭ Et vertat in nauſeam. Circa hӕc verba aduertat q cū quis infirm9 nouit cibos parere ſibi nauſeam: debet a ſumenda euchariſtia abſtinere. Alioqui ſi eā euomuerit/ grauiter peccat: et longe grauius ſi vrgente ipſum ingurgitatione nimia talis ei vomitus cōtigerit. Prout hӕc probātur in c. ſi qs per ebrietatē. de conſecr. diſtin. 2. Cognoſcit autē euomuiſſe/ ſi adhuc ſpecies videantur. q̄uis em̄ glo. in c. Trib9. in verbo miſcere. in fine. eadē diſt. dicat q q̄cito ſpecies dentib9 terūtur/ tam cito in cœlū rapitur corp9 chriſti. et Hugolinus: q tādiu eſt ſacramētum/et corpus chriſti ſit in ſumēte: donec ſpecies ſunt in ore/ et ſapor non ſentit. qd ſit ex quo trāſglutiuntur. tamen Hugo de ſctō victore dicit: q q̄diu manēt illӕ ſpecies/ ſub illis ē Chriſtus integer. vnde ſi intrant vētrem/ ſub illis manet q̄diu ſunt ibi. et ita etiā tenēt Theologi/ prout refert Archidi. cū iſta opinione tranſiens in capite. Nō iſte. de conſec. diſtinc. 2.

y ℭ A vino et oī qd inebriare poteſt abſtinebūt. in nazareis (dicit gloſa ordinaria: quam inſequar in hui9 declaratiōe ſentētiӕ eam iuribus. canonicis cōprobādo) cōtinētiū vita ſignatur. His vinū prohibetur. i. luxuria. vnde apoſtolus. Nolite inebriari vino/ in quo eſt luxuria. c. vinolētū. 36. diſt. et ſicera. i. oīs voluptas terrena. Sicera namq; hebrӕo ſermone oīs potio dicitur: qua qs poteſt inebriari/ vt eſt voluptas quӕ ſtatū mētis euertit. d. c. Vinolentū. verſi. Sicera.

z ℭ Acetū ex vino. Acetum bibunt q poſt vitӕ ſanctitatē ad vetuſtatē prӕteritorū labunt vitiorū: et corruptiōe veteris nequitiӕ delectant. De quib9 loquitur tex. in c. ille penitentiā et in c. penitētes. cū ſeptē ſeq. de peni. diſt. 3.

a ℭ Vuas recentes ſiccaſq; nō comedēt. Vua paſſa veſcūtur qui ad humanos oculos abſtinētiӕ pallore inficiūtur: et varios agones perpeti nō formidāt/ vt gloriā captēt humanā de quibus loquitur Hieronym9 in allega. c. vide q̄tū. i. quӕſti. 1.

b ℭ Nouacula nō trāſibit ſuper caput eius &c. Ideſt innocentiā perſeuerāter tenebit/ Aliter votum eius ſeu cōſecratio nō erit acceptabilis. cū omne ſacrificiū ſine fermēto maliciӕ eſſe debeat/ ne modicum fermenti corrūpat totā maſſam. c. Reſecandӕ. 24. quӕſti. 3.

c ℭ Super mortuū non ingrediat. Ideſt mortuū in peccatis nō imitabit/ nec iniquitatis ei9 viā ingrediet/ ne perdat laborē ſuū. Non em̄ q inchoat/ ſed q cōſummat coronabit. c. Apoſtolus. de pœni. diſt. 2.

d ℭ Nec ſuper patris &c. Ideſt nullus carnalis eum retrahat affectus: omnis perſona/ omnis dignitas/ oīs conſanguinitas/ Chriſti ſeruitio poſtponenda eſt. c. Cui portio. 12. quӕſti. 1.

e ℭ Sin autem mortuus fuerit ſubito quiſpiam &c. Ideſt ſi mortali peccato pollutum imitari voluerit et vſq; ad conſenſum deſcenderit ſciat neceſſe eſt eius continentiam eſſe pollutam et caput radendum. i. mentē purgandam a praua cogitatione / et noxia delectatione/ non enim recta vita hominis ſolum ex malis actibus/ſed etiam ex malis conſenſibus fœdatur. c. ſi propterea. cum c. ſeq. de peni. diſtinc. 1.

f ℭ Radet illico/ et rurſum in ſeptima. Ideſt tempore cōpunctionis quo cognoſcit ſe deliquiſſe ſtatim ſe emēdare ſtudeat et ſemper ſimilem ruinam timeat. c. 1. col. ſi. verſi. tāto itaq;. de peni. diſt. 5. vbi textus Auguſtini.

g ¶ In octaua die/offeret duos turtures/&c. Turtures castitatẽ: pulli colũbarũ simplicitatẽ significãt. Qui ergo vult ad resurrectionẽ bonorũ puenire: offerat vero sacerdoti. j. Christo Castitatẽ mẽtis & corpis/& simplicitatẽ in fide catholica/per quã in ecclesiã intrat: vt per tãti pontificis opitulationẽ expietur.d.c.j.§. In his omnibus. versi. semp deprecetur. vbi pro hac declaratiua sentẽtia glosę ordi. est bo. tex. de pœni. distinc.5.

h ¶ Ita tamẽ vt dies priores irriti fiant. j. Nichil præsumat/de pristina sua recta cõuersatiõe cogitãs: quia in perpetratiõe malorũ nulla debet esse fiducia pteritorũ bonorum. c. hoc nobis. in fi. de pœniten. distinc.4.

septima. In octaua g autẽ die offeret duos turtures vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij: facietq́ sacerdos vnũ pro peccato/& alterum in holocaustum: & deprecabitur pro eo: quia peccauit super mortuo/sanctificabitq́ caput eius in die illo: & consecrabit domino die separationis illius/offerẽs agnũ anniculũ pro peccato: ita tamen vt dies h priores irriti fiant: quoniam polluta a est sanctificatio eius. Ista est lex consecrationis. Cũ dies quos ex voto deuote decreuerat cõplebuntur: adducent eũ ad ostiũ tabernaculi fœderis/& offeret oblationẽ eius domino: agnũ b anniculũ immaculatũ in holocaustũ/& ouem anniculam c immaculatã pro peccato: & arietem immaculatum d hostiam pacificam: canistrum e quoq́ panum azimorũ qui conspersi f sint oleo: & lagana absq́ fermento vncta oleo: ac libamina singulorum quæ offeret sacerdos coram domino: & faciet tam p peccato q̃ i holocaustũ. Arietẽ vero immolabit hostiã pacificã dño: offerens simul canistrũ azimorũ/& libamenta quæ ex more debẽtur. Tunc radetur g nazareus ad ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suę: tolletq́ capillos ei⁹/& ponet super ignẽ qui est suppositus sacrificio pacificorũ: & armũ coctũ arietis/tortãq́ absq́ fermẽto vnã de canistro: & laganũ azimũ vnũ: & tradet i man⁹ nazarei postq̃ rasum fuerit caput eius. Susceptaq́ rursum ab eo eleuabit in cõspectu domini: & sanctificata sacerdotis erũt: sicut pectusculũ quod separari iussum est & fœmur. Posthæc potest bibere nazareus vinũ. Ista est lex nazarei. Cũ vouerit oblationẽ suam domino tempore consecrationis suæ: exceptis h his quæ inuenerit manus eius. Iuxta quod mẽte deuouerat/ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ.

¶ Cætera videãtur supra in verbo Ihesus. Matth.2. in fine. & i verbo Sanson. Iudicum.13.a.&.16.d.

Thob.12.c. **Necessarius. Necesse & Necessitas.** ¶ Quia acceptus eras dño (dixit angelus ad Thobiã) necesse fuit i vt tẽtatio pbaret te.

psal.24.d. ¶ Tribulationes cordis mei multplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.

puerb.30.b ¶ Tribue dñe tãtũ victui meo necessaria &c. vt supra i verbo Egestas.

Ecclẽs.7.a. ¶ Quid necesse est homini maiora se quęrere: cum ignorat quid conducat sibi in vita sua: numero dierũ peregrinationis suæ: & tempore quod velut vmbra præterit?

7.c. ¶ Noli esse iustus multum: neq́ k plus sapias q̃ necesse est.

Eccli.3.c. ¶ Non est tibi necessarium ea quę abscondita sunt videre oculis tuis.

6.b. ¶ Est amicus socius mensæ: & non l permanebit in die necessitatis.

a ¶ Quoniã polluta ẽ sanctificatio ei⁹. scriptũ quippe est. Cũ conuersus fuerit iust⁹ a iustitia sua et fecerit iniquitatẽ: oẽs iustitiæ ei⁹ non recordabuntur. c. si auerterit. de pœni. dist.4.

b ¶ Offeret agnũ anniculũ. Hũc in holocaustũ offert/qui pro ei⁹ amore de quo dictum est. Ecce agnus dei/. ecce qui tollit peccata mũdi: carnes mortificãdo/totã vitam suã ardore charitatis incensam dño cõsecrat. De quibus sic offerẽtib⁹ loquit tex. in c. Charitas le.j. i fi. de pœni. dist.2.

c ¶ Et ouẽ anniculam immaculatã. Ouẽ immaculatã offert qui Christũ innocentẽ pro pctõ hũani generis fideliter credit oblatũ. De eo siquidẽ scriptũ est. Tanq̃ ouis ad occisionẽ ducetur: & velut agnus corã tõdẽte. sic nõ aperiet os suũ. c. si em̃. §. Eligat. de pœ. di.2.

d ¶ Arietẽ imaculatũ hostiã pacificam. Hoc fit cum ipsũ esse cõfidit/q p dispẽsationem carnis cœlestia terrestria pacificauit/nosq́ a diaboli seruitute eripiens/in veram libertatẽ pduxit. ca. Cum redẽptor. i pri. 12. q̃sti.2.

e ¶ Canistrũ quoq́ panũ azimorũ. Hoc fieri videtur cũ quis post emũdatã diligẽter vitã suã: confortat⁹ cõsciẽtia bona ad sumẽdũ Christi corp⁹ accedit. iuxta ea quæ habẽtur in d.c.j. versi. paucat præterea. de pe. distin 5.

f ¶ Qui cõspersi sũt oleo. Offert panes azimos conspersos oleo/q cũ lætitia spirituali ad sumendũ Christi corp⁹ venit: instar zachei qui excepit Christũ gaudẽs. c. quotidie. de consecra. distin.2.

g ¶ Tunc radet &c. Ostẽdit nazareos voto cõpleto ad coẽm vitã redire posse. Neq́ em̃ votũ tẽporariũ ad ea quæ voti sũt perpetuo tenẽda obligat: quia eaten⁹ voti obligatio restringitur: quaten⁹ ipsũ votũ restrictum est. notatur in. ca. litterarũ. de voto.

h ¶ Exceptis his quæ inuenerit man⁹ ei⁹. Præcepta dei sũt de necessitate cõplenda/quib⁹ addẽdo põt aliquis (si velit) aliqua quę sunt cõsilij cõplere: cõsiderãs bonũ esse vt abstineat a multis licitis/qui in libertate arbitrij cõmisit illicita. dicit tex. in d. ca. j. col. pe. de peni. distinc.5.

i ¶ Necesse fuit vt tentatio pbaret te. j. Cõueniẽs fuit siue vtile atq́ cõmodũ. bo. est glosa p hac declaratione in c. j. In verbo necessitas. 22. quęsti.4. & notat archi. in c. sicut. §. necesse. 43. distin.

k ¶ Neq́ plus sapiat q̃ necesse est. Istud est cõtra quosdam curiosos/disceptãtes de his q̃ non multum expediũt. Et plura sapere q̃ oporteat: cõtra doctrinã apostoli temere appetẽtes. dicit tex. in ca. j. in prin. de renũ. libro.6.

l ¶ Et nõ pmanebit in die necessitatis. sũt tñ aliqui q si sponte nolũt/inuiti cogũtur in tpe necessitatis pmanere/seu alteri⁹ necessitati succurrere: quales sũt filij respectu patrũ/& patres respectu filiorũ. Parẽtũ em̃ necessitatib⁹ liberos succurrere/iustũ est. Vñ cõpetẽs iudex a filio te pſem ali iubebit: si i ea facultate est vt tibi alimẽta prestare

¶Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt a patri= bus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum : & in tempore necessi= tatis dabis responsum. Eccli.8.b.

¶ Memento [m] paupertatis in tempore abundantiæ : & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. 18.d.

¶Fœnerare [n] proximo tuo in tempore necessitatis illius : & iterum [o] redde proximo in tempore suo. 29.a.

¶Confirma verbum/ & fideliter age cum proximo : & omni tempore inuenies quod necessarium tibi est. eodem.

¶Nũquid legistis (dicit Christus ad Phariseos) quid [p] fecerit Dauid/ quando necessitatem habuit? & esuriit ipse/ & qui cum eo erant &c. Mar.2.d.

¶Necessitate [q] subditi estote: non solum propter iram/sed etiam pro= pter conscientiam. ad rõa.13.b

¶Existimo hoc bonũ esse(scilicet permanere in virginitate) propter [r] instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. 1.cori.7.e.

¶Q ui statuit in corde suo firmus/non habens necessitatem: potesta= tem autem habens suæ voluntatis: & hoc [s] iudicauit in corde suo ser= uare virginem suam/bene facit. 7.g.

¶Et si euangelizauero(ait Paulus) non est michi gloria. Necessitas [t] enim michi incumbit. Væ enim michi est/si non euangelizauero &c. 1.cori.9.c.

Et supra Euangelizare.

¶ Vnusquisq; prout destinauit in corde suo : non ex tristitia aut ne= cessitate. Hilarem enim datorem [v] diligit deus. 2.cori.9.b.

¶Patientia vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem. ad heb.10.g

¶Si frater & soror nudi sint / & indigeãt victu quotidiano : dicat au= tem aliquis ex vobis illis: ite in pace/calefacimini & saturamini : non dederitis autem [x] eis: quæ necessaria sunt corpori/quid proderit? Iaco.2.c.

possit:& ecõtrario/si tu filius patrẽ tuum officio debito promerueris paternã pietatẽ non denegabit tibi. Quod si sponte nõ fecerit/aditus competens iudex/alimẽta pro modo facultatũ præstari tibi iubebit. Hęc sunt verba tex. in l. parentũ. cũ l. seq. iuncta l. fi. C. de alen. libe. De alijs autẽ personis quarũ necessitati succurrendũ est/ vi= deatur tex. in l. Si quis a liberis. ff. de libe. agnoscẽ. m ¶ Memẽto paupertatis in tẽpore abundãtię. Ne scilicet illectus diuitiarũ dulcedine in facilem dei tui obliuionẽ prolabaris: sicq; nepharijs operibus cõsensum non expaucas adhibere. Eo eñ vigilantius debet qs sibi cauere/quo secun= diorẽ sibi fortunã videt arridere. Ita sentit Ar= chidiaco. in c. Cauendũ. in prin. de pœni. disti.3. n ¶ Fœnerare pro= ximo in tẽpore necessita tis illius. Alioqui non vi deris charitatẽ habere. Qui eñ viderit fratrem suũ necessitatẽ habere/& clauserit viscera sua ab eo: quomõ charitas dei manet i illo? Ita dicit Ia= cobus apl's citatus p Ar= chi. in c. Sicut. in.2.col. 47. distinc. o ¶ Et iterũ redde proximo &c. Qui mutuũ a proximo acceptũ non reddit: & in tẽpore suo/ idest quo die reddere p= miserat cõstituitur i mo ra/ per quam incipit te= neri ad ęstimationẽ q̃ri plurimi. Tex. ẽ et ibi dif fuse p modernos in l. Vi= num. ff. si cer. peta. p ¶ Quid fecerit Da uid quãdo necessitatẽ ha buit. Hinc colligitur(p= ut dictũ est in verbo Da= uid)q; necessitas nõnunq̃ licitũ facit/quod alioqui esset illicitũ. Et hoc etiã probat iuribus in d. ver bo Dauid allegatis. vnde in Carthaginẽsi concilio legitur. Presbyter incon sulto epo non recõciliet pœnitentẽ: nisi absente episcopo vltima necessitas cogat. c. fi. in prin. 26. q. 6. Et text9 in c. Ad limina. circa mediũ. 30. q. 1. dicit. Si geni tor filiũ suum corpore morientẽ aspiciẽs/ne animã perpetua morte pereuntẽ dimitteret/sacri vnda baptisma= tis lauit: vt eum de potestate auctoris mortis & tenebrarũ eriperet/ & in regnũ Christi iam regnaturũ sine du= bitatione transmitteret/ bene fecisse laudatur. Et idcirco suę vxori/ sibi iam legitime sociatę impune q̃diu vixe rit/ iudicam9 manere coniunctũ. Dicim9 eñ dimittendũ esse & inculpabilẽ iudicandũ qd necessitas intulit. Et di cit tex. hanc regulam ponens/& duobus eam exemplis declarans in c. Quod non est. de regu. iur. in antiq. Quod non est licitũ in lege/necessitas facit licitũ. Nã & sabbatũ custodiri pręceptũ est. Machabei tamen sine culpa sua in sabbato pugnant. sic & hodie si quis ieiuniũ fregerit ęgrotus/ reus voti non habetur. Hęc ibi.
q ¶ Necessitate subditi estote. Idest subiectionẽ superioribus exhibete: quã ex legis necessitate debetis exhi bere. vñ & scriptũ est. Qui non obedierit pricipi/ morte moriat. c.2. de maio. & obe. Hęc tñ necessitas volũtaria esse debet: vt sc3 subiectioni necessarię voluntas admisceat: vt & meritoria sit & pseuerans. vt eñ dicit Hierony. Quicqd necessitate fit/cito soluitur: qd volũtate accipitur perseuerat. c. quicqd. de cõsecra. dist. 2. vnde in Neo= cesariẽsi concilio legit. Si qs in ęgritudine cõstitutus fuerit baptisat9/ presbyter ordinari nõ debet. Nõ eñ fides illi9 volũtaria/sed ex necessitate est. nisi forte postea ipsius studiũ & fides pbabilis fuerit/aut hoim raritas exe= gerit. c. Si qs in ęgritudine. 57. dist. r ¶ Propter instantẽ necessitatẽ. Circa hęc verba aduertat q; vbi ali qd ppter instantẽ necessitatẽ statuit/ illud ea necessitate cessante reuocat. Quod eñ necessitas p remedio reperit/ cessante vtiq; necessitate debet cessare. c. qd p remedio. 1. q. 7. & c. qd pro necessitate. 1. q. 1. s ¶ Et hoc iudi cauit in corde suo. Idest firmiter pposuit: quo casu nõ potest sponte ab hoc suo pposito sine dei offensione resi= lire. Qui eñ bona agunt/si meliora agere desyderant/ & post deliberata nõ faciũt: licet in bonis prioribus pse uerẽt/ in conspectu tamẽ dei ceciderũt ex deliberatione. c. qui bona. in princi. 17. q. 1. t ¶ Necessitas eñ michi incũbit. Quod tamẽ ex necessitate faciundũ erat/ si ex voluntate factũ fuerit: & sic necessitati volũtas fue= rit adiuncta/ laudabile est & meritoriũ: quia(vt dicit Augustin9 relatus per glo. in cle. 1. in verb. Seipsum. de re= liq. & vene. sancto.) Fœlix est necessitas quę ad meliora cõpellit. v ¶ Hilarem datorẽ diligit deus. Re curre ad verbũ Hilaris. x ¶ Non dederitis autem eis quę necessaria sunt corpori. De his quę necessa= ria sunt corpori pręsertim infirmo: est bonus tex. in l. Cum antiquitas: ibi. si quid necessariũ euenerit/ & ipsum corpus laborantis respiciens cõtigerit. idest vel victus necessarij/ vel potionis oblatio/ vel medicaminis datio/ vel impositio: quibus relictis ipsa sanitas periclitetur: vel si quis necessarius naturę vsus ad depositionẽ super= flui ponderis immineat. C. de testamen.

¶Cætera videantur in verbis Adolefcens. Eccli.32.b. Confiliarius. Eccli.37.b. Ihefus. Lucæ.10.in fine. Initiũ. Eccli.39.d. Medicus.38.a.b. Sacerdos.ad Heb.7.d. Sanctus.ad Roma.12.c. & Scandalum. Matth.18.a.

Nefas. y ¶Recurre ad verbum Dormire. Leui.20.b.

Negare & Negans. ¶De eo qui negat depofitũ vide fupra in verbo Depofitum.

Matth.10.d ¶Qui negauerit z me coram hominibus/negabo & eum coram patre meo qui in cœlis eft.

26.d. ¶Amen dico tibi (dixit Chriftus Petro) quia in hac nocte anteq̃ gallus cantet/ter a me negabis.

1.Ioan.2.d. ¶Quis eft mendax/ nifi is qui negat: quoniam Ihefus non eft Chriftus? Hic eft antichriftus qui negat patrem & filium. Omnis b qui negat filium: nec habet patrem &c.

Apoca.2.d. ¶Scio vbi habitas/vbi fedes eft fathanæ: & tenes nomẽ meum/& nõ c negafti fidem meam.

Negligere. Negligentia & Negligenter. ¶Qui d negligit damnum propter amicum/ iuftus eft: iter autem impiorum decipiet eos.

19.c. ¶Qui cuftodit mandatum/ cuftodit animam fuam: qui e autem negligit viam fuam/mortificabitur.

Eccles.7.c. ¶Qui timet deum/nichil f negligit.

y ¶Nefas. Declara verbum hoc vt s. in verb. Fas. z ¶Qui negauerit me coram hominibus &c. Extimant quidã in eo tm̃ deũ negari/fi in perfecutione quis a gentibus comprehenfus/fe confiteri renuerit effe chriftianũ. Ecce apoftolus in oibus quę peruerfa funt/deum afferit negari. Chriftus fapientia eft/iuftitia/veritas/fanctitas/fortitudo: negatur, per infipientiã fapientia/per iniquitatẽ iuftitia/per mendaciũ veritas/per turpitudinẽ fanctitas/per imbecillitatẽ animi/fortitudo. Quotiẽfcunq; vincimur a vitijs atq; peccatis/totiens deum negamus: & econtra/ quotiens bonũ quid agimus/deũ cõfitemur. Nec arbitrandũ eft in die iudicij/ illos tm̃ a dei filio effe denegandos qui in martyrio Chriftũ negauerunt/ fed & illos omes quorum opere vel fermone vel cogitatione Chrift⁹ negatur. Præmiffa omnia (quę funt Hieronymi) habentur in ca. Aeftimãt.11.q.3. a ¶Ter me negabis. Hinc dicit text⁹ Auguftini in c. Non folum abnegat. 11.quęfti.3. Nõ folũ abnegat Chriftũ q dicit eum non effe Chriftum: fed ille etiã qui cũ fit/negat fe effe chriftianũ. Dñs em̃ non ait Petro: difcipulum meum te effe negabis. Negauit ergo Chriftũ/cum fe negauit effe eius difcipulum. Quid autẽ aliud ifto mõ q̃ fe negauit effe chr̃ianũ. b ¶Omnis qui negat filiũ nec patrem habet. Ideft omnis qui credenda de filio negat feu diffitetur: perinde cẽfendus eft hęretic⁹/ac fi negaret credenda de patre. prout etiã diffufe probatur in fępe allegato c. Quidã.24.quęfti.3. vnde merito dicit Auguftin⁹. & habetur in c. Non folum. in fine.11.quęfti.3. Quanta vita eft confiteri Chriftum/ tanta mors eft negare Chriftum.

c ¶Et non negafti fidem. Qui negat fidem ore/peccat mortaliter: q̃uis corde non neget. Vnde peccatũ fuit Petro ore denegare/cum corde adoraret. glo. eft ita dicens in c. Poteft fieri. in verb. Neget. de pœni. diftinc. 1. Quia tamẽ. d. c. Poteft. videtur aliquatenus obftare. Recurratur ad ea quę dicta funt s. in verb. Gemere. t. Hęc procedunt in negantibus fidem catholicã qui vt heretici puniũtur. vt in toto ti. de hęre. & diffufe dictum eft in verb. Hęreticus. Quid autẽ dicendũ fit de negantibus fidem cõuentionalem/feu actũ ab ipfis geftũ inficiãtibus: quia fatis hęc materia aliena eft ab hac fentẽtia/ non fcribo decifiue: fed de ea videri poteft per Alexã. in l. Enim qui. ff. de iureiu. per Bal. in l. r. C. de cõfef. in c. 1. §. Porro. quę fit prima cau. bo. amit. in vfi feu. in l. Contra negantem. C. ad le. Aquil. & in l. Ea quę. C. de cõdi. inde. & in auten. contra qui propriã. C. de nõ nume. pecu.

d ¶Qui negligit dãnũ ꝑpter amicũ iuft⁹ eft. Si ꝑpter amicũ terrenũ/dãnũ negligere iufti nomẽ parit: q̃to pariet/fi ꝑpter amicũ cœleftẽ/deũ fc; noftrũ: quo qs nos põt amplius diligere/c. Non oĩs. verfi. Quis nos põt. 5. q. 5. dãnũ negligatur. Si quidẽ maioris eft charitatis argumentũ/ dãnũ ꝑpter deũ q̃ propter ꝓximũ negligere: vt bene probat in d c. Charitas. l. 1. §. pe. & fi. de pœni. dift. 2. e ¶Qui negligit viam fuã mortificabit. Quantũ mortificetur. i. fibi pręiudicet q negligit viam fuã. i. ea facere quę fibi incumbũt facienda/colligit primo ex cõftitutione concilij Toletani de qua habetur in c. Sępe. 12. q. 2. vbi dicit. Quicunq; in vfu percepit bona ecclefię/debet vtiliter laborare/vt res diuini iuris nõ videant aliqua occafione negligi: vt fubfidiũ ab eccl̃ia cui deferuiũt percipere poffint clerici. Q; fi qs eorũ contẽpferit facere: ipfe fe ftipẽdio fuo videbit priuare. Secũdo ex conftitutione concilij Magoneñ. de qua in c. Dictũ eft. 81. diftinc. vbi dicitur. Dictum eft nobis prẽfbyteros propter fuam negligentiã canonice degradatos/& feculariter gradu amiffo viuere: & pœnitẽtię agendę bonum negligere. Vnde ftatuim⁹ vt gradu amiffo agendę pœnitẽtię gratia in monafteriũ aut in canonicã regularẽ mittãtur. Si vero hoc fieri caufa quęlibet prohibuerit: vbicũq; fint/pœnitentiã agere non defiftãt. fi autem amiffo gradu feculariter viuere voluerint/& pœnitentiã agere neglexerint/ab ecclefię cõione feparẽtur. Tertio ex c. Si cuftos. 27. quęfti. 1. vbi (pręmiffo q fipontinus eps mulierẽ quãdã veftes abiecifle monachales nũciauerat pontifici: nulla in eam de tam temerario aufu animaduerfione facta) dicit. fi folicitus extitiffes/prius ad nos vltio mulieris prauiffimę/q̃ culpa debuit peruenire. qa ergo tantũ hebes/tantũq; es negligens: vt nifi canonicã in te fueris coertionẽ expertus: in alijs diftrictionẽ & difciplinã nefcias cuftodire q̃liter debeas eẽ folicit⁹ cõgruo tibi tẽpore demõftrabim⁹. Et (pœna dictę mulieri infligẽda expffa) fubiũgit. In his oibus ita cautũ ftude vigilantẽq; te oftẽdere vt culpã tuã nõ gemiare neglectu/fed aliqñtifper valeas folicitudine minuere. Quarto iftud idẽ oftendi poffet ex his quę habẽtur i c. 1. & p totũ. de fupplẽ. negli. p̃la. in l. Nõ folũ. in fi. C. de cõmer. & merca. & in l. qd nerua. cũ fimi. ff. depo. f ¶Nichil negligit. Ideft oibus fine delectu perfonarũ benefacit. Pro hac declaratione (quę eft glo. or.) eft bo. tex. in c. Si quis. in fi. iuncto c. feq. paulo ante fi. 42. diftinc. dũ ibi dicitur. Indifferenter qbufcunq; fufficimus hofpitales nos exhibere debemus. Non enĩ ex vita eorum quos accipis: mercedẽ tibi retributur⁹ eft deus/fed ex volũtate & honorificẽtia multa & mia & bonitate. Hęc ibi. Vel fcdo videt dici poffe hãc fniam velle: q; q timet deũ/nichil negligit. i. folicit⁹ ẽ nedũ circa mortifera: fz et circa venialia pctã deuitãda.

tum quia bonarum mentiũ est ibi culpã agnoscere/ vbi culpa non est .i. de actu veniali dolere sicut de mortali. c. fi. in fi. 5. dist. Tum quia nullum peccatũ est adeo veniale/ qd non fiat crimiale dũ placet. c. 3. §. Criminis. 25. dist.

g ¶ De negligẽtia tua purga te cũ paucis. Quod em̃ nobis criminosum est/ non oibus est propalandũ/ imo paucissimis detegi debet: qa pprij debem⁹ esse cõseruatores honoris. c. Nolo. i pri. 12. q. 2. Negligẽtia autẽ semp habet aliquid criminis/ imo si magna sit ęquiparatur latę culpę seu dolo pręsumpto. l. Magna negligẽtia. ff. de verbo. sig. & in prelatis diciiur esse mortalis culpa. glo. est in c. Ea quæ. de offi. archid. quã sequitur Panor. i c. Peruenit. de deci. & in c. 3. de accu.

¶ De negligentia [g] tua purga te cum paucis. Eccli. 7. d.

¶ Difficile [h] exuitur negotians a negligẽtia: & nõ iustificabitur [i] caupo a peccatis labiorum. 26. d. i fine.

¶ Maledictus [k] qui facit opus domini negligenter. Hiere. 48. b

¶ Noli negligere [l] gratiam/ quæ in te est: quę data est tibi per prophetiam/ cum impositione manuum presbyteri. 1. tio. 4. d.

Negotians. Negotiatio & Negotium.

¶ Quoniã non [m] cognoui negotiationes/ intrabo in potentias dñi: domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Psal. 70. b.

¶ Melior est acquisitio sapientiæ negotiatione [n] auri & argenti &c. puerb. 3. b.

¶ Gustauit & vidit/ quoniam bona [o] est negotiatio eius. vltimo. c.

¶ Omni negotio [p] tempus est/ & oportunitas. Ecclẽs. 8. b.

¶ In negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum [q] est cor tuum in robore tuo. Eze. 28. b.

h ¶ Difficile exuitur negocians a negligẽtia. Facit tex. i c. Qualitas. de pœnitẽ. dist. 5. vbi dicit. Qualitas lucri negotiantẽ aut accusat aut arguit: quia est & honestus quęstus & turpis. verũtamẽ pœnitẽti vtilius est dispendia pati/ q̃ periculis negotiationis astringi. qa difficile ẽ iter emẽtis vẽdẽtisq; cõmerciũ nõ iteruenire pctm̃. Hęc ibi.

i ¶ Non iustificabitur caupo a peccatis labiorum. Declaretur vt i verb. Difficile.

k ¶ Maledictus qui facit opus dñi negligẽter. Recurratur ad verbum Maledictus.

l ¶ Noli negligere gratiã quę in te &c. Videatur qd dictum est in verbo Gratia.

m ¶ Quoniã non cognoui negotiationes introibo in potentias dñi &c. Aliqui codices habẽt. Quoniã non cognoui literaturã. Alij vero habẽt. qm̃ nõ cognoui negotiationes. in quo diuersitas interpretũ sensum ostẽdit/ non errorem inducit. Si ergo iste propter assiduã laudẽ dei dicit. Quia non cognoui negotiationes: non negotientur christiani. Sed ait ipse negotiator. Affero ex longinquo merces/ mercedẽ laboris mei vnde viuam/ peto. Dignus est em̃ mercenarius mercede sua: de mẽdacio & de periurio agitur/ non de negotio. Ego em̃ mentior non negotiũ. Nã possum dicere: tanto emi/ sed tanto vendã/ si placet eme. Quomõ ergo reuocas me a negotiatione: oẽs artifices mẽtiũtur/ sutores/ agricolę. Vis vt optem earum tẽpus/ vt possim vendere annonã quã seruã: sed hoc non faciunt boni agricolę inquit. Neq; illa boni negotiatores. Est peccatũ filios habere: quia quãdo eis dolet caput matres infideles quęrũt eis ligaturas/ sacrilegas & incantationes. oĩa ista peccata sunt hominũ non rerũ. Quęre ergo dicit negotiator quomõ psalmistã intelligas: & noli me prohibere a negotiatione. Negotiatio em̃ me nõ facit malũ/ sed iniqtas mea & mẽdaciũ meũ. Quęram⁹ ergo negotiatores q̃ pręsumũt gloriari ex suis operibus/ si sunt cõtra illã gratiã quã hic spũs cõmendat/ vt nemo de suis operibus glorief: & sicut cõtra medicos superbe pollicitãtes salutẽ vigilat hoc qd dictũ est. Tota die salutare tuũ. Sic contra negotiatores operib⁹ suis gloriãtes/ vigilat hoc qd dictũ est. Os meũ annũciabit laudẽ tuã. Ita circa hanc sententiã loquif Augustin⁹: vt habef in c. qm̃. 88. dist. De hac etiã sentẽtia loquẽs Chrysostomus sup Matthęũ: & habef in c. Ejciẽs. eadẽ dis. dicit. Nullus christian⁹ debet esse mercator: aut si voluerit eẽ/ projciaf de ecclesia. dicẽte propheta. Quia non noui negociationes introibo in potẽtias dñi. Quẽadmodũ em̃ qui ambulat inter duos inimicos/ volens ambobus placere: sine alloquio mali esse nõ potest. & necesse est vt isti male loquãtur de illo/ & illi male de isto: sic mercator sine mendacio & periurio esse non põt/ & substãtia taliũ stabilis nõ est: neq; proficit qd de malo cõgregaf. Quẽadmodũ em̃ si triticũ aut aliud tale cernas in cribro dũ huc & illuc iactatur omnia grana paulatim deorsum cadunt: & tandẽ in cribro nichil remanet nisi stercus: sic de substantia negotiatorũ. Nouissime nil remanet nisi solũ peccatũ. Quicũq; autẽ rem cõparat: non vt ita integrã & immutatã vendat/ sed vt materia sibi sit aliquid operandi: ille non est negotiator. Qui vero rem cõparat/ vt integram & immutatã vẽdat/ ille est mercator qui de tẽplo dei ejcitur. Hęc Chrysos. Sed hęc oĩa de malis sunt negotiatoribus intelligenda. Vnde dicit August. in libro quęstionũ veteris & noui testamenti: & habef in c. Fornicari eadem distinc. Fornicari hominibus semper non licet/ negociari vero aliquando licet. Anteq̃ enim Ecclesiasticus quis sit/ licet ei negotiari/ facto iam non licet.

n ¶ Negotiatione auri & argenti. Negotiatio auri & argenti si fiat per media illicita: puta per vsurariã prauitatem nedum clericis/ sed etiam laicis est prohibita. c. Nec hoc pręterenndum. 14. quæsti. 4. Si vero per media licita/ laicis permittitur clericis prohibetur. dicto c. Fornicari. 88. disti. Vnde legitur in concilio Terraconensi: & habetur in c. Canonum statutis. 14. quęsti. 4. Canonum statutis firmatum est: vt quicunq; in clero esse voluerit/ emendi vilius & vendẽdi carius studio non vtatur: quod si exercere voluerit/ cohibeatur a clero. Et de hoc dicetur diffusius. j. eodem in fine. Et eodem modo milites seculi negotiari prohibentur. prout est bonus textus in l. vnica. C. nego. ne mili. libro. 12. & in l. Milites. C. de re militari. eodẽ libro.

o ¶ Quoniam bona est negotiatio eius. Declara vt in verb. Mulier.

p ¶ Omni negotio tempus est. Non enim debent negotiationes seu mercata publica diebus festis/ præsertim dominicis fieri. prout statuit concilium congregatum apud compendium: de quo in ca. 1. de ferijs. vbi dicit Panormi. in tertia opposi. consuetudinẽ in contrarium non excusare. Nam licet in se mercari non sit peccatum/ tamen de facili incurritur peccatum: cum sit difficile inter ementes & vendentes non interuenire peccatum. c. Qualitas. de pœnitẽ. distinc. 5. Vnde propter propinquitatem ad peccatum prohibetur/ saltem his temporibus. Et quia abstrahuntur homines a contemplatione & veneratione creatoris/ cui debẽt insistere his diebus. Fatentur tamen Hostiensis & Panormi. ibidem q; ex causa etiam istis diebus posset mercatum concedi. argumen. bonum. in cap. Licet. de ferijs.

q ¶ Eleuatum est cor tuum in robore tuo. Istud specialiter inhibetur negotiatoribus: prout est bonus textus in dicto c. Quoniam. in fine. 88. distinc.

r ¶ Negotiũ plenũ vigiliarum & ſudoris aſſumpſimus. In hanc ego ſententiã poſſem non iniuria erũpere. Quandoquidẽ ſollicitudinis plenũ eſt ac laboris negotiũ hoc quod aſſumpſi. Spero tamen adiutore deo meo labori non ſuccumbere: ſed quod cœptũ eſt opus/ cũ dei gloria ad calcẽ deducere. Eamẽ curam meo repoſui animo/ deo fretus: qui & res penitus deſperatas/ donare & cõſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt. l. 1. §. 1. in fi. C. de vete. iure. enucle. s ¶ Nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis. Videantur quę diffuſe dicta ſunt in verbo Domus.

Naũ. 3. d. ¶ Plures feciſti negotiationes tuas q̃ ſtellæ ſunt cœli.

2. mach. 2. f. ¶ Nobis quidem ipſis qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus/ non facilem laborem: immo vero negotium [r] plenum vigiliarum & ſudoris aſſumpſimus.

Ioã. 2. c. ¶ Nolite [s] facere domum patris mei/ domum negotiationis.

2. tio. 2. a. ¶ Nemo [t] militans deo/ implicat ſe negotijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit.

1. tio. 3. a. **Neophitus.** ¶ Oportet epiſcopum non neophitum [v] eſſe &c. Supra Epiſcopus.

Leui. 18. b. **Nepos & Neptis.** ¶ Turpitudinẽ filiæ filij tui vel [x] neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt.

Thob. 14. a ¶ Poſtq̃ illuminatus eſt Thobias vixit annis quadraginta duobus: & vidit filios nepotum ſuorum.

pũerb. 13. d ¶ Bonus relinquet filios hæredes/ & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.

t ¶ Nemo militãs deo implicat ſe ſecularibus negotijs. Pro huius declaratione ſententiæ aduertatur: q negotium ſeculare (verbis largeſũptis) poteſt dici quicqd prouenit ex carnali concupiſcentia nõ ſubiecta freno ratiõis: & hoc innuit tex. in c. 1. in prin. ne cle. vel mo. Et dicitur tunc negotiũ ſeculare: quia per illa omnino viuit ſeculariter. i. ſecũdũ ſeculũ & mundũ. ſeu carnẽ: nõ aũt ſcdm ſpiritũ. & hæc ꝓhibentur etiam laicis: vt patet ex multis enumeratis in d. c. 1. ſed præcipue clericis. Scdo põt hoc verbũ ſeculare ſumi magis ſtricte vt cõprehẽdat negotiũ pertinens ad remp. mundanã/ & ſeculares homines: qd licet permiſſũ ſit laicis/ tñ clericis interdicit vt negotiari. d. ca. Fornicari. 88. diſt. & in l. Placet. C. de epiſ. & cle. vbi dicit. Placet noſtræ clemẽtiæ: vt nichil cõmune clerici cũ publicis actionibus vel ad curiã pertinentib9/ cuius corpori non ſunt annexi habeãt. vnde dicit tex. in l. Repetita. in fi. C. de eodẽ ti. Abſurdũ eſt clericis/ immo etiã opprobrioſũ: ſi peritos ſe velint oſtẽdere diſceptationum eſſe forenſiũ. & facit tex. in c. Repenſibile. in fine. 23. q. 8. debẽt eñ clerici attẽdere circa remp. ſpiritualẽ laici vero circa remp. tẽporalẽ. arg. in c. Duo ſunt genera. 12. q. 1. & 23. q. 8. c. Cõuenior. & c. Solitæ. de maio. & obe. & c. Duo ſunt. 96. diſt. Itẽ vita clericorũ debet verſari circa vitã contẽplatiuã: non aũt de rebus mundanis habere curã: niſi quatenus ſunt neceſſariæ ad corporalẽ vitã. 1. q. 3. c. Si quis obiecerit. Laici vero poſſunt liberius iſtis bonis exterioribus vti/ nõ aũt abuti: vt legitur & no. in d. c. Duo ſunt. hinc apoſtolus. Nolite conformari huic ſeculo. Hinc notanter dicit tex. in l. Cõſulta diualia. C. de teſta. Abſurdũ eſt ſi ꝑmiſcuis actibus rerũ turbentur officia: & alij creditũ alius ſubſtrahat/ & præcipue clericis quibus (vt ſ. dictũ eſt) opprobriũ eſt ſi ſe peritos velint diſceptationũ eſſe forenſiũ oſtendere. Præmiſſa ponit Panor. in rub. Ne cle. vel mona. Pro reliqs quæ hic dici poſſent/ recurrat ad ea quæ diffuſe dicta ſunt ſ. in verb. Lucrũ. in annotatione illorũ verborũ. Nõ turpe lucrũ ſectãtes. ſed ibi dictis addendo notet/ q q̃uis clericis inhibeat ne ſint cõductores ſeculariũ/ tñ ſi cleric9 ſuccedit conductori/ poteſt licite ſtare in illa conductiõe vſq ad præfinitũ tẽpus locationis. glo. eſt no. in d. c. 1. in verb. Cõductionis. Ne cle. vel mona. & facit tex. in l. decurio. ff. de decu. vbi tex. dicit q decurio qui ꝓhibetur cõducere quædã/ ſi iure ſucceſſerit in cõductione/ remanet in ea. Secundo aduertat q reſpectu clericorũ/ indubitanter non eſt licitũ emere rem cauſa negociationis vt integra reuẽdatur. d. c. Fornicari. & c. Negotiatorẽ 88. diſt. Reſpectu aũt laicorũ dicendũ eſt q aut quis emit rem vt carius illã vendat ꝓpter cupiditatẽ/ non habita aliqua ratione publicæ vtilitatis: & tunc nõ eſt licitũ. c. Quicũq. 14. quæſt. 4. aut non facit ꝓpter cupiditatem ſed ob aliquã honeſtã cauſam/ puta ꝓpter ſuſtentationẽ familiæ: & tunc ſi vẽdit illã rem omnino integrã ꝑ maiori pretio/ & non eſt licitũ per d. c. Eijciens. 88. diſt. ratio: quia aut a principio minus iuſto pretio emit/ aut nũc vendit plus debito: & ſic fuit iniuſtitia aut tẽpore emptionis/ aut tẽpore venditiõis: qd nõ eſt licitũ. Si autẽ non eſt omnino integra ſed mutata: tũc bene licet vendere pro ꝓtio currenti/ licet ſit mai9. Poteſt aũt cõtingere multis modis mutatio: vt puta qñ eſt trãſlata in aliã formã/ vel ꝓpter mutationẽ loci/ vel tẽporis vel quid ſimile. vnde tex. in d. c. Eijciens. dũ permittit rẽ immutatã vendi. pro maiori pretio/ poteſt intelligi multis modis: & ſic debet intelligi qd dicit beatus Thomas in. 2. 2. quæſt. 77. arti. 4. dũ ſimiliter dicit q ſi negotiatio q̃ ſit ꝓpter lucrũ ordinat ad aliquẽ effectũ neceſſariũ vel honeſtũ: puta ad dom9 ſuæ ſuſtentationẽ/ vel etiam ad ſubueniendũ indigentibus/ vel ꝓpter publicã vtilitatẽ/ eſt licita. quia capit lucrũ pro ſui laboris ſtipendio. Hoc enim dictũ intelligit qñ interuenit aliqua ex ſupradictis mutationib9: qa tunc ceſſat cupiditas & iniuſtitia: & videt lucrari ꝓpter induſtriã ſuã & ob honeſtã cauſam: & hæc nota/ quia multi mercatores in ꝑdictis errant. Iſta congerit Panor. in c. 1. colũ. pe. ne cleri. vel mo.

v ¶ Non neophitũ eſſe. Recurratur ad verbũ Epiſcopus ſed ibi dictis addendo/ Notetur primo in materia neophitorũ tex. in c. Neophiti. de cõſecr. diſt. 5. vbi dicitur. Neophiti aliquãdiu a lautiorib9 epulis & ſpectaculis vel coniugibus abſtineant. Secundo notetur q aliqui ex neophitis videntes ꝓhibitũ ne ꝑmouerent: pecuniã pro eorũ promotione dare ſolebãt: vnde orta eſt hæreſis q̃ dicta eſt neophitorũ/ qua infici dicuntur qui pro eorũ ad ordines ſacros aut dignitates promotione pecuniam dant. tex. eſt in c. Quiſqs. 2. reſpon. 1. q. 1. Tertio notet tex. in c. fi. de diuor. vbi ꝓbatur cũ neophitis. i. cũ nouiter ad fidẽ conuerſis mitius eſſe agendum/ aliquaq in eis toleranda quæ in alijs non tolerentur.

x ¶ Vel neptis ex filia. Iure etiã humano nepos ſeu neptis ꝓprie dicit filius aut filia filij ſeu filiæ. §. fi. inſti. de pa. po. l. 1. §. 2. & l. iij. in fi. ff. de gradib9. Aliqñ tñ dicitur fili9 fratris aut ſororis. l. Cũ quis decedens. §. Codicillis. ff. de lega. 3. & hoc etiã habet cõmunis vſus loquẽdi qui ſeruãdus eſt. l. labeo. ff. de ſupel. lega. c. Tua nos de conſan. & affi. vnde etiã in materia odioſa venit filius fratris: notat Io. An. in c. Fundamenta. de elec. lib. 6. nã in omni diſpoſitione etiã reſtringibili ſit interꝑtatio ſcdm cõmumẽ vſum loquẽdi. notat glo. in c. Nõnulli de reſcrip. & doct. i c. Olim. de verbo. ſig. Si tñ nõ cõſtaret de cõmuni vſu loquẽdi/ appellatiõe nepotis nõ cõprehenderet: niſi fili9 aut filia ex filio ſeu filia. d. l. iuriſcõſultus. §. 2. gradu. ff. de gradi. Itẽ eſt verũ niſi appellatio

nepotis poneret in dispositione in qua præcederet immediate appellatio fratris: tunc enī cōprehenderet nepotem ex fratre. vnde stante statuto/ꝙ fratres & nepotes excludant fœminas/nepos ex fratre excludet fœminā. Ita Bal. in l. si autæ. col. C. de succes. edic. de quo tamen videatur ibi plene per do. meū do. Iaso. char. fi. & pro hoc facit bo. tex. in c. t. §. similiter. Qui. mo. seu. amit. in c. Quod super his & in c. Tua nos. de cōsan. & affinita. Secūdo fallit qñ appellatio nepotis pferretur respectu eius qui non haberet nepotes ex filio: quia tunc cōprehenderet nepotes ex fratre secdm Bal. i d. §. similiter. et facit tex. in cap. Accedens in verbo. G. nepos subdiaconi nostri. De accusa. & in c. 2. de arbi. Et ita etiam tenet Fely. in c. Per tuas. col. 3. vbi in hac materia diffusius loquitur. de proba.

y ℭ Nepotes impiorum non multiplicabūt ramos. Facit tex. in ca. Si gens Anglorū. de accusa.

a ℭ Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. Videatur annotatio in verb. Conscientia.

b ℭ Qui sibi nequam est/ cui alij bonus erit? Vera enim & ordinata charitas (dicit protritum adagiū) incipit a se ipso. vulgata l. præses. C. de serui. & aqua. Nedum autem quis debet sibi bonus esse respectu animæ/ sꝫ etiā respectu corporis. Corpꝰ enī nostrum quia pars nostri est/ adhoc nobis diligendum est: vt saluti eiꝰ ac fragilitati naturaliter consulamus: & agamus quatenus spiritui ordinate subiectum/ ad æternam salutem excepta imortalitate & icorruptiōe perueniat. Textus est cuius hæc verba sunt. in c. 5. §. corpus nostrum. de pœni. distin. 2.

c ℭ Qui sibi inuidet nichil est illo nequius. Bonus est tex. in simili. in c. His potestatis. circa mediū. de pœni. dist. 1. de quo videat in verb. Malicia.

ℭ Nepotes [y] impiorū non multiplicabunt ramos: & radices immūdę super cacumen petræ sonant. Eccli. 40. c.

Neptalim. Require sententiam in verbo Ihesus. Matth. 4. c.

Nequam. Nequior & Nequissimus. ℭ Bona est [a] substantia cui non est peccatum in conscientia: & nequissima paupertas in ore impij. 13. d.

ℭ Qui [b] sibi nequam est: cui alij bonus erit? Et non iocundabitur in bonis suis. 14. a.

ℭ Qui sibi [c] inuidet nichil est illo nequius &c. Supra Inuidere. eodem.

ℭ Nequam est oculus liuidi: & auertens faciem suam/ & despiciens animam suam. 14. b.

ℭ Cætera videantur in verbis. Cor. Ecclesiastici. 37. d. Fermentum. 1. ad Corinth. 5. c. Ignis. Eccli. 23. c. Mulier. Eccli. 25. d. & Oculus. Eccli. 31. b.

Neruus. ℭ Recurre ad verbum Iacob. Gene. 32. f. & ad verbum Vehemoth. Iob. 40. b.

Nescire. [d] ℭ Recurre ad verba Eleemosina. Matth. 6. a. Orare. ad Roma. 8. e. & Vigilare. Matth. 25. b.

Nicodemus. ℭ Recurre ad verba Ihesus. & Nasci. Ioan. 3. a.

Nicolaus & Nicolaita. ℭ De Nicolao electo in diaconum per apostolos: habetur Actuum. 6. b. & supra in verbo Eligere.

ℭ Odisti [e] facta nicolaitarum/quæ & ego odi. Apoca. 2. b.

Nichil. ℭ Nichil [f] in terra sine causa fit. Iob. 5. b.

ℭ Qui tantum verba sectatur/nichil [g] habebit: qui autem possessor est mentis/diligit animam suam. puer. 19. b.

ℭ Nichil sub sole nouū: nec valet quisq̄ dicere: ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos. Ecclés. 1. b.

ℭ Qui timet [h] deum/nichil negligit. 7. c.

ℭ Nichil opertum quod non reueletur: & occultum quod nō sciatur. Matth. 10. c

d ℭ Nescire. Circa hoc verbū Nescire notetur glo. in c. Merito. 15. quæst. t. Dum vult verbū Nescire multipliciter accipi. primo enī dicitur quis nescire qñ id qđ facit/nescit esse peccatū: vel nescit tantū esse quātum est. & talis nesciens punitur/ sed mitius. c. Consuetudo. 8. dist. & de tali est bo. tex. in c. Forte. 14. q. 5. de quo dictū est in verb. Eleemosyna in. t. anno. item dicitur nescire q scit factū/ sed nescit qualitatē facti: de quo nesciēte ē bo. tex. in c. In lectū. 14. q. 2. vbi probat ꝙ non cogitur legitimā vxorē dimittere q nesciens dormiuit cū eiꝰ sorore. Tertio quis dicit nescire ꝓpter casū sequentē: vt si quis leonē interficere volens/ & hominē defendere/ hoiem interficiat: vel amputans arborē/hoiem casu trāseuntē occiderit. Et de tali nesciente dici solet: si omnimodā adhibuerit diligētiā/ nullomodo teneri. §. item si putator. insti. ad l. aqui. & c. Sæpe. in fi. 50. dist. vnde legitur in cōcilio Triburien. de quo in c. Si duo fratres. in princ. eadē dist. Si duo fratres in sylua arbores succiderint/ & appropinquātecasura ipsius arboris/ frater dixerit fratri: caue/ & ille fugiēs in p̄ſur ā arboris ceciderit & mortuus fuerit: viuēs frater innocēs de sanguine germani diiudicat. Quarto pōt dici nescire qui omnino nescit: vt infās/ furiosus/ dormiens. cle. t. de homici. Cætera videantur apud legistas in l. fi. §. si nautē nescius. C. de furtis. & in l. 2. C. per quas pso. nobis acqui. e ℭ Odisti facta Nicolaitarū/quæ & ego odi. Pro elucidatiōe huius sententiæ notet tex. in c. Quidā. versi. Nicolaitæ. 24. q. 3. vbi dr. Nicolaitæ dicti sūt a Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorū. q cū Stephano & cæteris cōstitutꝰ est a Petro/ q ꝓpter pulchritudinē relinquēs vxorē/ dixit vt q vellet ea vteret: & versa est in stuprū talis cōsuetudo/ vt inuicē cōiugia cōmutarent. quos Ioānes in Apocalypsi sua improbat: dicēs. Sed hoc habes/ ꝙ odisti facta Nicolaitarū/ q & ego odi. Hęc ibi. f ℭ Nichil in terra sine causa fit. Videat qđ dictū est in verb. Causa. g ℭ Nichil habebit. Eius q nichil habet miseria/ hoc saltē solatio leuat: ꝙ pdere nichil pōt. habet enī spoliatꝰ priuilegiū: vt nō possit exui iam nudatꝰ. c. Frequēs. in fi. pric. de resti. spo. in. 6. h ℭ Qui timet deū/ nichil negligit. Declaret vt dictū ē in verb. Negligere.

i ℭ Sine ipso factum est nichil. Idest nulla res subsistens sine ipso facta est. vnde dicit tex. in c. Quia corpꝰ circa mediū. de consecr. dist. 2. Ad nutū præcipientis domini repente et ex nichilo subst iterunt excelsa cœlorū/ profunda fluctuū/ vasta terrarum. k ℭ Sine me nichil potestis facere. idem probatur in c. Nec mirū versi. Nec ideo. 26. quest. 5. & in c. Qui sine saluatore. cū similibꝰ. 26. q. 3. l ℭ Tanq̄ nichil habentes/ et omnia possidentes. Recurratur ad verbū. Egens. m ℭ Similis factus sum pellicano solitudinis &c. Declarabitur hæc sentētia in verb. Solitudo.

Ioā. 1. a. ℭ Omnia per Christum facta sunt/ & sine ipso [i] factum est nichil.

15. a. ℭ Qui manet in me (ait Christus) & ego in eo: hic fert fructum multum: quia sine [k] me nichil potestis facere.

2. cori. 6. b. ℭ Sicut egentes/ multos autem locupletantes: tanq̄ [l] nichil habentes/ & omnia possidentes.

Psal. 101. a. **Nycticorax.** ℭ Similis [m] factus sum pellicano solitudinis: & factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Iob. 39. d. **Nidus.** ℭ Nūquid [n] ad præceptum tuum eleuabitur aquila/ & in arduis ponet nidum suum? Et supra in verbo Esca diffusius.

puer. 27. b. ℭ Sicut auis trāsmigrās de nido suo/ sic vir qui derelinquit locū suū.

Luc. 9. g. ℭ Vulpes foueas habent/ & volucres [o] cœli nidos: filius [p] autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Canti. 1. b. **Niger.** ℭ Nigra [q] sum sed formosa (filiæ Hierusalem) sicut tabernacula cedar: sicut pelles Salomonis. Et supra i verbo Formosus.

Psal. 37. b. **Nimis.** ℭ Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

96. b. ℭ Tu dominus altissimus super omnem terram: nimis [r] exaltatus es super omnes deos.

ℭ Cætera vide in verbis Amicus. Psal. 138. c. Domus. Eccli. 21. a. Indoctus. Eccli. 6. c. Mandatum. Psal. 118. a.

Niniue. ℭ De Niniue vide supra in verbo Ionas.

Iob. 6. c. **Nix.** ℭ Qui [s] timēt pruinam: irruet super eos nix.

Psal. 50. b. ℭ Lauabis [t] me (domine) & super niuem dealbabor.

147. c. ℭ Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

puerb. 25. b ℭ Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus [v] fidelis ei qui misit eū: animam illius requiescere facit.

26. a. ℭ Quomodo nix [x] in æstate/ & pluuia in messe: sic indecens est stulto gloria.

Eccli. 43. b. ℭ Imperio suo deus accelerauit niuē: & accelerat coruscationes emittere iudicij sui.

ℭ Cætera videantur supra in verbis Ihesus. Matth. 17. a. & 28. a. & Mulier. Prouerb. vltimo. c.

Leui. 19. d. **Nobilis.** ℭ Homo si dormierit cū muliere coitu seminis/ quæ sit ancilla [y] etiā nobilis: & tamē pretio nō redēpta/ nec libertate donata: vapulabunt ambo/ & non morientur: quia non fuit libera.

n ℭ Nūquid ad p̄ceptū tuum eleuabitur aquila. Recurre ad verbum Esca.

o ℭ Volucres cœli nidos. Volucres nidos suos in alterius arbore facientes/ non ideo efficiuntur eius cuius est arbor. vnde si ante earum apprehensionem de nidis suis trāsmigrauerit efficiuntur occupantiū: perinde ac si nullibi nidificassent. bo. est textꝰ in. §. apium quoq;. insti. de re. di.

p ℭ Filius aūt hoīs nō habet vbi caput suū reclinet. Recurre ad verbum Fouea.

q ℭ Nigra sum sed formosa. Declaretur vt dictū ē i verb. Formosꝰ.

r ℭ Nimis exaltatꝰ es super omēs deos. Nimis sumitur hoc loco p valde: & ita etiā sumit nōnunq̄ i iure humano: vt est tex. in l. intestato. C. de suis & legi. hære. Aliqñ etiā signat excessū. Vñ in ꝓuerbio dicit adagio. Omē qd est nimium vertit in vitiū. notat Hostien. in ca. Humilis. in pri. De maio. & obediē.

s ℭ Qui timēt pruinā/ irruet sup eos nix. Sūt aliqui q recte agere volūt/ sed eis ifirmis aliqua in pręsenti obsistūt: & dū hæc pati metuunt/ deū offendūt: hi sunt q timent pruinā/ quæ inferius cōgelascit: & nix q de superioribus ruit. i. animaduersio æterna super eos cadit. Pro hac declaratione quæ est glo. ord. facit bonꝰ tex. in c. 1. versi. Claudus. 49. distin. de quo videatur in verb. Claudus.

t ℭ Lauabis me & super niuem dealbabor. Tex. est hanc sentētiam citās ic. Cū exaudiero. 50. dis. De quo i verb. Lauare. sed addēdo dictis ibidē/ declarari pōt hæc sentētia vt per Archi. in d. c. Cū exaudiero. vbi dicit. Lauabis me. i. mūdabis per sacri baptismatis susceptionē: & super niuem dealbabor. Vñ quotquot in Christo baptisati estis/ Christū induistis: quorū si fuerint pctā sicut vermiculus: sicut nix dealbabūtur. & hoc est dealbabor super niuē/ vt sim vestis dñi sine macula & ruga. vnde in mōte vestis Christi sulsit sicut nix. hæc Archi.

v ℭ Legatꝰ fidelis ei q misit illū. Recurre ad verbum Legatus.

x ℭ Nix in æstate. Quia nix in æstate superueniēs/ insolita est: notet qd de niuibꝰ insolitis dicit tex. in l. fistulas. §. fi. ff. de contra. emp. vbi dicit. frumēta q̄ in herbis erāt cū vēdidisses: dixisti te si quid vi aut tēpestate factū esset p̄staturū. Ea frumēta niues corruperūt. si immoderate fuerāt & cōtra cōsuetudinē tēpestatis/ agi tecum ex empto poterit. Hæc ibi. per illū aūt tex. dicūt Bal. & Alex. in l. sed & si quis. §. Quæsitū. ff. si quis canti. ꝙ niues immoderatę seu insolitæ dicūtur esse casus fortuitus.

y ℭ Ancilla etiā nobilis. Pro istorū verborum & sequentiū sententiarū de nobilitate loquentiū declaratiōe/ est aduertendū ꝙ triplex reperit nobilitas. Prima est nobilitas theologica seu supernaturalis. Secūda est nobilitas naturalis. Tertia est nobilitas politica

seu ciuilis. De prima theologica & spiritnali est quærendū in conspectu æterni iudicis: apud quē nulla est obū
bratio/nec aliquid latet. Nā apud deū est nobilis omnis qui est in gratia/seu omnis ille qui est virtuosus: intel
ligo si est in charitate. Si eñ aliquis in charitate est/est in gratia. Non eñ potest esse in charitate sine gratia. Et
ista gratia consistit in hoc ꝙ deus sua largitate fecit hominē gratū sibi: vt habetur a magistro sententiarū in. 2.
libr. dist. 12. & probatur. 1. reg. 2. vbi dicitur. Quicūq̧ honorificabit me/ego honorificabo eum: qui autē contē

¶Ecce vir dei est i ciuitate hac/vir nobilis [z]: omne quod loquitur sine ambiguitate venit. 1. regū. 9. a.

¶Siue nobiles [a] fuerint filij terrę siue ignobiles: nō intelliget. Attamē caro eius dum viuit dolebit: & anima eius super semetipso lugebit. Iob. 14. d.

¶Beata [b] terra cuius rex nobilis est. Ecclēs. 10. d

¶Tumultuabitur puer contra senem: & ignobilis contra nobilem. Esaię. 3. a.

¶Captiuus ductus est populus meus/quia non habuit scientiam: & nobiles [c] eius interierunt fame: & multitudo eius siti exaruit. 5. d.

¶Videte vocationem vestrā fratres: quia non multi sapientes secundū 1. corin. 1. d

nunt me/ erunt ignobi-
les. Istos aūt nobiles nō
possum⁹ perfecte cogno-
scere/ nisi per reuelatio-
nem: dicitur enim eccle-
siastici. 11. ca. Nescit ho-
mo vtrū amore vel odio
dignus sit. & multi sunt
ad vitam pdestinati qui
apud nos reputant igno
biles. Secunda est nobi-
litas naturalis & hęc po
test considerari duobus
modis. Primo prout cō-
congruit animalibus ra
tionalib⁹ & etiam irrationalibus/& etiam alijs sensu carentib⁹. & isto modo dicūt nobilia & ignobilia/ se-
cundū bonitatem operationum/ vt in brutis patet. videm⁹ eñ quasdā aues eiusdē speciei nobiles & ignobiles:
idē de pomis. Et eodē mōiter artifices distiguim⁹: quosdā nobiles & quosdā ignobiles scdm maiorē & minorē in
structiōe3. Et isto mō seru⁹ & ācilla pōt eē nobilis. & ita loqt hęc sentētia. & de hoc etiā loqt philosoph⁹. 2. ethi
co3 in pri. Scdo pōt hæc naturalis nobilitas cōsiderari/ put cadit i solis hoib⁹: & de ista nobilitate loqt philoso
ph⁹ prio ethi. c. 4. vbi dicit ꝙ nihil aliud q̄ virt⁹ & malicia determinat seruū & liberū/nobiles & ignobiles. Hoc
aūt non est intelligendū de omni virtute/sed ea quæ cōpetit aliquib⁹ put sunt apti dominari: nō de ea prout
apti sunt esse subditi. Et hæc nobilitas est quidā habit⁹ electiuus in medio cōsistens circa ea q̄ pertinēt ad preesse
vel dominari. Tertia est nobilitas politica seu ciuilis: secundū quā differt nobilis a plebeio: & hæc pprie dicit
qualitas quædā illata per principatū tenentē/qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostendit. dixi ꝙ est qua-
litas/ideo: qa potest adesse & abesse præter subiecti corruptionē: vt apparet in muliere plebeia quæ nubit nobi-
li q̄ statim efficitur nobilis. l. mulieres. C. de. dig. lib. 12. l. fœminæ. ff. de sena. & in his quibus imperator de no-
uo concedit dignitatē. Itē ideo dixi illata: quia dignitas cōfertur in aliū ex mera gratia concedētis/non ex ali-
qua necessitate q̄ sibi imponatur ratiōe alicui⁹ meriti recipiētis. vt in auct. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. itaq̧.
Fateor tamē ꝙ possunt aliquæ causæ pcedere q̄ ex congruo impellunt cōcedētē ad cōcedēdum: nō aūt Ipellunt ex
necessitate. & istę causæ pñt eē triplicis generis. Prio virtutes seu act⁹ virtuosi. l. vt virtutū. in pri. C. de statu. &
imagi. Secūdo vitia seu actus vitiosi. l. 2. §. postea cū apius. ff. de orig. iuris. vbi propter furtū quis cōsecut⁹ est di
gnitatē. & hoc videm⁹ quotidie apud principes seculares & ecclesiasticos: ꝙ propter vitia aliquis principi effi-
citur acceptus/ & ab ipso nobilitates & dignitates consequit. Fateor tamen ꝙ pferens indignū digno/peccat vt
dt beatus Thomas de aqno in 2. 2. q. 63. vbi tractat vtrum acceptio personarū sit peccatū. Tertio sunt quædam
quæ non sunt vitia nec virtutes: vt progenies seu alterius nobilitas: & sic nobilitatur filius propter patrem/
vxor propter maritum & nonnunq̄ mater propter filiū: vt. ff. de sena. l. 1. de quo dic vt ibi. Item ideo dixi per
principatū tenentē: quia talis est qui nobilitates seu dignitates ac pemīnētias confert. & intellige generaliter
hoc est siue teneat principatū omniū/ vt deus qui q̄ñq̧ istas dignitates & nobilitates tēporales immediate con-
stituit: vt satis colligitur ex his quæ habētur in. 1. &. 2. lib. regū: siue principatū vniuersalē mundanorū/ vt im
perator: vel particularē vt reges/duces/comites vel marchiones qui habent potestatē condēdi leges in suos. Et
idem intellige de quolibet populo/qui habet potestatē condēdi legē. per leges eñ nobilitas concedit: vt patet p
discursum dicti tituli. C. de digni. libro. 12. vnde cū populus habeat vt leges condere possit/ poterit & nobilita-
re. Vltimo. ideo dictū est qua vltra honestos plebeios acceptus ostenditur: quia ratione nobilitatis superior fa
cit quē sibi gratū & acceptū. d. l. 1. C. de dig. li. 12. Oportet tñ ꝙ illud ostendat: qa si mille annis qs viueret plen⁹
omnibus virtutibus/ & princeps eū summe diligeret: tamē remaneret plebeius donec transferatur in eum ali-
qua dignitas seu nobilitas/ per quam distinguat a plebeis. Fiet aūt ista ostēsio aut verbis expressis/aut etiā con
ferēdo aliquod officiū qd in se habet nobilitatē annexā. s. quādo reputatur nobilis qui fungitur illo officio. Prę
missa omnia ponit Bar. in repeti. d. l. 1. in. 5. colū. & quatuor sequentibus. C. de dignitati. lib. 12. vbi etiam Io.
de platea hanc doctrinā refert & sequitur. [z] ¶ Vir nobilis. Hoc dicitur (secundū Nicolaum de Lira)
propter pphetiā. Et ita etiā propter dignitatē appellat aliquis nobilis: vnde legitur in Matthęo. venit Ioseph
ab Arimathia nobilis decurio. q. d. erat nobilis: quia erat positus in dignitate decurionat⁹. Ita dicit Bar. in d.
l. 1. col. 2. in repeti. C. de digni. lib. 12. [a] ¶ Siue nobiles fuerint siue ignobiles filij eius &c. Per filios
possumus opera nostra intelligere: q̄ an a sūmo nostro deo approbentur/ vel reprobentur non intelligim⁹: sed
in pēdulo semper ac incerto retinemur. Etenī taliū opera ab hominibus iusta bonaq̧ putantur/ qui tandē iusto
dei iudicio periclitabuntur. c. Sacerdotibus. in fine. 11. quæst. 1. & facit tex. in ca. Cimus. de pœni. dist. 2.
[b] ¶ beata terra cuius rex nobilis est. Idest de stirpe regū. Ita declarat glo. interlinearis/ quam refert Bar.
in d. l. 1. col. 4. de dignita. li. 12. longe tamē terra beatior erit si nobilitati generis fuerit adiūcta nobilitas mo
rū. De hac eñ duplici nobilitate dicit Grego. citatus hic per Liram: & apud legistas per Albe. de rosa. in dictiona
rio suo i verb. Nobilitas. Quādo altera alteri iūgit/ q̄si gēma carbūculi auro sociat. Qz si alterā ab altera dis
cretā esse cōtingat: Optabilior erit etiā in pricipe morū nobilitas q̄ generis. vñ dt Iuuenalis citatus per glosā
in c. Vndecūq̧. 56. dist. malo pater tibi sit Thersites: dūmodo tu sis Aeacidæ similis: vulcaniaq̧ arma capessas Qz
te Thersitæ similē pducat Achilles. Hinc etiā dicit adagio metrico qd ponit per Io. de pla. in d. l. 1. col. 2. si quos
insignit honestas. Quos sublimat apex morū licet ampla facultas Et patrię desit/ & gloria sanguinis alti: Nobi
litat virtus animū/ virtute remota/ Migrat in exiliū nobilitatis honor. [c] ¶ Nobiles eius interierūt
fame. in succurrendis necessitatib⁹ hominū ne fame intereant. Idest ne eis bona secundū suarū exigentiā perso-
narū desint: habēda est de iure humano ratio nobilitatis. Vnde tale bonum sufficiēs iudicabitur pro ignobili/
quod pro nobili insufficiens cēseretur. glo. est in c. Cum adeo. in glo. 2. de rescrip. & est bo. tex. in c. De multa. in
fi. de præbēdis. Nobilitas tamen non est sic attendenda: ꝙ ignobiles excludātur. Vnde nō valeret statutum vt in
canonicos ecclesiarū cathedralium soli nobiles admittātur. Tex. est & ibi Panor. i 3. no. in c. Venerabilis. de p-
ben. & hoc locū habet in secularib⁹: ꝙ scilicet nobilitas sit cōsideranda. Nā in religiosis nobilitas nō sic attēdit:

cum per ingressum monasterij perdatur:vt est glo.in ca.1.de purga.cano.& notat Ludo.Ro.in no.37.incipiēte Vtrū nobilis.& sequitur p̄ceptor meus Decius in d.c.Cum adeo.col.3.de rescrip. d ¶Non multi nobiles/sed quæ stulta sunt elegit deus. Nō ergo nobilitas generis sed virtutū personā gratā deo reddūt & acceptā. Ita ex istis verbis infert tex.in c.pe.de pręben.nam oēs sum⁹ de eodē patre & eadē matre quoad carnem.vnde quicūq; sis de generis nobilitate te iactans:eundē te reperies cū eo quē ex ignobilitate despicis/si vere cōputare

carnē:nō multi potētes/nō multi[d] nobiles:sed quæ stulta sunt mūdi/ elegit deus:vt confundat sapientes &c. Vt supra Eligere.

I.cori.4.c. ¶Nos stulti propter Christum (ait Paulus) Vos autem prudentes. In Christo nos infirmi:vos autē fortes. Vos nobiles[e]:nos autē ignobiles.

Iob.35.b. **Nocere.** ¶Homini[f] qui similis tui est/nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua.

Psal.88.d. ¶Nichil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō apponet nocere ei.

104.b. ¶Non[g] reliquit hominem nocere eis:& corripuit pro eis reges.

puerb.25.c. ¶Sicut tinea vestimento/& vermis ligno:ita tristitia viri nocet cordi.

26.c. ¶Sicut[h] noxius est qui mittit sagittas & lanceas in mortē: ita vir qui fraudulēter nocet amico suo: & cū fuerit deprehēsus/dicit:ludēs feci.

Lucę.10.c. ¶Ecce dedi vobis potestatē calcādi supra serpentes (dicit Christus ad apostolos) & scorpiones/& super omnem virtutem inimici: & nichil vobis nocebit.

Apoca.22.c. ¶Qui[i] nocet/noceat adhuc.

Gene.5.d. **Noe.** ¶Vixit Lamech cētū octoginta duobus annis & genuit filiū: vocauitq; nomen eius Noe/dicens. Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuū nostrarū in terra cui maledixit dominus. Vixitq; Lamech postq̄ genuit Noe quingentis nonagintaquinq; annis.

eodem. ¶Noe cum quingentorū esset annorū/genuit Sem Cham & Iaphet.

6.c.d. ¶Hę sunt generationes Noe. Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis: cū deo ambulauit & genuit tres filios Sem Cham & Iaphet. Corrupta est autē terra coram deo/& repleta est iniquitate. Cumq; vidisset deus terram esse corruptam:omnis quippe caro[k] corruperat viam suam super terram:dixit ad Noe. Finis vniuersæ carnis

sciueris sursum versum. Nā & quoad animam ex eisdē patre & matre/ deo scilicet & eccl'ia scis te eē & ex his duobus constat hō quilibet: & ideo proprie sāguinis nobilitas non est alia q̄ stercoris & fœtoris. vnde merito dicitur. Nobilitas sola ē animū quæ morib⁹ ornat. vnde etiā beatus Seuerus ex lanificio in archiepiscopū est assumpt⁹ 61.dist.§. Ecōtra & Saul in regē de post asinas. 1. reg.9.& Dauid nobilissimus de post fœtantes.1. reg.x.vnde psal. de post fœtātes accepit eū. Præmissa dicit Hostiē.in d.c. pe.versi.Nos igitur. Q: etiam virtutū nobilitas sit generis nobilitati pręponēda/facit qd dicit Cicero. Satius est me meis rebus gestis florere q̄ maiorum opinione niti: vt sim posteris meis nobilitatis initiū/ & virtutis exemplū. Vbi tamē concurrunt duo vincula: qa scilicet quis vtrūq; habet virtutū & generis nobilitatē:magis est honorādus/cū fulgeat in eo duplex decor/ Parentū & p̄prius. Eo tñ cōmendabilior videt/qui ex pauperibus ortus parentibus virtutē amplex⁹ est:Nobilis enim/exēplar habuit nobile: & occasionē maximā a suis. Sed ex pauperib⁹ natus/est solius dei virtute mirabilis.ita aperte videt velle tex.in c.Nunq̄.56.dist. Hæc dicit Panor.in d.c pe.in.4.no.Et aduertendū est qa dū hac sententia dicit Christū non multos nobiles elegisse:satis ostenditur eū aliquos nobiles elegisse: qd & verum est.Paulus eñ & Bartholomeus nobiles fuerūt.ita ex istis verbis dicunt glo.& Panor.in d.ca.pe.in verb. Non multos. e ¶Vos nobiles/nos aūt ignobiles. Idest vos reuerēdi/nos aūt despecti habemur ab his qui carnei sunt:& proinde sola carnalia:non aūt spiritualia attendunt. Sed cū euangelij præcones constituti simus/& animarū directores ordinati: nō ex locorū vel generis dignitate/sed morū nobilitate innotescere studemus.qd omnibus præsulib⁹ incūbere dicit Gregorius in c.Nos qui præsum⁹.40.dist. Non est aūt mirum si ab istis insultabant apostoli. Quādoquidē vt dicit Bal.in l.per adoptionē.ff.de adop. Nobiles pro maiori parte sūt superbi & inimici populariū/& gulosi ac luxuriosi plusq̄ seculares. Subiūgit tñ Bal.nō loquor de illis quos virtus nobilitat:quia illi sūt perfecte nobiles: q̄uis careant diuitijs:sed de illis qui diuitijs abūdant/& mali sunt: q aliquid facere nequeūt nisi bibere & comedere & superbire. hæc Bal.in d.l.per adoptionē.in.1.lectura. f ¶Homini qui similis tui ē nocebit impietas tua &c. Hominis impietas nocet ei quē sibi similē reddit.s. qui impietati ipsius fauet.vel cū possit & ad eum pertineat nō corrigit: aut exēplo eius eandē impietatem facit. Probatur a cōtrario in c. Ecce inquiunt.in fi.& c.A malis.23.quæst.4. g ¶Non reliquit hominē nocere eis. Quādoq; tamē dñs malos permittit bonis nocere:vt bonorū virtus/malorū oppressionibus probetur maiorisq; fiat apud deū meriti.c.Nō omnis.5.quęst.5.Nec id iniuste permittit deus:sed omnino iuste.vt eñ dicit Augusti.in lib.de summo bono.& habetur in c.Secundū.11.quæst.3. Sicut secūm catholicā fidē dei naturę nocere quisq̄ non potest:ita natura dei iniuste nocere cuiq̄ non valet:nec nocere iniuste patit quenq̄. Qui enim nocet (vt apostolus ait) recipiet hoc quod nocuit. Hæc ibi. h ¶Sicut noxius est &c. Declaretur hæc sententia vt diffuse dictū est in verb. Deprehensus. i ¶Qui nocet/noceat adhuc. Ei qui delinquit in proximū substrahitur gratia: qua substracta facilius ruit:& sic amplius nocet. Hanc declarationē sentit Archi.in c.Quātumlibet.in fine.47.dist.hoc itaq; casu cū.s.qui nocet/nocet adhuc:verū sibi nocumentū parat. Nō eñ inchoatio peccandi/sed peccandi perseuerantia æternis cruciatibus hominē adijcit.d.c. Voluissent.in prin de pœn. dist.1.& d.c.fi.in fi.cū similibus.de pœ.dist.7. Eodēmodo dicunt legistæ eū morbū nociuū dici qui perpetuus est/non qui tēporarius:vt est bo.tex.in l.fi.§.de edi.edic. vbi dicit.Quotiens morbus sonticus nominat eum significari Cassius ait qui noceat. Nocere aūt intellige qui perpetu⁹ est/non qui tēpore finiat. Hæc ibi. k ¶Omnis q̄ppe caro corruperat viā suā. Idest homo quo peccante oīs caro dicit corrupisse viam suam/ quia propter eū omnis caro creata: & eadē ratiōe homine peccante terra dicitur corrupta: quia vniuersa quæ in terra sunt/propter hominem creata dicuntur. Ita glo. interlinearis hic cum qua satis concordat quod dicit

Archid. in c. Hæc imago. in princi. 33. quæst. 5. de quo dictũ est in verb. Homo. in .3. anno. l ¶ Fac tibi arcã de lignis leuigatis. Quidnã præsignauerit hæc arca/ & quid p tam solertẽ eius constructionẽ significatum fuerit: dictum est diffuse s. in verb. Arca. post textum & glosam in extrauagan. vnã sanctã. de maio. & obed.
m ¶ Trecentorũ cubitorũ erit &c. Ista clarescũt istis versib9. Terdenis cubitis alta ẽ & longa trecẽtis: Et decies quinis lata sit arca Noe. Sex vicibus longum latum transcendit & altũ: Denis humani corporis instar habens. Hæc citantur per glo. in d. extraua. Vnã sanctam.

venit corã me: repleta est terra iniquitate a facie eorũ: & ego disperdã eos cũ terra. Fac tibi arcam [l] de lignis leuigatis: mansiunculas in arca facies/ & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum [m] cubitorum erit longitudo arcæ: quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorũ latitudo illius. Fenestrã in arca facies: & in cubito consummabis summitatem eius. Ostiũ autem arcę pones in latere deorsum. Cœnacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram/ vt interficiam omnẽ carnem in qua spiritus vitæ est subter cœlum: & vniuersa quæ in terra sunt consumentur. Ponamq; fœdus meum tecum/ & ingredieris arcam [n] tu & filij tui: vxor tua & vxores filiorum tuorum tecum: & ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam vt viuãt tecum masculini sexus & fœminini de volucribus iuxta genus suum: & de iumentis in genere suo/ & ex omni reptili terræ secundum genus suum bina de omnibus ingredientur tecum vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt & comportabis apud te: & erunt tam tibi q̃ illis in cibum.

¶ Fecit Noe omnia quæ præceperat illi dominus. Dixitq; dominus Gene. 6. I. & 7. a.
ad eum. Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. Te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena [o] & septena/ masculũ & fœminam: de animantibus vero immundis duo & duo/ masculum & fœminam: sed & de volatilibus cœli septena & septena masculum & fœminam vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ. Adhuc enim & post dies septẽ ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quam feci de superficie terræ.

¶ Fecit Noe omnia quæ mãdauerat ei dominus. Eratq; sexcentorũ [p] 7. a. b.
annorum quãdo diluuij aquæ inundauerũt super terrã. Et ingressus est [q] Noe & filij eius/ vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcã propter aquas diluuij. De animãtibus quoq; [r] mũdis & imũdis & volucribus: & ex omni quod mouetur sup terrã duo & duo igressa sunt ad Noe in arcã masculus & fœmina sicut pręceperat dominus Noe. Cũq; trãsissent septem dies/ aquæ diluuij inundauerunt super terrã.

¶ Anno sexcentesimo [s] vitæ Noe mense secundo: septimo decimo die 7. b.
mẽsis/ rupti sunt omnes fontes abyssi magnę: & catharactæ cœli apertæ sunt/ & facta est pluuia super terram quadragita diebus & quadraginta noctibus.

n ¶ Ingredieris archam tu & filij &c. Io. An. dicit q; inclusio facta in arca Noe per quam fuit saluatũ gen9 humanum/ habuit designare inclusionem diuinitatis & humanitatis in Christo qui generis humani operat9 est saluationem sicut etiam ab initio p duas naturas genus humanũ saluatũ ẽ/ ligni. s. & aquæ: quia in saluatione humanæ naturę lignum. s. arca Noe/ confecta ex ligno/ fuit & arca qua regebantur. Ita dicit Panor. referendo Io. An. in c. 1. §. vna vero in fi. de sum. tri.
o ¶ Tolles septena & septena &c. Q; mundorum animaliũ numerus iubeatur esse impar/ immundorũ vero par: latens sacramentũ cõplectit. prout notãter declarat Ambro. in c. Nuptiæ. 32. quæsti. 1. de quo videndum est supra in verb. Arca.
p ¶ Eratq; sexcentorum annorũ &c. Quigentorũ annorum erat Noe cũ præcepit ei dñs vt arcã faceret/ & sexcẽtorũ cum iam ingressus esset. Vnde colligitur p centũ annos arca fabricata: Centum vero anni significant singulas ætates. Vnde sexta/ completis quingentis vsq; ad sexcẽtos/ significat i manifestatione euãgelij ecclesiam cõstrui: quia in sexta ætate venit Christus ecclñæ formator seu constructor. Circa hanc declarationẽ quæ est gl. ordi. notentur ea quę dicta sunt in verbo Ætas: iuxta illud Iob. Iuxta ætatẽ hominis robur eius. q ¶ Ingressus est Noe & filij eius &c. Notandũ venit q; seorsum ingreditur in arcã Noe cum filiis suis/ & seorsum vxores eorum. Ideo dicitur distincte/ ingressus est Noe & filij eius: & distincte additur/ vxor eius & vxores filiorũ eius. Mixtim autẽ viri cum mulieribus egressi sunt. Sic enim scriptũ est: egressus est Noe & vxor eius. Tẽpus eñ abstinendi & tẽpus amplectendi. Hæc declaratio est glo. ord. pro qua notetur quod dicit Augu. in lib. quæstionũ veteris & noui testa. & habetur in ca. Christiano. 33. quæst. 4. vbi dicit. Christiano cũ vxore sua aliquãdo conuenire licet: aliquãdo non licet. Propter processionis eñ dies & ieiuniorũ aliquando non licet conuenire: quia a licitis etiã abstinendũ est ad tẽpus vt facilius impetrari possit quod postulat. De hac tamẽ materia videat quod dictũ est in verb. Debitũ. super illud apostoli. Vir vxori debitũ reddat. & in verb. Fraudare. super illud apostoli. Nolite fraudare inuicem &c.
e ¶ Cui autem vult Nubat/ tantũ in domino. Hinc dicit Vrbanus tertius in c. penul. de secun. Nup. Super quæstione qua quæsitũ est: an mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundũ leges diffinitum? Respondemus: ꝙ cum apostol⁹ dicat. Mulier viro suo mortuo soluta est a lege viri sui/ in domino nubat cui voluerit: per licentiã & auctoritatẽ apostoli eius infamia aboletur. Hęc ibi. Et idẽ probatur in c. fi. eodẽ ti. An aũt nedũ pœna infamię/ sed etiã oẽs alię pœnę ꝑ legẽ ciuilẽ: mulierib⁹. ĩ. annũ luct⁹ ad scdas nuptias trãseũtib⁹ ipo sitę (de qb⁹ pœnis dictũ ẽ §. ĩ verb. Dauid. 2. reg. 11.) sit sublatę ꝑ hãc deci sionẽ canonicã huic apo stolicę sñię initentẽ/ Inno. Panor. & cõmuniter doc. in d. c. fi. tenẽt ꝙ sic Alię aũt pœnę quę impo nuntur non propter fe- stinationẽ/ sed propter transitũ etiam post ãnũ cum potissimũ cõcernãt fauorem filiorũ ex primo matrimonio susceptorũ non tolluntur. Ita Inno. & cõmuniter doc. in d. c. fi. & Bar. in l. 1. in fi. C. de secũ. nup. dicit tamen Panor. in d. c. fi. ꝙ si audacia ei concederetur teneret cõtra cõmunẽ opinionẽ: ꝙ. s. etiam pœnas inflictas fauore filiorũ mulier non deberet incurrere. Primo quia fauor filiorũ non debet esse causa impediẽdi matrimoniũ a deo concessum. Secũdo ex defectu potestatis statuẽtis. Nã imperator non habet potestatẽ interdicẽdi matrimoniũ ad tẽpus vel apponendi pœnã per quã tollatur indirecte/ libera facultas cõtrahendi. facit qd no. Io. An. in c. Statutum de hęre. lib. 6. Non enim negari potest quin ex istis pœnis etiam inflictis fauore filiorum/ intimidetur matrimoniũ & tollat libera cõtrahẽdi facultas. & sic posset mulier incurrere peccatũ fornicationis abstinendo se a secundo matrimonio/ ne incurrat pœnas iuris. Et hanc opinionẽ contra cõmunem tenet etiã. Panor. in c. Ecclesia sanctę Martæ col. 6. de consti. & ibidẽ dñs meus Decius in. 18. col. dicit hanc opinionẽ contrariã esse veriorẽ in puncto iuris. pro qua post Aretinũ adducit primo textũ in d. c. fi. dũ dat mulieri liberam facultatẽ nubẽdi. Nã si aliqua pœna deberet puniri non esset volũtas libera. l. Titia in prin. ff. de ver. obliga. c. Gẽma. de spon. Secundo cõsiderando modũ arguendi quo vtitur. d. c. fi. dũ inquit. Cũ liberã habeãt potestatẽ/ non debet sustinere pœnã legalis infamię. Ista eñ ratio in qualibet pœna concludit. Nam qua ratiõe textus ibi infert ad pœnã infamię. eadẽ ratione infert ad alias pœnas. Sed cõis opinio in contrariũ est: ꝙ. s. pœnę introductę fauore filiorũ cõtra matres transeũtes ad scdas nuptias non sunt sublatę: quã cõmuniter doc. tenẽt in d. ca. fi. & Bar. in d. l. 1. & in l. liberorũ. in fi. ff. de his q no. infa. Pe. de ancha in c. 1. in. 7. charta. versi. iuxta predicta. de consti. Et dicit Panor. in d. c. fi. in fi. ꝙ in iudicando & cõsulẽdo graue esset ab ista opiniõe cõmuni recedere. quia non inuenit eã per aliquẽ doctorem violatã. Ista tamen cõmunis opinio locũ habet nisi de licentia mariti defuncti transiret ad secũdas nuptias: scdm Bal. in l. 1. col. 3. C. de secũ. nup. & late consuluit Ro. in consi. 219. incipiente. Ex themate. Secundo intelligitur extantib⁹ filijs primi matrimonij/ alias secus. Ita Alex. in consi. 63. li. 2. Quę autẽ sint istæ pœnæ in quas incurrit mulier propter transitum ad secunda vota: Declarat textus in l. fœmina. C. de secun. nup. vbi probatur ꝙ quicquid ex facultatibus primi viri lucratiuo titulo consecuta est/ tenetur moriens liberis primi matrimonij reseruare: Alienatione in extraneam personam penitus interdicta. Item ꝙ si aliquis ex filijs primi matrimonij decedit/ id quod mater per successionem eius cõsequitur/ fratribus remanentibus similiter reseruare tenetur alienatione etiam interdicta. Secundo textus in auẽtica. In donatione. C. eodem. vbi probatur ꝙ perdit proprietatem donationis propter nuptias etiam si alius a viro eã dederit/ et prioribus filijs reseruatur. Tertio textus in l. Hac edictali. C. eodem. vbi probatur ꝙ secũdo viro vel vlteriori nullo liberalitatis titulo seu nullo lucrãdi pacto vel relicto potest plus cõferre/ q̃ vni liberorũ prioris matrimonij min⁹ habẽti & quod vltra relinqt vel donat ꝓ nõ scripto habet. & similiter omne id quod in fraudem huius constitutionis contingeret attẽtari. Et quarto text⁹ in l. Omnẽ. C. ad Tertu. vbi probatur ꝙ mater tutrix filij priuatur eius hęreditate si trãsiuit ad secũda vota anteq̃ tutorẽ aliũ ei fecerit ordinari. Et istę pœnę vidẽtur etiã locũ habere in viro trãseunte ad secũdas nuptias: prout est textus in l. generaliter. & in d. l. hac edictali: C. de secũ. nup. Sicut autẽ hac sentẽtia apostoli mulier ad secũdas nuptias libere permittitur cõuolare: ita ad tertias/ quartas & vlteriores. Apostolus eñi simpliciter dicit. Si dormierit vir eius. & nõ dicit prim⁹ vel scds vel quart⁹. vñ nec nobis diffiniendũ est qd nõ diffinit aplus. & ideo nec vllas debeo dãnare nuptias: nec eis verecũdiã inferre nũerositatis. Dñs eñi septẽuirã nõ dãnauit: nec dicit ĩ resurrectiõe non posse esse. sed tñ: neq nubẽt/ neq nubent. vñ nec cõtra hũĩ verecũdię sensũ audeo dicere: vt quotiẽs voluerint nubãt. Nec ex corde meo q̃tãslibet nuptias cõdẽnare. Beatior aũt erit si sic permãserit. Hęc sũt verba Aug. sup prima epistola ad Corithios: q̃ habẽt in c. fi. 31. q. 1. vñ etiã dicit idẽ Aug. nõ dãno bigamos/ imo nec trigamos: & si dici posset octogamos. Et idẽ. Ego nũc voce ꝓclamo libera: non dãnari in ecclia bigamiã/ immo nec trigamiã. & ita licere qnto & sexto/ & vltra quõ & scdo marito recte nubere. Hęc habent in c. Aperiãt. eadẽ cauf. &. q. Verũ est tñ ꝙ per cõuolationẽ ad scdas nuptias icurrit qdã irregularitas: q̃ causat ex bigamia: de q̃ in ti. de bigamis. & dictũ est in verb. Eps: ibi. Vni⁹ vxoris virũ. vbi põt videri. Scdo verũ est ꝙ ad scdas nuptias vel vlteriores nuptias cõuolari nõ debet/ ex sola fama orta de morte prioris vxoris aũt viri: sed ꝑsens mors certitudinaliter cognosci. tex. est in c. 2. de secũ. nup. f ¶ Tantũ in dño. Idest regulariter/ & scdm deum & leges christianorũ/ hoi suę religiõis nubat. Hãc declarationẽ sentit Panor. in c. pe. in fi. de se. nup. & tex. cũ glo. in c. sicut alteri⁹. ĩ verb. Regulariter. 7. q. 1. g ¶ Prohibẽtiũ nubere. Istud: ꝙ. s. esset de his q nubere ꝓhibebant/ fuit a nõnullis obiectũ Aug. aduers⁹ quos dicit in c. Aperiãt. ĩ pric. 31. q. 1. Aperiãt q̃so aures obtrectatores mei/ & videãt me scdas nuptias & tertias in dño cõcessisse. Qui scdas & tertias nuptias nõ dãnauit: prim potuit dãnare matrimoniũ? Hęc ibi. Contra istos aũt dãnãtes nuptias/ legit in cõcilio Gãgrẽsi. Si qs nuptias in accusationẽ duxerit/ & mulierẽ fidelẽ ac religiosã cũ viro suo dormientẽ abominandã esse crediderit/ aut etiã accusandã: tãq̃ nõ posse cõiugatos in regnũ dei ingredi: anathema sit. c. si qs nuptias. 30. dis. h ¶ Cũ luxuriatę fuerit in Christo nubere volũt: hñtes dãnationẽ/ qa primã fidẽ irritã fecerũt. Hinc legit in cõcilio Carthaginẽsi. & habet in c. 1. 27. q. 1. Sicut bonũ ẽ castitatis ꝑmiũ: ita maiori obseruãtia & ꝑceptiõe obseruãdũ ẽ: vt si q̃ viduę q̃uis adhuc in minoribus annis positę: & immatura ętate a viro relictę/ se deuouerint deo: & veste laicali abiecta/ sub testimonio episcopi & ecclesię in religioso habitu apparuerint. postea vero ad seculares transierunt nuptias: secundum apostolum damnationem habebunt. quia fidem castitatis quam deo vouerunt: irritam facere visæ sunt. Tales ergo personæ a christianorũ cõmunione sequestrẽtur/ donec ad bonũ qd acceperãt reuertant. Neq

in communione vel conuiuio cum christianis cōmunicent. Num si adulterij coniuges reę sunt: si suis obnoxiæ viris non fuerint: quomagis viduæ quæ dei religiositatē mutauerunt/crimine adulterij notabuntur/si deuotionem quam sponte non coactæ deo obtulerunt: libidinosa voluntate corruperint/& ad secundas nuptias transitum fecerit. Quę & si violentia irruente ab aliquo oppressæ fuerunt: ac postea delectatione libidinis permanere in coniugio raptori violento viro consenserint/ damnatione superius dicta tenentur obnoxię. de talibus

fecerunt. Simul autē ociosæ discunt circuire domos/non solū ociosæ sed & verbosæ & curiosæ: loquentes quæ non oportet.

Gene.29.e. **Nupta & Nuptie.** ¶Laban vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit [i] nuptias. & vespere Lian filiam suam introduxit ad eum.

Luce.12.d. ¶Sint lumbi vestri præcincti: & lucernę ardentes in manibus vestris. & vos similes hominibus expectantibus dominum suum/quando reuertatur [k] a nuptijs: vt cū venerit & pulsauerit: confestim aperient ei.

enim ait apostolus. Cū luxuriatę fuerint/nubere in Christo volunt: habētes damnationem. qa primam fidē irritam fecerunt. Hęc ibi. Et facit text⁹. in cap. 2. & 3. eadem causa & quęsti. pro maiori aūt huius sententię declaratiōe notetur textus in c. Nuptiarum versi. in coniugali. eadē causa & quæst. vbi dicit In coniugali vinculo si pudicitia non seruatur/ Damnatio non timetur. sed in virginali & in viduali continentia/excellentia muneris amplioris expetitur/ qua expetita & electa/& voto debito oblata: iam non solū capere nuptias sed etiā si non nubāt/nubere velle dānabile est: nā vt hoc demonstraret apostolus ait. Non cū in delicijs degerint/nubunt in Christo: sed nubere volunt habentes (inquit) dānationē: quoniā primā fidem irritā fecerunt. & si non nubendo tamen volendo: non quia ipsę nuptiæ/vel quia talīū dānandę iudicent: sed dānatur propositi fraus. Dānatur voti fracti fides/damnatur non solū susceptio a bono inferiori/sed etiā ruina a bono superiori. Postremo dānantur tales: nō quia coniugalē fidem posterius inierūt/sed quia continentię fidē primā irritā fecerunt. quod vt breuiter insinuaret apostolus: voluit dicere eas habere dānationem quę post amplioris propositū sanctitatis nubunt: non qa non dānantur sed ne in eis ipsę nuptię damnari putarētur/sed cū dixisset. Nubere volunt/continuo addidit dānationem habentes/ & dicit quare. quoniā priorem fidem irritā fecerunt: vt voluntas quę a proposito cecidit/appareat esse dānanda siue subsequunt nuptię siue desint. Hęc ibi. Cætera dicētur in verb. Viduæ.

i ¶ Fecit nuptias. Idest solēnitatem nuptiarū/quo die proprie dicuntur esse nuptię. vnde si quis nuptiarū fecerit mentionē in qualicūq; pacto: quod ad dandū vel ad faciendum/vel non faciendū concipitur: & siue nuptiarum tempus dixerit siue nuptias nominauerit: non aliter intelligitur esse conditio impleta: nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas. Neq; enim est tēpus inspiciendū/in quo nuptiarum ętas vel fœminis post .12. annū accesserit. vel maribus post .14. annū completū: sed ex quo vota nuptiarū re ipsa processerunt. Ita dicit tex. in l. Sācim⁹. C. de nuptijs. & idē probatur in l. Cum testator. C. de manu. testa. Quandoq; tamen nuptię dicunt eo die seu ea ętate qua aliquis aptus est ad nubendum. tex. est valde sing. in l. Thais. §. Splendeforus. ff. de fideicom. liber. vbi libertas a patre relicta seruo suo cum filia sua nupserit. filia in ętate pupillari decedente: debetur libertas eo tempore quo filia si vixisset egisset annū. 12. Quod autē dictū est tūc nuptias intelligi qn̄ fit solēnitas nuptiarū. intelligendū est non de solēnitate pomparū/sed de solēnitate pactionū. i. de die quo aliqui inuicē matrimonialiter coniungunt per verba de pręsenti. tūc enī proprie dicūtur esse nuptię etiā si postea solēnitas pōpalis/& cōsummatio per carnis copulā longo tempore differantur. Ita sentit Bar. Per illum textū in d. l. sancimus. secundū tn̄ cōmunē vsum loquēdi/verbum nuptię sumit pro die festiuitatis seu cōuiuij nuptiarū. & ita sumitur in euāgelio Io. 2. factę sunt nuptiæ in Chana Galilęæ. ita dicit Panor. in cōs. suis cōsilio. 1. colū. 2. lib. 1. Solēnitas vero principalis/seu nuptiarū gloria: nequaq̄ debet omitti in nuptijs illustriū & superiorum personarū. In aliarū aūt nuptijs/parum curat de tali solēnitate. Hęc probant per tex. cum glos. in verbo illustres. in §. illud quoq; melius. in auctē. Qui mo. na. eff. legi. colla. 6. & facit tex. in c. Nostrates. in fi. 30. quęsti. 5. Nuptię aūt ideo dictę sunt ꝙ puellę nubētes pudoris gratia se obnuberēt. Neq; enim illud ociosum est: ꝙ cū veniret Rebecca vidit Isaac deambulantē/& cum interrogasset quis esset: cognito ꝙ ipse esset cui duceretur vxor/descendit et caput obnubere suum cœpit: docens verecūdiam in nuptijs preire debere. tex. est ita dicens. in ca. Nec illud. 30. quęst. 5. De his antē quę in nuptijs ex bona & laudabili honestate interuenire debent est bo. tex. in c. 1. eadē cau. & quęst. vbi dicitur. Aliter legitimū non fit coniugiū nisi ab his qui super ipsam fœminā dominationē habere videntur & a quibus custodit vxor petatur: & a parentibus & ppinquioribus sponset/ & legibus dotetur et suo tempore sacerdotaliter (vt mos est) cū precibus & oblationib⁹ a sacerdote benedicatur: & a paranymphis (vt consuetudo docet) custodita & consociata a proximis congruo tēpore petita a legibus dotetur ac solenniter accipiatur: & biduo vel triduo orationib⁹ vacent/& castitatē custodiant. Et in c. Fœminę. versi. item ꝙ nubentes. & versi. Itē ꝙ primis. eadē causa & quę. vbi dicitur. Q̄ Nubētes post bn̄dictionē vitta inuicē quasi vno vinculo copulantur ideo fit. ne cōpagem cōiugalis vnitatis disrumpant. Atueroq; eadē vitta cādido purpureoq; colore permiscetur. Candor quippe est ad mundiciā vitę: purpura ad sanguinis posteritatē adhibetur. Hoc signo & continentia & lex continendi ab vtrisq; ad tempus admonetur/& post hęc reddendū debitum non negetur. Item ꝙ in primis nuptijs anulus a sponso sponsæ datur/fit nimirū vel propter mutuæ dilectionis signū: vel propter id magis/vt eodem pignore eorū corda iungantur. vnde & quarto anul⁹ digito inseritur/ideo quia in eo vena quędā (vt fertur) sanguinis ad cor vsq; perueniat. Hęc ibi.

k ¶ Quando reuertatur a nuptijs. A nuptijs reuersio potest duob⁹ modis considerari. Primo respectu pmissionū de pręsenti/& benedictionis sacerdotalis: qua nubentes benedici solent de qua benedictione loquitur conciliū Carthaginēse in hęc verba. Sponsus & sponsa cū benedicendi sunt a sacerdote/a parentibus vel paranymphis offerantur in ecclia sacerdoti: qui cū acceperint bn̄dictionē/eadē (saltē) nocte p reuerētia bn̄dictiōis (& sic de honestate non aūt de pcepto) in virginitate permaneant. de qua concilij Carthaginēsis cōstitutione est tex. in c. Sponsus. 30. quęst. 5. Secundę tamen nuptię vel vlteriores non benedicuntur: immo sacerdos eas benedicēs potest puniri pœna arbitraria: quę attētis circūstantijs/& loci consuetudine potest nōnunq̄ ascendere vsq; ad suspensionē officij & beneficij/& remissionē ad sedē apostolicam. Tex. est quē ita ibi intelligit Panor. in c. 1. de secū. nup. hoc verū/Nedū si sint scdę nuptię respectu vtriusq;/sed etiā respectu vni⁹ tm̄. s. viri tm̄ aut mulieris. siue ei mulier alias recepit bn̄dictionē. nō debet bn̄dictio iterari: qa cōis ē vtriq; neq; vn⁹ sine altero eā recipe pōt. Et idē si alter eoꝝ scdo cōtrahat nō dabit bn̄dictio. Et idē si vterq; postea scdo cōtrahat vt q aetiā an̄ cōsumationē mr̄imonij bn̄dicti iuētū ē ipedimētū cōsāguinitatis ppter qd fuit sn̄ia diuortij pmulgata & data liber-

tas vtriq transeundi ad alia matrimonia. nā nichilominus reiterari non debet benedictio. Ita per bonas rationes concludit Hostien. in summa sua. in ti. de secū. nup. §. an licitū sit. versi. sed quid si duo contrahāt. & versi. in aliquibus tamen. vbi etiam concludit cōsuetudinē incōtrariū non valere: nisi per papā approbet. i. nisi per papam sciatur & toleretur. & ita etiā sentit Hostien. in c. Vir. & ibi sequitur Panor. de secun. Nup. & idē tenet ibi præpositus in. 1. col. & communiter alij doc. licet videtur dicendū q saltem qn vir transit ad secundas nuptias/ & accipit virginem. q nuptiæ deberent benedici: cū benedictio videatur solā mulierem respicere vt apparet in forma benedictionis. sit fœcūda in sobole &c. tn cōis opinio canonistarū tenet qd dictū est sed. Thomas in. 4. dist. 42. tenet contrariū: dicens q prohibitio de secūdis nuptijs non benedicēdis intelligit: quādo vterq trāsiret ad secūdas / aut saltem mulier: quia tūc iterari non debet benedictio. Si vero vir tantū transeat / & nō mulier: debent nuptię benedici. Et hæc opinio de cōsuetudine seruat. immo etiā nōnunq̄ seruat q etiā muliere transeunte ad secunda vota. bñdicūtur nuptiæ: dūmodo vir nunq̄ prius nupserit. & ita vidi obseruari in dioecesi Silnaneten. Sed hæc obseruatio nō nisi papa sciente & tolerante videtur admitteda. prout est bo. tex. in d. c. 1. in prin. de se. nup. Secūdo potest a nuptijs reuersio considerari respectu conniuij nuptialis. qd vtiq in personis illustribus & superioribus omitti non debet: in alijs autem parū attenditur eius omissio. prout dictū est §. proxima annotatione.

¶Cum inuitatus [l] fueris ad nuptias: non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit: dicat tibi. Da huic locum. & tūc incipias cū rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris/ vade recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria corā simul discūbentibus. Quia omnis qui se exaltat/ humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Luc. 14. b.

¶Nuptiæ [m] factæ sunt in Chana Galileæ: & erat mater Ihesu ibi. Vocatus est autem Ihesus/ & discipuli eius ad nuptias &c. Et supra Ihesus. Ioā. 2. a.

¶Mulier innupta/ & virgo cogitat quæ domini sunt: vt sit sancta & corpore & spiritu. Quæ [n] autem nupta est: cogitat quæ sunt mundi/ quomodo placeat viro. 1. cori. 7. f.

l ¶ Inuitatus fueris ad nuptias. Quia inuitant nōnunq̄ aliq ad nuptias vt ab eis aut ipsorū opera possint aliqua haberi quibus ornetur sponsa: notet concilij Aurelianensis cōstitutio/ de qua habet in c. Ad nuptiarū. de consecra. dist. 1. vbi dicitur. Ad nuptiarū ornatū diuina ministeria nō pstentur: ne dū improborū tactu/ vel pompa secularis luxuriæ polluātur: ad officia sacri ministerij videantur indigna. Secundo quia inuitantur nōnunq̄ aliqui ad dignas/ alij vero ad indignas nuptias: notetur q hę nuptiæ proprie vocant indignæ/ qn alter alteri nubere non potest sine dedecore/ scdm mores ciuitatis cōsiderata qualitate natalium. Aliæ vero vocant dignæ. Ita sentit Bar. in l. Cū ita legāt. in §. ff de cōdi & demō. Quæ aūt nuptiæ dicātur incestæ/ Quæ nephariæ/ & quæ illicitæ notat Archi. in c. Cōsanguineorū 3. q. 4. dicens nuptias incestas esse inter collaterales & affines: nepharias inter ascendentes & descendētes: illicitas inter alios phibitos.

m ¶ Nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ. Addendo his q̄ dicta sunt in verb. Iesus/ potest in materia nuptiarū hoc loco notari quod dicit Hostien. in ca. Debitū. col. 2. de biga. vbi dicit q nuptiarū aliæ possunt dici corporales mere & pure. Aliæ spirituales mere & pure: Alię mixte. Corporales merę & purę cōmunes sunt omibus qui non phibentur: quæ tantæ virtutis sunt/ q aquā .i. delectationē carnalē mutant in vinū. i. in op⁹ bonū & qnq meritoriū: qd scdm psal. Lętificat Cor hominis. Et hoc significatū fuit Io. 2. dū dicit. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilee &c. in miraculo ibi facto quod etiam ratione extensionis pcellit omnia alia ecclesiastica sacramēta/ cū apud oēs extendat. c. Gaudemus de diuor. Spirituales vero merę & purę: Aliquæ sunt excellētes/ aliquæ cōmunes/ aliquæ speciales siue priuilegiatæ. Excellētes dicunt illæ quę sunt inter Christū & ecclīam: de quibus Grego. in homilia super illud Matthæi. 22. Simile est regnū cœlorū regi &c dicit. Aperti⁹ igit atq securius dici potest: quia in hoc pater regi filio nuptias fecit/ qn ei per incarnatiōis mysterium sanctā ecclīam sociauit: De quib⁹ etiā dicit in apo. veni & ostendā tibi sponsam vxorē agni. Et. 19. cap. dicit. Gaudeam⁹ & exultemus/ & gloriā dem⁹ ei: quia venerūt nuptiæ agni: & vxor eius pparauit se. Istę dicunt excellētes: quia nullus inuenit qui ita excellēter fidem ecclesiæ seruauerit sicut Christus: & quia nemo ei cōparari potest. Cōmunes dicunt illæ q̄ contrahūtur in cōibus sacramētis ecclesiæ: quę nemini denegaut sicut est bptism⁹ & pœnitētia. Speciales aūt siue priuilegiatę dicunt illę q̄ cōtrahunt in ordinatione seu cōsecratione: ad quas nō nisi idonei admittunt. Mixtę vero dicunt quę sunt inter naturam humanam & Christū dei filiū: de quibus Greg. in dicta homilia dicit. Tūc deus pater deo filio nuptias fecit: qn hūc in vtero virginis humanę naturę cōiunxit. Hæ dicunt mixtę: quia partim spirituales/ partim corporales. Corporales dicūtur/ pter carnis assumptionē. Spirituales pter diuinę naturę vnionē: ad quod pertinet illud Io. verbū. Caro factū est. i. deus homo subaudi non cōfusione substātię/ sed vnitate personę vt in symbolo Anathasij. dicūtur etiā spiritales: quia sine virili semine sine aliqua corruptione cōcepit virgo de spūsancto/ vt in symbolo aplorū: a tota tn trinitate fuit cōmuniter incarnat⁹/ vt in symbolo cōcilij generalis: de quo in c. 1. de sū. tri. & dicūtur singulares pter illud beati Bernar. Tria opera fecit omīpotēs illa maiestas in assūptione nostrę carnis: ita singulariter mirabilia/ & mirabilr singularia/ vt taliter nec facta sint/ nec facteda sint ampli⁹ super terram. Cōiuncta qppe sunt adinuicē/ de⁹ & hō/ mater & virgo: fides & Cor humanum. his nuptijs medijs interuenientibus/ cōtractæ sunt spūales excellētes: de quib⁹ §. in versi. Excellētes. his duab⁹ intermedijs/ in passione gloriosa secuta: cōsummatū est irreuocabile testamentū/ qd morte cōsummat scdm aplm. Ex his etiā sequuntur aliæ nuptię spūales: de quibus est pnissum. Hęc Hostien. in d. c. Debitū vbi etiā nōnulla alia dicit hanc materiā concernentia quę videri possunt.

n ¶ Quę autē nupta est/ cogitat quæ sunt mundi. mulier dicit nupta/ postea q̄ cōsensit in virū per verba de pręsenti: tametsi necdū adhuc interuenerit copula carnalis: quia nuptias nō concubitus/ sed consensus facit. Vulgata l. Nuptias. ff. de regu. iuris. Nec defloratio virginitatis facit matrimoniū: sed pactio cōiugalis. vñ cum mulier cōiungit viro/ cōiugiū est: non cū viri admixtione cognoscitur. c. Cum initiatur. 27. q. 2. & facit c. Coniuges. & c. Coniunx. eadem causa & quæst. vnde dicit Vlpianus iureconsultus in l. Cui fuerit. ff. de condi. & demon. Cui fuerit sub hac conditione legatum/ si in familia nupsisset: videtur impleta conditio statim/ atq ducta est vxor q̄uis non dum in cubiculum mariti venerit. Quandoq tamen mulier dicitur nupta seu nuptię considerantur solum a tempore carnalis cōmixtionis. Textus est cum glosa. in capi. Genuit. in verb. Nuptiarum. 27. q. 2.

Exodi.16.c **Nubes.** ℂCum loqueretur Aarõ ad omnẽ cœtum filiorũ Israel: respexerunt ad solitudinẽ. Et ecce [o] gloria domini apparuit in nube.

Iob.37.b. ℂFrumentum desyderat [p] nubes/ & nubes spargunt lumen suum.

Sapiẽ.2.b. ℂTrãsiet vita nostra tan q̃ vestigiũ nubis: & sicut nebula dissoluetur/ quæ fugata est a radijs solis/ & a calore illius aggrauata.

1.cori.10.a ℂPatres [q] nostri omnes sub nube fuerunt/ & omnes mare trãsierunt: & omnes in Moyse baptizati sunt in nube/ & in mari &c.

Actuũ.1.b. ℂVidentibus discipulis eleuatus est Ihesus: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

Iob.1.d. **Nudus & Nuditas.** ℂNud⁹ [r] egressus sum de vtero matris meę (ait Iob) & nudus reuertar illuc.

Hiere.2.e. ℂProhibe pedem tuum a nuditate: & guttur tuum a siti.

ad heb.4.d ℂNon est vlla creatura inuisibilis in conspectu dei. Omnia [s] autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo.

Apoca.16.c. ℂBeatus qui vigilat & custodit vestimenta sua: ne nudus [t] ambulet/ & videant turpitudinem eius.

ℂCætera in verbis Adam. Genesis.2.d. Charitas ad Roma.8.g. & Necessarium. Iacobi.2.c.

Sapiẽ.4.c. **Nuge & Nugacitas.** ℂFascinatio [v] nugacitatis obscurat bona: & incõstãtia concupiscentiæ transuertit sensum sine malicia.

Sopho.3.d. ℂNugas [x] qui a lege recesserant congregabo: quia ex te erant Hierusalem vt non vltra habeas super eis opprobrium.

Numerare. ℂDe Dauid qui populum suum iussit numerari vide supra in verbo Dauid.

Deute.25.a **Numerus.** ℂPro mensura peccati/ erit & plagarum modus: ita

o ℂEcce gloria dñi apparuit in nube. Gloria dñi apparet in nube/ qñ resonatur in ore prędicatoris Nubes em̃ prędicatores dicũtur: quia pluũt super fideles populos imbrẽ sciẽtiarũ & doctrinarũ.c. Reuertimini. in fi.16.questi.1. p ℂFrumentũ desyderat nubes. Electi frumẽta dei sunt cœlestibus horreis reconden da: qui nunc in tritura areę paleas.i. malos tolerãt. c. Hęc aũt.in prin.23.quęsti.4. & nubes desyderant.i. prędicatores qui eis spargunt lumen suum/ dum eis exempla & loquẽdo & agendo dilatãt: iuxta sentẽtiã Chrysos. in alle.c. Multi.40.dist. q ℂPatres nostri omnes sub nube fuerunt &c. declarat hanc sententiã Pauli text⁹. in c. Nec quemq̃.col.fi. de cõse.distin.4. vbi dicitur. Sciũt homines diaboli nequitiam pertinacem vsq ad aquã salutarẽ valere. in baptismo vero omnes nequitię suę vires amittere. Quod exemplũ cernim⁹ in Pharaone qui vi reluctatus/ & in sua perfidia demoratus tandiu resistere potuit & pręualere/ donec ad aquã venisset: quo cũ venisset/ vict⁹ est & extinct⁹. Mare aũt illud sacramentũ baptismi fuisse declarat Beat⁹ Paulus/ dicẽs. Nolo vos ignorare fratres quia patres vestri oẽs sub nube fuerũt: & p mare trãsierunt & omnes in Moyse baptisati sunt: & in nube & in mari: & addidit dicens. Hęc aũt oĩa in figura nostri fuerũt: q hodie videlicet per exorcistas voce humana & potestate diuina flagelletur & vratur & torqueatur diabolus: & cũ exire se & dimittere homines sępe dicat: in eo tñ quod dixerat fallax est/ & id quod p Pharaonẽ prius gestũ est: eodem modo obstinatiõis & fraudis exerceat cum tamen ad aquã salutarem atq ad baptismi sanctificationem venitur/ scire debemus & confidere q illic diabolus opprimitur: & homo dicatus deo diuina indulgẽtia liberatur. Hęc ibi. r ℂNud⁹ egressus sum de vtero matris meę. Facit qđ dicit Ambrosius in c. Sicut.col.1.47.dist. vbi dicit. Quãdo ingressus es in hanc lucẽ/ quãdo de matris ventre existi: quibus facultatibus quęso/ quibus subsidijs stipatus ingressus es? s ℂOmnia nuda sunt & aperta oculis eius. facit tex. no. in c. Perniciosam.18.quęsti.2. de quo dictum est in verbo lux. super illud. Oĩs qui male agit/ odit lucem. t ℂNudus ambulet. Nudus ambulat/ nedũ qui caret tegumẽto corporis sed etiam qui caret tegumento mentis.i. virtutũ ornamẽto.c. sapiẽs nunq̃. de pœni. distin.1. v ℂFascinatio nugacitatis obscurat bona. Nugacitati est occurrendum etiam iure humano bo. est text. & ibi Cardinalis notat in cle. Exiui §. Nos circa. versi. Si em̃. de verbo. signi. vnde quia nugatorium est frequenter sine causa vagari: & tempora bonaq sua in res nugatorias consumere: tales sic agentes damnat etiam lex ciuilis: & errones appellat. tex. est in l. Quis sit fugitiuus. §. Erronem. ff. de edil. edicto. x ℂNugas q a lege recesserant. Idest hoĩes vanos & inconstantes qui in eam relabuntur incredulitatis voraginem quã dimiserant: quos tamen dñs velut de numero prędestinatorũ existentes resurgere/ & ad rectum veritatis tramitẽ redire facit. De quibus loquitur text. in c. Hanc societatem paulo post princip. de pœni. distinc.4. y ℂQuadragenarium numerum non excedant. Potest hoc loco non incongrue tractari materia numerorũ: vt scilicet sciatur qui numeri dicantur perfecti/ & qui imperfecti. Vnde dic scdm arithmeticos quatuor esse generationes numerorum. Prima quę incipit ab vno & durat vsq ad decem: & dicit ista numerorũ monadicorũ: a mona/ quod est vnũ: quia ab vno incipit. Secũda dicit decadicorũ a decade/ quod est decem: & durat vsq ad centum. Tertia dicitur centedicorum: & durat vsq ad mille. Quarta dicit milledicorũ: a mille incipiens & durãs vsq in infinitũ. Ex his quatuor generibus numerorũ est repe rire alios perfectos: paucos tamen alios imperfectos. Ex imperfectis est reperire alios perfectos/ alios abundãtes. Dicit autem numerus perfectus/ qui constat vel resultat pręcise ex omnibus partibus suis aliquotis simul aggregatis. Partes aũt aliquotę sunt quę aliquotiens sumptę reddũt suũ tot pręcise.i. nec plus nec minus. Vnde in senario qui est primus perfectorũ/ & solus inter monadicos perfectus. Sex vicibus vnũ sex sunt: ter duo sex sunt: Bis tria sex sunt ab inde non sint partes aliquotę: quia quatuor aliquotiens sumptũ faceret octo vel plus. Ergo omnes partes aliquotę sunt hęc. vnum/ duo/ tria: sed vnum duo tria faciũt sex: ergo senarius numerus est perfectus secundũ diffinitionẽ superiorẽ quę habet q numorus perfectus resultat pręcise ex omnibus partibus suis aliquotiẽs simul aggregatis. Vide in alio numero perfecto: in genere enim decadicorum alius & solus est numerus perfect⁹/ scilicet vicesimus octauus. Tolle partes scilicet dimi-

tamen ꝙ quadragenarium [y] numerum non excedant.

¶Notum [z] fac michi domine finem meū : & numerū dierum meorū Pſal.38.b.
quis eſt: vt ſciam quid deſit michi.

¶Peruerſi difficile corriguntur : & ſtultorum infinitus eſt numerus. Ecclēs.1.d.

¶Numerus [a] dierum hominum/ vt multum centū anni: quaſi guttæ Eccli.18.a.
aquæ maris deputati ſunt.

Numiſma & Numularius.

¶De numiſmate [b] cenſus quod Iheſus petijt ſibi oſtendi : habetur Matth.22.e. & ſupra in verbo Iheſus.

¶Oportuit te committere pecuniam meam nūmularijs [c] : & veniens Matth.25.c
ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſura. Et diffuſius in verbo Talentum.

¶Cum introiſſet Iheſus in templū: cœpit [d] eijcere vendētes & emētes Mar.11.b.
in templo: & menſas nūmulariorum/ & cathedras vendentium colūbas euertit.

Nuncius.

¶Nūcius [e] ipij cadet in malū. legatus fidelis ſanitas. Puerb.13.c.

¶Indignatio regis nuncij mortis: & vir ſapiens placabit eum. 16.b.

¶Aqua frigida animæ ſitiēti: & nūcius [f] bonus de terra longinqua. 25.d.

diam & citra: quia vltra dimidiam nō eſſet reperire aliquotas: vt ex dictis in priori numero profecto colligi poteſt. quatuordeci pars eſt aliquota: qa bis ſumptū facit.28. 13.12.11.10.9.8. non ſunt partes aliquotę de.28: qa aliquotiens ſumptę non inferūt pręciſe ſuū totū/ ſed plus vel minus. Nam.13. bis ſumptū/ facit.26. ter ſumptū/ facit.39. & ſic plus. Et ita numera de ſingulis. 7. autē eſt pars aliquota: quia quater ſumpta infert totum. 6. & .5. non ſunt partes aliquotę. 4. vero eſt pars aliquota: quia ſepties ſumptum infert ſuū totū. Tertia nō eſt pars aliquota: ſed.2. &.1. bene ſūt partes aliquotę vt liquet. Ergo reſtat ꝙ oēs partes aliquotę de.28. ſunt. 14. 7.4.2. &.1. Sed ex his aliquotis ſimul aggregatis reſtat pręciſe totū/ quia 14.7.4.2. &.1. faciūt.28. ergo ſcdm diffinitionē ſuperiorē. 28. eſt numerus perfect9. Et ſic alij perfecti recognoſcant. Iſte autem numerus. 40. ſcdm hanc computationem eſt imperfectus: quia partes ſuę aliquotę ſunt.20. 10. 8.5.4.2. &.1. Certum eſt aūt iſtas partes ſimul aggregatas nō conſtituere preciſe iſtū numerū/ ſed lōge maiorem ſc3. 50. Et ſic iſte numer9 eſt imperfectus abūdans. Imperfectorū eñi numerorū alij ſunt diminuti alij abundantes. De diminutis ſolet poni exemplū i octonario. Tres eñi ſunt partes aliquotę de octo ſcilicet quatuor duo & vnū: ſed quatuor duo & vnū faciūt ſeptem tm̄: & ſic eſt numerus imperfect9 diminutus. Itē in quaternario cui9 ſunt duę partes aliquotę ſcilicet.1. &.3. ſed duo & vnū faciunt tria igit &c. Item in.9. cuius partes aliquotę ſunt tria &.1. ſed tria & vnū faciunt ſolum quatuor igit &c. In imperfecto abundanti ſolet exemplum poni in duodenario: cui9 aliquotę partes ſunt.6.4.3.2. &.1. ſed iſtę ſimul aggregatę reddunt pluſq̄ totum ſc3.16. Ergo eſt imperfectus abūdans. Vide in.20. cui9 partes aliquotę ſūt.10.5.4.2. &.1. quę ſimul aggregatæ reddūt pluſq̄ totū/ ſc3.22. & ſic eſt numerus imperfectus abūdās: & ſic de ſimilib9. Pręmiſſa ponit apud canoniſtas gloſa Io. An. in prooemio ſexti. in verbo perfectus. Quęnam autem ſit iſtorum numerorum in ſacris literis Myſtica ſignificatio: recurratur ad eum tractatum quem de myſtica numerorū ſignificatione emiſit celebris Doctor theologus, Iudoc9 Clichtoueus. z ¶Notum fac michi dñi finem meum &c. Vide quod dictum eſt in verbo deeſſe. & diffuſius i verbo. Finis. a ¶Numerus dierum hominū vt multū centū anni. Declaretur vt dictum eſt in verbo annus. Et aduertatur ꝙ numerus dierū hominū. i. numerus dierum quibus ſupereſſe debēt homines in terra/ abſq; eo ꝙ veniat finale iudicium certus eſt aliquo reſpectu: quia tandiu manebit hęc eccleſia/ quouſq; omnes filios colligat: & tantus ſit numerus filiorū qui poſſit reſtituere numerū dānatorū angelorū. vnde & dictum eſt. Suſtinete modicū tempus donec impleatur numer9 fratrū veſtrorū. Ita Archi. in c. Pudenda. in princ. 24. quęſti.1. b ¶Nūmiſmate cenſus. Nūmiſma dicitur antiqua moneta imperatoris/ in qua erat ſculpta eius imago: & quandoq; ſolidus vocabatur/ quandoq; aureus. & eius pōdus erat tale vt.72. facerent libram auri. Ita dicit glo. in rub. C. de vete. nūmiſ. po. li.11. De quo nūmiſmate loquens tex. in l.1. C. eod. ti. dicit ſolidos veterū principū veneratiōe formatos ita tradi ac ſuſcipi ab emētib9 & diſtrahētibus iubemus vt nihil oīo refragationis oriatur/ modo debiti ponderis ſint & ſpeciei probę. Hęc ibi. Spectat aūt declarare an ſit iuſti pōderis & boni auri ad eū qui ad hoc deputatus eſt. l. Quotiens. C. de pondera. eo. li. Et non pōt cudi niſi auctoritate imperatoris/ vel regū/ ſeu principū/ vel vniuerſitatū quibus illud ex priuilegio cōpetit. Auctoritate aūt alicui9 priuati etiā ex priuilegio cudi nō pōt. Tex. eſt cū glo. in l. fi. C. de fal. mo. & notat Bar. in l.1. eod. ti. debitū autem pondus in hoc cōſideratur/ vt tantā vtilitatē afferat in forma q̄tam in ſpecie: ſc3 vt tātum valeat ille aureus ſi redigatur ad maſſam/ q̄tum valet in forma. Ita Bar. in d. l.1. C. de vete. nū. po. li.11. & facit tex. in l.1. de cōtra. emp. Q3 ſi eius valor diminuatur/ minuetur ęſtimatio rerū: non ꝙ res dentur minori precio/ ſed quia id nūmiſma ꝑ quo dabantur eſt diminutū. l.2. C. eod. & ibi Bar. in fi. vbi etiā dicit & poſt eū Io. de platea ꝙ hęc diminutio valoris/ pōt ſolius principis vel alterius cudēdi nūmiſma poteſtatē habētis fieri. Propria vero forma nūmiſmatis ſeu aurei eſt vt ſit in ea ſculpta imago pricipis. vt ꝓbat in d. l.1. Aut ſaltem nomē ipſi9. l. Quint9 §. Si aurū. ff. de au. & argen. lega. & c. q̄to. paulo ante fi. de iureiu. Multa hic cumulari poſſent in materia monetę quę cumulationi non ſtudens omitto. videri aūt poſſunt per Inno. Panor. & alios i d. c. q̄to. per Bar. & ibi bo. tex. in l.1. C. de fal. mo. & per Io. de platea in d. l.1.2. &.3. C. de vete. nūmiſ. poteſ. c ¶Nūmularijs. Circa nūmularios ſufficiat imprę̨ſentiarū notare textū in l. quędā. §. nūmularios. ff. de eden. vbi dicitur nūmularios non eſſe iniquū cogi rationes edere Pomponius ſcribit: quia & hi nūmularij ſicut argentarij rationes cōficiūt: quia & accipiunt pecuniam & erogant per partes quarum probatio ſcriptura codicibuſq; eorum maxime continetur/ et frequentiſſime ad eorum fidem decurritur. Hęc ibi. d ¶Cœpit eijcere vendentes et ementes. Recurre ad verbum Ieſus Mathęi.21. b. e ¶Nūcius impij cadet in malum. Nedum eñi ipſe qui eum elegit ad actum malum/ ſed & ipſe qui actus mali executionem ſuſcipit/ delinquit cum impio aliquid impie mandāti non debeat obediri/ etiam ſi magiſtratu aut ſuperioritate fungatur. Vulgato c. Iulianus. &c. Qui reſiſtit.11. quęſti.3. facit l. Si vindicari. C. de pœnis. f ¶Nūcius bonus de terra longinqua. Talibus nūcijs venientibus de terra longinqua non eſt credendum ſine literis: vt no. Bar. in extrauagan. Ad reprimēdum. in verbo. per nūciū. Aut alio ſigno cognito ei ad quē nūcius mittitur. Panor. & alij in c. Significauit. de

puerb.26.a ¶Claudus pedibus & iniquitatem bibens : qui mittit [g] verba per nũcium stultum.

Eze.27.c. **Nundine.** ¶Carthaginẽses negociatores tui a multitudine cũctarum diuitiarum/ argento/ ferro/ stanno/ plumboq; impleuerunt [h] nundinas tuas.

27.d. ¶Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumẽto primo: balsamum & mel & oleum & resinam proposuerunt in nundinis tuis.

46.d. ¶In nundinis & solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum & ephi per arietem.

Leui.18.c. **Nurus.** ¶Turpitudinem [i] nurus tuæ non reuelabis: quia [k] vxor filij tui est nec discooperies ignominiam eius.

20.b. ¶Si quis [l] dormierit cũ nuru sua: vterq; moriatur: quia scelus operati sunt sanguis eorum sit super eos.

Iob.26.c. **Nutus.** ¶Columnæ cœli contremiscunt/ & pauent ad nutũ dei.

puerb.6.c. ¶Non cõcupiscat pulchritudinem mulieris cor tuum : ne capiaris [m] nutibus illius.

2.mach.8.d ¶Nos i omnipotẽte domino: qui potest & veniẽtes aduersum nos: & vniuersum mũdũ vno [n] nutu delere: cõfidim⁹ (ait Iudas Machabe⁹.)

puerb.29.a **Nutrice.** ¶Vir qui amat sapientiam/ lætificat patrem suum: qui autem nutrit scortum/ perdet substantiam.

29.d. ¶Qui [o] delicate a puericia sua nutrit seruum suum: postea illum sentiet contumacem.

Sapiẽ.16.c. ¶Angelorum [p] esca nutriuisti populum tuum domine : & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore/ omne delectamentum in se

appella. De hoc tñ an & qñ nuncijs presertim publicis eredi debeat: vide quod plene dicũt docto. in c. Cum parati. eod. ti. g ¶Qui mittit verba per nũcium stultum. Circa eũ qui mittit verba vel res aliquas per nũciũ: notetur textus in l. Si mei causa §.1. iuncto fi. l. eũ qui. cum. c. se. ff. cõmo. vbi dicitur. Commoditam rem missus qui repeteret: cum recepisset aufugit. Si dñs ei dare iusserat: dño perijt. si cõmonendi causa miserat vt referretur res cõmodata: ei cui cõmodata est/ perijt. Quod si ipse cui voluit cõmisit/ eq; que culpam prestabit si non tãdiu idoneum hominẽ elegerit vt recte id perferri possit. Hec ibi. Ex quo textu liquet ei imputari qui vel verba mittit vel res aliquas per nũciũ nõ idoneũ. Quod si miserit per idoneũ nũciũ/ excusari videt: prout est bo. tex. & ibi glo. & Panor. in c. Significante. de pignor. vnde dicit textus in l. Argentũ. ff. commodati. Argentum cõmodatũ si iam idoneo seruo meo tradidissem perferẽdum: vt nõ debuerit quis extimare futurũ: vt a quibusdã malis hominib⁹ deciperetur tuũ nõ meũ detrimẽtum erit. Si id mali hoies intercepissent. Scdo circa ipsum nũciũ per quẽ mittunt verba/ notet dictum Bar. in l. venditor. §. iudices. ff. de iudi. vbi dicit q nũcius qui habuit a iudice mãdatum de aliquo citando. Citare potest etiã iudice mortuo/ & sine nouo precepto successoris. Et idẽ cõtra/ si nũci⁹ moriatur. Nam qui succedit sibi in officio: citare poterit non facta sibi noua cõmissiõe p iudicem. Ita do. meus Iason in l. more in. 13. colũ. ff. de iurisdi. omnium iudi. Multa hic dici possent i materia nũciorũ citantium: que videantur per Albe. de rosa. in l. Ea quidem. C. de accusa. & plenius per Specu. in ti. de cita. §. 4. & doc. in d. c. Cũ parati. h ¶Impleuerunt nũdinas tuas. Nũdine proprie vocant mercata publica que priuilegio principis libera sunt: & exempta ab omni collectarum seu gabellarum aut pedagiorũ solutione/ prout est tex. in l. vnica. C. de nũdi. & dictũ est in verbo mercator. q. in fi. difficultas est tamen/ quid si merces in nũdinis empte non tẽpore nũdinarũ/ vel paulo post: sed longo post eas interuallo extrahãtur: an priuilegiũ exẽptionis locũ habebit. Bal. in d. l. vnica dicit q sic: quia cõtract⁹ fact⁹ nũdinarum tẽpore astrinxit contrahẽtes ad ipsum implẽdum. Vnde licet talis impletio fiat post nũdinas impletas: non debet cessare priuilegiũ. ar. ff. de mino. l. 3. §. scio. Quod si ante nũdinas fuit cõuẽtum: & in nũdinis traditum/ nõ habet locum priuilegium: nisi fuerit celebratus contractus obtentu nũdinarum vt in nũdinis solueretur. ar. ff. de solu. l. quero. Alij tamen dicunt q tunc etiam non habet locum priuilegium. quia d. l. vnica loquitur de mercatis & nundinis. i. de mercatis nũdinalibus: sed istud mercatum non fuit nũdinale. Istud enim priuilegium conceditur ratione mercati in loco: ita q locus contractus est de substantia istius priuilegij. Hec Bal. Aduertatur tamen quia nũdinis impetratis a principe non vtendo qui meruit/ decẽnij tẽpore vsum amittit. Ita dicit tex. in l. 1. ff. de nũdi. i ¶Turpitudinem nurus tue non reuelabis. Recurratur ad verbum Turpitudo. k ¶Quia vxor filij tui est. Vnde etiam habetur loco filie tue. si enim vir & vxor non iam duo sed vna caro sunt: non aliter est nurus deputanda q filia. Ita dicit textus in c. si vir. & vxor. 35. questi. 4. & idem probatur in. §. affinitatis. insti. de nuptijs. Nurus tamen appellatio etiam ad vxores aliorum descendentium extenditur. text. est in l. nurus. ff. de verb. signi. & in l. 2. §. nurum. ff. qui satisda. cogan. & notat Bar. in l. Liberorum. in vlti. colum. ff. de ver. sig. l ¶Si quis dormierit cum nuru sua/ &c. Nedum cum ea que in presenti nurus est sua dormiendum. i. cõmiscendum non est: etiam sub colore matrimonij/ sed nec etiam cum ea que aliquãdo fuit. Cum ea enim que adhuc nurus est duplici rõne prohibetur dormire. tum quia est affinis sua/ tum quia alteri scilicet filio ei⁹ nupta est. Cum ea autem quæ aliquando fuit: quia affinis est saltem q̃tum ad prestandum efficax impedimẽtum matrimonij. text. est vbi hec probantur in d. §. Affinitatis. insti. de nup. Cetera hic dicẽda videant in verbo Dormire. m ¶Ne capiaris nutibus illius. Facit c. Hospitiolum. 31. distinc. de quo in verbo Mulier. n ¶Vno nutu delere. Deus nutu voluntatem nobis suam dicitur declarare: cum aliquo eam signo prosperitatis aut aduersitatis cognoscimus. Nutus enim proprie vocatur per signa quedam exteriora: absq; vlla verborum expressione voluntatis declaratio. Ita sentit Bar. in l. nutu. ff. de lega. 3. Que autem in iure humano solo possint nutu expediri/ videndum est in d. l. nutu. & in l. Et in epistola. C. de fideicom. et in l. iubemus. C. de testamen. o ¶Qui delicate &c. Recurre ad verbum seruus.
p ¶Angelorum esca nutriuisti populum tuum &c. Recurre ad ea quæ dicta sunt in verbo Mãna.

q ℂ Oblitiestis eum qui nutriuit vos. Hęc obliuio magnę continet ingratitudinis argumentum. siquidem nutritor habetur quodāmodo loco patris. l. 1. C. de infan. & lāgui. expo. Non sic tamē loco patris cēsendus est quin possit cū ea quā pietatis intuitu nutriuit/ matrimoniū cōtrahere. l. si quis aliud nā. in princip. C. de nup. Nec etiā sic iudicatur vt pater: ꝙ eius quē nutriuit/ debeat ei successio l. nutritoribus. & ibi Bal. C. coia. de successio. r ℂ Nemo vnq̄ carnē suam odio habuit. Recurre ad verbum Caro. s ℂ Tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Nutrix proprie vocatur quę vberib⁹ infantes alit. Et eius merces nutriciū vocat: prout hęc declarātur per Vlpianū iureconsultū in l. 1. §. pe. ff. de va. & extraor. cogni. dū dicit. Ad nutricia officium pręsidis vel pętoris deuenit. Nāq̄ nutrices ob alimonia infantium qd sibi debet petunt. Sed nutritia eousq̄ perducemus/ quoad infantes vberibus aluntur. Cęterū posthoc cessant partes pręstoris vel pręsidis. Hęc ibi. Non licet autem nutricibus omnes infantes indiscriminatim nutrire. Iudęorum namq̄ infantes in eorum domib⁹ a nutricibus christianis nutriri prohibitum est. c. iudęi. & c. Adhęc. de iudęis. immo etiam extra ipsorum iudęorum domos nutrices christianę filios eorum educare non debent. Ita Hostien. in d. c. Adhęc. potissima enim prohibitionis ratio fuit ea quę habetur in c. Et si iudęos. versi. Accipimus. eod. ti. vbi dicitur. Accepimus ꝙ iudęi faciunt christianas filiorum suorum nutrices: & quod non tantum dicere/ sed etiam nephandum est cogitare. cum in die resurrectiōis dominicę illas recipere corpus & sanguinem Iesu christi contingit/ per triduum anteq̄ eos lactent/ lac effundere faciunt in latrinam &c. Hęc autem ratio satis militare videtur in nutricibus quas haberent extra domum igitur &c. Panor. tamen in d. c. Adhęc dicit ꝙ contrarium tenere humanius est. Nam possent iudęorum creaturę perire si non reperirent nutrices extra domum. Et pro hac opi. contraria facit primo text. in d. c. Adhęc. in fi. vbi textus hāc prohibitionem de nutriendis filijs iudęorum faciens/ expresse loquit de domibus iudeorum: ergo extra domum videtur permittere: quia vnius casus exclusio/ alterius est inclusio. ar. c. Nonne. de pręsumptio. & l. Cum pretor. ff. de iudi. Et quia argumentum a sensu contrario est in iure fortissimum c. Cum apostolica. de his quę fiūt a pręla. sine consen. capi. l. 1. §. huius autem rei. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. Secundo facit textus in d. c. Et si iudęos. in fi. vbi indirecte excommunicantur iudei si non dimiserint nutrices Christianas: et sic videt innuere ꝙ habeant eas in domo ex quo compelluntur ad dimittendun. Sed hic textus parum vrget: quia coactio ad dimittendum/ satis verificatur/ etiam in nutricibus extra domum.

habentem: & omnis saporis suauitatem.

ℂ Obliti [q] estis eum qui nutriuit vos: & contristatis nutricem vestram Hierusalem. Baruch. 4. b.

ℂ Nemo [r] vnq̄ carnē suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam: sicut & Christus ecclesiam: quia mēbra sumus corporis eius/ de carne eius/ & de ossibus eius. Ephe. 5. f.

Nutrix.

ℂ Facti sumus paruuli in medio vestrū/ tanq̄ [s] si nutrix foueat filios suos: ita desyderantes vos cupide. 1. thes. 2. b.

Finis litterę. N.



Obedire. Obediens & Obedientia.

ℂ Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti voci meæ. Gene. 22. d.

ℂ Tu eris super domū meam (dixit Pharao ad Ioseph) & [t] ad tui oris iperiū cūctus populus obediet. 41. e.

ℂ Melior [v] est obedientia q̄ victimę: & auscultare 1. regū. 15. e

t ℂ Ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Obedietia quā inferiores suis debent superioribus exhibere. Cōsistit in tribus: in reuerētia exhibenda/ in mandato suscipiendo/ & in iudicio subeundo. Hoc tamē vltimū solis eis superioribus debetur qui administrationem habēt cum iurisdictione. pręmissa ponit glo. 93. distin. in sum. v ℂ Melior est obedientia q̄ victimę. Obediētia victimis iure pręponitur: quia per victimas aliena caro/ per obediētiam vero propria voluntas mactatur. Ita dicit text. in c. Sciendum circa medium. 18. questi. 1. Sciendum autem est ꝙ obedientia aliquando si de suo aliquid habuerit nulla est: aliquando si de suo aliquid non habuerit/ minima est. Nam cum huius mundi successus pręcipitur/ cum locus superior imperatur: is qui ad percipienda hęc obedit: obedientię sibi virtutem euacuat si adhęc ex proprio anhelat. Neq̄ enim se sub obedientia dirigit qui ad percipienda huius vitę prospera proprię ambitioni seruit. Rursus cum mundi despectus pręcipitur/ cum probra adipisci & contumelię iubentur: nisi ex semetipso animus appetat/ obedientię sibi meritum minuit: quia ad ea quę in hac vita despecta sunt inuitus nolensq̄ descendit. Hęc sunt verba textus qui est Gregorij in d. c. Sciendum. in princip. vbi Archi. notabiliter dicit ꝙ obedientia nouem comites seu conditiones habere debet. Primo vt exhibeatur libenter. i. volūtarie sine cordis murmure. Actu. 9. Domine quid me vis facere? Secundo humiliter sine vocis contradictione. Osee. 4. Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti & corrues hodie. Tertio hilariter sine vultus tristitia & mœrore. 2. Corinth. 9. Non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit deus. Quarto integraliter sine operis diminutiōe. Thob. 5. Omnia quę pręcepisti michi pater/ faciam. Quinto simpliciter sine mandati nimia districtione. Psal. in auditu auris obediuit michi. Sexto prudenter sine manifesto errore. Actu. 5. Oportet magis obedire deo q̄ hominibus. Septimo veraciter sine fictione. Ad Colossen. 3. Non ad oculū seruiētes quasi hominibus placentes. Octauo perseueranter sine intermissione. Ad philip. 2. factus est obediens patri vsq̄ ad mortem. Et nono celeriter sine dilatione. Esaię. 8. Qui sunt isti qui vt nubes volant: & quasi columbę ad fenestras. Vnde dicit b. Ber. Verus obediēs nescit morā: nec mandata procrastinat: sed aures parat auditui. Oculos visui/ manus operi/ pedes itineri: & sic se totū interius colligit vt imperātis adimpleat exterius volūtatē. Hęc Archid.

x ¶ Quasi peccatū ariolandi est repugnare. Recurre ad verbum Ariolus. y ¶ Malus obedit linguę iniquę. Hinc dicit textus in c. Si dñs. in fine. 11. quęsti. 3. dicimus de seruis apud dños/ & de vxoribus apud viros/ & de filijs apud patres: ꝙ in illis tantū debeant dñis & viris parentibusq̧ esse subiecti/ quę contra dei mādata non sunt. Et in c. Non semper. eadē cau. & quęs. dicit textus. Non semper malū est non obedire pręcepto. cum em̄ dñs iubet ea q̄ sunt contraria deo: tūc ei obediēdū non est. Et idē probat in c. Iulian⁹. in c. Qui oipotentem. in c. Qui resistit. & in c. imperatores. eadem cau. & quęsti. vnde dicit Panor. in c. Si qñ. de rescrip. & in c. Q̄to. de cō sue. Obediendū est superiori i licitis & honestis non autem cū peccato & scandalo. Et ideo etiam subditi regulares nō debēt in hisquę contra deū essent p̄lato eorū obedire. Inno. i c. Ad aures. de tempo. ordi. & Panor. in c. Cum in ecclesijs. in. 1. col. de maio. & obediē. & in c. Cū ad monasterium in. 2. col. de statu mona. z ¶ Pecunię obediūt oīa. Hostien. in c. Cū dilecti. col. 2. de dolo & cōtu. dicit ꝙ verissimile non est diuitē ac potētem hominē non potuisse inuenire pcuratorē: qa vt habetur Ecclesiastes. x. Pecunię obediunt omnia.

magis q̄ offerre adipem arietū: quoniam [x] quasi peccatum ariolandi est repugnare/ & quasi scelus idolatrię nolle acquiescere.

pverb. 17. a ¶ Malus [y] obedit linguæ iniquę: & fallax obtēperat labijs mēdacib⁹.

Ecclēs. 10. d ¶ Pecuniæ [z] obediunt omnia.

Eccli. 3. a. ¶ Qui honorat patrem suum/ vita viuet lōgiore: & qui [a] obedit patri/ refrigerabit matrem.

Hiere. 35. c. ¶ Nūquid [b] non recipietis disciplinam vt obediatis verbis meis: dicit dominus.

ad rōa. 5. d. ¶ Sicut per inobedientiam vnius hominis/ peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi.

10. c. ¶ Non omnes obediunt euangelio.

ad ephe. 6. a ¶ Fili [c] obedite parētibus vestris in dño. Et supra in verbo Filius.

¶ Serui obedite dominis carnalibus &c. Vt infra in verbo Seruus.

ad phi. 2. b. ¶ Humiliauit semetipsum (Christus) factus obediēs [d] vsq̧ ad mortē: mortem autem crucis. Et supra Ihesus.

ad heb. 5. c. ¶ Christus cum esset filius dei/ didicit ex his quæ passus est obediētiā.

13. c. ¶ Obedite [e] p̄positis vestris/ & subiacete eis &c. Et infra Prępositus.

a ¶ Qui obedit patri/ refrigerabit matrē. Hęc sententia & de spūali patre & de matre spirituali potest intelligi/ vt eius sit sensus. Qui suis vt debet obedierit prelatis/ matrem suā cōsolabit ecclesiā: seu rem matri suę ecclesię faciet acceptam. Vnde legitur in concilio Parisiensi de quo habet in c. Qui suis. in fi. 93. dist. Ipsi a deo summi muneris donū consequūtur/ qui suis doctorib⁹ qui recte epi intelliguntur libenter obediunt. Econtrario vero qui non obedit ecclesiam suam matrē habet inimicam. Vnde dicebat Clemens: & habetur in c. Si aūt. 11. quęsti. 3. Si vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri & reliqui clerici/ omnesq̧ principes tam maioris ordinis q̄ inferioris/ atq̧ reliqui populi: non solum infames sed etiā extorres a regno dei & consortio fideliū & a liminibus sanctę dei ecclesię: alieni erunt. Et facit quod dicit Ambrosius in libro de officijs. & recitatiue in c. Si quis vero. Eadē cau. & q. vbi dicit. Si quis non obediat episcopo/ sese extollere atq̧ exaltare desiderās/ quęrens etiam obumbrare merita episcopi/ simulata affectione doctrinę/ aut humilitatis/ aut mię: is a vero deuius superbit. qm̄ veritatis ea regula est: vt nichil facias commēdandi tui causa/ quo minor alius fiat. Neq̧ si quid boni operis habeas/ id ad deformationē alterius & vituperationem exerceas. Hęc ibi. Cętera dicētur in verbo. Superbire. deute. 17. b. b ¶ Nunquid non recipietis disciplinam/ vt obediatis verbis meis (Hāc disciplinam de obedientia dei/ verbis exhibenda diligenter esse assumendam: docet Augusti. in confessionum suarum libro. 2. & recitatiue in ca. Quę contra. 8. distinc. vbi dicitur. Cum deus aliquid contra morem vel contra pactum quorumlibet iubet fieri: & si ibi nunq̄ factum est/ tamen faciendum est: & si omissum est: restaurandū est. & si statutum non erat/ instituendum est. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat/ iubere aliquid quod neq̧ ante ipsum quisq̄/ nec ipse vnq̄ iusserat: & si non est contra societatem ciuitatis eius/ obtemperatur ei. Immo contra societatem fit si ei non obtemperetur. Generale quippe pactū est societatis humanę/ obtemperare regibus suis: q̄to magis deo regnatori vniuersę creaturę suę ad ea quę iusserat / sine dubitatione seruiendum est. Hęc ibi.

c ¶ Fili obedite parentibus vestris in dominō. vide tex. in c. Si dñs. in fi. 11. quęsti. 3. de quo s. y.

d ¶ Factus obediens vsq̧ ad mortem: mortem aūt crucis. Recurre ad verbum Iesus: & ibi dictis addendo/ Notetur circa obedientiam Christi quod dicit Gregorius in c. Quid ergo. in princi. 11. q̄sti. 3. vbi dicitur. Quid mirū si peccator homo obedientię in pręsentis vitę breuitate se subijcit: quādo hanc mediator dei & hominum tenuit/ & tenēdam pręcepit. & cū obedientes remunerat non relinquit. Hęc ibi. e ¶ Obedite prępositis vestris & subiacete eis. Obedientia prępositis pręsertim ecclesiasticis est debita. Vñ dicit textus in c. Oēs de maio. & obe. Omnes principes terrę & cęteros homines/ episcopis obedire beatus Petrus pręcipiebat. p quē textum dicit ibi Panor. in. 1 no. ꝙ q̄tūcunq̧ sit princeps maxim⁹ tenet nihilominus episcopo loci obedire in his quę spectant ad officiū suū. Nullus enim princeps exemptus est de iure communi a iurisdictione episcoporū. Vñ Ambrosius episcopus excōicauit imperatorē. c. duo. 96. distinc. Et ex hoc infertur ꝙ eps in sua diocesi debet pręcedere principē secularē q̄tūcūq̧ maximū: cum ipse habeat in eum iurisdictionē/ & non econtra. Item eps preest spiritualib⁹ & animalib⁹: princeps vero tēporalibus & corporalibus. Nā tanto quis dignior est: q̄to dignioribus preest. c. solitę. de maio. & obed. hęc Panor. Cū aūt p̄latis ecclesiasticis obediētia debeatur: prę cęteris debet romano pontifici qui omnibus preest. summo enim pontifici ea debetur ab omnibus obediētia: vt nulli liceat ei communicare cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit. Nec in ecclesia esse poterit qui eius cathedram deserit. Vnde beatus Petrus princeps apostolorum in ordinatione Clementis populum alloquens/ inter cętera ait. Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis prauis / & vos nolite expectare vt ipse vobis dicat: cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis: & voluntati eius absq̧ communicatione obsecundare/ & auertere vos ab eo cui ipsum sentitis aduersum. Neq̧ loqui his quibus ipse non loquitur. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur/ vnus est ipse ex illis qui exterminare ecclesiam dei volunt: & cum corpore videatur esse nobiscum: mente tamen & animo contra nos est: & est multo nequior hostis hic / q̄ illi qui foris sunt & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem quę inimica sunt gerit: & ecclesiam dispargit & vastat. Ita dicit text. 93. distinct. in princip. & in c. 1. An autem possit aliquando papę obedientia denegari/ dicetur. in verbo Pręceptum Ecclesiastici. 5.

f ℭ Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. i. (dicit glo. inteclinearis ex dilectione dei obedientes sitis ad omnia ferēda. Ita enim (subaudi) maximi eritis meriti participes. Quandoquidem (vt dicit Panor. in c. Illud. de maio. & obe.) Maximū est obediētię meritū: quia nichil difficilius est q̃ vincere se ipsum. Q̄ aūt sit commēdanda & solerter amplexanda obedientia declarat Inno. tertius. in d. c. Illud. dicens. Cū spiritualia sint temporalibus digniora / & obedientia melior sit q̃ victima / & auscultare magis q̃ adipem arietū offerre: non debuerat Hildemēsis episcopus pro temporali commodo / inobediētię notā incurrere. Hęc tex. vbi Fely. ad dinoscēdum amplius q̃ meritoria sit obedientia. allegat videndum beatū Thomam. scda. scde. q̄sti. 104. Arti. 2. & 3. & Archiep. Florē. 4. pte suę sūmę. ti. 5. c. 11

g ℭ Obijt. Sic etiā hoc verbo vtūtur iura humana. c. fi. de tempo. ordi. c. 2. de tornea. l. j. C. de condi. inser. Quādoq̧ tamen obire sumitur pro subire vt in l. Cubicularios. C. de prępōsi. sacri cubicu. libro. 12.

h ℭ Retribuere vnicuiq̧ iuxta vias suas. Idē in c. j. de sum. tri. & fi. c.

i ℭ Ante obitū tuū operare iustitiā &c. Facit c. in p̄senti. 13. quęsti. 2. de quo in superioribus.

k ℭ Declinantes in obligationes adducet dominus cū operātibus iniquitatē. Allegari potest hęc psalmographi sentētia in eos / q̃ sinistris quibusdam medijs ac fraudibus exquisitis: alios sibi studēt obligare. Aduersus autem tales varios & dolosos / qui alijs obfuerunt calliditate quadam / subuenit prętor: ne vel illis malicia sua sit lucrosa / vel istis simplicitas damnosa. Ita dicit tex. in l. i. in princ. ff. de dolo. Quid autem sit obligatio / & quot modis cōtrahatur: habetur insti. de obli. li. & iure.

ℭ Animas [f] vestras castificantes in obedientia charitatis: in fraternitatis amore simplici ex corde inuicem diligite attentius. 1. petri. 1. d.

Obire & Obitus.

ℭ Hismael corā cūctis fratribus suis [g] obijt. Gene. 25. c.

ℭ Facile est coram deo in die obitus retribuere [h] vnicuiq̧ secundum vias suas. Eccli. 11. c.

ℭ Ante obitum [i] tuū operare iustitiam: quoniam nō est apud inferos inuenire cibum. 14. c.

Oblatio.

ℭ Recurre ad verbum Offerre.

Obligare & Obligatio.

ℭ De obligatione voti vide ifra in verbo Votum.

ℭ Declinātes [k] in obligationes adducet dn̄s cū operātibus iniquitatē. Psal. 124. a.

ℭ Qui detrahit [l] alicui rei / ipse se [m] in futurum obligat / qui autem timet præceptum / in pace versabitur. puerb. 13. b

ℭ Pœnitentiā age ab hac nequitia tua: & roga deū si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione [n] iniquitatis video te esse. Actuū. 8. d.

Obliuisci. Oblitus & Obliuio.

ℭ Cum dominus deus tuus dederit tibi requiem: & subiecerit cūctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen Amalech sub cœlo. Caue ne obliuiscaris. Deute. 25. d

ℭ Testimonium hoc nulla [o] delebit obliuio ex ore seminis tui. 31. f.

ℭ Vsq̧quo [p] domine obliuisceris me in finem? vsq̧quo auertis faciem tuam a me? Psal. 12. a.

l ℭ Qui detrahit alicui rei. Declaretur hęc sententia vt dictum est in verbo futurum.

m ℭ Ipse se in futurū obligat. Aduertendū est q̄ iure humano q̧ tunc proprie obligatio confertur in futurum / qn̄ fit promissio sub conditione de futuro. tūc enī ante coditionis euētū nulla oritur obligatio: & ideo etiā nec promissi petitio. Q̄ si promissio pure fieret. i. non adiecta die vel conditione statim oriretur obligatio & promissi petitio. Si vero fieret in diem: vt promitto dare kalendis Martij / statim oriretur obligatio / promissi tamen petitio differretur vsq̧ ad aduentum diei. Nam in diem debitor dicitur obligatus: licet temporali exceptione creditor excludatur. l. in diē. ff. de condi. inde. hęc omnia probantur in. §. Oīs aūt stipulatio. iuncto. §. Ex conditionali. inst. de ver. obliga. Quomodocunq̧ autem fiat promissio / potest promittens in casum p̄missionis ex sua culpa non adimplete: se obligare etiā ad perditionē sui beneficij cū auctoritate tamen superioris. Tex. est in c. Cū dilecti. in fi. de elec. iuncto c. Admonet. de renū. immo etiā ad pœnā excōicationis vel interdicti c. p. & g. & ibi no. de offi. dele. & c. quotiens cordis oculus. 1. q̄sti. 7. per suā tamen promissionē p̄ alienis debitis factā / non posset clericus ecclesiā suā obligare. dicente Gregorio nono in c. 2. de solu. firmiter inhibemus ne q̄s presumat ecclesiā sibi commissam p̄ alienis grauare debitis: aut literas alicui seu sigilla cōcedere / quibus possent ecclesię obligari. Decernētes si secus fuerit attentatū: ad solutionē taliū debitorū ecclesias nō teneri. Si quis aūt contra premissa venire p̄sumpserit ab administratione spiritualiū & temporaliū nouerit / se suspēsum. Hęc ibi. Pro debitis vero ecclesię suę seu p̄ subueniēdo necessitati ecclesię pōt eā obligare: sic scz q̧ sicut filius debita patris soluere tenet: ita prelatus sui prędecessoris p̄ ecclesię necessitate contracta. text. est ita dicēs in c. 1. de solu. Oportet tñ q̧ pbet pecuniā ratione cuius p̄missio facta est / conuersam fuisse in vtilitatē ecclesię. vt per doc. in d. c. 1. de quo tamen late videatur p̄ Inno. & alios in c. quod quibusdā. de fideiusso. per Archi. in c. hoc ius porrectū. colū. 2. x. quęsti. 2. & per legistas in l. Ciuitas. ff. si cer. peta.

n ℭ Obligatione iniquitatis. Iniquitas propria si talis sit / vt peccatis ascribatur mortiferis: quemlibet obligat ad pœnam & eam quidē perpetuam. c. fi. de pœni. distinct. 7.

o ℭ Nulla delebit obliuio. Iure humano obliuio presumitur causari ex negligentia decēnali. glo. est in l. furtū. §. fi. ff. de vsucap. vnde absens per decēnium amitteret ciuilē possessionē quę retinetur animo. Ita Iason in l. clam possidere. §. Qui ad nūdinas. ff. de acqui. posses. & talis ciuilis amissa accresceret naturali: & ex tūc contra negligentē curreret prescriptio. glo. est solēnis in l. 1. in glo. mag. in fi. C. de ser. fugi. quā sequitur Panor. in c. Cū venissent. colū. fi. de resti. spo. & do. Iason in l. 1. in glo. mag. in fi. ff. de acqui. pos. de hoc tamen / an scilicet obliuio censeatur inducta per lapsum decēnij seu per negligētiā decēnalem: videndum est quod notat Bart. in l. Ex consensu. §. Eum qui. de appel. & in l. qui fundum. §. seruus. ff. de vsuca. pro empto.

p ℭ Vsq̧ quo domine obliuisceris me in finē? Confidēdum vnicuiq̧ recte agēti / tametsi antea varijs peccatorum sordibus inquinatus extiterit: q̧ propter suam ex dei misericordia cōuersionem prouidebit ei dominus

viciniora & p̄ximiora saluti. Neq̄ enim (dicit tex. in c. si enim §. Eligat. col. 3. de pœni. distin. 2.) iustitię dei est vt obliuiscatur bonorū operū/ & ministerij quod p̄pter nomē eius exhibetur in sanctos/ & tantum meminerit peccatorū. q ℂ Obliuiscere populum tuū/ & domū patris tui. Et concupiscet rex decorem tuū. Carnalis omnis affectio ab eo qui synceriter placere deo desiderat abijcienda est. c. Cui portio. 12. questi. 1. r ℂ Quia oblitus sum comedere panem meū. Qui cōtēnit vel negligit sacrosanctū panē (de quo dictū est. Qui māducat hunc panē viuet ī æternū) sumere/ percutit vt fœnū & arescit cor suū: quia debilitatur & cadit a virtutib⁹. glo. est in cle. 1. in verbo Mirabilia: circa mediū. de reliq. & vene. sanc. vñ dicit Hilarius papa. Si non sunt tāta peccata vt excōicetur quis: nō se debet a medicina corporis & sanguinis domini separare. c. Si nō sunt. de consecra. dist. 2. Et facit quod legitur in concilio Martini papę. & habetur ī c. Si quis intrat. eadē distin. Si quis intrat ecclesiā dei/ & sacras scripturas audit: & pro luxuria sua auertit se a communione sacramenti: & ī obseruādis ministerijs declinat constitutam regulam disciplinę: istū talem proijciendum de ecclesia catholica esse decernimus/ donec pœnitētiā agat/ & ostēdat fructum pœnitentię suę vt possit communiōe percepta indulgentiam promereri. Hęc ibi. Vnde etiam statutū fuit in concilio Agathensi seculares qui in natali domini pascha/ penthecoste/ non communicauerint: catholicos nō credendos/ nec inter catholicos habēdos. c. Seculares eadē distinc. Hodie tamē assumptio hui⁹ sacrosancti panis/ q̄tum ad seculares: semel tantū in anno necessaria est. d. c. Omnis. de pœni. & re. s ℂ Et obliuiscantur egestatis suę. Vinum & sicera ebrietatem inducunt. c. Vinolentum. 35. distin. & sic etiam obliuionem. c. Sane. 15. q. 1.

Psal. 30. d. ℂQui videbant me/ foras fugerūt a me: & obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde.

43. d. ℂQuare faciem tuam auertis (domine) obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ. Quoniā humiliata est in puluere anima nostra/ conglutinatus est in terra venter noster.

44. c. ℂAudi filia & vide/ & inclina aurem tuam/ & obliuiscere [q] populum tuum & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum.

101. a. ℂPercussus sum vt fœnum/ & aruit cor meum: quia [r] oblitus sum comedere panem meum.

136. b. ℂSi oblitus fuero tui Hierusalem: obliuioni detur dextera mea.

puerb. 31. a ℂDate siceram mœrētibus/ & vinū his qui amaro sunt animo: bibāt & obliuiscantur [s] egestatis suæ: & dolores non recordentur amplius.

Eccli. 11. d. ℂMalicia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ.

23. b. ℂMemento patris & matris tuæ: in medio enim magnatorū cōsistis. ne forte obliuiscatur te deus in cōspectu illorum: & assiduitate tua infatuatus improperiū patiaris: & maluisses non nasci/ & diem natiuitatis tuæ maledicas.

Esaię. 49. d ℂNunquid [t] obliuisci potest mulier infantē suum vt non misereatur filio vteri sui.

ad Heb. 6. b ℂCōfidim⁹ [v] de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Nō enim iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri [x] & dilectionis quā ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis sanctis & ministratis.

Iacobi. 1. d. ℂSi quis [y] auditor est verbi & non factor: hic comparabitur viro cōsyderanti vultum natiuitatis suæ in speculo. Consyderauit enim se & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit.

Psal. 38. a. **Obmutescere.** ℂObmutui [z] & humiliatus sum & silui a bonis: & dolor meus renouatus est.

Esaię. 53. c. ℂSicut [a] ouis ad occisionem ducetur/ & quasi agnus coram tondente se obmutescet/ & non aperiet os suum.

Eze. 45. d. **Obolus.** ℂSiclus [b] viginti obolos habet.

Psal. 68. f. **Obscurare & Obscurus.** ℂObscurentur [c] oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

t ℂ Nunquid obliuisci potest mulier infantulum suum. Tex. est hinc sumptus in c. Ad romanam. 1. 2. 2. questi. 6. vbi glosa dicit q̄ mulier quę filij sui obliuiscitur/ seu non diligit filium suum: non presumitur esse mater. Allegat bo. tex. in c. Afferte. de presum. v ℂ Confidimus de vobis &c. Hęc sententia habetur in d. c. Si enim §. Eligat. colum 3. de pœni. distinc. 2. x ℂ Operis vestri. Quo scilicet omnia sua fecerant communia. & hoc ex dilectiōe & ad gloriam dei. Ecce triplex bonū: quasi diceret. Olim multa operati estis pro quibus si pœniteatis de malis/ benefaciet vobis deus. Ista declaratio ponitur in c. Non est tam iniustus. in prin. de pœni. dist. 2. y ℂ Si quis auditor &c. Hęc sententia habetur in c. Si enim §. eligat. col. 3. de pœni. distin. 2. z ℂ Obmutui & silui a bonis &c. Recurre ad verbum dolor: & ibi dictis addendo videtur dicendum/ hanc sententiam in eos etiā homines allegari posse: qui in aduersa constituti valitudine/ de bonis suis dispositionem nimis protrahentes/ loquēdi facultatem amittunt. vidētes enim se obmutuisse/ & a suorum dispositione bonorum siluisse/ maiori vrgentur doloris vehementia: vtpote cum bona sua videant non ad eos quos vellent peruentura. De quibus loquitur tex. in l. si is qui. ff. de testa. dicens. Si is qui testamentum faceret/ heredibus primis nūcupatis/ priusq̄ secundos exprimeret heredes obmutuisset: magis cœpisse eum testamentum facere q̄ fecisse. Varus digestorum libro. 1. seruum scripsit respondisse. Itaq̄ primos heredes ex eo testamento non futuros. Labeo tamē hoc verum esse existimat: si constaret plures eū qui testamētū fecisset heredes p̄nuntiare. Ego nec seruū puto aliud sensisse. Hęc ibi. a ℂ Sicut ouis ad occisionē &c. Hęc sentētia citat p̄ tex. in alle. c. Si em̄. col. 5. de pœni. dist. 2. b ℂ Siclus viginti obolos habet. Idē dicit text⁹ in c. Iudices. 1. questi. 1. c ℂ Obscurētur oculi eorū. Videatur annotatio in verbo Dorsum.

queritur de laicis/aut de monachis/aut de clericis secularibus. Primo casu dico ꝙ ab imperatore suis hostib⁹ & econtra possunt dari. & isti obsides hoc casu sunt quasi serui. vnde non possunt testari sine licentia principis. l. Obsides. & qd ibi notatur. ff. de testa. idem puto de alijs principibus habentibus iura principis/seu ius indicēdi bellum. facit qd no. Bar. in l. infamē. ff. de publi. iudi. & isti proprie dicuntur obsides veri/ qui ab alijs inferioribus dari non possunt de iure. licet de facto sit vsurpatum contrariū. glo. est in l. 2. C. de pa. qui fi. distra. &

atq in ipsa effusione infantiū. vnus protulit manū/ in qua [n] obstetrix ligauit coccinum.

Exodi. 1. c. d ℭ Dixit rex Aegypti obstetricibus Hebręorum: quarū vna vocabatur Sephora/altera Phua: præcipiens eis. Quādo obstetricabitis hebræas: & partus tempus aduenerit si masculus fuerit interficite illum: si fœmina reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum/ & non fecerūt [o] iuxta præceptū regis Aegypti sed conseruabant mares. Quibus accersitis ad se rex ait: quidnam est hoc quod facere voluistis vt pueros seruaretis? Quæ responderunt. Non sunt hebrææ/ sicut Aegyptię mulieres. Ipsæ enim obstetricādi habent sciētiam: & priusq̃ veniamus [p] ad eas pariunt. Bene ergo fecit deus obstetricibus & creuit populus confortatusq est nimis. Et quia timuerūt obstetrices deum ædificauit illis domos.

idem tenet Azo in sum. de testa, quia immutare statum hominis/ ē solius pricipis. ar. l. 1. §. de quā ff. de postulan. Et eodem modo etiam sine alteratione status nō valet inter priuatos conuentio seu obligatio/ qua quis teneretur in certo loco stare/ & abeo non recedere: quia videtur quidam carcer priuat⁹: quē iura miro modo detestā. tur. l. 1. C. de priua. carce. & ad iura quę vident aliud velle/ ē dicendū: ꝙ narrant factum/ & non ponunt ius/ saltem inter priuatas personas: sed si interuenit iuramentum/ is qui iurauit potest compelli ad obseruationem ipsius: vt stet in locō/ donec fiat quod conuenit: non tamen aliter debet detineri inuitus. Et sic videtur intelligendus tex. in d. c. ex rescipto. secundum Panor. ibi. in. 3. col. dicit tamen ibidem Inno. ꝙ licet non teneat obligatio pro libero homine/ vt ius constituatur in eo: tamen detineri pōt qualitercunq/ vt fiat quod conuenit & idem videtur tenere Io. Fa. in. §. fi. insti. de iure perso. & Guido. papę in deci. suis. deci. 61. & additari⁹ dicit ita intelligendū. c. Lator. cū gl. 1 de pigno. vbi habetur: ꝙ liber homo nōpōt pignorari/ seu pro debito detineri. sed glo dicit/ ꝙ ex consensu libera persona obligari potest: scilicet in obstagio quod tamen intellige non vt in eo habeatur ius pignoris/ sed tanū ius retentiōis. glo. est hanc declarationem ponens/ in c. vt pridem: in verb. Obsides. 23. quæst. 8. & ita etiā tenet Feli. in d. c. ex rescripto. in. 3. fallētiā Aut queritur de monachis: tunc solus papa potest eos dare obsides/ vt proprie sortiantur naturā obsidū. glo. est quę ita debet intelligi in d. c. vt pridē. in verb. Obsides. circa finē. vt aūt non sint proprie obsides/ sed vt stēt in certo loco &c. Possunt ab abbate dari pro necessitate vel vtilitate ecclesię etiā inuiti. quia monachus nō potest abbati resistere cū voluntas sua ab abbatis voluntate dependeat. Ex qua ratione videtur/ ꝙ eū detinentes etiam inuitū dūmodo de voluntate abbatis non sint excōmunicati. ar. c. vt famę. de sen. excō. sed inuito abbate non poterit retineri. tum quia habet beneficiū canonis. si quis suadente. tū quia esset quędā species seruitutis tenere hominē inuitum. Et idē per omnia dico in clericis secularibus. nisi quia nō poterunt per episcopos deputari sicut monachi. cum non sint ita astricti. nec poterunt inuiti teneri. licet a pricipio consenserint sine excōmunicationis pœna ar. c. Contingit. de sen. excōmuni. Ita concludit Panor. in d. c. Ex rescripto. col. 3. versi. venio ad secundū. Cętera quæ in materia obsidū dici possent/ videātur per doc. in d. l. obsides. ff. de testa.

n ℭ In qua obstetrix ligauit coccinum. Vt obstetricis incumbit officio sedulam in recte suscipiēdo infante nato adhibere diligentiam. Ita etiam ipsis incumbit dinoscere iudicareq an mulier sit/ aut non sit grauida. prout de hoc est pulcher & elegans textus Vlpiani iureconsulti in l. 1. in princip. ff. de ven. inspi. vbi dicit. Temporibus diuorū fratrum cum hoc incidisset vt maritus quidā pregnantē mulierem diceret/ vxor aūt negaret/ cōsulti diui fratres Valeriano Pręstiano pretori vrbano rescripserunt in hæc verba. Nouam rē desiderare: Rutilius Seuerus videtur vt vxori q̃ ab eo diuerterat: & se non esse pregnantem profitetur. Custodē apponat: & ideo nemo mirabitur/ si nos quoq nouum consiliū & remediū suggeramus. Si ergo perseuerat in eadē postulatione cōmodissimū est eligi honestissimę fœminæ domū in qua domina veniat: & ibi tres obstetrices probatissimæ: & artis & fidei: quęcum a te assumptę fuerint/ eam aspiciant. Et siquidē vel omnes vel duę renunciauerint/ pręgnantem videri/ tunc persuadēdum mulieri erit: vt perinde custodem admittat: atq si ipsa hoc desiderasset. Q si enixa non fuerit: sciat maritus ad inuidiam ęstimationemq suam pertinere: vt non immerito possit videri captasse hoc ad aliquam mulieris iniuriam. Si autem vel omnes vel plures non esse grauidam renunciauerint: nulla causa custodiendi erit. Hęc ibi. Assumunt etiā obstetrices: vt de mulieris virginitate/ aut corruptiōe iudicent: earumq dictis statur: donec constet de contrario. c. Proposuisti. & c. Causam matrimonij. de proba. & c. fraternitatis. de frigi. & male. Et obstetricibus dicentibus aliquam esse virginem: magis creditur q̃ totidem dicētibus eam corruptam/ secundum Rav. de Forli. in d. l. ff. de ven. inspi. sed Iaco. de are. ibi tenet contrariū. quia dicentes corruptam/ deponunt de affirmatiua: dicentes vero virginem/ deponunt in effectu de negatiua. Testibus autem deponentibus de affirmatiua plus creditur: vt est glo. communiter approbata in l. diem profer re. §. si plures. ff. de arbi. Et ita etiam cōtra Ray. de forli. tenet Bal. in l. testium. C. de testibus.

o ℭ Non fecerunt obstetrices iuxta pręceptum regis. Et recte. Neq enim regis obtemperari debet imperio: quod cōtra dei iustitiam noscitur emanasse. c. Si dominus. c. Iulianus. c. qui resistit. 11. quęst. 3.

p ℭ Priusq̃ ad eas veniamus pariunt/ &c. Et benefecit eis dominus &c Nonnulli obstetricum istarum fallacia/ conantur asserere aliquod mendacij genus non esse peccatum: maxime/ quia de illis mentientibus scriptum est: ꝙ ędificauit eis dominus domos. In qua quidem recompensatione magis cognoscitur/ quid mendacij culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces: quę eis in æterna potuit vita retribui: pręmissa culpa mendacij: in terrena est recōpensatiōe declinata. Ita dicit tex. Greg. in c. Si quęlibet. versi. Nōnulli. 22. q. 2. vbi Archi. dicit: ꝙ istud mēdaciū obstetricū pōt dupliciter cōsiderari. vno mō q̃tū ad effectū beniuolētię/ i iudęos: & ad reuerētiā diuini timoris: ex qb⁹ cōmēdat indoles virtutis. & sic debet eis remuneratio ęterna. vñ Hiero. exponit: ꝙ de⁹ ędificauit eis domos spūales. Alio modo pōt considerari/ quātū ad exteriorē actū mēdacij: quo q̃dē non potuerunt mereri ęternam retributionem/ siue remunerationem: sed temporalem: cuius merito non repugnabat deformitas mēdacij illi⁹: sicut repugnabat merito remunerationis æternę. & sic intelligenda sunt verba

Obstinatus. ℭMaledictus furor eorum (ait Iacob ad Symeon & Leui fratres) quia pertinax: & obstinatio [q] eorum quia dura. Gene.49.a.

Occasus & Occasio. ℭA solis ortu [qq] vsq; ad occasum. ex Sion species decoris eius. Psal.49.a.

ℭDa sapienti occasionem: & addetur [r] ei sapientia. puerb.9.b.

ℭOccasiones [rr] quærit / qui vult recedere ab amico / is omni tempore erit exprobrabilis. 18.a.

ℭSi vnus & stulti & meus occasus erit: quid michi prodest q maiorẽ sapientiæ dedi operam? Ecclẽs.2.c.

ℭVolo iuniores nubere / filios procreare / matresfamilias esse: nullã [s] occasionem dare aduersario maledicti gratia. 1.tio.4.b.

Occidens nomen. ℭSi ad orientem iero (inquit Iob) non apparet: si ad occidentem / nõ intelligam eum: si ad sinistram / quid agã? Iob.23.b.

ℭQuantum distat ortus ab [t] occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Psal.102.c.

ℭMulti ab oriente & occidente venient / & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Matth.8.b

Occidere pro interficere. ℭQui cũ iumẽto & pecore coierit / morte moriatur. pecus [v] quoq; occidite. Leui.20.c.

ℭQui percusserit & occiderit hominem / morte [x] moriatur. 24.c.

ℭSeparauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad oriẽtalem plagam: vt [y] confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum: nec sibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem: & ad harũ aliquam vrbium possit euadere. Deute.4.g.

ℭNon occides [z]. 5.b.

ℭEgo (inquit dominus) occidam / & viuere faciam: percutiam / & ego sanabo. & non est qui de manu mea possit eruere. 32.f.

præmissa Gregorij / benignitatis earum merces &c. vnde non intellexit q per illud mendaciũ mererentur amittere remuneratione æternam: quam iam ex præcedenti effectu meruerant secundũ Tho. & cum his satis cõcordat pe. hec Archi. q ℭ Obstinatio eorum quia dura. Post inspiratione & reuelationem veritatis factam / qui in eo quod errauerat perseuerat prudẽs & sciens: iam non in venia ignorantiç peccat. presumptione enim atq; obstinatione quadam nititur cum ratione superetur. Ita dicit tex. in d.c. Consuetudo. in fi. 8. distin. De istis autẽ obstinatis loquens tex. in c. Dãnationis. in princ. 24. qsti. 2. dicit dãnationis sentẽtiam quicunq; meretur accipere: qui in suo sensu voluerit permanere. & de eisdẽ loquens text9 in c. Quia. in fi. 82. dist. dicit ferro necesse est vt abscindantur vulnera: quæ fomẽtorum nõ sentiunt medicinã. Et in c. fi. in prin. 46. dist. dicit tex. Quod ad nos attinet conscientiç nostræ conuenit semper dare operã ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si quis autem vltro crimine suo perierit: & pœnitentiã agere / atq; ad ecclesiam redire noluerit: nos in die iudicij iculpatos futuros credimus: qui eorum cõsulim9 sanitati. illos solos i pœnis remãsuros: q noluerit cõsilij nri salubritate sanari.

qq ℭ A solis ortu vsq; ad occasũ. De solis occasu meminit obiter textus d.c. fi. versi. Episcopus. 22. quæst. 2.

r ℭ Et addet ei sapientia. Q: si non addatur sapientia / sed stultitia potius augeatur: nichil est qd imputari nobis possit. Absit enim vt ea quæ propter bonum ac licitũ facimus / aut habem9: si aliquid per hoc prçter nostram voluntatem cuiq̃ mali acciderit: nobis imputetur. alioqui nec ferramenta domestica / aut agrestia sunt habenda: ne quis ex eis vel se vel alterũ interimat. Nec arbores plantandæ: ne quis ex eis se inde suspendat. nec fenestra facienda: ne per hanc se quisq̃ prçcipitet. & quid plura cõmemorem (cum ea cõmemorando finire non possem. Quid namq; est in vsu hominũ bono ac licito: vnde non possit pernicies irrogari (Tex. est cuius hçc verba sunt: in c. de occidendis: paulo ante finem. 23. quæst. 5.

rr ℭ Occasiones quçrit: qui vult recedere ab amico. Occasiões, i. qualescũq; animi sui motiones. Ita istam sententiã declarant Hostien. in c. Solite. in princ. de maio. & obed. & Archi. in c. Consequens: in princi. 11. dist. vbi dicit hanc inter causam & occasionẽ esse differẽtiã: quia causa consistit in iure: & est rõnabilis / occasio in facto: & est iniusta.

s ℭ Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Idem suadet August. in c. Nolo. in princip. 12. quæst. 1. & facit. c. Non sunt audiendi. 11. quæst. 3.

t ℭ Ab occidente. Quod hic occidens vocatur: iura humana nonnũq̃ vocant oceanum. vt est tex. in auctien. vt eccle. ro. cen. anno. prçscrip. gau. in princi.

v ℭ Pecus quoq; occidite. Guido papa in decisionibus suis deci. 238. Quçrit an animal brutum delinquẽs (vt quandoq; porci faciunt: qui occidunt pueros) mori debeat (& respondendo dicit: q sic. allegat hanc sententiam / & similem: quç habetur Exo. 21. & textum in c. Mulier & omne pecus. 15. quçsti. 1. dicit tamen q ista practicari non vidit in patria delphinali: sed q in patria Burgundiç (dum legatione apud regem tunc ibi existentẽ fungeretur:) vidit quendam porcum furcis suspensum: qui puerum quendam dicebatur occidisse.

x ℭ Morte moriatur. An homicidarum pœna sit mori de iure humano: dictum est in verb. Homicida.

y ℭ Vt ad eas cõfugiat q occiderit nolens proximũ suũ. Iure hũano qui nolens occidit pximũ suũ: dũmodo daret operã rei licitç / nec ei culpa possit imputari: satis tutus est absq; eo q ad aliquẽ cõfugiat immunitatis locum. c. Lator. & c. Dilectus. cum tribus seq. de homici. & l. 1. in fi. C. ad l. cor. de sicca. Q: si occiderit volens / & ex pposito deliberato: tũc de iure ciuili tut9 nõ est / etiã cõfugiẽdo ad ecclesiã: tametsi ecclia sit loc9 ad cõfugiẽdũ præfixus pro habenda securitate. l. 2. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. Istud probatur in §. sed neq; hçc quç dicuntur. versi. Neq; aũt. in auten. de manda. prin. col. 3 de iure aũt canonico datur securitas confugiendo ad ecclesiam q̃tuncunq; sit atrox delictum: dummodo non sit publicus latro / vel nocturnus depopulator agrorum / vel in ecclesia occiderit. tex. est in c. Inter alia. iuncto c. fi. de immu. eccles.

z ℭ Non occides. Q: nulli

licеat aliquem occidere illo præcepto/ probatur ꝙ dominus in lege homicidium prohibuit: dicens. Nõ occides Sed obijcit illd quod dominus ait ad Moysẽ: maleficos no patieris viuere. Item qui coierit cum iumento/ morte moriatur. Adulterij etiam vel blasphemiæ crimine notatus/ misericorditer lapidari iubetur. Item Moyses qui legem acceperat/ Cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag piguissimum regem in frusta concidit. Phinees quoq iudęum cum Madianita coeuntem gladio transfixit: quod est ei reputatum ad iustitiam. Similiter nonnulli in veteri testamento inueniũtur malos trucidasse. nec tamen transgressores legis sed defensores appellantur. prohibetur ergo illo præcepto quisq sua auctoritate in necem alterius armari/ nõ legis imperio reos morti tradere. Qui enim publica auctoritate functus/ ipsius legis ĩperio malos perimit / nec illius præcepti transgressor / nec a cœlesti patria alienus habetur. vnde Augustin⁹ ad Publicolam de occidendis hominibus/ ne ab eis quisq occidatur. non mihi placet consilium / nisi forte aut miles sit/ aut publica functione teneatur vt non pro se hoc faciat: sed pro alijs vel pro ciuitate accepta legitima potestate/ si ei⁹ congruit personæ. Textus est præmissa omnia complectens. 23. quæsti. 5. in princip. iuncto ca. Reos sanguinis §. sed obijcitur. & princip. capi. sequen. Hoc itaq præcepto non occides: nedum alterius/ sed etiam propria iterfectio inhibet.

Iob. 9. c. ¶Si flagellat/ occidat semel: & non de pœnis innocentum rideat.

13. c. ¶Quare lacero carnes meas dentibus meis: & animam meam porto in manibus meis. Etiam si occiderit me/ in ipso sperabo.

Puer. 21. d. ¶Desideria occidũt pigrũ: noluerũt enim quicq̃ manus eius operari.

Sapiẽ. 1. c. ¶Os quod [a] mentitur/ occidit animam.

Eccli. 30. c. ¶Multos occidit tristitia/ & non est vtilitas in illa.

34. d. ¶Qui aufert in sudore panem: quasi [b] qui occidit proximum.

Matth. 10. d ¶Nolite [c] timere eos qui occidunt corpus / animã autem nõ possunt occidere: sed potius timete [d] eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

Apoca. 13. c. ¶Qui [e] in gladio occiderit: oportet autem eum gladio occidi.

Occisio.

Psal. 43. d. ¶Propter te (dñe) mortificamur tota die. æstimati [f] sum⁹ sicut oues occisionis.

Esaię. 53. ¶Sicut [g] ouis ad occisionem ducetur &c.

Otium. Otiositas & Otiosus.

Puerb. 12. b. ¶Qui operatur terram suam/ saturabitur panibus: qui [h] autẽ sectatur otium/ stultissimus est.

28. c. ¶Qui sectatur otium/ replebitur egestate.

Ecclẽs. 2. c. ¶Cum alius laboret in sapientia & doctrina & sollicitudine: homini ocioso quæsita dimittit. Et hoc quoq vanitas & magnum malum.

Eccli. 33. d. ¶Mitte seruum in operationem/ ne vacet: multam [i] enim maliciam docuit ociositas.

c. Si non licet. in prin. eadẽ cau. & quęst. vnde dicit Aug. & habetur in d. c. Si non licet. in fi. hoc dicimus/ hoc asserimus/ hoc modis omĩbus approbam⁹: nemine spontaneã mortẽ sibi inferre debere: velut fugiendo molestias tẽporales ne incidat in perpetuas. Neminẽ propter peccata aliena/ ne hoc ipso incipiat habere grauissimũ peccatum proprium. Neminẽ propter sua peccata præterita/ quæ magis in hac vita opus est vt possint pœnitendo sanari. Neminẽ velut desiderio melioris vitæ/ quę post mortẽ speratur: quia reum suæ mortis melior post mortem vita non suscipit. Hæc ibi. Nec tamen omnis qui causa alienę mortis est/ reus est. velut si stuprum quispiam petit seseq si non impetrauerit interimat. Quid etiã si fili⁹ timẽs patris pia verbera/ præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato/ vel ne alius liberetur sibijpsi mortem inferat: nunquid propter istas alienarũ mortiũ causas: Aut sceleri consentiendum est/ aut vindicta peccati: quę non fit nocendi sed corrigendi studio: aut etiam paterna verbera tollenda/ aut opera misericordiæ cohibenda sunt. hæc cum accidunt debemus eis humanum dolorem & non propter illa ne accidant recte factorum reprimere voluntatem/ ita dicit tex. in c. Cũ homo. paulo post princi. eadẽ causa & quęsti.

a ¶Os quod mentitur occidit animam. Recurre ad diffuse dicta in verbo Mentiri.

b ¶Quasi qui occidit proximum. Idem probatur in c. Pasce. 86. distinc.

c ¶Nolite timere &c. Ex hac sententia ostenditur/ ꝙ non solum ille proditor est veritatis: qui transgrediens veritatẽ palam pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille qui non libere volũtatẽ pronunciat/ quã libere pronũciare oportet/ aut non libere veritatem defendit quã defendere conuenit. Hęc declaratio est Chrysostomi. & habetur in c. Nolite timere. 11. quęsti. 3. Vnde dicit textus in c. Lotharius. Paulo post princi. 31. quęsti. 2. Quia Lotharius rex metu tebergam admisisse se dicit. Metu hominis tantus rex non debuit contra diuinum pręceptũ in immane pręcipitiũ mergi. & in hoc certe se magis reprehensibilẽ ostendit: in quo amorem dei/ amori mundi postposuit. Cum nec etiam occisores corporis sunt timendi cõtra iustitiam hominẽ impellentes. Hęc ibi. d ¶Timete eum qui potest & animam & corpus &c. Idest in timore ei seruite. Ita declarat tex. 23. quęsti. 6. in prin. de hoc tamen san scilicet & in quo timore sit domino seruiendum: dicetur in verbo Timere. e ¶Qui in gladio occiderit/ oportet eũ gladio occidi. Hęc sententia allegatur ꝑ textum. 23. quęsti. 5. in princip. ad hoc ꝙ Nullo casu licet aliũ occidere: de quo dictũ est s. eod. 3.

f ¶Æstimati sumus sicut oues occisionis. Recurre ad verbum Æstimatus.

g ¶Sicut ouis ad occisionem ducetur. Vide quod dictum est in verbo Obmutescere.

h ¶Qui sectatur otium/ stultissimus est. Otium de se damnosum est ac vituperabile. Vnde Seneca epistola. 86. Otium sine literis mors est/ & viui hominis sepultura. Et in epistola. 31. Non est viri timere sudorem: & generosus labor nutrit. vnde non ambitione/ sed labore conuenit peruenire. hęc allegantur per Petrum de Ancha. in cap. Nisi cum pridem. §. verum. de renũ.

i ¶Multã maliciã docuit ociositas. Hic dicit tex. in d. c. Nisi cũ pridẽ. §. verum. de renuncia. Ociositas & voluptas arma sunt hostis antiq ad miseras a'as captiuidas/ vbi glo. & Hostie. allegant illud adagiũ metricũ. Otia si tollas periere cupidinis arcus. Itẽ & illud. Quærit Egistus quare sit factus adulter. In promptu causa est/ desidiosus erat. Et quod dicit Hiero. de cõs. dis. 5. c. Nũq̃. Sẽper facito aliqd opis/ vt te diabolus inueniat occupatum.

¶Ecce hæc fuit iniquitatis Sodomæ ſororis tuæ / ſuperbia / ſaturitas panis/& abundantia/& ocium ipſius & filiarum eius. Eze.16.f.

¶Omne [k] verbum ocioſum quod locuti fuerint homines/reddent rationem de eo in die iudicij. Matth.12.e

¶Cetera i verbis Mulier. Prouer. vltio.d.& Vidua.1.ad Timo.5.b.

Occultus.

¶Trahitur ſapientia de occultis. Iob.28.c.

¶ Delicta [l] quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo. Pſal.18.c.

¶Non [m] eſt occultum quod nō manifeſtetur: nec abſconditum quod non cognoſcatur & in palam veniat. Luc.8.c.

¶Cetera in verbis Diſcipulus. Ioā.19.g.& Maria virgo. Matth.2.c.

Oculus ſingulariter.

¶Turbatus [n] eſt a furore oculꝰ meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Pſal.6.b.

¶Qui annuit oculo/dabit dolorem. Prouer.10.b.

¶Aurem [o] audientem & oculum videntem/dominus fecit vtrūq̄. 20.b.

¶Oculum qui ſubſannat patrem/& qui deſpicit partum matris ſuæ: ſuffodiant eum corui de torrentibus/ & comedent eum filiæ aquilæ. 30.c.

¶Non ſatiatur oculus viſu/nec auris auditu impletur. Eccleſ.1.b.

¶Nequam [p] eſt oculus liuidi/ & auertēs faciem ſuā & deſpiciens animam ſuam. Eccli.14.b.

¶Inſatiabilis [q] oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur donec conſumat arefaciens animam ſuam. eodem.

¶Oculus [r] malus ad mala. & non ſatiabitur pane indigens/ & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. eodem.

¶Qui quærit locupletari auertit oculum ſuum. 27.a.

¶Memento quoniā malus eſt oculus nequam. Nequius [s] oculo quid creatum eſt? 31.b.

Eſt autem otium quoddam laudabile & appetendū: de quo loquitur tex in c. Qui epiſcopatū.§.itaq̄.8.quæſt.1. vbi dicitur. A ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertinet otium. Otium enim ſanctum quærit charitas veritatis: negotiū iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quā ſarcinā ſi nullus imponit percipiendæ atq̄ intuendæ vacandū eſt veritati. Si autē imponitur/ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatē: ſed nec ſic omnino propter veritatis delectationē deſerenda eſt ne ſubſtrahat illa ſuauitas/ & opprimatur iuſta neceſſitas. Et textꝰ in c.1. circa me.23.queſt.5. vbi dr. mali ab inquietudine mala ad ſanitatis otium legū coertiōe dirigantur.
k ¶Omne verbum otioſum &c. De hoc dicto eſt no. tex. in c. Quotiens.22.quæſti. vlti. de quo dictum ī verb. detractio. ſuper illud Salomo. Sermo obſcurus in vacuum nō ibit. Otioſum autem verbum eſt (ſecūdum Gregor. quem citat ibi Archidi.) quod caret aut vtilitate rectitudinis aut neceſſitate rationis. Cætera dicentur in verbo. Ratio.
l ¶ Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Videatur duplex annotatio in verb. Delictum.
m ¶ Nichil tam occultum/quod non manifeſtetur. Occulta ſi non in hoc / altero tamen ſunt ſeculo manifeſtanda. c. Si omnia.6.queſt.1. Q2 ſi quid hoc ſeculo manifeſtetur occulte factum/ oritur cōtra illud ſiniſtra ſuſpitio. vnde etiā propter occultationem q̄nq̄ reprobatur actus: prout in materia electionis eſt deciſio cōcilij generalis in ca. Quia pp̄ter. in fi. de elec. vbi dicit. Electiones clandeſtinas reprobamꝰ: ſtatuētes/ vt q̄ cito electio fuerit celebrata/ſolēniter publicetur. Et in materia prouiſionis ſeu collationis beneficij (dicit textꝰ in cap. Vnico.§.porro. in prin. vt eccle. bene. ſine diminu conſe.) Cum donatio fuerit occulta/ſuſpitione non caret. vnde etiam contra occulte iudicantes loquitur tex. in c. Cōſuluit. de offi. dele. Contra occultā auctoritatē interponētes tex. in l. non exiſtimo. ff. de admi. tuto. Cōtra occulte cum mulieribus conuerſantes. tex. in cap. in omnibus. & in c. antepe.86. diſt. Contra occultas conuēticulas facientes. tex. in l. Conuenticulā. C. de epiſ. & cle. Contra occulte prędicantes/ tex. in c. Cum ex iniuncto de hęre. Contra dānatos/occulte reconciliantes. tex. in c. Anaſtaſius.19. diſ. Et generaliter dicit dn̄s Io.3. Qui male agit/odit lucē. Pręmiſſa ponit Hoſtien. in d. c. Vnico.§. porro. in princip. vt eccle. bene. ſine diminu. conſe.
n ¶ Turbatus eſt a furore oculꝰ meꝰ. Senſus viſus in oculis exiſtens vicinior eſt animæ. vnde animæ perturbatio vel hilaritas in oculis dinoſcitur. ita Archi. in c. Nec ſolo.32.q.5. de quo etiā dictū eſt in verb. Impiꝰ.h.
o ¶ Aurē audiētē & oculū videntē/ dn̄s fecit vtrūq̄. Et diſcipulū recte doctori obedientē/ & doctorē ſeu adminiſtratorē recte adminiſtrantē & ſingula vt debet circūſpicientē fecit dn̄s: vt ſic nemo de eo gratiæ munere quod habet/ glorietur i ſe ſed in deo: ipſum eorum quæ videtur habere donorum largitorem eſſe cognoſcens. c. Reuertimini. circa finem.16. quæſt.1. Et ſic oculus ſumitur hic pro oculo adminiſtrationis ſeu pro homine cuius incūbit officio ſuperintēdere. c. & ita etiā ſumitur in c. Diaconi.1. in princip.93. diſt. in. c. Adhuc. de offi. Archid. & in c. Oues. verſi. Epiſcopi.6. queſt.1.
p ¶ Nequam eſt oculus liuidi. Recurratur ad verbum Inuidus.c.
q ¶ Inſatiabilis oculus cupidi. Videatur quod dictum eſt in verb. Cupidus.
r ¶ Oculus malus ad mala &c. Hanc ſentētiam intelligit glo. ordi. de hęreticis qui pane cœleſtis doctrinæ non ſatiantur. & in menſa ſacrarum exiſtentes literarum eſuriunt: vtpote qui ſpiritualem non accipiant/ ſed tantū modo carnalem ſenſum. Si tamen cordis eorum oculus nube erroris obductus/ ſupernæ illuſtrationis lumine fiat ſerenus: magna cautela nitendū ē/ ne latēter auctor ſciſmatis irruat /& ab vnitatis radice eos qui ad eam reuerſi fuerant/ telo iterum erroris abſcidat. Ita dicit Gregorius in regiſtro & habetur in c. Quotiens cordis oculus. in princip.1. quæſt.7.
s ¶ Nequius oculo quid creatum eſt? Summopere igitur nobis eſt elaborandum circa noſtrorum regimen oculorum. Vt enim dicit Auguſti. Qui ſe abſtinet ab illicito viſu / ſe quoq̄ abſtinet ab illicito auditu ab illicito odoratu/ ab illicito guſtu/& ab illicito tactu. Ita poſt Auguſti. dicit Archidia. in d. c. Nec ſolo. in fi.32. queſti.5. Et hoc pręſertim locū vendicat in clericis. de eis quippe ſpecialiter legitur: q̄ vagi oculis eſſe non debent. c. his. circa medium.23. diſtinct.

Esaię.64.a ℭOculus non vidit deus absq; te/quæ pręparasti expectantibus te.

Zacha.2.c. ℭQui tetigerit [t] vos/tanget pupillam oculi mei.

Matth.5.d. ℭSi oculus [v] tuus dexter scandalizat te: erue eū/& proijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum / q̄ totū corpus tuum mittatur in gehennam.

6.c. ℭLucerna corporis tui/est oculus tuus. Si ocul⁹ [x] tuus fuerit simplex/ totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequā/ totum corpus tuum tenebrosum erit.

ℭCætera in verbis Adulter. Iob.24.c. Deus. Exodi.21.c. & Seruus. Ad Ephe.6.a.

Hester.15.b **Oculi.** ℭHester roseo colore vultum perfusa / & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum & nimio timore contractum.

Iob.10.a. ℭNunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo & tu videbis?

31.a. ℭPepigi [y] fœdus cum oculis meis (ait Iob) vt ne cogitarem quidem de virgine.

Psal.17.d. ℭTu populū humilē saluum facies: & oculos superborū humiliabis.

24.c. ℭOculi mei semper ad dn̄m: qm̄ ipse euellet de laqueos pedes meos.

68.f. ℭObscurētur [z] oculi eorū ne videāt: & dorsum eorū semper incurua.

87.b. ℭTraditus sum/& non egrediebar: oculi mei languerūt prę inopia.

113.b. ℭOs habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

118.c. ℭAuerte [a] oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

puerb.1.b. ℭFrustra [b] iacitur rethe ante oculos pennatorum.

15.d. ℭLux oculorum [c] lætificat animam. fama [d] bona impinguat ossa.

27.c. ℭInfernus & pditio nūq̄ iplētur: similiter & oculi [e] hoim isatiabiles.

Eccles.11.c. ℭDulce lumen/& delectabile est oculis videre solem.

Canti.1.d. ℭEcce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra/oculi [f] tui colūbarū.

t ℭ Qui tetigerit vos/tanget pupillam oculi mei. Hac sententia sacerdotum calūniatores vel oppressores notantur: prout est tex. hanc sententiā citans in c. Accusatio.2. quęst.7. prout etiam contra tales allegatur sententia euangelica. Qui vos spernit/me spernit. c. Qui vos spernit. 8. quęst.1. v ℭ Si oculus tu⁹ dexter scandalizat te &c. In dextero oculo (dicit Hiero.) fratrū/vxoris/liberorū/affiniū atq; propinquorum innuitur affectus: quem si ad contemplandā verā lucem nobis impedimento esse cernimus/debem⁹ abijcere: prout etiā suadet Ambrosius in c. Cui portio.12. quæst.1. vel per oculum dextrum interior cogitatio intelligitur / quam si ad malos actus appetendos declinare videamus, abijciamus: vt sic cogitationem a consensu separantes/nullius maculā reatus contrahamus. c. Sed pēsandū. 5. dist. vel per oculum dextrum intelligitur cōtemplatiua vita quem si nobis vtilē non esse sed inutilē perpendamus/debemus non acceptare/sed in actiua poti⁹ vita proficere. c. In scripturis. 8. q. 1. & ca. Nisi cum pridē de renū.
x ℭ Si oculus tuus fuerit simplex &c. Idest si pura intētione quę potes bona agis/ opera sūt lucis: etiam si nō ita hominibus videantur. Q̄ si sinistra tua fuerit intētio: opera sunt tenebrarum/etiam si apud homines recta censeātur. Domin⁹ ei cor interrogat & non manum. I. cor inspicit ac scrutatur/ nō op⁹ exterius. c. Si quid inuenisti. 14. q. 5.
y ℭ Pepigi fœd⁹ cū oculis meis. Recurre ad verbum Fœdus.
z ℭ Obscurent oculi eorū ne videant &c. Declara per textū allegatū in verb. Dorsum. a ℭ Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. Glo. in d. c. Nec solo. 32. quęst. 5. dicit oculos impudicos ex nimia eorū vagatione dinosci: vnde. auerte oculos meos ne videant vanitatē. b ℭ Frustra iacitur rhete ante oculos pennatorū. Si oculis corporalibus varios mulierū laqueos non videmus/simus ornati pennis virtutum q̄ nos supra hmōi laqueos faciente euolare. & sic videbimus eos oculis interioribus/& non capiemur in eis iuxta illud Salomonis in prouer. Frustra iacitur rhete ante oculos pennatorum. ita dicit Archi. in c. sed continuo. in si. de pœni. dist.1.
c ℭ Lux oculorū lætificat. Quęnā sit quę experi debeat lux oculorū/colligi potest ex glo. Io. And. in c. Quorundā. in verb. Oculos. de elec. lib.6. vbi dicit ꝙ quidā est oculus mentis: & talis debet esse purus. Quidā corporis qui debet esse pudic⁹: & Quidā administratiōis q debet esse prouidus. de oculo mentis loquens tex. & eius impuritatē demōstrans in c. Multi secularium. 1. q. 1. dicit. Magna trabe vulneratos habētes oculos/eāq; negligētes/festucā tenuem in aliorū cōspiciū t oculis/quā dū incaute festinant auellere/erroris in foueā dilabūtur. Et i d. c. Quorūdā. eiusdem oculi demonstratur impuritas/dū dicitur. Quorundam oculos sic vitium ambitionis excœcat: ꝙ quasi suæ professionis immemores/qua contēptis honoribus/abiectis diuitijs/sprētisq; delicijs/arbitriū propriū subiugarunt alterius ditioni: retro respiciunt ad aratrū manu missa/dum præcipitanter ruunt in litigiorum anfractus/& causarū strepitibus se inuoluunt/& extra administrationes proprij ordinis solium pręlaturę conscendere moliuntur. hęc ibi. Oculi corporalis impudiciciā ostēdit tex. in c. qui viderit. 32. quæst. 5. dicens. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eam/iam mœchatus est in corde suo. & in c. Nec solo. eadē cau. & quęst. dū ait. impudicus ocul⁹/impudici cordis est nūcius. vnde dicit Valerius lib.4. c.3. in primo exterorū exēplo. Prætoris non solū manus pecunię lucro/sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes habere. qd dictū Valerij citat Io. An in d. c. Quorūdam. de ea aūt quę ab oculo administrationis exigit pudentia loquēs tex. in c. Diaconi. 1. 93. dist. dicit diaconi qui quasi oculi videntur esse episcopi custodiunt episcopū prædicantē ne ipse episcopus ab insidiatoribus quo quomodo infestetur aut lędatur a suis: aut verba diuina/detrahēdo aut insidiando polluantur vel despiciantur. sed veritas spirituali redoleat feruore & pax prędicata labijs cum voluntate animi concordet. Et in cap. Adhuc. §. item in epistola de offi. Archi. de eiusdem oculi prouidentia loquitur tex. dicens. Oculus episcopi Archidiaconus appellatur, vt loco episcopi per episcopatū prospiciens/quę corrigenda viderit/corrigat & emendet: nisi adeo fuerint ardua negotia/ꝙ absq; maioris sui pręsētia nequeāt terminari. Hęc ibi. d ℭ Fama bona impinguat ossa. Declara vt in verb. Fama. e ℭ Oculi hominū insatiabiles. Idem probatur in c. sicut. 47. dist. de quo in verbo Auarus. f ℭ Oculi tui columbarum. Quia per colūbam simplicitas designatur. c. si cupis. 16. quæst.1. ostenditur veros amatores sponsę. I. ecclesiæ legem & euangelium spiritualiter intelligere & simplicitatem amplexātes/hęreticorum versutias/& sophisticas eorum argutias declinare. c. Omnem. 37. distinc.

g ¶ Oculi eius velut columbę. Oculi per quos prælati ecclesię intelliguntur/assimilātur colūbis: quę resi-dent iuxta fluenta plenissima. vnde sic semper prælati sedebunt iuxta fluenta euāgeliorū/ & sacrę scripturæ. & sicut colūba sedet ex natura iuxta aquā/ vt in ea videat vmbrā superuenientis accipitris: & sic sibi præcauere cōsueuit: sic prelatus sibi per scripturā pręcauebit contra hęreticos. Ita dicit textus cū glo. in verb. Plenissima. in c. Qui ecclesiasticis. in fine. 36. dist. gg ¶ Oculi sublimiū deprimentur. Idē dicit tex. in c. Væ qui dicitis. 11. quæst. 3.

¶ Vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorū / & in vno crine colli tui. Canti.4.c.
¶ Oculi eius velut columbæ [g] super riuulos aquarum/ quæ lacte sunt lotæ: & resident iuxta fluenta plenissima. 5.d.
¶ Oculi tui sicut piscinæ in Esebō/ q̄ sunt in porta filiæ multitudinis. 7.b.
¶ Incuruabit homo/ & hūiliabit vir: & oculi [gg] sublimiū deprimētur. Esaię.5.d.
¶ Defecerunt præ lachrymis oculi mei: conturbata sunt viscera mea. Threñ.2.d.
¶ Incrassatum est cor populi huius/ & auribus grauiter audierunt/ & oculos [h] suos clauserunt: nequando videant oculis & auribus audiāt/ & corde intelligant: & conuertantur & sanem eos. Vestri autem beati oculi/ quia vident: & aures vestræ/ quia audiunt. Matth.13.b
¶ Ihesus eleuatis [i] sursum oculis dixit &c. Supra in verbo Lazarus. Ioan.11.e.
¶ Collyrio [k] inunge oculos tuos vt videas. Apoca.3.d.
¶ Cætera in verbis Ihesus. Lucæ.24.c. Nudus ad Heb.4.d. Odire. Prouerb.6.c. & Videre. Apoca.4.c.

Occupatio. ¶ Ego fui rex in Hierusalem / & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus [l] quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum / vt occuparentur in ea. Ecclēs.1.c.
¶ Occupatio [m] magna creata est omnibus hominibus: & iugū graue super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum: vsq; in diem sepulturę in matrem omnium &c. Eccli.40.a

Octo. ¶ Recurre ad verba Altare. 1. Macha.4.g. Circūcidere. Genesis.17.b. Noe. 1. Petri.3.d. & Regina.4. Regū.22.a.

Octoginta & Octogenarius. ¶ Recurre ad verba Annus. Psal.9.c. Dauid.2.Reg.23.a. & Moyses. Exo.7.a.

Odire & Odiens. ¶ Si videris asinum odientis te iacere sub onere: non pertransibis/ sed subleuabis cum eo. Exodi.23.a.
¶ Quod ab [n] alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliquando alteri facias. Tob.4.c.
¶ Qui [o] diligit iniquitatem: odit animam suam. Psal.10.b.
¶ Odiui ecclesiam [p] malignantium: & cum impijs non sedebo. 25.b.
¶ Odisti obseruantes vanitates superuacue. 30.b.
¶ Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum superbia eorum qui [q] te oderunt ascendit semper. 73.d.in fi.
¶ Imprudentes odibunt scientiam. puerb.1.c.
¶ Sex sunt [r] quæ odit dominus: & septimum detestatur anima eius. 6.c.

h ¶ Oculos suos clauserūt &c. Circa hæc verba notari pōt quod dicit Archid. in d.c. Nec solo. circa princ. 32. q̄st. 5. vbi dicit: q̄ quatuor sunt oculi. Primus corporis. secundus sensualitatis. Tertius ratiōis. quartus diuinę contemplationis. Primus ocul9 & ante peccatum & post fuit apertus. Secundus ante peccatum fuit clausus/ sed post peccatū ap-tus omnino. Tertius ex parte fuit apertus & ex parte clausus post peccatum: Ante vero omnino apertus. Quartus ante peccatum omnino apert9: post vero ex toto clausus. hæc archi.

i ¶ Eleuatis sursū oculis. Si tunc in cœlum oculos Christus leuauit ad patrē/ cum ad corpus exanime animā Lazari reuocauit: probabilius esse videtur q̄ tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlum/ cum panem & vinum in corpus & sanguinem p̄prium cōmutauit. Ita dicit tex. in c. Cum Marthæ. §. Cęterū de celebr. missa.

k ¶ Collyrio iunge oculos tuos vt videas. Collyrio inungim9 oculos vt videamus: cum ad cognoscendā veri luminis claritatem / intellectus nostri aciem medicamine operationis bonæ adiuuamus. textus est. in c. 1. §. lippus. in fi. 49. distincti.

l ¶ De omnibus q̄ fiunt sub sole. &c. Idest causas omnium ex quadam curiositate dinoscere volui/ & quę deus abdita esse statuit intelligere: & cognoui hanc occupationem pessimam esse/ filijsq; hominum. i. hominibus carnaliter viuentibus esse datam: vt non captiuātes intellectum suum in obsequium Christi: hac vana occupatione tenerentur. quos redarguit Augu. in d.c. Si ex bono. colum. 1. & 2. de pœni. distin. 4.

m ¶ Occupatio magna creata est omnibus hominibus. Occupantur homines plerunq; circa terrena ac voluptuosa. Est enim procliuis naturæ cursus ad voluptatem. c. 2. in princi. 20. quæst. 1. Quandoq; tamen bonis inuigilant actibus: & tunc etiam occupari dicūtur. quia occupatio nedum circa malos/ sed etiam circa bonos actus versatur. c. Factus est. in verb. Occupato. 7. quæst. 1.

n ¶ Quod ab alio oderis tibi fieri. &c. Recurre ad verbum Facere.

o ¶ Qui diligit iniquitatem/ odit animam suam. Vide quod annotatum est in verb. Iniquitas.

p ¶ Odiui ecclesiam malignantium. Facti est annotatio in verb. Ecclesia.

q ¶ Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Astipulari videtur huic sententiæ quod dicit sapiens impius cum in profundum malorum venerit cōtemnit. de quo est textus in c. Nec licuit. 17. distin.

r ¶ Sex sunt q̄ odit dn̄s &c. Enumerat sex capitalia crimina: quę tn̄ cōparatiōe discordiā seminātis minora esse dicit: q̄a maius est facinus illud quo vnitas & fraternitas (q̄ per spiritussancti gratiā est cōnexa) dissipat. Potest em̄ quilibet oculos iactanter extollere/ lingua mentiri/ homicidio pollui: & mala p̄ximo machinari/ alijs

ſceleribus membra ſubdere/ falſum contra quempiam teſtimoniū proferre: pace ſeruata eccleſię. At Donatus et Arrhius eorumq́ ſequaces/ grauius eſt quod fecerunt qui concordiam fraternę vnitatis ſciderunt. hęc declaratio eſt glo. ot. pro qua facit quod de ſciſmaticis prę alijs peccatoribus euitandis habetur in c. ſciſma. paulo poſt princ. & in c. ſi quem forte. in ſi. & in c. ſi. 24. q. 1.

s ℭ Nichil eorum odiſti quę feciſti. Glo. in c. ſi. in. glo. ſi. 24. q. 2. dicit Origenē per hanc ſententiā dixiſſe/ omnē hoiem tādem eſſe ſaluādum. & ita dicebat deum adeo miſericordē q̄ non iuſtum. dixit etiā Chriſtum paſſurū i aere pro diabolis ſaluandis. in quibus aſſertionibus damnatus fuit. Aliqua tamen eius opuſcula recipiuntur ab eccleſia: nō tanq̄ eius ſint: ſed eccleſię quæ ea approbauit. Omnia autem noſtra facimus quibus auctoritatē ipartimur l. 1. §. 1. C. de vete. iu. enu. hęc glo. Approbant aūt ea Origenis opera quę Hyeronymus approbanda cenſuit/ aut ſaltem non repudiauit. Reliqua autem omnia cum autore ſuo damnantur. Textus eſt Gelaſij papę in c. Sancta ro. eccleſia. verſ. itē Origenes. 15. diſt. Hanc etiā ſententiā citat glo. in verb. Sanctificata. in c. Et dixit. de conſecra. diſt. 2. & in c. Iteratur i glo. ſi. eadem diſt. de quibus gloſis ānotando iſta verba dictum eſt i verb. Diligere.

Oculos ſublimes: linguam mendacem: manus effundētes innoxium ſanguinem: cor machinans cogitationes peſſimas t pedes veloces ad currendum in malum: teſtem fallacem: & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.

Sapiē. 11. d. ℭ Diligis omnia quæ ſunt domine: & nichil [s] eorū odiſti quæ feciſti. Nec enim odiens aliquid conſtituiſti/ aut feciſti.

Eccli. 15. c. ℭ Quæ odit deus/ ne feceris.

eodem. ℭ Omne [t] execramentum erroris odit dominus: & non erit amabile timentibus deum.

17. c. ℭ Reuertere ad dominum/ & auertere ab iniuſtitia tua: & nimis odito execrationem: & cognoſce iuſtitias & iudicia dei.

19. a. ℭ Qui odit correptionem minuetur vita. & qui odit loquacitatem extinguit maliciam.

20. a. ℭ Qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſte/ odietur [v].

21. b. ℭ Qui odit correptionem/ veſtigium eſt peccatoris. qui timet deū/ cōuertetur ad cor ſuum.

25. a. ℭ Tres ſpecies odiuit anima mea: & aggrauor valde animæ illorum. Pauperē [x] ſuperbū: diuitem mendacem: & ſenē fatuū atq́ inſenſatū.

50. d. ℭ Duas [y] gentes odit anima mea: tertia autē non eſt gēs quā oderim. Qui ſedent in monte Seir & Philiſtijm: & ſtultus populus qui habitat in Sichimis.

Amos. 5. d. ℭ Odite malum/ & diligite bonum: & conſtituite in porta iudicium.

5. f. ℭ Odi & [z] pieci feſtiuitates veſtras & nō capiā odorē cœtuū veſtrorū.

Lucę. 6. d. ℭ Beati [a] eritis (ait dominus diſcipulis loquens) cum vos oderint homines: & cum ſeparauerint vos & exprobrauerint & eiecerint nomen veſtrum tanq̄ malum/ propter filium hominis.

14. f. ℭ Si quis venit ad me (ait dominus) & nō [b] odit patrem ſuum/ & matrem & vxorem & filios & fratres & ſorores: adhuc autem & animam ſuam/ non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Ioan. 7. a. ℭ Non poteſt mundus odiſſe vos (ait dominus) Me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo.

15. d. ℭ Qui [c] me odit/ & patrem meum odit: ait Chriſtus.

1. Ioā. 2. b. ℭ Qui odit fratrē ſuum/ in tenebris eſt: & i tenebris ambulat. & neſcit quo eat: quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius.

1. Ioā. 3. c. ℭ Omnis [d] qui odit fratrem ſuum/ homicida eſt.

ℭ Cętera i verbis Diligēs. puer. 27. a. Diligere. Matth. 5. g. & 1. Ioā. 4. d. Eſau. Gene. 27. g. Filiꝰ. puer. 13. d. Fur. puer. 29. d. Generatio. Exo. 20. a. Increpatio. puer. 12. a. Lux. Ioā. 3. c. & Munꝰ. puer. 15. c.

t ℭ Omne execramentum erroris odit dominus. Declaretur hæc ſentētia vt in verb. Execramentum.

v ℭ Odiet. A deo & ab hominibus. A deo: quia quicunq́ iniuſte deſiderauerit primatū in terra/ inueniet cōfuſionem in cœlo. Nec inter ſeruos Chriſti computabitur qui ſic de primatu tractauerit. c. ſi. §. ſi. 40. diſt. Et ab hominibus: quia principatus quem aut ſeditio extorſit/ aut ambitio occupauit/ cum ſit pernicioſus exēplo: & difficile ſit vt bono peragintur exitu quæ malo fuerunt inchoata principio. dicit textus in ca. Principatus. 1. quæſt. 1. ſubditorum maleuolentiā facile ſibi conciliat.

x ℭ Pauperem ſuperbū &c. Declarentur hęc tria vt in verb. Diues.

y ℭ Duas gētes odit anima mea. Ideſt duarum gentium peccata Odio enim habentur peccata/ non homines. c. Odio. 88. diſtin. quia nāq́ homines ſunt/ & ſic naturę noſtrę participes/ diligēdi ſunt: ſed quod in eis eſt peccatum/ odiendū eſt. c. Duo iſta. 23. quęſt. 4. & ſic etiam deus non homines/ ſed eorum vitia dicitur odire. c. q̄obrem. paulo ante ſi. de pœni. diſt. 1.

z ℭ Odi & proieci feſtiuitates veſtras. Recurre ad verbum Feſtiuitas.

a ℭ Beati eritis cum vos oderint homines. Multiplices ſunt beatitudinis ſpecies quibus hæc annumeratur/ vt per Archi. in c. Suggeſtum. in princip. 7. quęſti. 1. & dictum eſt in verb. Immaculatus in. 1. annotatione.

b ℭ Non odit patrem ſuum & matrem. Declara vt in verb. Diſcipulus

c ℭ Qui me odit/ & patrem meum odit. Sum enim deo patri meo æqualis/ & vnius eiuſdemq́ ſubſtantiæ. d. ca. 1. de ſum. trini. & ſi. ca.

d ℭ Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt An odium proximi ſit peccatum dicit Thomas ſcda ſcdę. quæſt. 34. arti. 3. Debet homo in fratre odio habere peccatum/ & omne quod pertinet ad defectum diuinæ iuſtitiæ. ſed ipſam gratiam fratris/ non poteſt quis odio habere ſine peccato. hoc autem q̄ odimus in fratre culpam & defectum boni/ pertinet ad fratris amorem. Eiuſdem

enim rationis est: quod velimus bonū alicui/ & odiamus eius malū. simpliciter autē odiū fratris est peccatū. vnde Io.1. Qui odit fratrē suum homicida est. & de pœni. dist.1. homicidiorū hęc est decisio Thomę quem citat Albe. in dictionario suo in verb. Odire. e ❡ Perfecto odio oderam illos. Sicut reperitur ira bona & mala dicente Greg. in moralibus. Alia est ira quā impatiētia excitat: alia quā bonus zęlus informat. illa ex vitio/ hęc ex virtute generatur. sic est odiū bonū & malū. vnde psal. Perfecto odio oderā illos. Odiū enim bonū/ est odiū culpę. ca. Odio. 86. dist. & odiū negligentię quo inducta est pręsciptio. c. Vigilanti. de præscrip. Ita dicit Archi. &c. Vera iustitia. paulo post princip. 45. distin.

Odibilis. Odium & Odiosus.

❡Respice inimicos meos/ quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me. Psal.24.d.

❡Perfecto [e] odio oderam illos: inimici facti sunt michi. 138.d.

❡Posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium [f] pro dilectione mea. 108.a.

❡Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. puer.10.b.

❡Impatiens operabitur stultitiam: & vir versutus odiosus est. puer.14.b.

❡Etiam [g] proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitū multi. 14.c.

❡Tempus dilectionis & tempus odij. Ecclēs.3.b.

❡Odio sunt [h] deo impius & impietas eius. Sapiē.14.b

❡Altissimus [i] odio habet peccatores/ & misertus est pœnitentibus. Eccli.12.a.

❡Ego domin⁹ diligēs iudiciū: & odio [k] habēs rapinā in holocaustū. Esaiæ.61.c.

❡Nunquid non vestrum est scire iudicium/ qui odio habetis bonum/ & diligitis malum? &c. Micheę.3.a

❡Nōne frater erat Esau Iacob? dicit domin⁹: & dilexi [l] Iacob/ Esau autem odio habui. Mala.1.a.

❡Eritis odio (ait Christus ad discipulos) omnibus hominibus ꝑpter nomen meum. Matth.10.c

❡Nemo [m] vnq̄ carnē suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam: sicut & Christus ecclesiam. Et supra Caro. ad ephe.5.g

❡Cætera in verbis Charitas. Prouer.15.b. Dignus. Ecclēs.9.a. Diligere. Matth.5.g. Fœnerari. Eccli.20.b. Ioseph fili⁹ Iacob filij Isaac. Gene.37.a. Linguosus. Eccli.9.d. & Loqui. Eccli.37.e.

Odor.

❡Ecce odor filij mei/ odor agri pleni: cui benedixit dn̄s. Gene.27.d.

❡Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici cōsilijs anima dulcoratur. puer.27.b.

❡Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Canti.1.a.

❡Odor vnguentorum tuorū super omnia aromata. Fauus distillans labia tua spōsa: mel & lac sub lingua tua/ & odor vestimētorū tuorū/ sicut odor thuris. 4.c.

❡Odor oris tui/ sicut odor malorum. 7.c.

❡Sicut cynnamomū [n] & balsamum aromatizās/ odorem dedi: quasi myrrha electa/ dedi suauitatem odoris. Eccli.24.b.

❡Erit pro suaui odore fœtor. Esaię.3.d.

❡ Deo gratias qui semper triūphat nos in Christo Ihesu: & odorem notitiæ suę manifestat per nos i omni loco: quia Christi [o] bon⁹ odor 2.cori.2.d.

f ❡ Odium pro dilectione mea. Quod odium pro dilectione nonnunq̄ reddat/ est etiā bo. tex. in ca. Honoratus. circa mediū. 74. dis. Dum ibi dicitur. Honoratū archidiaconē arbitramur āti stiti suo aliunde displicere non posse: nisi quod cum sacra vasa suis parentibus dare prohibuerat.

g ❡ Etiam ꝓximo suo pauper odios⁹ erit/ Facit tex. in c. Pauper. i princ. 11. quęst. 3.

h ❡ Odio sunt deo impius & impietas eius. Impietatē ex se ipsa odio deus habet. Impiū autē. propter impietatem. d. ca. quobrem. paulo post medium. de pœni. distinct. 1.

i ❡ Altissim⁹ odio habet peccatores. Recurre ad ea quæ dicta sunt i verb. Exaudire. super illud Io. 19. Deus peccatores non exaudit.

k ❡ Odio habēs rapinam in holocaustum. Declara per textum in capi. Non mediocriter in fine. de consecra. distin. 4. de quo in verbo Holocaustum.

l ❡ Dilexi Iacob/ Esau autem odio habui. Declaretur vt in verbo Esau.

m ❡ Nemo vnq̄ carnē suā odio habuit. Declarata est hęc sententia in verb. Caro.

n ❡ Sycut cynamomū & balsamum aromatizans odorem dedi. Ex oleo chrisma conficitur et balsamo/ mystica ratione. per oleum enī nitor conscientiæ designatur iuxta quod legitur. prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. per balsamum autem odor famæ exprimitur: propter quod dicitur. Sicut balsamum aromatizans odorem dedi. hoc igitur chrismate vngitur episcopus: vt & nitorem conscientiæ habeat/ & odorem bonæ famę. Textus est præmissa probans in cap. Vnico. colum. 1. de sacr. vnct.

o ❡ Christi bonus odor sumus deo &c. De odore famæ apostolus loquens ait. Christi bonus odor sum⁹ in omni loco: & alijs sumus odor vitæ in vitam. Alijs odor mortis in mortem. prædicatio enim bonorum ex qua eorum fama oritur/ dicitur bonus odor. quia quidam eam ex charitate suscipiunt: & inde isti in anima viuunt. vnde dicit. alijs sumus odor vitæ/ in vitam. s. æternam. Alij vilipendunt & contemnunt prędicationē bonorum: & isti de tali contemptu mortem incurrunt animæ. vnde dicitur. Sumus odor mortis/ i mortem scilicet æternam. & sic ex eodem/ bono odore/ alij saluantur & alij pereunt. hæc habentur in di. cap. Vnico. col. 1. versi. de odore. iuncta glo. in verb. Bonus odor. de sacra. vnc. de istis etiam verbis apostoli est bonus textus Augustini in c. Nabuchodonosor. in prin. 23. q. 4. vbi præmisso: quod nabuchodonosor flagellis dn̄i ad pœnitētiā se cōuertit. Pharao autē/ ipsis in flagellis durior effectus est. subiungitur. Hic michi rationē reddat qui diuinū con-

filiũ nimiũ alte sapientiq; corde diiudicat. Cur medicamẽtum vnius medici manu confectum: alijs ad interitũ: alij valuerit ad vitam. Nisi q christi bonus odor/ alijs est odor vitę in vitã: alijs odor mortis in mortẽ. Hęc ibi.
p ℭ Hostiam deo in odorem suauitatis. Quęnam sit vera hostia in odorem suauitatis/ colligitur ex vna concilij Martini papę constitutione: quę habetur in c. Non oportet. de consecra. distin. 2. vbi dicitur. Nõ oportet aliquid aliud in sacramento offerri pręter vinũ & aquã & panem/ quę typo Christi benedicuntur. quia dum Christus in cruce penderet: de corpore eius sanguis effluxit & aqua. Hęc tria vnũ sũt i Christo Iesu. Hęc hostia & oblatio dei i odorem suauitatis.

sumus deo/ in his qui salui fiunt: & in his qui pereũt. Alijs quidẽ odor mortis/ in mortem: alijs odor vitæ in vitam.

ad ephe.5.a ℭAmbulate in dilectione: sicut & Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiã [p] deo in odorẽ suauitatis.

puer.19.a. **Offendere.** ℭQui [q] festinus est pedibus offendit.

Eccli.13.d. ℭPauper locutus est: & dicunt. Quis est hic? Et si offenderit/ subuertent illum.

27.d. ℭQui [r] statuit lapidem proximo suo/ offendet in eo.

32.d. ℭIn via ruinæ non eas: & non offendes in lapides.

Ioan.11.b. ℭSi quis [s] ambulauerit in die/ nõ offendit: quia lucem huius mundi videt. si autem ambulauerit in nocte/ offendit: quia lux non est in eo.

ad rõa.14.d ℭBonum est [t] non manducare carnem/ & non bibere vinum: neq; in quo frater tuus offenditur/ aut scandalizatur/ aut infirmatur.

Iacobi.2.b. ℭQuicũq; totam [v] legem seruauerit/ offendat autẽ in vno: factus est omnium reus.

3.a. ℭNolite plures magistri fieri fratres mei: quoniam maius [x] iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes.

eodem. ℭSi quis [y] in verbo non offendit: hic perfectus est vir.

puerb.15.c. **Offensio & Offendiculum.** ℭIter pigrorum quasi sepes spinarum. via [z] iustorum absq; offendiculo.

Eccli.17.c. ℭCõuertere ad dominum: & relinque peccata tua/ precare ante faciẽ domini/ & minue offendicula.

31.a. ℭLignum offensionis est aurum sacrificantium. Vę illis qui sectãtur illud. & omnis imprudens deperiet in eo.

31.d. ℭEbriositatis animositas/ imprudentis offensio: minorans [a] virtutẽ/ & faciens vulnera.

1.cori.8.c. ℭVidete ne forte hæc licentia vestra: offendiculum fiat infirmis.

9.b. ℭOmnia sustinemus/ ne quod offendiculũ demus euangelio Christi.

10.g. ℭSine offensione [b] estote: Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei.

2.cori.6.a. ℭNemini (sitis) dantes vllam offensionem: vt non [c] vituperetur ministerium nostrum.

Actuũ.24.d ℭIn hoc & ipse studeo [d]/ sine offendiculo (ait Paulus) conscientiã habere bonam ad deum: & ad homines semper.

Offerre & Oblatio. ℭDe varijs oblationibus antiquæ legis: videri potest Leui.1.2.3.4.5.6.7.9.12.14.15.16.17.&.22.& Nũeri.5.6.7.8.15.19.28.& 29.

Deute.23.c. ℭNon offeres [e] mercedem prostibuli: nec pretium carnis in domo domini dei tui: quicquid illud est quod vouerũt: quia abominatio est

q ℭ Qui festinus est pedibus offendit. Qui effrenatis sensibus mentis plus appetit sapere q̃ decet: plerũq; offensionẽ hęreticę stultitię temerarijs tractatib⁹ incurrit. Hinc dicebat Paul⁹ ad Ro. Nõ plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ c. Sit rector. colũ. 3. 43. dist. & c. 1. in prin. de renun. lib. 6.

r ℭ Qui statuit lapidẽ primo suo offendet in eo. Simile videt quod dicitur in iure humano. Qui occasionẽ dãni dat/ dãnum dedisse videtur. l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad. l. aqui.

s ℭ Si quis ambulauerit in die. Qui i Christo sperans/ eius innitit vestigijs nõ peccat: quia lucẽ habet quę secum tenebras nõ admittit. d. c. Si em̃. col. 2. de pe. dist. 2. Qui vero peccatorum se tenebris obscurat/ offendit: quia lucẽ eliminat/ seu Christũ a se repellit. Quę em̃ cõicatio est lucis ad tenebras: Christi ad belial? d. c. Si enim. colũ. 2. versi. Scribo vobis.

t ℭ Bonũ est nõ mãducare &c. Quãdo ppter fratrẽ occurrendũ sit scãdalo / dicetur in verbo Scandalum.

v ℭ Quicunq; totã legem seruauerit &c. Recurre ad annotationẽ factã in verbo lex.

x ℭ Maius iudiciũ sumitis. Idẽ pbat i c. pręcipue. 11. quęsti. 3. & in c. Sũt quidam. 25. quęsti. 1.

y ℭ Si quis in verbo non offendit/ hic perfect⁹ est vir. Vide qd̃ dictũ est in verbo Lingua. in penul. annotatione. sed ibi dictis addat quod dicit Archi. in c. perfecta. in fi. de pœnitẽ. distinc. 1. vbi dicit. q in tribus offendimus deum. In delectatione cogitatiõis: in impudẽtia locutionis/ & in superbia operis.

z ℭ Via iustorũ absq; offendiculo. A recto viuendi tramite iusti ppter occurrẽtes eis aduersitates nequaq̃ deflectuntur: sed aduersa queq; saltu ęternę spei & internę cõtẽplationis transiliũt. Vnde etiã de Paulo legitur: q prędicaturus ad Italiã veniẽs/ naufragiũ pertulit: sed tñ nauis cordis/ in maris fluctib⁹ integra stetit. c. fi. in princip. 7. quęsti. 1.

a ℭ Minorans virtutẽ/ & faciẽs vulnera. Vide qd̃ dictũ ẽ in verbo Ebri⁹. in. 1. anno.

b ℭ Sine offẽsione estote iudęis. In qb⁹ sint hodie iudęi inter christianos sine offensiõe/ & in quib⁹ cũ offensiõe: dictũ est diffuse in verbo iudęus in annotatiõe istorũ verborũ.

c ℭ Vt non vituperet ministeriũ nostrũ. Declarentur hęc verba per textus in ipsorum annotatione citatos s. in verbo dies.

d ℭ Studeo sine offendiculo &c. Recurre ad verbum Conscientia.

e ℭ Non offeres mercedẽ prostibuli. Quando illicite acquisitorũ trãsfertur dominiũ/ & nõ competit repetitio/ potest inde fieri eleemosina. vt si aliquid datur Meretrici/

illud non potest repeti. vt. ff. de condi. ob turp. causam. l. Idem & si. §. quotiens. vnde de tali pōt meretrix facere eleemosinam. Idem de eo est quod datur histrioni: & de eo quod extorquetur ratione officij alicuius. c. Nō sane. 14. quęsti. 5. Qz aūt dicitur: sacerdos non potest percipere mercedem prostibuli: potest dici ꝙ non debet percipi oblatio meretricis: licet eleemosina possit inde fieri. Hęc est ratio/ vt propter ruborē citius conuertat. Ita dicit glo. (citata prius ista sententia.) 14. quęsti. 5. In summa. Et idē tenet Archi. in c. Non est putanda. paulo ante fi. 1. quęsti. 1. corroborās hāc sentētiam per simile. qa etiam nō licuit triginta denarios mittere in corbonam: quia pretiū sanguinis erant. sed licuit agrū figuli emere in sepulturam peregrinorū. de decimis aūt quę nō in ecclesia sed extra solui solent cōiter cōcludi solet: ꝙ pōt sacerdos eas etiam a meretrice recipe: attamen ne eius iniquitatem videat ecclesia fouere. potest eas respuere. Ista est cōclusio glo. i c. Ex trāsmissa. de deci. Ab alijs etiā peccatorib9/ saltem publicis/ oblationes recipi nō debēt: q̄uis & eleemosinę & decimę recipi possit. Rō aūt q̄rę possit recipi eleemosinę/ & nō oblatiōes/ est: qa eleemosinę fiūt ī occulto/ de quo nichil ad ecclesiā. c. sicut in tuis. i fi. de simo. Oblationes vero in publico q̄ prohibentur/ ne exinde peccator cōsoletur: & ne peccatum ipsi9/ videatur ecclesia publice approbare. Idem tamē est secūdū Hostien. Et si eleemosina fiat in publico/ sicut si in priuato: quia semper natura ipsius consideranda est: scilicet ꝙ debet fieri in occulto. Matthęi. 5. g. Ita hanc materiam/ de oblationib9 vel eleemosinis & decimis accipiendis a peccatoribus/ resoluit Henri. bouhic in c. Cum voluntate. §. prędicatores. de sen. excō.

vtrunq apud dominum deum tuum.

ℭSacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti michi. Psal 39.b.

ℭTunc acceptabis sacrificium iustitiæ/ oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. 50.d.

ℭA templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. 67.f.

ℭReges [f] Tharsis & insulę munera offerent: reges Arabum & Sabba/ dona adducent. 71.b.

ℭHostiæ [g] impiorum abominabiles quæ offeruntur ex scelere. puerb. 21. d

ℭNoli [h] esse cum his qui defigunt manus suas: & qui vades se offerūt pro debitis. 22.d.

ℭDatum [i] brachiorum tuorum / & sacrificium sanctificationis offeres domino. Eccli. 7.d.

ℭFili si habes/ benefac tecum: & deo dignas oblationes offer. 14.b.

ℭImmolantis ex iniquo oblatio est maculata: & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. 34.c.

ℭDona iniquorum non probat altissimus [k]: nec respicit oblationes iniquorū: nec in multitudine sacrificiorum ꝓpitiabitur peccatis. eodem.

ℭQui offert sacrificium ex substantia pauperum: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. 34.d.

ℭ Oblatio iusti impinguat altare: & odor suauitatis in conspectu altissimi. 35.b.

ℭDa suauitatem & memoriā similaginis: & impingua [l] oblationē: & da locum medico. 38.b.

ℭ Offerte mane victimas vestras: tribus diebus decimas vestras. Et Amos. 4. b.

f ℭ Reges Tharsis & insulę munera offerēt. Videatur quod de hac oblatione dictum est in verbo Magi.

g ℭ Hostię impiorū abominabiles. Idem probatur in c. scriptum est. 14. quęsti. 5.

h ℭ Noli esse cum his qui defigunt &c. Declara hanc sententiam vt in verbo Debitum.

i ℭ Datum brachiorū tuorū. Idest de iustis laboribus tuis. Vnde & scriptū est. Honora dn̄m deū tuum/ de iustis tuis laboribus. c. Non est putanda. 1. quęsti. 1. & notat glo. 14. quęsti. 5. in summa.

k ℭ Nec respicit oblationes iniquorū. Videātur quę istis verbis annotata sunt in verbo donum. & ibi dictis addantur ea quę dicta sunt s. eodē e. in versi. Ab alijs etiam peccatoribus.

l ℭ Impingua oblationem. Idest oblationes tuas dato cum deuotione charitatis. Vtrum autem oblationes sint de necessitate pręcepti? Dicendum est breuiter ꝙ in hac materia tres species oblationum sunt considerandę. Prima est donatio alicuius rei/ quę fit deo vel ecclesię. Secunda que fit causa mortis/ quę redacta est instar legatorum. Tertia vsualis/ quam fideles faciunt ad altare vel ad manum sacerdotis. Prima voluntaria est/ sed cum est promissa/ de necessitate danda est: ita ꝙ promissio reuocari non potest. c. verum de condit. appo. Secunda etiam postq̄ facta est/ est debita: vnde non soluentes/ sacrilegi dicuntur & homicidę & necatores gentium patent hęc per ordinem. 12. quęsti. 2. c. Nulli. & c. qui abstulerit. & 13. quęsti. 2. Quę oblationes De tertia autē specie videtur ꝙ etiam anteq̄ fiat seu promittatur sit debita. Dicit enim textus in c. Omnis christianus. de consec. distinct. 1. Omnis christianus procuret ad missarum solēnia aliquid deo offerre/ & ducere ad memoriam quod deus per Moysem dixit. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Sed dicunt aliqui ꝙ hoc dictum: non apparebis in conspectu meo vacuus/ intelligitur de oblatione interiori vel bonorum operum. Vel ad literam: consilium est in diebus priuatis/ sed in diebus festiuis pręceptum. Finaliter tamen glosa in d. c. Omnis. in verbo vacuus: credit ꝙ si sacerdos pauper est/ potest eis diuina officia subtrahere nisi dent. c. cum sit. de simo. & c. charitatem. 12. quęsti. 2. Potest tamen diffusius dici/ ꝙ oblationes de sui ratione habent/ ꝙ voluntarie offeruntur adhoc Exodi. 25. Ab omni qui offert vltroneus accipies eas. & Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare &c. Fallit in quatuor casibus in quibus quis ad oblationes tenetur. Primo ratione census: sicut cum alicui conceditur aliquis fundus ecclesię vt certis temporibus certas oblationes faciat. Secundo propter pręcedentem promissionem: vt cum aliquis inter viuos promittit vel in testamento relinquit aliquid offerendum ecclesię. Tertio propter ecclesię necessitatem: puta si ministri ecclesię non habeant vnde sustententur. Quarto propter consuetudinem. tenentur enim fideles in aliquibus solennitatibus ad aliquas oblationes consuetas. Solent autem hę duę vltimę esse voluntarię quo ad q̄titatem/ & quoad speciem rei quę offertur. Et si de consuetudine parrochiani in festiuitatibus certis offerre soleant: possunt cogi adhoc non a presbytero per officij subtractionem: sed ab episcopo/ cuius officium in talibus est implorandum. vt in c. Ad apostolicam. de simo. Et ita etiam tenent beatus Tho. Goffre. & Hostien. Pręmissa ponit Henri. Bouhic in c. q̄uis. in. 2. distinc. de deci. & hanc eādem resolutionem circa istam tertiā speciē oblationis sentit Panor. in Rubri. de parro. vbi subiungit ꝙ istę oblatiões

ſunt de iure parrochiali intantũ:ꝙ ſi fiant in ſacellis ſeu altaribus fundatis infra parrochiam:debẽtur rectori parrochię.facit c ſtatuimus.in prin.16.quęſti.1.c.ex tranſmiſſa.de pręſcrip.& c.Ad audiẽtiam.le.2.arguẽdo per locũ a ſpeciali.de eccle.ędifi. m ℭ Vocate voluntarias oblationes. Oblationes de ſui natura voluntarię ſunt: ſed in quatuor caſibus ſunt neceſſarię vt dictum eſt annotatione ſuperiore. Debentur autẽ oblationes eccleſię parrochiali. vnde ſi quis in parrochia aliena perceperit eccleſiaſtica ſacramenta/ aut audiuerit diuina/ & ibi oblationes fecerit: poterũt oblationes repeti per eccleſiam parrochialem. c.ex parte & c.Cum liberum. & ibi Panor. in.1.no.de ſepul. Et ideo etiam oblatiões quę fiũt imagini depictę in muro alicuius priuati infra limites alicuiꝰ parrochię/cedũt ipſi preſbytero parrochiali. nõ aũt epõ. Ita cõcludit Panor. in Ru.de parro.in princip.& in c.paſtoralis. de his quę fiunt a pręla. & Fely.in c.dilectꝰ.in princip.de offi.ordi. Et iſtud etiam tenet Panor. per illũ textũ i c.Quoniã.de decimis.vbi etiã dicit:ꝙ tales oblatiões quę fiunt imagini depictę i pariete alicuius priuati/nõ poſſunt acquiri priuato: qa nõ poteſt priuatus habere vſumfructũ alicuiꝰ rei religioſę: ſed talis imago depicta dicit res religioſa: vt eſt glo. ſing. in l.ſtatuę.ff.de vſuf.igitur &c.immo etiã epiſcopus nõ poteſt cõcedere domino domꝰ in qua eſt imago depicta:vt de oblationibus diſponat ad libitum. Ita Panor. in c.Quis.in.2.no.de deci. Acquirũtur aũt oblationes principali rectori ſeu curato eccleſię parrochialis/nõ autẽ vicario ibi deſeruienti. vt notat Panor. in d.c.paſtoralis. de his quę fiunt a pręla. & ſequitur preceptor meus Decius in c. veniens in.4.no.de teſtibus. de quo late per Fely.in d.c.dilectus.de offi.ordi. vbi limitat procedere quãdo vicario eſſet aſſignata certa portio reddituũ. Alias ſecus per id quod notat Cardi. in cle.1.in.9.quęſti.de decimis.

Amos.5.f. ſacrificate de fermẽtato:& vocate [m] volũtarias oblatiões/& annũciate.
ℭSi obtuleritis michi holocauſtomata & munera veſtra/ nõ ſuſcipiã: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam.

Mala.1.b. ℭSi offeratis [n] cœcum ad immolãdum/ nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidum/nonne malum eſt? Offer illud duci tuo/ ſi placuerit ei:aut ſi ſuſceperit faciem tuam:dixit dominus exercituũ.

eodem. ℭIn omni [o] loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mũda: quia magnũ eſt nomen meum in gentibus: dicit dominus exercituũ.

2.mach.12.g ℭIudas Machabæus duodecim millia dragmas argenti miſit [p] Hieroſolymã offerri pro peccatis mortuorũ. Et ſ.Iudas Machabęus.

adheb.10.b ℭIn (dei) voluntate ſanctificati ſumus per [q] oblationẽ corporis Iheſu Chriſti ſemel.

Gene.23.a. **Officium.** ℭVenit Abraham vt plangeret & fleret Saram vxorẽ ſuam. Cũq; ſurrexiſſet ab officio funeris &c. Et ſupra Abraham.

2.para.26.c ℭNon [r] eſt tui officij Ozia (dixerũt ſacerdotes ad Oziam) vt adoleas incenſum domino:ſed ſacerdotũ hoc eſt filiorũ Aaron/qui conſecrati ſunt ad eiuſmodi miniſterium &c. Et infra Ozias.

Nũeri. 4.b **Oleum.** ℭSuper filios Caat erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis:

n ℭ Si offeratis cœcum ad immolandum nonne malum eſt &c. Tex.eſt hãc prohibitionẽ de offerẽdo animali cœco vel claudo declarans. in c. ſi.49. diſtinc.de quo videatur in verbo Cœcus.h. vbi etiam declaratur quando dicatur animal languidũ offerri.
o ℭ In omni loco ſacrificatur & offert oblatio mũda nomini meo. Pro limitãda hac ſentẽtia: notet textꝰ in c.Non oportet clericos.de cõſecra.diſtinc.1.vbi dicit. Nõ oportet clericos ignaros & pręſumptuoſos/ſuper monumẽta in campũ myſteria vel altaria portare/aut diſtribuere ſacramenta: ſed aut in eccleſia aut in baſilica vbi martyrum reliquię ſunt depoſitę:vbi pro defunctis oblationes offerri ſolent. Nec liceat chriſtianis prandia ad defunctorũ ſepulchra deferre/ & ſacrificare mortuis. Hęc ibi. Et textus qui eſt de deciſionibus Concilij Triburieñ. in c. Concedimus. de conſecra. diſtinc.1. vbi dicit. Cõcedimus vt ſicubi(quod peccatis noſtris exigentibus p plurimũ factũ eſt.)a Normãnis/& Sclanis/ab Vngaris/& a malis chriſtianis ſeu aliquo qualicunq; modo eccleſię fuerint incenſę & combuſtę:in capellis.i.in oratorijs nõ conſecratis/cũ tabula cõſecrata miſſas celebrari permittimus:donec eccleſię ipſę reſtaurari queant. In itinere vero poſitis : ſi eccleſia defuerit ſub dio ſeu in tentorijs:ſi tabula altaris conſecrata/ceteraq; ſacra miniſteria ad id officiũ pertinẽtia ibi affuerint/miſſarũ ſolẽnia celebrari cõcedimus. Hęc ibi. Cętera q̃ pro huius ſentẽtię limitatione dici poſſent: videantur in verbo Holocauſtum.x. p ℭ Miſit Hieroſolymã offerri pro peccatis mortuorũ. Recurratur ad ea quę iſtis verbis annotata ſunt in verbo argentum. ſed ibi dictis addendo : aduertatur ꝙ oblationes defunctorũ qui negant aut difficulter reddunt: tanq̃ gentium necatores excõicantur.c.qui oblationes.12.quęſti.2. Secũdo aduertatur ꝙ ſummus pontifex pręter oblationem panis/nullam aliam oblationem manibus tangit / niſi quę pro defunctis offertur:quam ideo manibus accipit vt eorum ſuggillet errorem/qui dogmatizant eleemoſinas non valere defunctis: cõtra id qđ habetur in c. Animę defunctorũ.13.q.2. Panem vero contingit propter reuerẽtiam ſacrificij quod ex pane conficitur. & quia vicarius eſt illius qui de ſe dicit. Ego ſum panis &c.c. Sicut verus.de conſe.di. 2. Cęteras autem oblationes ad pedes accipit/ propter id quod in actibus apoſtolorum legitur : quia offerebant pretia eorum quę vendebant & ponebant ante pedes apoſtolorum. Pręmiſſa ponit Archidia. in c. Dilectiſſimis. Paulo poſt princi.12.quęſti.1.quę vtinam eſſent vera/ſed proh dolor hodie papę & Cardinales oblatiões & munera maxima & deo diſplicibilia indiſtincte quaſi recipiunt/ non ſolum ad pedes ſed ad manus /omnibus modis quibus poſſũt. Ita dicit Albericus citatis prius pręmiſſis verbis Archi. in dictionario ſuo/in verbo Oblatio. verſi. oblatio eſt odor ſuauiſſimus. q ℭ Per oblationem corporis Ieſu Chriſti. Hec oblatio omnem aliam oblationem excellit.c. Nichil de conſecra.diſtinc.1. & qui hanc offert ab omni ſorde peccati / mundus eſſe debet.c. Oportet.81.diſtinc. Licet autem hęc oblatio ſancta ſit: tamen indigne eam offerens nõ ſanctificatur ſed plus polluitur.c.ſi propheta.1.quęſti.1.& c.qui ſcelerate.de cõſecra.diſtinc.2. r ℭ Non eſt tui officij Oza.&c. Reges ſeu principes ſeculares/quę ſacerdotum ſeu eccleſię ſunt vſurpare non debent. prout etiã dicit tex. in c. Quoniã.10.diſtin. & in c. Cum ad verum.96.diſt. vnde dicit tex. in c.pe.eadẽ diſtinc 96. Sicut quęuis paruaciuitas pręrogatiuam pręſentis regni non minuit:ſic imperialis pręſentia menſuram diſpenſationis religioſę non mutat. Et facit bo.tex.in c.ſi imperator catholicus.eadẽ diſtinc.de quo in verbo humilitas. Eccleſiaſtici.4.a. Ex hac autem ſententia & textibus pręmiſſis liquet officiorum confuſionem faciendam non eſſe. vt ſcilicet quod vni incũbit alter exequi non attentet. Ad quod etiam facit bo.tex.in c.1.in fi.89.diſtinc.vbi dicit.

Sicut indecorum est in corpore humano vt alterū mēbrū alterius fungatur officio/ Ita nimirū nōxiū simulq̧ turpissimum est si singula rerū ministeria personis totidem non fuerint distributa. Et idē probatur in c. Cum singula. de prębē. in .6. Potest tamen dici q̧ in vna & eadē persona possunt duo officia cōcurrere: seu q̧ regulariter potest aliquis fungi duplici officio. probatur in l. si consul. de adop. in l. 1. ff. de offi. consu. in l. duorū. ff. de ope. liberto. in l. domitius. ff. de testa. & in l. hac consultissima. §. sed quia. cū glo. ibi. C. q testa. fa. pos. Ista regula nō procedit. Primo in iurisdictione contentiosa: qa vnus & idem non potest eē assessor & iudex. l. Nemo. C. de assesso. Nec aduocatus & iudex. l. qsqs C. de postul. Immo q fuit aduocatus in causa/ non potest in ea esse iudex. l. ptor. ff. de iuris. omniū iudi. Nec potest idē esse aduocat9 vel procurator & testis. c. fi. de testibus. in .6. immo etiā idem nō potest esse iudex & notarius causę: nisi in iurisdictione voluntaria/ vel in causis breuioribus: in qb9 cū credatur simplici assertiōi iudicis. vt no. Bar. in auctē. nisi breuiores. C. de sent. ex peri. reci. etiam creditur scripturę iudicis. Ita Bar. in l. Iubem9. §. sane. C. de sacro. eccle. Secūdo ista conclusio non procedit quando officia essent incompatibilia. incompatibilitas autē officiorū consideratur primo propter impotētiam facti: vt qa quodlibet officium reqnireret personalem residentiam. tunc enim ex quo in duobus locis residere non potest/ eodem tempore duobus talibus officijs eodem tempore fungi non posset. Ita loquitur textus in c. De multa. de pręben. Et ideo dicit Bar. per illū tex. in l. duumuirū. C. de decur. libro. 10. q̧ anciam ciuitatis ex quo tenentur residere in ciuitate/ extra ciuitatē officiū habere nō possent. pro quo dicto vide bo. text. in l. libertus. §. proscriptio. ff. ad municipa. Secundo consideratur incompatibilitas officiorum propter dispositionem iuris: quia scʒ disponit vt aliqua officia simul haberi non possint vt in officijs ecclesiasticis patet. in d. c. Cum singula. de pręben. in .6. Et in officijs secularibus probatur in l. Hac parte. C. de proxi sacro. lib. 12. per quem tex. bene probatur q̧ vbicunq̧ in actu debet interuenire certus numerus personarū/ vnus duorū officio fungi non potest. Et ita etiā tenet Bal. in d. l. domitius. ff. de testa. Tertio attenditur incompatibilitas officiorum/ ꝓpter dignitatem alicui9. Vnde doctor non posset habere officium notariatus: vt est tex. cum glo. & ibi Bar. in l. vniuersos. C. de decu. lib. 10. licet secus sit in licenciato: quia licēciatus non dicit habere dignitatē scdm Bal. in auctē. habita. C. ne filius pro patre. Similiter clericus propter dignitatem sacerdotalem notarius esse nō posset. c. Sicut. ne cle. vel mona. Multa alia singularia dicti in materia officiorum videantur per pręceptorem meū do. Deciū in c. Ex litteris. de proba.

ad cuius [s] pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas/ & compositionis incēsum/ & sacrificiū quod semper offertur/ & [t] oleum vnctionis/ & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet/ omniumq̧ vasorum quæ in sanctuario sunt.

¶ Constituit dominus Moysem super terram excelsam vt comederet fructus agrorum/ vt sugeret/ mel de petra oleūq̧ de saxo durissimo. Deute.32.b.

¶ Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians q̄ præclarus est. Psal.22.b.

¶ Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē: propterea vnxit [v] te deus deus tuus oleo letitiæ præ consortibus tuis. 44.b.

¶ Exhilaret [x] faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet. 103.b.

¶ Corripiet [y] me iustus in misericordia & icrepabit me: oleum [z] autē peccatoris non impinguet caput meum. 140.b.

¶ Oleum [a] effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te. Canti.1.a.

¶ Cætera in verbis Heliseus. 4. Regū. 4. a. Initiū. Eccli. 39. d. Infirmus. Iacobi. 5. c. Pontifex. Leui. 21. b. Et Samuel. 1. Regū. 1. a.

Olim.

¶ Qui propheta dicitur hodie/ vocabatur [b] olim videns. 1.regū.9.b.

¶ Oli putatis q̧ excusem9 nos apud vos corā deo i Christo loqmur. 2.cori.12.f.

Olus.

¶ Granum sinapis minimum est omnibus seminibus. Cū Matth.13.d

s ¶ Ad cuius pertinet curam oleum ad concinnādas lucernas. Ad cuius officiū spectet hodie huiusmodi cura. tex. est in c. 1. de offi. custo. vbi dicitur. Custos ecclesię lampades & laternas in accendendo seu extinguendo peruigil existat; ne aut supra modum lucendo oleum depereat/ aut minus lucendo obscurior sit ecclesia. Hęc ibi.

t ¶ Et oleum vnctionis. Triplex vnctionis oleum quo vtitur ecclesia comperitur. Primum est oleum sanctum siue chrisma/ quod ex oleo puro fit & balsamo: & cū isto benedicunt fontes baptismales & calix & patena/ & consecratur ecclesia & altare: Et puer baptisatur/ & consecratur in fronte seu confirmatur & inungitur. Secūdū dicitur oleū cathecuminorū siue oleum sanctum benedictum. Et de isto vngitur puer in baptismo in pectore & inter scapulas & inungūtur manus eius qui ordinatur sacerdos: & tam ecclesia q̄ altare ante consecrationē: & principes in brachio vel humero. Tertium est oleum infirmorum: quo inunguntur homines in mortis articulo. Hęc probantur in c. vnico. de sacr. vnc. Reliqua dicentur in verbo Vngere.

v ¶ Vnxit te deus tuus oleo lętitię. A christo q vnctus est oleo lętitię pręconsortibus suis dicuntur Christiani/ tanq̄ vncti deriuētur ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguēti cuius nomen oleum est effusum. Ita dicit text. in d. c. Vnico. col. fi. de sacra. vnc.

x ¶ Exhilaret faciem in oleo. Recurre ad verbū Exhilarare.

y ¶ Corripiet me iustus in misericordia. Videatur annotatio in verbo Corripere.

z ¶ Oleum peccatoris nō impinguet caput meum. Dici potest his verbis nos pręmoneri: ne faciles assentatoribus aures exhibeamus. Vnde videatur tex. in c. Sunt nonnulli. 46. dist. de quo in verbo Adulatio.

a ¶ Oleum effusum nomen tuum. Recurre ad tex. allegatum s. eodē. v.

b ¶ Vocabatur olim videns. Dictio olim hoc loco pręteritum tempus respicit: in sequēte vero sententia & pręteritum & pręsens. Vnde aduertat q̧ de propria natura dictionis olim est q̧ pręteritum tempus respiciat. c. Cum olim. & ibi notatur de offi. deleg. & est bo. tex. cum glo. in l. 1. §. 1. ff. de no. ope. nuntia. tamen nonnūq̄ significat tempus pręsens & etiam tempus futurū scdm glo. no. in l. Nec en: ptio. ff. de cotrah. emp. Et per hoc dicit Bart. cum quo alij communiter transeunt in d. l. 1. §. 1. sustinuisse instrumentū in quo notarius dixerat: Titius olim Sempronij filius/ cum tamē pater eius adhuc viueret. Nam dictio olim etiam pręsens tempus denotat: & sic non debet instrumentū corruere. & idem tenet Anto. de Butrio. & Imola in c. ex parte. b. de fo. cōpe. & in d. c. Cum olim. 1. de offi. dele. in dubio tamen instrumentum in quo dicitur. Titius quondam Sempronij/ vel Titius olim Sempronij alio non apparente videtur affirmare/ & probare Sempronium mortuum. Ita voluit notanter Imola post alios. in c. Cum

contra.de pigno.per illum text & fuit originale dictũ Iaco.butri. in l. Cũ aliquis. C. de iure delibe. vbi limitat
respectu earũdem personarũ inter quas confectũ est instrumentũ: per tex. qui bñ probat in l. optimã. C.de con
trahẽ & cõmit.stipu. Quid aũt si Sempronius esset mortuus: sed in instrumẽto non esset posita dictio olim / sed
simpliciter diceretur: Titius filius Sempronij / an per hoc vitiaret instrumentũ (cõmuniter concluditur ꝙ non/
sed suppleret dictio olim. Ita Anto.de Bu. in d.c.ex parte. Et eũ refert & sequitur Alexan.in d.l.1.§.1.in.2. no.
vbi pręmissa ponit. ff. de no.ope.nun.

autem creuerit maius [c] est omnibus oleribus.

ad rõa.14.a ¶Qui [d] infirmus est/olus manducet.

Exodi.15.a. **Omnipotens.** ¶Dominus quasi vir pugnator: omnipotens [e] nomen eius.

Iob.21.b. ¶Quis est omnipotens vt seruiamus ei?

24.a. ¶Ab omnipotente non sunt abscondita tẽpora: qui autem nouerunt eum ignorant dies eius.

34.b. ¶Vere deus nõ condẽnabit frustra: nec omnipotẽs subuertet iudiciũ.

Leui.21.b. **Omnino.** ¶Ad omnẽ mortuũ nõ [f] igredietur omnino põtifex.

Deute.15.a ¶Omnino [g] indigens ac mendicus nõ erit inter vos: vt benedicat tibi dominus deus in terra quam tibi traditurus est in possessionem.

Matth.5.e. ¶Ego dico (ait Christus) nõ iurare [h] omnino: neq; per cœlum/quia thronus dei est: neq; per terram &c. Et supra Iurare.

Luce.11.f. **Onerare.** ¶Vobis [i] legisperitis væ (ait domin⁹) qui oneratis homines oneribus quæ portare non possunt: & ipsi vno digito vestro nõ tangitis sarcinas.

2.esdre.13.b **Onus & Onerosus.** ¶Vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato/ portantes aceruos & onerãtes super asinos vinum & vuas & ficus & omne [k] onus: & inferentes in Hierusalẽ in die sabbati: & cõtestatus sum eos vt in die qua vendere liceret venderent &c.

Psal.37.b. ¶Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & [l] sicut onus graue/grauatæ sunt super me.

Hiere.23.f. ¶Si interrogauerit te populus iste vel propheta aut sacerdos: dicens. Quod est onus domini? dices ad eos (dicit dominus ad Hieremiam) Vos estis onus. Proijciam quippe vos: dicit dominus. Et propheta & sacerdos: & populus qui dicit onus domini: visitabo super virum illum/& super domum eius &c.

c ¶Maius est oĩb⁹ olerib⁹. Olera pomis ac leguminibus comparans Hieronym⁹ de eis ita pmixtim loquit. Olerũ & pomorũ ac leguminũ facilior apparat⁹ ẽ: & arte impendijsq; cocorum nõ indiget/& sine cura sustẽtat humanũ genus moderate sumpt⁹: qa nec auide deuoratur quod irritamẽta gulę nõ habet: & leuiori digestione decoquitur. Hęc sentẽtia Hierony. habetur in ca. Nec tales.in princip.de consecra.distin.5.

d ¶Qui infirmus est olus manducet. Declara vt in verbo Infirmus.

e ¶Oĩpotẽs nomẽ ei⁹. De omnipotẽtia dei loquẽs Augustin⁹ in Enchiridio / dicit. Non ob aliud veraciter deus oĩpotens dicitur: nisi quia quicquid vult potest/nec voluntate cuiuspiã creaturę/voluntatis oĩpotentis impeditur effect⁹. Vel dic: ꝙ deus dicit oĩpotẽs quia oĩa possibilia põt q̃ posse possibile est. In quo excludũtur tria: coactio/ impedimẽtũ/ indigẽtia. Omnino ergo põt / quia non põt cogi: nec põt impediri/ nec indiget adiutore instrumẽti vel materię subiectę. Vnde etiam dicit Hugo de sancto victore in sententijs suis.
Potestas dei duplex est. Alia ad aliquid faciendũ: alia ad nichil patiendũ. Secũdũ vtrunq; de⁹ veraciter omnipo
tens affirmatur: quia nec aliquid est qd ei ad patiendũ corruptionem possit inferre/ nec ad aliquid faciẽdũ im
pedimentũ afferre. Et dicit Augustin⁹ in libro de symbolo: omnipotentẽ deũ dicimus / quia oĩa quecũq; fecit/ de
nichilo fecit. Hoc enĩ est esse oĩpotentẽ: vt nõ solũ mũdi fabrica/sed etiã materia ab ipso inueniat. Ex his patet
plena ratio oĩpotẽtię dei: quę in hoc est ꝙ oĩa possibilia põt quę posse possibile est. & quia omnino potest: hoc est
sine coactione seu passione/ sine impedimẽto sine indigẽtia. Pręmissa omnia ponit Archid. in c. fina.§. Charitas
de peni.distinc.2. vbi etiam textus de omnipotẽtia dei notabiliter loquitur/dicens. Posse peccare (vt Augustin⁹
ait) nõ est aliquid posse/sed aliquid nõ posse. Vnde ille solus vocat omnipotẽs/qui hoc nõ potest: quia oĩa potest
quę posse est aliquid posse. f ¶Nõ ingrediet omnino. Iure humano dictio omnino est dictio pręcisa.
glo.est. in l.1 in verbo Omni. ff.depo. & in l.si cum exceptiõe.§.sed & si quis. quod me.cau. & operatur vt in cõ
trariũ disponi non possit: vt notãter voluit Panor. in c.qualiter & qñ.2.col.5.de accusa.& est glo. in l. Antiquę
in verbo Oĩno credendũ est. C. ad Velleia. Facit qd notat Archi. in c.2.de pactis in.6. vbi (quia dicit ibidẽ text⁹
ꝙ iuramẽtũ oĩno seruandũ est) cõcludit propter dictionẽ oĩno/ ꝙ in contrariũ non petetur absolutio. Aduerte
tamẽ: quia q̃uis dictio oĩno sit pręcisa/non excludit tamẽ laudabilẽ interpretationẽ: vt est textus & ibi Bal. in
l. si. in verbo Oĩno obseruetur. C. de cõtra.emp. iuncta l.si libertus.de ope.liber. Vide do. Deciũ in c. Proposui
sti.col.3.de pba. g ¶Omnino indigẽs & mendicus non erit inter vos. Recurre ad verbum Mẽdicus.
h ¶Omnino nõ iurare. Circa hęc verba aduertat/ꝙ dictio oĩno qñq; sonat quoad omnẽ sui partẽ. c. si reli
giosus: ibi. virib⁹ vacuet oĩno.de elec. in.6. qñq; insolidũ. vt in Auctẽn. de duo.reis. in prin. & in c. pposuit. de
filijs psbyte. Aliqñ omnino. i. simpliciter & sine omni pactione & conditione.c. ex parte.2. de offi.deleg. Aliqñ
oĩno. i. nullomodo. l. in naue saufelli. ff. loca aliqñ oĩno. i. sine distinctiõe. l. vbi aũt.§. hęc stipulatio. ff. de verbo.
obliga. Et aliqñ oĩno. i. ex leui causa: Et ita sumit hic put pbat in c. Et si Christus. de iureiu. Cętera quę pro
declaratiõe istorũ verborum dici possent videatur in verbo Iurare. i ¶Vobis legisperitis vę &c. Pro
declaratiõe hui⁹ sentẽtię est no. text⁹ Augustini in c. Oĩa.12. dist. de quo videatur in verbo Legisperitus.
k ¶Omne onus. Idest omne põdus. Et sic etiã onus p põdere sumit in iure humano/dũ dicit. Seruitutem
vrbani prędij esse vt domus vicini onera dom⁹ vicini sustineat.§. prędiorũ. insti. de seruitu. rustico. prędio.
l ¶Sicut onus graue grauatę sunt super me. Vide quod dictum est in verbo Iniquitas.

¶ Onus domini vltra non memorabitur : quia onus erit vnicuiq; ser- mo suus. Hiere.23.g.

¶ Alligant [m] onera grauia & importabilia: & imponunt in humeros hominum. Digito autem suo nolunt ea mouere. Matth.23.a.

¶ Cum essem apud vos (ait Paulus) & egerem/ nulli onerosus fui. 2.cori.11.c.

¶ Alter [n] alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. ad gala.6.a

¶ Vnusquisq; [o] onus suum portabit. 6.b.

¶ Cætera in verbo Iugum. M...ch.11.d.

Operari Operans & Operatus.

¶ Tulit dominus deus hominẽ/ & posuit eum in paradisum voluptatis : vt operaretur & custodiret illum. Gene.2.e.

¶ Sex [p] diebus operaberis/ & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum domini dei tui est &c. Exodi.20.b

¶ Declinantes [q] autem in obligationes/ adducet dominus cum operantibus iniquitatem pax super Israel. Psal.124.a.

¶ Quasi per risum stultus operatur scelus. prouerb.10.d

¶ Pauor his qui operantur malum. eodem.

¶ Qui [r] operatur terram satiabitur panibus : qui autẽ sectatur otium stultissimus est. 12.b.

¶ Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. 13.a.

¶ Dulcis est somnus operãti/ siue parum siue multum comedat. Saturitas [s] autem diuitis non sinit eum dormire. Eccles.5.c.

¶ Q uodcũq; facere potest manus tua/ instãter operare: quia nec opus nec ratio nec sapiẽtia nec sciẽtia erũt [t] apud inferos/ quo tu properas. 9.c.

¶ Non lædas seruum tuum in veritate operantem : neq; mercenariũ dantem animam suam. Eccli.7.c.

¶ Pater [v] meus vsq; modo operatur & ego operor. Ioan.5.c.

¶ Operamini nõ cibum qui perit/ sed qui permanet in vitam æternã: quem filius hominis dabit vobis. 6.c.

¶ Me oportet operari opera eius qui misit me : donec dies est : venit [x] nox quando nemo potest operari. 9.a.

m ¶ Alligant onera grauia &c. Tales sunt sacerdotes etiã nũc qui omnẽ iustitiã populo mãdãt/ & ipsi nec modicam seruant: videlicet non vt faciendo sint/ sed vt dicendo appareant iusti. Tales sunt q graue pondus venientibus ad pœnitẽtiã imponũt: quia dicũt & non faciũt. & sic dum pœna pręsentis pœnitẽtię fugitiua/ contẽnitur pœna peccati futura. sicut em̃ si fascem super humeros adolescentis/ quem non potest baiulare posueris: necesse habet vt aut fascẽ reijciat aut sub pondere confringat. sic & homo cui graue põdus pœnitẽtię imponis/ aut pœnitẽtiam reijciet/ aut suscipiens (dũ sufferre nõ põt) scãdalisatus amplius peccat. deinde & si erramus: modicã pœnitentiã imponẽtes: nonne melius est propter misericordiã rationẽ reddere: q̃ ppter crudelitatem: vbi em̃ paterfamilias largus est/ dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus vt quid sacerdos eius austerus vult apparere? Pręmissa oia (quę sunt Chrysostomi) habent in c. Alligant.26. quęsti.7.

n ¶ Alter alterius onera portate. Idẽ suadet tex. istã sentẽtiam cõtinens in c. ponderet.50. distinc. Potest autem circa hanc sentẽtiã notari textus in ca. vt singulę circa me. de offi archipręs. vbi dicitur. Non cõtẽdat episcopus plebem nõ egere archipr̃sbytero quasi ipse eam gubernare valeat: qa si valde idoneus sit/ decet tamẽ vt sui onera partiatur. Hęc ibi. Et facit tex. in c. Mãdata in princip. de pręsump. dũ ibi dicit. Mandata cœlestia efficacius gerimus. Si nřa cũ fratribus onera partiamur.

o ¶ Vnusqsq; onus suũ portabit. Textus est circa hanc apostoli sentẽtiã notandus in c. forte. 23. quęst.4. vbi dicit. Forte i populo dei stat iuxta te Auarus/ Raptor/ Inhians rebus alienis quem nosti talẽ & fidelis est/ vel potius infidelis vocatur nõ eum potes de ecclesia pellere. Non habes aliquem aditum castigando & corripiendo illum corrigere? accessurus est tecum ad altare. Noli timere: Vnusquisq; onus suũ portabit. Sed quomodo (inquis) ferrẽ quem noui malum? Nõne melius est vt ipsum ferres/ q̃ te foras efferres? Ecce quomodo ferres: attende apostolum dicentem. Vnusquisq; onus suum portabit/ Liberet te ista sententia. Hęc ibi. Et idem probatur in c. si quis a catholica. ca. cau. & quęst.

p ¶ Sex diebus operaberis. Intellige de diebus artificialibus secernendo scilicet noctes a diebus : non autem de naturalibus. Dies enim ad operandum/ nox ad quiescendum inuenta est. Vnde & dici solet in iure humano: q; opera proprie dicitur diurnum officium. text. est in l.1. ff. de ope. liber. Operę tamen nocturnę etiam dici possunt operę vt est bo. text. in l. duorum. in verbo operas custodię comus. ff. eodẽ. per quem textum ita dicit Bar. in l. si non sortem. §. Libertus. colum.3. vers. iuxta hoc quęro. ff. de condi. indeb. vbi Bar. & moderni plene discutiunt materiam operarum.

q ¶ Declinantes in obligationes adducet dominus &c. Recurre ad verbum Obligatio.

r ¶ Qui operatur terram satiabitur panibus. Iuxta literalem sensum huius sententię notetur quod dicit glo. reputata singularis in l. Quoniam. in verbo sumptus. C. de testib. scilicet q; laboratores debent ali/ sed non eorum instrumenta emendari. In hoc tamen: an scilicet ad alẽdos eos teneamur/ qui nobis operantur? Inspcienda est imprimis consuetudo regionis: qua non apparente/ non tenemur eos alimentare: nisi aliud fuerit conuentum: quia in dubio censetur actum/ vt de mercede que eis datur se alimentent. l. suo victu. ff. de ope. liber. Si tamen aliquis operaretur gratis: deberet alimentari. facit l. in rebus. §. possunt. ff. commo. Ita concludit Bar. in l. si non sortem. §. libertus. super glo. ma. ff. de condi. inde.

s ¶ Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Recurre ad verbum Diues.

t ¶ Erunt apud inferos. Declara vt in verbo Inferus.

v ¶ Pater meus vsq; modo operat/ & ego operor. Quia pater & filius vnũ sunt. i. Vnus deus. sicut pater quotidie operat in administratiõe & cõseruatione rerũ: sic etiã filius facit. c.2. col.2. de sum. tri.

x ¶ Venit nox quãdo nemo põt operari. Nox hęc/ est nox infernalis: in qua nemini licet seu vtile est operari/ prout nec ardẽti diuiti licuit vel vtile fuit. Ibi em̃ tantũ est tempus recipiẽdi. c. In pręsenti seculo. 13. q.2.

y ℭ Sed secundum debitum. Non tibi blandiaris(dicit Augustinus)de meritis/cũ tibi reddi mercedẽ secũdum debitũ operis audis:tanq̃ non sit in opere gratia retribuentis:sicut est in fide gratia iustificantis. Vix enĩ suadeo vllum dici opus ex debito remunerationem dei deposcere:cum etiam hoc ipsum ꝙ agere aliquid possum⁹ vel cogitare vel proloqui/ipsius dono & largitiõe faciamus. Hęc sententia est glosę or. Augustinum citantis/& Archidiaconus idẽ sentit in c. Nabuchodonosor.col.2.23.quęst.4. z ℭ Maxime ad domesticos fidei. Recurre ad verbum fides vbi facta est istis verbis diffusa annotatio.

ad rõa.14.a ℭEi qui operatur/merces non imputatur secundũ gratiam sed y secũdum debitũ.ei vero qui non operatur/credenti autẽ in eũ qui iustificat impium:reputatur fides eius ad iustitiã/secũdũ propositũ gratiæ dei.

1.cori.4.c. ℭVsq; in hanc horam & esurimus & sitimus / & nudi sumus & colaphis cædimur / & instabiles sumus & laboramus operantes manibus nostris.

ad gala.6.c ℭDum tempus habemus operemur bonum ad omnes / maxime [z] ad domesticos fidei.

ad phi.2.b. ℭCharissimi mei sicut semper obedistis:non in præsentia mei tantũ/ sed multomagis nunc in absentia mea:cum metu & tremore vestram salutem operamini.

ad colo.3.d. ℭQuodcũq; [a] facitis ex animo operamini/sicut domino & nõ hominibus:scientes ꝙ a domino accipietis retributionem hæreditatis.

1.thessa.2.b ℭMemores facti estis fratres laboris nostri & fatigatiõis: nocte & die operantes/ne quẽquã vestrum grauaremus.

2.regũ.24.b **Optio.** ℭHæc dicit dominus. Trium [b] tibi datur optio:elige vnũ quod volueris:vt faciã tibi. Et diffusius supra in verbo Dauid.

Gene.2.a. **Opus.** ℭCompleuit [c] deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere/quod patrarat.

Psal.89.d. ℭRespice domine in seruos tuos:& in opera tua:& dirige filios eorũ.

103.c. ℭExibit [d] homo ad opus suũ/& ad operationẽ suam vsq; ad vesperã.

puer.10.c. ℭOpus iusti ad vitam:fructus autem impij ad peccatum.

14.c. ℭIn omni opere bono erit abundantia.

18.b. ℭQui mollis & dissolut⁹ est i opere suo/frater est sua opera dissipãtis.

22.d. ℭVidisti virum velocem in opere suo : coram regibus stabit / nec erit ante ignobiles.

24.c. ℭPræpara [e] foris opus tuum : & diligenter exerce agrum tuum : & postea [f] ædifices domum tuam.

Ecclẽs.3.c. ℭDeprehendi nichil esse melius/q̃ lætari hominem in opere suo.

Eccli.5.d. ℭ Operamini opus vestrum antẽ [g] tempus : & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

a ℭ Quodcunq; facitis/ex animo operamini. Astipulaẽ huic sentẽtię qd alibi dicit Apostolus. & habet in c. Iam vero. in princip.23. quęsti. 6. vnusquisq; prout destinauit i corde suo : det nõ ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim datorẽ diligit deus.

b ℭ Triũ tibi datur optio. De optione pœnarum dictũ ẽ in istorũ verborũ annotatiõe in verbo Dauid. Extra pœnas autem qñ vnius rei prophanę ex plurib⁹ eligendę datur optio/ quid agi debeat : & quomodo ius optãdi cõsummetur / tractãt legistę. & ibi est bo. text⁹ in.l.2.ff.de opti.le. & in discursu dicti tituli diffuse habetur de hac materia. Quantũ aũt ad optionem rei spiritualis vt beneficij/notãda omnino est celebris constitutio Bonifacij octaui quę est hęc. Cum i ecclesia in qua consuetudo habetur ꝙ antiquiores canonici gradatim meliores/si voluerint possint cũ vacant per se vel per alios optare pręchendas: prouideri mandamus alicui de pręchenda : nulli alij de iure debita proximo inibi vacatura / huiusmodi non obstante mandato:poterunt ipsi antiqores iuxta consuetudinem eandem optare cum prębẽda vacabit : & illa quę optata non fuerit/ si nulli sit debita erit illi pro quo scripsimus conferenda. In pręchendis vero apud sedem apostolicam vacãtibus: cum de ipsis per Ro.pon. ordinatur/locus prędictę consuetudini non existit: neant pretextu eiusdem consuetudinis prouisiones auctoritate apostolica faciendę vltra debitum differantur/statuimus: vt executores super ipsis prouisionibus deputati optare volentes p viginti dies duntaxat expectẽt:quib⁹ elapsis libere in non optatis ad exequenda sibi mandata procedant/ prędicta consuetudine non obstante. Pręmissa constitutio habetur in c.si. de consuetu. Circa quam potest videri quod dicunt do. de ro. in deci. suis. deci. 19. in ti. de pręben. in fi. & quod ibidem scribitur per Archi. Dominicum/ & Philip. Francũ. Vltimo in hac materia optiõis notetur facetum dictũ Hostien. in c.2. in verbo Meliores. de offi. custo. vbi dicit. Qui bene videt/ & cum possit optare male eligit scienter. Mala gutta oculum crepet ei secũdũ vulgare prouerbium prouincialium/ vel iustũ est ꝙ pœniteat iuxta prouerbium terrę meę. Vnde versus Qui meliora videt:si deteriora sibi det: Vltio digna dei/ lumina tollat ei. Hęc Hostien. c ℭ Compleuit deus die septimo opus suum quod fecerat. Dicit compleuit deus: & nõ compleuit pater:quia licet mũdi creatio attribuatur patri in symbolo propter potentiam quę ei attribuitur: tamẽ attribuitur etiam filio & spirituisancto. quia opera trinitatis sunt indiuisa. c. fi. in fi. de consecra. distinc. 3. & d. c. 1. de sum. tri. d ℭ Exibit homo ad opus suum/ &c. Recurre ad verbum Exire.

e ℭ Prępara foris opus tuum &c. Pręparato opere agrum diligenter exercere/ est cuulsis iniquitatis sentibus/actionem nostram ad frugem retributionis excolere. Hęc declaratio est glosę ordina. Circa quam videatur textus in c.1.§. in his omnibus. de pœni. distinc. 5. vbi post nostram a pręteritis lapsibus emendationem/ suadet Augustinus mentem diligenter excolendam : & a multis etiam licitis abstinendum:cogitando ꝙ in libertate arbitrij/multa commissa sunt illicita.

f ℭ Et postea ædifices domum tuam. Recurre ad verbum Diligenter.

g ℭ Ante tẽpus: scilicet iudicij. Vt sic in tempore iudicij/ detur vobis merces vestra. Alioqui nullis eam

sanctorum precib⁹ poteritis obtinere.d.c.In presenti.13.questi.2. h ℭ Opus suū probet vnusquisq &c. Idest qui conscientiam boni operis habet: non debet de hoc apud alium gloriari: & laudem suam foras fundere: sed in semetipso humiliter gloriari.i.vt deus qui in eo est: sit gloria eius: & nichil aliud. hanc declarationem(que est.glosarum ordi.& interlinearis)sensit.Archid.in c.Adijcim⁹.in verbo Gloriet.16.questi.1.

i ℭ Si quis episcopatū &c. Recurre ad verba desiderare:& episcopatus. & ibidem dictis addatur dictū Panor.in c.1.in fi. de cleri. non residentibus. vbi dicit: quod non est conferendus episcopatus propter redditus lucrifaciendos: sed propter onus & curā vt pluribus possit proficere. & ideo dicit apostolus. Qui episcopatum desiderat/ bonum opus desiderat. Pondera verbum opus:sonat enim in laborem & sollicitudinē & curam. Hec Panor.

ℭ Ecce vos estis ex nichilo:& opus vestrum ex eo quod non est. Esaie.41.f.

ℭ Vniuscuiusq opus manifestum erit. 1.corin.3.c.

ℭ In omnibus semper omnem sufficientiā habētes/ abūdetis in omne opus bonum. 2.cori.9.b.

ℭ Opus [h] suum probet vnusquisq :& sic in semetipso tātum gloriam habebit:& non in altero. ad gala.6.b

ℭ Si quis [i] episcopatum desyderat/bonum opus desyderat &c. Et supra Episcopus. 1.tio.3.a.

ℭ Vbi zelus & contentio/ibi inconstantia:& omne opus prauum. Iacobi.3.d.

ℭ Cætera in verbis Dies. Leuiti.23.e. Fraudulenter. Hiere.48.b.& Mercenarius. Leui.19.b.

Opera pluraliter:& Operarius.

ℭ Opera dei reuelare: & confiteri/honorificum est. Tob.12.b.

ℭ Verebar [k] omnia opera mea (ait Iob) sciēs quod nō parceres deliquēti: si autem & sic impius sum:quare frustra laboraui. Iob.9.d.

ℭ In operibus [l] manuum suarum comprehensus est peccator. Psal.9.c.

ℭ Da eis secūdū opera eorū:& secundū nequitiā adinuētionū ipsorū. 27.b.

ℭ Quā magnificata sunt opera tua domine:omnia in sapientia fecisti. impleta est terra possessione tua. 103.c.

ℭ Opera manuum tuarum domine ne despicias. 137.b.

ℭ Ex studijs [m] suis intelligitur puer : si mūda & recta sint opera eius. puerb.20.b

ℭ Omnia opera quæ fecit deus perseuerant in æternum. Non possumus eis quicq addere/nec auferre quæ fecit deus:vt timeatur. Quod factum est ipsum permanet : & quæ futura sunt iam fuerunt: & deus instaurat quod abijt. Ecclēs.3.c.

ℭ Comede [n] in lætitia panem tuum:& bibe cum gaudio vinum tuū: quia deo placent opera tua. 9.b.

ℭ Noli [o] citat⁹ esse ī lingua tua: & inutilis & remissus ī operib⁹ tuis. Eccli.4.d.

ℭ Ne oderis laboriosa opera : & rusticationem creatam ab altissimo. 7.b.

ℭ Omnis misericordia facit vnicuiq locū secūdū meritū operū suorū. 16.b.

ℭ Operarius [p] ebriosus non ditabitur : & qui spernit modica paulatim decidet. 19.a.

ℭ Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Luce.13.e.

ℭ Quid faciemus/vt operemur opera dei? (dixerūt Iudei ad Christū) quibus respōdit. Hoc est opus dei/vt [q] credatis in eum: quē misit ille. Ioan.6.d.

ℭ Opera quæ ego facio hæc [r] testimonium perhibent de me. 10.e.

ℭ Si quis venit ad vos:& hanc doctrinam nō affert:nolite recipere eū in domum:nec aue [s] ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue communicat operibus [t] eius malignis. 2.Ioā.2.c.

ℭ Cetera in verbis Credere.Ioā.10.g. Cōuenire.Matth.20.a.Fides.

k ℭ Verebar omnia opera mea. Bona etiam opera his qui vere volūt deo placere/timēda sunt: quia duo in bonis timēda interuenire possunt. Desidia scilicet/& fraus. desidiā facit minor amor dei. fraudē propri⁹ amor sui: dū pro bene actis tacita humani cordis gratia/ vel fauoris aura/vel quelibet res exterior desideratur. sed beatus qui excutit manus suas ab omni munere cordis. manus & oris. Pro hac declaratiua sententia Gregorij facit c.2. de offi. Archi. vbi monetur Archipresbyter vt officiū sibi incumbens digne/ sancte ac laudabiliter exerceat : verens illam sententiam. maledictus / qui facit opus domini negligenter. Secundo tex. in c. sunt nonnulli.1. questi. 1. vbi ponitur illa sententia. Beatus qui excutit manus suas ab omni Munere.

l ℭ In operibus manuum suarum comprehēsus est peccator. In operibus manuum suarū peccator comprehenditur : quando in peccatis perseuerans:nulla apparente cordis contritiōe:mors te percipit. Pro quo non esse ab ecclesia orandum statuit cōcilium Brachucēse. vt legit in c. placuit 23. q.5. de quo ī verbo Desperatio in.1.anno.

m ℭ Ex studijs suis intelligit puer. Recurre ad verbū Puer.

n ℭ Comede in letitia panē tuū &c. Declara bifariā/ vt in verbo Gaudium.

o ℭ Noli esse citat⁹ in lingua tua. Citat⁹ fuit Petr⁹ in lingua sua: dū dixit. Si oēs scādalizati fuerint in te: ego nūq scādalizabor/& iusto dei iudicio inutilis ac remissus: dū fœminea exterrit⁹ interrogatiōe/ dñm suū nō extimuit abnegare. c. imitare Petrū.6.q.1. p ℭ Nō ditabit. Alias non locupletabitur. vt .s. in verbo Ebriosus. vbi facta est annotatio. q ℭ Vt credatis in eū/ quē misit ille. Idest vt ea faciatis/ q facīēda pcepit: quē misit ille. Credere em̄ in Christū/ est ea ei⁹ intuitu facere: q ipse faciēda mādauit. glo. est in c. Prima igit. in glo. fi. de cōsec. dis.4. r ℭ Hec testimoniū phibēt de me. Sīlis ē snia in c. Quod dei timorē. in prin. de si. mona. & ibi Panor. notat: quod ex operib⁹ colligit bonū alicui⁹ testimoniū. Bona em̄ opera indicāt bonitatē operātis. Et ideo dicit ibidē Hostiē. quod opus laudat magistrū. vñ Io. x. Si michi nō vultis credere: operib⁹ credite. Hec Host. s ℭ Nec aue ei dixeritis. Recurre ad verbū Aue. t ℭ Operib⁹ ei⁹ malignis. Opera

maligna obtenebrant opera bona pręterita: quę tamen (facta de operibus malignis pœnitentia) reuiuiscũt ad pręmiũ: sicut & mala/ quæ succrescentibus bonis operibus/ per pœnitentiam delentur: relicta pœnitentia/ & accepto ad priora mala recidiuo: reuiuiscunt ad supplicium. prout hæc probantur in c. fi. de pœni. distin. 4.
v ℭ Oppidum. Oppidum ab opere dicitur: ꝙ eius rei causa mœnia sint constituta. tex. est ita dicens in l. pupillus §. oppidum. ff. de verbo. signi. vnde videtur: ꝙ apellatio oppidi cõprehendat omnem villam muris val

Iacõ. 2. d. Lex. ad Rõa. 3. c. Lucere. Matth. 5. b. & Merces. Iaco. 5. a.

Oppido. ℭRecurre ad verbum Esau. Gene. 25. d. & ad verbum Loth. Gene. 19. a.

Iudicũ. 19. c **Oppidum.** ℭNon ingrediar oppidum[v] gentis alienæ/ quæ nõ est de filijs Israel: sed transibo vsqꝫ Gabaa.

2. para. 26. a ℭAedificauit Ozias oppida in Azoto & in Philistim: & adiuuit eum deus contra Philistim & cõtra Arabes: qui habitabant in Gurbaal.

Matth. 4. d **Opinio.** ℭAbijt[x] opinio (Iesu) in totam Syriam.

Math. 24. a ℭAudituri estis pręlia (ait Christ⁹ ad discipulos) & opiniones[y] pręliorũ: videte ne turbemini &c. Et supra aduentus.

Psal. 40. a. **Opis.** ℭDomine opẽ[z] ferat ei super lectũ doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

puerb. 3. b. **Opes.** ℭMelior est sapientia cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur/ huic non valent comparari.

puer. 23. a. ℭNe[a] erigas oculos tuos ad opes/ quas non potes habere: quia faciẽt sibi pennas quasi aquilæ: & volabunt in cœlum.

Ecclẽs. 5. c. ℭVbi multæ sunt opes: multi & qui comedunt eas.

Ecclĩ. 9. c. ℭNon zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio.

Iob. 16. c. **Opulentus.** ℭEgo ille quondam opulentus (dicit Iob) repente contritus sum.

Amos. 6. a. ℭVę vobis[b] qui opulẽti estis in Syon: & confiditis in mõte Samarię.

Eze. 13. a. **Opponere & Oppositio.** ℭNõ ascẽdistis[c] ex aduerso: neqꝫ opposuistis murum pro domo Israel/ vt staretis in pręlio in domo domini.

1. tio. 6. d. ℭO Thimothee depositum custodi/ deuitans prophanas vocum nouitates: & appositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.

latam: etiam si episcopũ habeat. Est enĩ oppidũ genus/ aptum comprehẽdere ciuitatẽ/ vel castrũ. probatur in proœ. digestorũ §. illud. vltimo/ iũctis. l. 1. §. Si autem. ff. de ope. no. nũcia. & l. 2. C. de sũ. tri. & fi. ca. & d. §. oppidũ. ꝑ quos text. ita dicit Alex. in d. §. si autẽ in prin. appellatione tñ oppidi/ nõ veit villa muris nõ vallata. l. vrbana. ff. de verb. signi. proprie aũt oppidũ dicit/ terra murata nõ habens epm. Ita Bal. in l. 1. C. Quę sit longa consue.

x ℭ Abijt opinio Iesu in totã Syriã. Opinio. i. fama. Sumunt enĩ ꝓ eodẽ fama/ opinio/ & æstimatio. glo. est. in l. 1. in fi. C. ex q. cau. infa. irro. Quandoqꝫ tñ opinio aliter sumit: vt dicet annotatiõe proxima.

y ℭ Opiniones pręliorũ. Idest diuersas sententias/ quibusdã. s. signa obuẽtura futurorũ ostẽdere pręliorũ magnitudinem dicentib⁹: Alijs vero ea signa aliter interpretantib⁹. hæc declaratio ẽ de Lira. Circa quã aduertat ꝙ vbi circa aliquã dubietatem repertũtur opiniones diuersæ/ illa opinio est sequẽda q̃ est cõis: seu q̃ a pluribus teneri repit. Ita Panor. i c. Tua nos de v̄su. in c. Prudentiã. de offi. dele. in c. Quęrẽti. co. ti. in c. Nouimus. de verb. sig. in c. Cũ sint. de deci. i c. 2. de cog. spiritu. i c. Veniẽtes. de cẽsibus. & in c. 1. de cõstitu. Et ꝑ hoc est bo. tex. in l. 1. §. fi. ff. de sena. & i c. ex parte. 1. & ibi Panor. de spõsa. Istud verũ nisi opinio alicui⁹ particularis inniteret meliorib⁹ fundamẽtis & maiori æqtate quia tũc ꝓferẽda esset etiã opinioni cõmuni bo. est text. in l. 2. versi. sed neqꝫ ex multitudine doctorũ. C. de vete. iu. enucle. per quem ita Io. An. & Panor. in d. ca. 1. de consti. Istud est verũ nisi ageret de mr̃imonio sustinẽdo. tũc enĩ opinio singularis faciens ꝑ mr̃imonio ꝓfertur cõi contra mr̃imoniũ: nisi cõis haberet quasi textũ pro se/ dictũ est singulare Hostien. qd ibi refert Panor. in d. c. 2. de cog. spiri. Quomodo aũt cognoscat opinio cõis & de alijs quæ hic dici posset. vide per Fely. in d c. 1. col. 19. & seq. de cõsti.

z ℭ Opẽ ferat ei. Dñs ac redemptor noster vere ac proprie dicit opem nobis ferre. quandoquidẽ Auxilio nobis est vt bene agamus. Non aũt vt delinquamus. notat glo. in c. Conuertimini. de pœni. dist. 1. Is aũt vere fert opẽ/ qui ad bene agendũ nos adiuuat. non aũt qui adiuuat ad delinquendũ. Tametsi enĩ talis dicatur ferre opem ad delinquendũ vt probat tex. in l. Is qui opem. ff. de furtis. & in §. ope. insti. de obliga. quę ex delic. nas. tñ non dicitur simpliciter opẽ ferre. Bon⁹ ẽ tex. in c. 1. versi. Illud vero. 14. q. 6. vbi dicit. Illud fidelissime dixerim eũ qui pro homine adhoc interuenit ne ablata male restituat sociũ esse fraudis & criminis. Nã misericordi⁹ opem nostrã talibus subtrahimus: q̃ impendim⁹. Non enĩ opem fert q ad peccandũ adiuuat/ at poti⁹ nõ adiuuat sed obuiat subuertẽdo atqꝫ opprimẽdo. Hęc ibi.

a ℭ Ne erigas oculos ad opes quas non potes habere &c. Dici potest hac sententia nos pręmoneri ne secretiora dei inani quadã curiositate scrutari laborem⁹: nobis dubio ꝓcul persuadẽtes. ꝙ quo erimus ad ea scrutãda sollicitiores/ eo reddemur hebetiores. Scriptũ quippe est: ascendet homo ad cor altũ/ & exaltabitur deus. glo. est. ita sentiens in c. de sum. tri. & facit tex. in cap. Dum sanctam. in fi. de pœni. distin. 2. dum ibi dicitur. tanto deus a nobis sublimior ostenditur/ q̃to noster animus a rebus infimis separatur.

b ℭ Væ vobis qui opulenti estis. De bonis & malis diuitibus. vide qd dictum est in verb. Diues

c ℭ Non ascendistis ex aduerso &c. Pro huius declaratione sententiæ notandus est bonus textus. in cap. 1. colum. 1. 43. distinct. vbi pręmisso: ꝙ aliqui sunt pręlati qui humanam gloriam amittere formidantes/

loqui libere recta pertimeſcunt: de quibus dicitur in Eſaia. Canes muti non valentes latrare. ſubiungitur. Hic dñs dicit in Ezechiele Non aſcẽdiſtis ex aduerſo/ neq; poſuiſtis vos murũ pro domo Iſrael vt ſtaretis in prelio in die domini. Ex aduerſo quippe aſcendere/ eſt pro defenſione gregis voce libera poteſtatibus contraire. Et in die domini in prelio ſtare: eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. paſtorem enim recta timuiſſe dicere/ quid eſt aliud q̃ tacendo terga præbuiſſe/ qui nimirum ſi pro grege ſe obijcit/ murum ſe pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hæc ibi.

Oportere.

ℭCœpit Chriſtus docere diſcipulos/ quoniam oportet [d] filiũ hominis multa pati: & reprobari a ſenioribus/ & a ſummis ſacerdotibus/ & ſcribis: & occidi: & poſt tres dies reſurgere. Marci.8.d.

ℭPer multas tribulationes oportet [e] nos intrare in regnum dei. Actuũ.14.d

ℭCætera in verbis Corpus.2.ad Cori.5.c. Epiſcopus.1.ad Timo.3.b. & ad Titum.1.b. Hæreſis.1.ad Corin.2.d. Iheſus. Lucæ.2.g. Et Orare. Lucæ.18.a. & ad Roma.8.e.

Opportunus. Opportune & Opportunitas.

ℭFactus eſt dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus/ in tribulatione. Pſal.9.b.

ℭLetatur homo i ſentẽtia oris ſui: & ſermo [f] opportunus eſt optim9. puerb.15.c

ℭOmni negocio tempus eſt: & opportunitas. Ecclẽs.8.b.

ℭInſta [g] opportune: importune: argue: obſecra: increpa in omni patientia/ & doctrina. 2.timo.4.a

ℭCætera ſupra in verbo Auxilium. Ad Heb.4.d. & in verbo Diluuium. Pſal.5.b.

Opprimere & Opprimens.

ℭNon facies calũniam proximo tuo: nec [h] vi opprimes eum. Leui.19.c.

ℭNon te ſuperet ira: vt [i] aliquem opprimas. Iob.36.c.

ℭBene conſurgit diluculo/ qui quærit bona: qui autem inueſtigator malorum eſt opprimetur ab eis. puerb.11.d.

ℭNoli eſſe ſicut leo in domo tua/ euertens domeſticos tuos: & opprimens ſubiectos tibi. Eccli.4.d.

ℭEro teſtis velox maleficis/ & adulteris/ & periuris: & qui calũniãtur mercedẽ mercenarij: & humiliant viduas/ & pupillos: & opprimũt [k] peregrinum: nec timuerunt me: dicit dominus exercituum. Mala.3.b.

ℭNonne [l] diuites per potentiam opprimunt vos: & ipſi trahunt vos ad iudicia? Iacobi.2.b.

ℭCętera i verbo Dux. puerb.28.d. & i verbo Maieſtas. puerb.25.d.

Opprobrium.

ℭEgo ſum vermis/ & non homo: opprobrium hominum/ & abiectio plebis. Pſal.21.b.

ℭSuper omnes inimicos meos factus [m] ſum opprobriũ vicinis meis valde & timor notis meis. Pſal.30.c.

ℭPoſuiſti nos opprobriũ vicinis noſtris: ſubſannationem & deriſum his/ qui in circuitu noſtro ſunt. Pſal.43.c.

ℭAufer a me (dñe) opꝓbriũ/ & cõtẽptũ: quia teſtimonia tua exq̃ſiui. Pſal.118.c.

d ℭOportet filiũ homĩs &c. Verbũ oportet non videtur hoc loco neceſſitatem pręſignare. poterat enim humani redẽptio generis ſine filij dei paſſione contingere Et ita etiam in iure humano verbum oportet nonnunq; ſumitur: vt. ſ. nõ neceſſitatẽ: ſed poti9 quandam decentiam ſeu honeſtatẽ ſignificet. tex. eſt cum glo. in c.1.25. q.1. & in l.1. circa prin. ff. de iuſti. & iure. & in ca.1.19. quęſt.1. Et eodẽ modo verbũ debet quod de ſe eſt neceſſitatiuũ/ quãdoq; meram deſignat voluntatem. etiã quod pl9 eſt ſi adiungatur dictioni ꝓciſe: vt quis dicatur omnino debet. Nam nihilomin9 ratione ſubiectę materię poterit nõ neceſſitatem/ ſed voluntatem importare. tex. ẽ ſoleunis cũ glo. fi. & ibi notat Panor. in ca.1. de deſpõſa. impube. Et ita etiam tenet per illũ textum do. meus Iaſon in d.l.1. in pri. col. fi. ff. de iuſti. & iure.

e ℭPer multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Idem tex. i c. Saluator. 1. quæſt.3.

f ℭSermo oportunus eſt optimus. De ſermone oportuno eſt bo. tex. in ſępe allegato. ca. In mandatis.43. diſt. & i c. fi. §. pariter. eadẽ diſ.

g ℭInſta oportune importune. Dictur9 importune pręmiſit oportune: quia. ſ. apud auditoris mentem ipſe ſua vtilitate ſe deſtruit/ ſi habere importunitas oportunitatem neſcit. tex. eſt ita hęc verba declarans in c.1. in fi.43. diſtin.

h ℭNec vi opprimes eum. Oppreſſio proprie fieri dr̃ a potentiorib9 in pauperes contra iuſtitiæ veritatem. facit bo. tex. in c. Pauper. in princip.11. quęſt.3. de quibus oppreſſis loquens tex. in c. Omnis oppreſſus.2. quęſt.6. dicit. Omnis oppreſſus libere ſi voluerit ſacerdotum appellet iudiciũ & a nullo ꝓhibeatur: ſed ab his fulciatur & liberetur & audiatur. Hęc ibi. Qui tex. ꝓcedit etiam i laico oppreſſo per laicũ. nam adhuc tali caſu poteſt recurri ad iudicem eccleſiaſticũ ſaltem in ſubſidium. hoc eſt in defectum iuſtitiæ ſecularis. tex. eſt in c. Licet ex ſuſcepto. verſi. liceat tamen. de fo. compe.

i ℭVt aliquẽ opprimas. Eſt enim opprimenti q̃ pernicioſiſſima omnis oppreſſio dicente Hiero. in Eſaia. & habetur in c. Omnis iniquitas. de pœni. diſt.1. Oĩs oppreſſio & iniuſtitia iudiciũ ſanguinis eſt.(dicit gl.) ita punitur ſeu digna eſt puniri vt homicidiũ: quia vtrunq; ſufficit ad damnationem. Hęc ibi.

k ℭEt opprimũt peregrinũ. Q; pegrinis ab hũanis iurib9 ſuccurrat ne opprimãt: dicet i verb. Peregrin9.

l ℭNonne diuites per potentiam opprimunt vos. Vſu plerunq; venire videmus: vt a diuitibus pauperes opprimantur. facit tex. in cap. Officij. in fi. de elec.

m ℭOpprobrium factus ſum. Aduertatur pro hac & ſequentibus ſententijs q; triplex reperitur opprobrium: quoddam eſt opprobrium contumeliæ: de quo in pſalmo. Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris;

& isto contenitur quis ab hominibus. Quoddã est opprobriũ culpæ: & isto cõtemnitur a deo & ab angelis eius Tertiũ est opprobrium exterioris pœnæ: & istud aliquando est appetibile & venerabile: vt quando fit ad probationem/vt in Iob. aliquando conteptibile: vt quando fit ad initiũ pœnę perpetuę. vt in c. Ignis. de pœni. dist in.3. has tres species opprobrij ponit Archid. in c. Nullus itaq;.1.q.1. n ℂ Opprobrium abundantibus/& despectio superbis. Huic sententię astipulari videtur quod dicit Esayas, Dilatauit (inquiens) infernus animã suã: & aperuit os suum absq; vllo termino & descenderũt fortes eius & sublimes gloriosiq; eius ad eum: & incuruabitur homo/ & humiliabitur vir/ & oculi sublimium deprimentur. De qua sententia Esayę est text⁹ in c. Væ qui dicitis.11.q.5.

Psal.122.a. ℂOpprobrium [n] abundantibus: & despectio superbis.

Hiere.31.d. ℂCõfusus sũ/& erubui: quoniã sustinui opprobriũ adolescẽtiæ meæ.

ℂCætera in verbis Contenere. Prouerb.18.a. Elizabeth. Lucæ.1.a. Filius. Eccli.41.b.&.24.c. Et Mendacium. Eccli.20.d.

Orare & Orandum.

1.reg.2.e. ℂSi peccauerit [o] vir in virum/placari ei potest deus: si autem in deum peccauerit vir/quis orabit pro eo?

Tob.3.a. ℂThobias igemuit: & cœpit orare cũ lachrymis &c. Vt.y. Thobias.

Iob.21.b. ℂQuid prodest [p] nobis (dicunt impij) si orauerimus deum?

Psal. 27.a. ℂExaudi domine vocem orationis meæ dum oro ad te/dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

36.a. ℂSubditus esto domino & ora [q] eum.

108.a. ℂPro eo vt me diligerent detrahebant michi ego autem orabam.

Eccli.18.c. ℂNon [r] impediaris orare semper & non verearis vsq; ad mortẽ iustificari: quoniam merces dei manet in æternum.

38.a. ℂFili in tua infirmitate ne despicias teipsum / sed ora dominũ & ipse curabit te.

Esaię.53.d. ℂDeus peccata multorum tulit: & pro transgressoribus orauit.

Hiere.7.d. ℂTu [s] noli orare pro populo (ait dominus ad Hieremiam) nec assumes pro eis laudẽ & orationẽ: nec obsistas michi/quia nõ exaudiã te.

11.c. ℂTu ergo noli orare pro populo hoc/& ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me/in tempore afflictionis eorum.

Daniel.9.a ℂEgo Daniel intellexi in libris numerum annorũ: de quo factus est sermo domini ad Hieremiã prophetam: vt complerẽtur desolationes Hierusalem septuaginta anni: & posui faciem meã ad dominum deũ meum rogare & deprecari/ in ieiunijs/ sacco & cinere & oraui [t] dominum deum meum &c.

Matth.6.a ℂCum oratis/non eritis sicut hypocritę: qui amãt in synagogis & in angulis platearũ stantes orare/vt [v] videãtur ab hominibus. Amẽ dico vobis: receperũt mercedẽ suã. Tu autẽ cũ oraueris intra [x] in cubiculũ

o ℂ Si peccauerit vir i virũ &c. Declaravi dictũ ẽ ã i verb. Helias.

p ℂ Quid pderit nobis si orauerimus deum Etiã impijs inutile non est orare deum vel quodpiam aliud bonum agere. Quæ enim cũ mortali peccato bona fiũt/ dãt bona terrę: Cor faciunt humile/minuunt peccata gehẽnę. glo. est ita dicens in c. Quod quidam in glo.4. in fi. & ibi diffusius per Panor. de pœni. & remis.

q ℂ Ora eum. Oratio pricipaliter ad deum porrigi debet. porrigi tamẽ potest etiam ad sanctos: non tanq̃ per ipsos implenda sit/ sed vt precibus ipsorum exaudiatur a deo: patet hoc ex modo orandi quo vtitur ecclesia. ad Christũ enim non dicit: ora pro nobis sed audi nos/ vel miserere nobis. Ad sanctum dicit: ora pro nobis. Et tenẽt theologi q̃ sancti orationes quas ad eos fũdim⁹ cognoscunt: vnusquisq; enim beatus tantum in essentia dei videt q̃tum pfectio beatitudinis requirit. hoc aũt requiritur ad perfectionẽ beatitudinis vt homo habeat q̃cquid vult nec velit aliquid inordinatum / sed recta voluntate quilibet cognoscere vult quæ ad eum pertinent: ergo etiam sancti cum eis nulla rectitudo desit hæc volunt. Oportet igitur q̃ vota hominum/orationes & deuotiones in verbo cognoscant. nam ad eorum gloriam pertinet q̃ auxilium egentibus prębeant ad salutem. Sic enĩ dei cooperatores efficiuntur. Et si dicis. solus deus cognitor est cordium: oratio autem consistit in corde igitur &c. Respondeo q̃ cordium cogitationes solus deus nouit per se ipsum: sed tamen alij tantum cognoscere possunt q̃tum eis reuelatur vel per visionem verbi vel alio modo. Fatendum est ergo q̃ orationes quas ad sanctos verbo vel corde dirigimus/ deo manifestante cognoscunt. pręmissa omnia sunt glosæ in cle. j. in verb. Orationes. colũ.1. versi. de tertio. de reliq. & ve. sanct.

r ℂ Nõ impediaris orare semper. Recurre ad ea q̃ dicent infra eodẽ super illud apostoli. Sine intermissiõe orate.

s ℂ Tu noli orare &c. Ob duritiã cordis populi iudęorũ. Hieremię dicitur. Ne ores pro populo hoc: quia nõ exaudiã te. Et sic etiam dictum est ad Samuelem, vsq; quo luges super Saul: quia ego abieci eum. Tex. est ita dicens in ca. Prædixerat. circa me. de pœni. distin.1.

t ℂ Et oraui ad dominum deum meum. Prædixerat Hieremias.70. annos desolationis templi: post quos rursum veniret populus in iudæam: & reędificaret ibidem templum in Hierusalem. quę res non facit Danielem negligentem/ sed magis prouocat ad rogandum: vt quod deus promisit per suam clementiam: impleat per eorum preces ne negligentia & superbia pariat offensam. Deniq; etiam in Genesi legimus centũ & viginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluuium: quia tanto tempore / hoc est centum annis noluerunt agere pœnitentiam: nequaq̃ expectat vt &.20. alij anni compleantur: sed infert ante quod postea fuerat comminatus. in cinere ergo & sacco postulat Daniel adimpleri quod promiserat deus: non q̃ esset incredulus futurorum/ sed ne securitas negligentiam/& negligentia pariat offensam. præmissa (quæ sunt glosę ordinariæ hic) sunt Hieronymi. & habentur omnia in c. Prędixerat. de pœni. dist.1.

v ℂ Vt videantur ab hominibus. Videri ab hoib⁹ nõ est nephas: sed id agere vt ab hominibus videaris. Recepit enim talis mercedem suam. de peni. distin.3. c. Cauendum. hęc declaratio est Augustini qui citatur per d. glo. in cl.1. in verb. Orationes. versi.3. ex quadam redũdantia de reli. & ve. sanct.

x ℂ Intra in cubiculum tuum. Intra cubiculum oramus: cum a cogitationum & solicitudinum strepitu

corde remoto/secrete & familiariter preces nostras soli deo referamus. Hæc declaratio est Cassiani.& post eum glosȩ in d.cle.1.col. & versi.proxima annotatiōe declaratis. y ℂ Clauso ostio ora patrē tuū. Oratiōes sunt principaliter in ecclesia faciendȩ c. Vnico de purga. post par.c. Decet.de imu.eccle.li.6.& de ce. mis.ca.1. Sed vt dicit beatus Bernardus libro meditationū. Vbicūq fueris intra temetipsum ora:si longe fueris ab oratorio non quȩras locum:quoniā ipse locus es. Hȩc dicta quæ istorum subseruiunt annotationi verborum ponit prȩallegata glo. in d.cl. 1.colū.& versi. pmissis.

tuum: & [y] clauso ostio/ora patrem tuum in abscondito. & pater tuus qui videt in abscondito/reddet tibi.

ℂ Orantes [z] nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. putāt enim ꝙ in multiloquio suo exaudientur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis anteq̄ petatis eum. Sic [a] ergo vos orabitis. Pater noster qui es in cœlis:sanctificetur nomē tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volūtas tua:sicut in cœlo/& in terra. Panē nostrū supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. Matth.6.b

ℂ Vigilate & orate/ ne intretis in tentationem (dixit Christus ad discipulos.) 26.d.

ℂ Abijt Ihesus in desertum locum:ibiq orabat. Marci.1.d.

ℂ Omnia quæcunq orantes petieritis (dixit Christus ad discipulos) credite:quia accipietis/& euenient [b] vobis. 11.c.

ℂ Cū stabitis ad orandū: dimittite [c] siquid habetis aduersus aliquē: vt & pater vester qui in cœlis est/dimittat vobis peccata vestra. Q2 si vos nō dimiseritis:nec pater vester qui in cœlis est dimittet vobis peccata vestra. eodem.

ℂ Videte:vigilate & orate:nescitis enim quādo tempus sit. 13.d.

ℂ Orabat (Ihesus) vt si fieri posset/transiret ab eo hora &c. 14.d.

ℂ Factum est cum esset Ihesus in quodam loco orās/vt cessauit: dixit vnus ex discipulis eius ad eum. Domine doce [d] nos orare:sicut do- Luce.11.a.

z ℂ Orantes nolite multū loq. Facit qd dicit Hiero. in c. Nō mediocriter. circa mediū. de cōse. dist. 5. Nunquid verborum multitudie flecti deus vt homo potest. Nō eni verbis tm̄/sed corde orād⁹ de⁹ est. Facit etiā qd dicit glo. ff. i c. pe. de ætate & quali. Multitudo onerosa nichil habet honesti. Nec tamē putes breuiloquiū esse de necessitate orationis. nā oratio nō solū secundū suā causam quæ est desideriū charitatis:sed etiā secūdū seipsam potest eē diuturna. Nā & de Christo legim⁹ ꝙ pnoctauit orādo. Lucȩ.6. & ꝙ prolixi⁹ orauit. Lucȩ.22. Item dicitur Lucȩ.18. in princi. Oportet semper orare et nō deficere. Et facit .76. disti. c. Nosse ibi orationi pernoctanter insistim⁹. Sed quia vt dicit Augu. ad probā. Multum loqui in orando: est rē necessariā superfluis agere verbis: cū plærunq hoc negotiū plus gemitibus q̄ sermonib⁹ agat. Ideo monemur ad breuiloquium nā vt dicunt sancti. Frequens & breuis debet esse oratio: ne immorantibus nobis/aliud cordi nostro inserat inimicus. ita in hac materia loquitur dicta glo. in.2.col. versi.de quarto. a ℂ Sic ergo vos orabitis. pater noster qui es in cœlis &c. Hæc oratio quæ dominica dici solet: perfectissima est: & si recte oramus: nichil aliud recte orare possumus. Primo enim in ea ponitur vnū propter quod dei fiduciam in nobis excitamus cum dicimus. pater noster. & consecutiue excellentiam eius fatemur cū dicimus. q es in cœlis. Deinde sequunt septē petitiones eo ordine quo faciēdȩ sunt. Prima pertinet ad dilectionem dei qua deum diligimus cum dicitur. Sanctificetur nomen tuū.i. sanctū ab omnibus habeatur qd pertinet ad gloriam dei/in omnibus propagandā. Secunda pertinet ad dilectionē nostri/ibi. Adueniat regnum tuum. per quam petimus paradisum. Tertia petimus id per quod directe ipsam beatitudinē meremur/ibi. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Quarta petimus illud quo instrumentaliter iuuamur/ibi. Panem nostrū quotidianum da nobis hodie. siue hoc intelligatur de sacramēto/cui⁹ quotidianus vsus proficit homini: in quo etiam intelligūtur oīa alia sacramenta. siue intelligamus de pane corporali:vt per panem intelligatur omnis sufficientia victus. Quinta petimus remissionē eius quod esset impedimentū primæ petitionis nos concernentis:quia directe a regno excludit & exclusit.s.peccatum/ibi. Dimitte nobis debita nostra/sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Sexta petimus remotionē eius quod nos ipedit: a secūda petitione/scilicet ab obseruātia diuinæ voluntatis/cum dicitur. Et ne nos inducas in tentationem. per quam nō petimus vt nō tentemur:sed ne in tētationibus vincamur. Septima petimus remotionē presentis seculi:ne scilicet semper in eo simus: quia sic posset esse impedimentū tertiȩ petitionis scilicet sufficientiȩ circa victum. vnde dicimus sed libera nos a malo. Hanc declarationē ponit apud legistas Albericus de rosa. dicens eā esse Thomȩ:in dictionario suo: in verb. Oro. b ℂ Et euenient vobis &c. Sic ergo oratio habet effectum impetrandi. De quo effectu videatur quod dictū est supra in verb. Deprecari. Iob.33.& in verb. Deprecatio. psal.144. Habet autem oratio & alium effectum/scilicet merendi/duplici ratione. Prima:quia per eam vitatur tentatio. Vnde Hiero. super Math. 14. in tentationem intrat qui orare negligit. Et Augusti. Oratio est oranti prȩsidium/aduersario incendium/Angelis solatium/deo gratum sacrificium. nam principaliter valet contra vicia spiritualia. vnde Hiero. super Math.17. ibi. Hoc genus dȩmoniorum nō eijcitur/nisi oratione & ieiunio. quod etiam habetur Math.9. vbi dicit sic. Nō sanat oculum quod sanat calcaneum.i. ieiunio sanantur pestes corporis: oratione vero sanantur pestes mentis. Secunda: quia procedit ex radice charitatis penes quam consistit omne meritum. Ita de hoc effectu loquitur glosa prædicta. in.2.colū. versi. de vltimo dicendum.& de hoc effectu dictum est/sed non ita ample/ in verb. Deprecatio. in fi. c ℂ Dimittite si quid habetis aduersus aliquem/vt & pater &c. Recurre ad ea quæ dicta sūt in verb. Dimittere. m. d ℂ Doce nos orare. Doctrina orationis faciendæ non immerito expetenda est. Sunt enim plæraq ad veram orationem requisita. Primo ꝙ sit fidelis. vnde psal. Miserere mei quoniam in te confidit anima mea. Secundo ꝙ secura. Iaco.1. postulet in fide nichil hȩsitans. Tertio humilis. Eccli.35. Oratio hūiliantis se penetrabit nubes. Quarto discreta. Matt.20. Nescitis qd petatis. Et Io.4. petitis & nō accipitis eo ꝙ male petatis. Quinto deuota potius corde q̄ Ore. 1.reg.1. Anna loqbatur ī corde:& vox illi⁹ penit⁹ nō audiebat. Et Aug. Quid pdest strepit⁹ labiorū vbi mutū ē cor/& Greg. q indeuot⁹ orat: iudiciū sibi postulat. ide dat vers⁹. Cū

cor non orat: inuanũ lingua laborat. Sexto verecunda: vt in publicano qui non audebat ad cœlum oculos leuare. Lucæ.18. Septimo secreta: Matt. 6. Tu autẽ cũ oraueris ,intra cubiculũ tuum: & clauso ostio ora patrem tuũ. vnde Isidorus. Oratio priuatis locis oportunius funditur. Octauo pura. Danielis.13. dixit Susanna. Dñe deus tu scis quia hoc isti maliciose composuerũt aduersum me. Nono lachrymosa: Esa.37. Audiui orationẽ tuã/& vidi lachrymas tuas. & Tho.3. vbi dicitur ꝙ Sara in oratione persistens deprecabatur deũ cũ lachrymis. glo. dicit

cuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis. Cum [e] oratis dicite. Pater [f]: sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum. Panem [g] nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte [h] nobis peccata nostra: siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

Lucæ.18.a. ¶Oportet [i] semper orare/& non deficere.

ad rõa.8.e ¶Quid [k] oremus sicut oportet/nescimus: sed ipse spiritus postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus.

1.cori.14.c ¶Orabo [l] spiritu/orabo & mente.

1.thessa.5.d ¶Sẽper gaudete: sine intermissione [m] orate. In omnib⁹ gratias agite. Hæc est voluntas dei in Christo Ihesu in omnibus vobis.

1.tio.2.c. ¶Volo viros orare in [n] omni loco: leuantes puras manus sine ira & disceptatione &c. Et supra Mulier.

Oratio deũ lenit: lachryma cogit. hæc vngit. illa pungit. Decimo attenta Psal. intẽde voci orationis meę. Eccl̃es.10. muscę morietes perdũt suauitatẽ vnguẽti. Ber. Omnes nobis causamur deesse gratiã: sed iusti⁹ gratia ipsa conqueritur nõnullos sibi deesse. Vndecimo. cõmunis: quia pl⁹ valet q̃ singularis. 20. distin. cap. fi. Duodecimo. feruida. Hiere. maledictus homo qui facit opus dei negligẽter. Et Exo. 32. dicit Moyses. aut dimitte eis hanc noxã: aut si non facis/dele me de libro tuo. Decimotertio operosa. Thob.12. bõa est oratio cũ ieiunio & eleemosyna. Et Decioquarto assidua: vnde actuũ.1. apostoli pseuerantes in oratione/acceperunt spiritumsanctũ. Præmissa ponit Hostien. in sũma sua: in ti. de peni. & remis. §. Carnis maceratio. versi. Est aũt oratio. Sed Io. An. in d. cl. 1. in verb. Oratiões. dicit breuiter dici posse ꝙ modus orandi requirit humiliationẽ corporis/deuotionẽ cordis/attentionẽ & breuiloquiũ. De prio dicit Cyprianus libro de oratiõe dñica. Sit orantibus/sermo cũ disciplina. Quietẽ continens & pudorẽ. incuruatio tñ vel corporis humiliatio: non refectionis sed deuotionis obtentu fieri debet vt dicit Cassianus. De secundo. s. deuotione cordis/dictũ est post Io. An. in verb. Cor. super illud psal. 38. a. Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. de tertio. s. de attentione dictũ est post dictũ Io. An. in d. verb. Cor. sup illud psal. 39. Cor meũ dereliq̃t me. De quarto. s. de breuilogo dictũ est ꝯ eodẽ super illud Matt. Orãtes nolite multũ loq.

e ¶ Cum oratis dicite. An oratio debeat esse vocalis potest hoc loco addubitari. qd videtur ex psal. 2. & psal. 76. voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sum. Sed in contrariũ facit: q2 oratio deo porrigitur: sed deus cordis locutionẽ cognoscit. Frustra igitur vox oris adiungitur. dicũt theologi ꝙ cõmunis oratio q̃ fit per ministros ecclesiæ in personã totius populi vt innotescat ei merito debet esse vocalis: sed singularis quam quis pro se vel alio porrigit/de necessitate non est vocalis. Adiungitur tñ vox triplici ratione. Primo ad excitandum interiorẽ deuotionẽ. verbis enim & signis nosipsos excitamus ad sanctũ desideriũ augendũ (dicit Aug. ad probam). Secundo ad agnitionẽ debiti: vt seruiat orans deo secundũ se totũ. s. corde & corpore. Tertio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. vnde psal. 15. Lętatũ est Cor meum/& exultauit lingua mea. Hęc ponuntur per glo. in d. verbo Orationes. col. 2. f ¶ Pater sanctificetur nomen tuum. Declaretur hęc dominica oratio vt s. eodẽ a. sed ibidẽ dictis addatur ꝙ hęc oratio potius in fine officij q̃ in principio dici debet. Legitur eñ in concilio Gerundinensi: de quo habetur in c. Id semper placuit. de consecr. dist. 5. id semper placuit obseruare vt oĩbus diebus/& post matutinas & vesperas oratio dñica a sacerdote ꝓferatur. Et de hoc/an. s. debeat hæc oratio in fine vel principio officij ꝓnunciari: dicit Ludo. ro. in singularibus suis singulari. 52. se semel fuisse interrogatũ a cardinali de Vrsinis. g ¶ Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. An bona tẽporalia possim⁹ a deo in oronib⁹ nostris petere/dictũ est in verb. Deprecari. Eccl̃i. 21. vbi videatur. sed ibi dictis addatur quod circa hanc dubietatẽ dicit Hostien. in summa sua. in titu. de pœni. & remis. §. Carnis maceratio. versi. Est aũt oratio. in prin. vbi dicit. In oratiõe nõ debẽt peti temporalia ꝑcise & principaliter: sed eterna spũalia & pertinẽtia ad salutẽ. Vnde sup illud. 2. ad Cori. 3. virt⁹ in infirmitate perficit. dicit glo. August. Cũ ea q̃ deus laudat & promittit petitis: ab illo secure petite: illa eñ propicio deo cõcedũtur. Quãdo aũt petitis tẽporalia: cũ modo petite/& cũ timore illi cõmittite: vt si ꝓsit det/si scit obesse non det. Quid enim ꝓsit vel obsit, nouit medicus/non ęgrotus. vnde in oratione dñica pręcipue petuntur spiritualia quę alibi ipsæ dñs restrinxit ad tria: fidẽ. s. spem/& charitatẽ. vnde Lucæ. 11. Quis ex vobis patrem petierit panem: nunquid lapidẽ dabit illi? aut si petierit ouũ: nunquid porriget ei scorpionẽ: aut piscem. nũquid serpentẽ dabit illi? per panẽ charitatẽ: per piscẽ fidẽ: per ouum spem voluit designare. Hęc Hostien. h ¶ Dimitte nobis &c. Recurre ad verbum Dimittere. i ¶ Oportet semper orare & nõ deficere. Vide qd statim dicet super illud Pauli. Sine intermissione orate. k ¶ Quid orem⁹ sicut oportet: nescimus. Recurre ad verbum Gemitus. l ¶ Orabo spiritu/orabo & mente. Sic ergo vox non est orationi necessario adiungẽda: de quo videatur ꝯ. eodem. e. m ¶ Sine intermissione orate. Idest non intermissis horis canonicis: de quibus psal. Septies in die laudẽ dixi tibi. vel sic. sine intermissione orate. i. iuste viuite & æterna desiderate. vnde Ansel. iust⁹ nunq̃ desinit orare/nisi desinat iust⁹ esse: semper eñ orat qui sẽper bene agit. & dicit Aug. Ipsũ desideriũ boni/oro est: & si cõtinuũ est desideriũ: cõtinua est oratio. Has duas expositiões dãt Hostiẽ. & Archi. Hostien. s. in d. §. Carnis maceratio. in princip. & Archid. in c. Non sufficit. de pœn. dis. 1. vel tertio sine intermissione. i. tractum & distincte: non aũt cursim & aliqua transiliendo c. Nunq̃ ibi dicatur ad verbũ oratio sine intermissione. de consecr. distin. 5. vel sine intermissione. i. horis ad hoc constitutis. glo. est. ita declarans in ca. Sacrosancta. in verb. sine intermissione. 22. dist.

n ¶ Orare in omni loco. Idest vbicunq; sint non solum in ecclesia. Hæc declaratio est glo. interlinearis ꝑ qua vide quod dictum est ꝯ. eodem. y. Aduertatur tamen vlterius ꝙ videtur quibusdam orationes fieri debere ad orientem: sed cum deus sit vbiq;/ad omnem partem possumus ad eum orare. glo. est ita dicens in d. verb. Orationes. in fi. scdę colũ. vbi subiungit. ꝙ tamen æque oramus & missæ sacrificium facimus versus oriẽtẽ vt notatur in capi. Ecclesiasticarum. 11. dist. vbi Archid. dicit ꝙ octo rationibus ecclesię sunt versus orientem ordi-

natæ/& versus orientē fideles orant. Prima est: quia ex ea parte est nobis initialis administratio lucis q̄ omnibus grata est & dulcis. Eccli. 11. Dulce lumē & delectabile oculis videre solem Secunda est: quia ex hac parte plantata est paradisus/a qua excepti & captiuitati sumus: & ad illum locum aspiramus pœna seruitutis grauati Tertia: quia tribus Iuda cęteris honorabilior ex hac parte circa tabernaculi defensiuum/habuit locū suę mansionis. Nu. 2. ad orientē Iudas figet tabernaculū: Ita & nos ad defensionē tabernaculi nostri .i. corporis & animæ ex hac parte deū adorare debemus. Quarta est nominatio Christi cui⁹ nomē vnū est oriēs. zacha. 6. Oriēs est nomē eius. Quinta: est Christi crucifixio: quia ex parte orientis fuit crucifixus. Sexta: est Christi ascensio: quia Christus ascendit ad mōtem oliueti ad oriētem. zach. 6. Stabāt pedes eius ad montē oliueti ad orientē. Septīa: est Christi aduentus ad iudiciū: qa sic veniet ad iudicium .s. versus oriētem. actuū. 1. Sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in cœlum. Et Mathęi. 24. Sicut fulgur exit ab oriēte/& apparet vsq̧ in occidētē: sic erit & aduētus filij hoīs. Octaua: est quia sic erat exordiū apostolicę ordinationis q oraueriūt versus oriētē cū post ascēsionē dñi rediert i Hierl'm. hęc Arch.

o ℭ Oret æquo animo & psallat. Vt sic psalmodię dulcedine nociuā tristitiæ pestē de animo pellat d. c. Nō mediocriter. de consecra. dist. 5.

ℭTristatur aliquis vestrum: oret [o] æquo animo/& psallat. Iacobi. 5. c.

ℭOrate [p] pro inuicem vt saluemini. Iacobi. 5 d

ℭCætera in verbis Caput. 1. ad Corin. 11. a. Diligere. Matth. 5. g. Exaudire. Eccli. 34. d. Fuga. Matth. 24. b. Ihesus. Mat. 14. c. Iudas Machabæus. 2. Macha. 12. g. Mulier. 1. Timo. 2. c.

Oratio.

ℭBona [q] est oratio cum ieiunio &c. Et supra in verbo Eleemosyna. Tob. 12. b.

ℭHumiliabam in ieiunio animā meam: & oratio [r] mea in sinu meo conuertetur. Psal. 34. b.

ℭEgo ad te domine clamaui: & mane [s] oratio mea pręueniet te. 87. c.

ℭRespexit (deus) in orationem humiliū: & non spreuit precem eorū. 101. c.

ℭCum iudicatur exeat condemnatus: & oratio eius [t] fiat in peccatū. 108 a.

ℭLonge [v] est dominus ab impijs: & orationes [x] iustorum exaudiet. puerb. 15. d.

ℭQui declinat aures suas ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. 28. b.

ℭMelior [y] est finis orationis q̄ principium. Ecclēs. 7. b.

ℭTetigit iustos tentatio mortis: & commotio in eremo facta est multitudinis: sed [z] non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis: proferens seruitutis suæ scutū orationem. & per incensum deprecationem allegans: restitit iræ: & finem imposuit necessitati. Sapiē. 18. d.

ℭQui diligit deum/exorabit pro peccatis: & continebit se ab illis: & in oratione dierum exaudietur. Eccli. 3. a.

ℭAbscidetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus. Abac. 3. d.

ℭAttendite [q] a falsis prophetis qui veniũt ad vos in vestimentis ouiũ: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Math. 7. b

ℭCum venerit filius hominis in maiestate sua/ & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ/ & congregabuntur ante eũ omnes gentes/ & separabit [r] eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis: & statuet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris. Et diffusius in verbo Venire. 25. c.

ℭQui [s] non intrat per ostium in ouile ouium/ sed ascendit [t] aliunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium/ pastor est ouiũ: huic Ioã. 10. a. b c.

i ℭAt ille declinauerat atq̧ transierat. Vide qd dictũ ẽ i ver. Dilect⁹.
k ℭQui diligit filiũ suũ/ assiduat illi flagella. Recurre ad verbũ Fili⁹.
l ℭQuis est in vobis qui claudat ostia &c. Non solũ qui spiritualia sed etiã q temporalia eis annexa pretio accipiunt simoniaci iudicãtur. Vñ malachias loquẽs ex persona domini ait. Quis ẽ in vobis q claudat ostia/ & incẽdat altare meũ gratuito/ &c. Ostia aũt claudere/ nõ est sacri muneris officiũ sʒ sibi adiũctũ text. est cuius hęc verba sunt. 1. q. 3. In prin. Cętera dicãt vt i ver. Altare.
m ℭNon tondebis primogenita ouiũ. Hoc ẽ primogenita innocentię tuę nõ nudabis vt videatur & laudent ab hoib⁹. Hęc declaratio est gl. interli. pro qua est text⁹ in alle. c. Cauẽdũ. de pœni. di. 3. vbi monemur cauere i bonis nostris actibus humanã laudẽ venari.
n ℭIn quo est macula aut quippiam vitij. Text⁹ ẽ quo hęc sñia satis declarat i c. fi. §. 1. 49. dist. de quo i ver. Cœc⁹.
o ℭPropt te deũ mortificamur tota die &c. Declara vt i ver. Bstiat⁹.
p ℭNos populus & oues pascuę tuę cõfitebimur tibi in seculum. Hęc sententia citari potest vt monstret honorem esse p subditos superiorib⁹ exhibendũ. Vñ de subditis sub hac ouiũ appellatiõe loquẽs text⁹ i c. Oues. 2. q. 7. dicit. Oues q̃ suo pastori cõmissę sunt eũ nec rephẽdere nisi a fide exorbitauerit: nec vllaten⁹ accusare pñt. qa facta pastorũ oris gladio ferienda non sunt/ q̃q̃ reprehẽdẽda recte videant. Et idẽ probat in c. Oues. in principio. 6. quęsti. 1. Sed cõtra illos textus videtur facere qd dicit Grego. Admonendi (inquiẽs) sunt subditi: ne plusq̃ expedit sint subiecti. ne cũ student plusq̃ necesse est hominibus subijci/ compellantur vitia eorũ venerari. c. Admonẽdi. eadẽ cã & quęst. dici põt subditos ex leui cã cõtra plãtos non infamatos non admittẽdos. & idẽ si subditi criminosi sint. Qz si sint bonę famę/ & non ex leui causa ad suorũ prosiliãt accusationẽ pręlatorũ: sunt admittẽdi etiam si regulares sint: & in eius quẽ accusare volunt ditione seu obedietia constituti. casus est in c. Ex parte. & in c. Olim. de accusa. dici etiam potest q oues criminosę & infames pastorẽ suũ accusare vel reprehẽdere non possunt nisi a fide exorbitauerit. Cęterum si a fide exorbitauerit: tanta est labes illius criminis/ q ad eius accusationẽ: & serui aduersus dominũ & quilibet criminosi. & infames admittuntur. Ita dicit textus in c. Pręsumũt. in fi. 2. q. 7. de hoc tamẽ videat in c. Per tuas. de sy.
q ℭAttẽdite a falsis prophetis &c. Vi de quę contra hypocritas/ in quos hic sermo euangelicus emanauit/ dicta sunt in verbo Hypocrita.
r ℭSeparabit eos ab inuicem. Boni cum malis permixtim sunt/ vitam agẽtes temporariam. Eam autem quę perpetua est/ seorsum acturi sunt. facta per districtũ iudicem illis lętitiã/ illis mœrorem allatura separatiõe. c. Hęc aũt. in prin. 23. q. 4.
s ℭQui nõ intrat p ostiũ in ouiũ ouile &c. Tres psonas hac sñia exprimit dñs: pastoris/ mercenarij & furis. Pastore dicit animã tuã ponere p ouib⁹ suis: & intrare p ianuã. furẽ dicit & latronẽ ascẽdere p aliã partẽ. Mercenariũ dicit. lupũ vel etiã furẽ si videat fugere: qa nõ est illi cura de ouib⁹. Ille intrat p ianuã q pastor est. Ille ascẽdit p aliã partẽ/ q fur est. Ille videns eos q volũt tollere oues/ timet & fugit: quia mercenarius est/ nec illi est cura de ouibus. Si cõsideremus tres istas psonas/ inueniemus quos diligamus/ quos toleremus/ quos caueam⁹. Diligẽd⁹ est pastor/ Tolerãdus est mercenari⁹ Mercenari⁹ aũt ẽ & nõ pastor. Cauẽd⁹ est latro. Text. est Augustini (cui⁹ sunt pmissa) in c. Tres psonas. 23. q. 4.
t ℭSed ascendit aliũde

ille fur est & latro. Hinc dicit Grego. quartus in cap. Ordinationes.1.q.1. Ordinationes quę interueniẽte precio vel precibus/ vel obsequio alicui personę ea intẽtione impẽso. vel quę non cõi consensu cleri & populi secdm canonicas sanctiones fiunt/ & ab his ad quos consecratio pertinet nõ cõprobant: falsas esse diiudicamus. qm̃ q taliter ordinant/ nõ p ostiũ.i. per Christũ intrãt: sed vt ipsa veritas testat fures sunt & latrones. Hęc ibi. Vnde etiã dicit Alexan. tertius in c. Relatũ est. in princi. de iure patro. Relatum est ꝙ nonnulli occasione laicę recognitionis non requisita epi audientia beneficia ecclesiastica sibi pręsumũt in ecclesijs vestris vendicare. Quoniã igit huiusmodi personę non intrant p ostiũ sed aliũde conscendunt/ ac per hoc indigni sũt pastoris noie/ vel pręrogatiua gaudere: mãdamus quatenus eos si cõmoniti prędicta minime resignauerint: nisi episcopali concessione fuerint muniti ab officio reddatis & beneficio alienos. Hęc ibi. Ex quibus pręmissis decisionib9 & alijs q possent allegari: cõstat eos nõ p ostiũ sed aliũde tãq̃ fures & latrones intrare/ q sine canonico titulo ecclesiastica nõ erubescũt beneficia possidere: qui rem contractãdo non suã/ furtũ quodãmodo cõmittũt vel rapinã: & suę quoq; salutis & multarũ animarũ dispẽdiũ/ si ea beneficia curam habeãt animarũ annexam per eos eędem animę dãnabiliter sunt deceptę. Ita dicit Grego. nonus. in c. dudũ. le. 2. de electi. quod tamẽdictũ declarat vt ibi per glosam/ Pauormitanũ & alios. vel secundũ Augustinũ dici põt: ꝙ non intrat per ostiũ/ sed ascẽdit aliũde qui ea quę in lege mandata sunt quasi obseruat/ sed non bene de Christo sentiẽdo/ vel non eius gloriã sed suã quęrendo. Dicãt ergo pagani vel iudęi vel hęretici bene viuimus: si per ostiũ non intrãt quid eis prodest? Adhoc em̃ debet vnicuiq; prodesse bene viuere vt detur illi semper viuere. quia nec bene viuere dicẽdi sunt qui finem bene viuẽdi vel cœcitate nesciũt/ vel inflatione contẽnũt. Non est aũt cuiq̃ spes vera semper viuẽdi: nisi cognoscat vitã quę est Christus/ & p hanc intret in ouile: prout hęc omnia quę sunt Augustini bene probãtur in c. Quicunq; ab vnitate/ cũ duob9 sequẽtib9.24. quęsti.1. & in c.3. de hęreti.

ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim/ & educit eas. Et cum [v] proprias oues emiserit ante eas vadit/ & oues illum sequuntur: quia sciũt vocem eius. Alienum autẽ non sequuntur/ sed effugiunt ab eo: quia non nouerũt vocẽ alienorũ. Hoc prouerbium dixit eis Ihesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ihesus. Amen amen dico vobis quia [x] ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt/ fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium: per [y] me si quis introierit/ saluabitur: & igredietur & egredietur/ & pascua inueniet. Fur autem nõ venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant: & abundantius habeant. Ego [z] sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor cuius non sunt oues propriæ/ videt lupũ venientem/ & dimittit oues & fugit: & lupus rapit/ & disperdit oues. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius est/ & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas/ & cognoscũt me meæ. Sicut nouit me pater: & ego cognosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias [a] oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere & vocem meam audient: & fiet vnum [aa] ouile & vnus pastor.

1.Petri.2.d ¶Eratis [b] sicut oues errantes: sed conuersi [c] estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

¶Cætera in verbis Errare. Psal.118.y. Ihesus. Matth.9.d.10.a.b.12.a. in fine. & Obmutescere. Esaiæ.53.c.

v ¶ Cum proprias oues emiserit ante eas vadit. Idest cum de tenebris ad lucem sua doctrina animas sibi subiectas reuocauerit id opere studet complere qd verbo docuit: ne de eo dicat: ꝙ bene docendo & maleviuendo suijpsius condẽnator extitit. c. si. 40. distinc. x ¶ Ego sum ostiũ. Idẽ in d. c. Ordinationes. in fine. 1. quęsti. 1. y ¶ Per me si quis introierit: ingrediet & egredietur/ & pascua inueniet. Qui est de electis Christi ouibus/ in ecclesiã ingreditur/ & egreditur ad vitã & pascua.i. Felicem progressum inueniet ingrediẽs & egrediens. c. firmum. cum c. Sequenti. de pœni. distinc. 1.

z ¶ Ego sum pastor bonns. Textus est circa hęc verba videndus in c. Testes. §. his ita respondetur. in prin. 2. quęsti. 7. de quo dictũ est in verbo Iesus. Io. 18. a ¶ Alias oues habeo q̃ non sunt ex hoc ouili. Oues de quibus hoc loco dñs ait. Et alias oues habeo quę non sunt ex hoc ouili. Et filij de quib9 Ioãnes ait: vt filios dei q erãt dispersi congregaret in vnũ. Ita pręsciẽtia erãt oues & filij vt qualitate pręsentiũ non spe tiũ/ sed etiã ante dei oculos essent filij irę & perditionis æterne.i. non solũ tũc qñ non erant de ouili Christi/ videbãtur esse filij perditionis: sed etiã erant. licet postea sint futuri dei: & eodẽmodo q̃uis aliqui recedẽdo a iustitia/ futuri filij sint perditionis æternę: cũ tñ pie & fideliter viuunt/ vere sunt filij dei & iusti/ & æterna retributione digni. Ita hanc sentẽtiam declarat textus cum glo in verbo Qualitate. in c. Hanc societatẽ. de pœni. dist. 4.

aa ¶ Fiet vnũ ouile & vn9 pastor. Circa hęc verba notetur tex. in c. si. in fine de bap. de quo in verbo Grecus. v. in si. b ¶ Eratis sicut oues errantes. De oue errante quã exquisiuit pastor nonagintinouẽ relictis in deserto habetur Lucę. 15 & in c. quia tua sanctitas. paulo ante finẽ 50. distinc. de quo dictum est in verbo gaudiũ Lucę. 15. de qua etiã notãter loquitur tex. in c importuna. paulo post princi. de pœni. distinc. 1. dicens. Pastor morbidam ouem non contẽnat. Nonaginta enim pecudibus derelictis/ vna ouicula quę remãsit humeris boni pastoris aduehitur. vbi ergo peccator intelligens vulnus suũ: tradet medico secur indum/ ibi non est virga necessaria sed spiritus lenitatis. Et in c. serpens. in si. eadẽ dist. dicit textus cum glo. in verbo pastor. Qui cũ hominibus flagellari vult: & pro peccato suo pœnitentiam subire: recipiendus est & non abijciendus. Nam pastor ille euangelicus lapsam ouem vexisse legitur/ non abiecisse. Hęc ibi.

c ¶ Nunc autem conuersi estis ad pastorem &c. Quia pius dominus oues errantes ad se conuertit/ & conuersas pie clementerq; suscepit: vt id facere pastores elaborent exemplum dedit. Vnde legitur in octaua synodo. Pœnitẽtem ex corde ita oportet suscipi: sicut dominus ostendit cũ dicit. Quia cõuocaui amicos meos & vicinos dicens. Congratulamini michi/ quia inueni ouem quam perdideram. c. pœnitentem. 26. quęsti. 7. Qz si nequeat

Ouum. ¶Si ambulans per viam/in arbore vel in terra nidũ auis Deute.22.a
inueneris/& matrem pullis vel ouis desuper incubãtem: non tenebis [d]
eam cum filijs: sed abire patieris / captos tenens filios vt bene sit tibi &
longo viuas tempore.
¶Quando derelinquit oua sua in terra strutio: tu forsitan in puluere Iob.39.b.
calefacies ea.
¶Sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt: sic vniuersam terram ego Esaię.10.d
congregaui.
¶Oua aspidum [e] ruperunt: & telas araneæ texuerunt. Qui comederit Esaię.59.a
de ouis eorum morietur.

Oza. ¶Recurre ad verbum Archa.2.Regum.6.

Ozias. ¶Omnis populus Iuda filiũ Amasiæ Oziam sedecim [f] an- 2.para.26.a
norum constituit regẽ pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ahilath
& restituit eam ditioni Iudæ postq̃ dormiuit rex cum patribus suis.
Sedecim ãnorum erat Ozias cum regnare cœpisset: & quinquaginta
duobus annis regnauit in Hierusalẽ. Nomẽ matris eius Hiezelias de
Hierusalem. Fecitq; quod erat rectũ in oculis domini iuxta õnia quæ
fecerat Amasias pater eius: & exquisiuit dominũ in diebus Zachariæ
intelligentis & videntis deum. Cumq; requireret dominũ direxit eum
in omnibus. Deniq; egressus est & pugnauit cõtra Philistim: & destru
xit murum Geth & murum Iabniæ & murum Azoti.
¶Aedificauit Ozias oppida in Azoto & in Philistim: & adiuuit [g] eũ b
deus contra Philistim & contra Arabes qui habitabant in Gurbaal: et
contra Ammonitas. Appendebantq; Ammonitæ munera Oziæ: &
diuulgatum est nomen eius vsq; ad introitum Aegypti propter cre-
bras victorias. Aedificauitq; Ozias turres in Hierusalem super portã
anguli & super portam vallis: & reliquas in eodem muri latere / firma-
uitq; eas. Extruxitq; turres in solitudine: & effodit cisternas plurimas
eo [h] q; haberet multa pecora tam in campestribus q̃ in eremi vastita-
te. Vineas quoq; habuit & vinitores in montibus & in Carmelo. Erat
quippe homo agriculturæ deditus.
¶Fuit exercitus bellatorum Oziæ qui procedebant ad prędia sub ma- c
nu Iehihel scribę Maasiæq; doctoris: & sub manu Ananię qui erat de
ducibus regis. Omnisq; numerus principum per familias suas viro-
rum fortium duo milia sexcenti: & sub eis vniuersus exercitus trecen-
torum & septem miliũ quingentorum: qui erant apti ad bella / & pro
rege contra aduersarios dimicabant. Præparauitq; eis Ozias idest cũ-
cto exercitui clypeos [i] et hastas & gladios & loricas arcusq; & fũdas ad

pastor ouem ad se cõuertere: & eam videat alias inficere: Hieronymi amplexetur cõsiliũ dicentis. Resecãdę sunt putridę carnes & scabiosa ouis a caulis repellenda. ne tota domus/massa/corpus/pecora/ardeant/putrescant/intereant. c. Resecandę 24. quęsti.3. d ¶Non tenebis eam cum filijs sed abire patieris. Facit quod habetur in vulgato c. Gallinarũ. versi. Ideoq;. insti. de re. diui. dũ ibi dicitur. Si anseres tui aut gallinę aliquomodo turbati turbatęq; euolauerint: licet conspectum tuũ effugerint: quocunq; tamẽ loco sint/ tui tuę ve esse intelliguntur. & qui lucrãdi animo (vt scilicet oua habeat) ea animalia detinet/ furtum committere intelligit. Hęc ibi. Ouũ autem nichil aliud est q̃ caro liquida/ dicit glo. in cap. Admonere. in verbo carnẽ. 33. quęsti. 2. & idẽ dicit Hiero. in li.2. contra Iouinianũ. vt refert Archi. in c. deniq;. paulo post princip. 4. distin. in ieiunijs tñ non quadragesimalib⁹ (Licet prohibent carnes) non prohibẽtur oua. Facit text. cũ glo. in c. presbyter. circa princip. 82. dist. ouorum aũt tantã esse vim dicũt quidam: vt lignũ perfusum eis nõ ardeat/ nec vestis adurat. Ita Archi. in d. c. deniq;. 4. distinc.
e ¶Oua aspidũ ruperunt. Oua aspidũ rũpũt/ qui corda eorũ iniqua & venenosa consilia verbis ostendunt: prout fecerũt iudęi clamantes: Crucifige crucifige eũ. d. c. periculose. de pœ. di. 1.
f ¶Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset. Potest regis filius teneriori ętate in paterno regno succedere: sed dandus ei tutor erit quo res possit publica gubernari. notatur i c. grani. de supplen. negli. prętla. lib.6. & dictũ est in verbo Antiochus.
g ¶Adiuuit eũ de⁹ cõtra Phylistim. Nõ ergo militare prohibitum est: de quo videatur quod satis diffuse dictũ est in verbo Militare.
h ¶Eo q; habebat multa pecora. Antiq eñ (dicit Augustinus in ca. Totũ. 1. q. 3.) qd habebãt in pecoribus habebant.
i ¶Clypeos & hastas & gladios. &c. Hęc aut alia bellorum instrumẽta cuiuis regi sibi parare pro tutãdo suo principatu/ aut repetendis q̃ ab alijs occupant aliqb⁹ suis locis nequaq̃ phibitũ ẽ. Sed hoc nemini priuato lz nisi ipsis armificatorib⁹: Armorũ scz faciẽdorũ potestatẽ a principe habentibus: prout hęc probantur in Auctẽn. de armis. colla. 7. Non licet tamen alicui/ etiam princípi vel armificatori/ istorũ armorũ copiam Sarracenis facere seu hęc arma ad Sarracenos deferre/ aut deferenda curare: prout concilio Lateranẽ. cautum est. de quo habetur in c. Ita quorundã de iudęis. Vnde dicit Inno. tertius in c. pe. eodẽ ti. Excõmunicamus & anathematizamus illos falsos & impios christianos: q cõtra ipsum Christum & populum christianum sarracenis ferrum & lignamina deferunt galearum. eos etiam qui galeas eis vendunt/ vel machinis aut quibuslibet alijs aliquod eis impendunt consilium vel auxilium/ in dispẽdium terrę sanctę: ipsosq; rerum suarum priuatione mulctari & capientium seruos fore censemus: pręcipientes vt per oẽs vrbes maritimas diebus dominicis & festiuis huiusmodi sententia publice innouetur. Et talibus gremium nõ aperiat ecclesię: nisi totũ quod ex commercio tam damnato perceperit: & tantũdem de suo in subsidium terrę

sanctæ transmiserint. vt æquo iudicio in quo deliquerint puniantur. ꝙ si forte soluendo non fuerint: sic alias reatus talium castigetur/ ꝙ in pœna ipsorum alijs interdicatur audacia similia pręsumendi. Hæc ibi.

k ℂ Fecit in Hierusalem diuersi generis machinas. Recurre ad verbum Machina.

l ℂ Adolere voluit incensum/ quod ei non licuit. Vt enim dicit Nicolaus papa in c. Imperium. 10. distin. Imperium suis publicę rei administrationib⁹ quotidianis debet esse cōtentum: non vsurpare quæ sacerdotibus domini solum conueniāt. Hæc ibi. Et idem probatur. in c. Nō licet imperatori in c. Certum est. in c. Suscipitis. & in ca. Quoniam. eadem c'st. in.

iaciēdos lapides: & fecit [k] in Hierusalē diuersi generis machinas/ quas in turribus collocauit & in angulis murorum: vt immitterēt sagittas & saxa grandia. Egressumꝙ est nomen eius procul eo ꝙ auxiliaretur ei dominus & corroborasset illum.

2. para. 26. c d. ℂSed cum roboratus esset Ozias: eleuatum est cor eius in interitum suum/ & neglexit dominum deum suum: ingressusꝙ est templum domini: adolere [l] voluit incensum super altare thymiamatis. Statimꝙ ingressus post eū Azarias sacerdos: & cum eo sacerdotes domini octoginta viri fortissimi: restiterunt regi atꝙ dixerunt. Non [m] est tui officij Ozias vt adoleas incensum domino: sed sacerdotum est filiorū Aaron qui cōsecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere [n] de sanctuario: ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a domino deo. Iratusꝙ Ozias: & tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum minabatur sacerdotibus. Statimꝙ [o] orta est lepra in fronte eius/ coram sacerdotibus in domo domini super altare thymiamatis. Cumꝙ respexisset eum Azarias pōtifex & omnes reliqui sacerdotes: viderunt lepram in fronte eius: & festinato expulerūt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi: eo ꝙ sensisset illico plagam domini.

2. para. 26. d ℂFuit Ozias rex leprosus vsꝙ ad diem mortis suę: & habitauit in domo separata plenus lepra/ ob quam eiectus fuerat de domo domini.

Matth. 1. a. ℂIora genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan.

m ℂ Non est tui officij Ozia &c. Recurre ad verbum Officium.

n ℂ Egredere De sāctuario &c. Vtinā nostræ tempestatis prælati eos hac laudabili princi pes audacia repellerēt/ quos dei timor ab eorū quæ sacerdotibus incūbunt vsurpatione nō reuocat. quod ab eis pontificib⁹ etiam aduersus eū cui subsunt: velut ecclesiæ in terris capiti/ & supremo veri ecclesiæ capitis vicario faciendū esse. vbi a vero manifeste deuiare cognoscitur cēset glosa in aucten. de manda. princip. §. deinde. in verb. Nūcians. colla. 3. dum ibi dicit. Nota hūc textum contra miseros prælatos qui timent intantum literas domini papæ: vt nō audeant reclamare/ quod facere nō debent. hęc glosa. Circa quā tamen videatur Felv. in c. Siquādo. in prin. de rescrip.

o ℂ Statim lępra. &c. Possunt ecclesiæ pontifices in iurium ecclesiasticorum vsurpatores/ spiritualem lepram/ excōmunicationem scilicet inijcere. Duę enim sunt personæ quibus mundus iste regitur: regalis videlicet & sacerdotalis. Sicut reges pręsunt in caussis seculi/ ita sacerdotes in caussis dei. Regum est corporalem irrogare pœnam/ sacerdotum spiritualem inferre vindictā. vnde reges a prophetis & a sacerdotibus vngebant & eorum oblatione peccata regum expiabantur. vnde sicut Ozias a domino lepra percussus est: quia sacerdotū officia vsurpare voluit. sic sacerdotibus & prophetis regum vsurpare officia non licuit. Et ideo Nathan propheta cum Dauid regem redarguit/ suum est executus officium. in quo erat rege superior. non vsurpauit regis officium/ in quo erat rege inferior. Monuit eum vt per pœnitentiam peccata sua expiaret: non tulit in eum sententiam/ qua tanꝗ adulter & homicida morti adijceretur. vnde etiam beatus Ambrosius Theodosium/ & beatus Innocentius imperatorem Archadium excommunicauit & ab ecclesię ingressu prohibuit. Sicut enim nō sine ratione iudex gladium portat: ita non sine causa claues ecclesiæ sacerdotes accipiunt. ille portat gladium ad vindictam malefactorum laudem vero bonorū. isti habent claues ad exclusionem excōmunicatorum & reconciliationem pœnitentium. Textus est pręmissa complectens in c. Nos si incompetenter §. his ita respondetur. versi. Sed notandum. 2. quęsti. 7.

ℂFinis literæ O.

Pactum. ℂPactum [p] salis est sempiternū corā do Nūeri. 18.c
mino tibi ac filijs tuis (dixit dominus ad Aaron)
ℂDominus de⁹ noster pepigit fœdus nobiscum in Deute. 5.a.
Oreb (dixit Moyses ad filios Israel) Non [q] cum pa=
tribus nostris inijt pactū: sed nobiscum qui impræ=
sentiarum sumus & viuimus.
ℂFactum est verbum domini ad Hieremiam dicens. Hæc dicit domi Hiere.33.d.
nus. Si [r] irritum potest fieri pactum meum cum die/ & pactum meum
cum nocte: vt non sit dies & nox in tempore suo. & pactum meum irri
tum esse poterit cum Dauid seruo meo: vt nō sit ex eo filius qui regnet
in throno eius: & leuitæ & sacerdotes ministri mei.
ℂDissoluistis [s] pactum meum in omnibus sceleribus vestris. Eze.44.c.

Palam. ℂNon est aliquid absconditū/quod nō manifestetur: nec Marci.4.c.
factū est occultū/quod non veniat in [t] palam. Et ṡ. Iesus. Ioan. 18.d.

Palacium. ℂDecreuit Salomon ædificare [v] domum nomini do 2.para.2.a.
mini: & palacium sibi.

p ℂPactū salis est sempiternū coram domino tibi ac filijs tuis. Pactū salis nominat oblationū vniuersitatem quę ad ministeriū vel ad ius sacerdotū pertinet. vnde in leui. Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies. Hęc declaratio est glo.ord. Circa quā notetur constitutio concilij Bracharē. de qua in c. Si quis basilicam. de conse. dist. 1. vbi dicitur. si quis basilicam non pro deuotione fidei/ sed pro quęstu cupiditatis ædificet. Et quicquid de oblatiōe populi colligit/ mediū cū clericis diuidat. eo ꝙ basilicā in terra sua condidit: hoc de cętero obseruare debet vt null⁹ tā abominabili voto cōsētiat. Hęc ibi. Mystice autem hac sententia ostēditur (scdm glo.ord.) sapientiam non solū episcopis qui per Aarō/ sed etiam sacerdotibus & oībus ordinatis: qui per Aarō filios significant/ esse necessariam. vnde legitur i epistola Gelasij papę. illiteratos nullus p̄sumat ad clericatus ordinē p̄uehere. qa litteris carēs sacris nō potest esse apt⁹ officijs. c. illiteratos. 36. dist. sapientiā dico: non secularē/ sed diuinę legis vnde Hiero. ad Damasū papam. Sacerdotes dei inquit omissis euangelijs & prophetis videm⁹ comedias legere: amatoria buccolicorū versuū verba cātare/ tenere Virgilium in manib⁹: & id qd in pueris adest causa necessitatis/ crimē in se facere voluptatis. c. Sacerdotes. 37. dist. vel secundū Nicolaum de Lira. Stabilitas p̄missionis quæ fiebat Aaron & eius filijs designatur nomine pacti salis. Quomodo aūt de iure humano pactorū stabilitas designetur/ tractant canonistę in c. 1. de pact. & legistę in l. iurisgentiū. §. igitur nuda. & §. quinimo. ff. eodem per quos videatur quia huiusmodi disceptatio ab hac sentētia satis aliena est. q ℂNon cum patribus nostris inijt pactū. Pactum patribus factū tametsi nulla successorum mentio facta fuerit successoribus prodest. l. si pactū. ff. de proba. Nisi pactū personale fuerit. l. idē in duobus. §. personale. ff. de pac. in dubio tamē pactum nō præsumitur personale. l. iurisgentiū. §. pactorū. ff. eodē. r ℂSi irritū potest fieri pactū meū. Irritum non redditur pactū diuinū seu dei promissio q̄tum in se est. cū ipse semper iustus/ nō nisi iustam faciat promissionē. aliunde tamē. i. ratione mutationis hominis/ p̄missio dei nonunq̄ irrita reddi videtur. c. q̄obrem. de pœni. dis. 1. de quo videatur quod dictū est in verb. Mutare. b. Pactū aūt humanū (vt pote cū homo facile subiaceat iniquitati/ & eam bibat velut aquā dicit tex. in c. Si eñ. de pœni. dist. 2.) redditur multotiens irritum ac inane etiam ab initio. Pacta eñ quę contra leges/ cōstitutionesq̨ vel contra bonos mores fiunt: nullam vim habere indubitati iuris est. l. pacta quę cōtra. C. de pac. l. Contra iuris ciuilis. in prin. ff. eodē. vnde dicit Grego. 9. in c. fi. eodē ti. pactiones factæ p̄ quibusdā spiritualibus: cum in huiusmodi oīs pactio omnisq̨ conuentio debeat omnino cessare/ nullius penitus sunt momenti. Quod etiā de alijs est dicendū: quæ obseruatæ vergunt in animæ detrimentū. Nam etiā iuxta legitimas sanctiōes: pactū turpe vel rei turpis aut impossibilis/ de iure vel de facto nullā obligationem inducit. Hęc ibi. Et ideo etiā dicit Inno. tertius in c. Pleriq̨. eodem ti. Pleriq̨ regulares clerici & seculares: interdū cum vel domos locant/ vel feuda cōcedunt: in pręiudiciū parrochialiū ecclesiarum pactum adijciunt/ vt conductores & feudatarij decimas eis soluant: & apud eosdē eligant sepulturam. Cū aūt id de auaritię radice procedat/ pactum huiusmodi penitus reprobamus: statuentes vt quicquid fuerit occasione huiusmodi pacti pręceptū ecclesiæ parrochiali reddatur. Hæc ibi. Et eadem ratione dicit Alexan. tertius in c. Accepimus. eodem ti. Accepimus ꝙ quædā sunt ecclesię clericis tali tenore concessæ: ꝙ post eorū obitum alij nominatim succedant. verū quoniā hoc iniquū est/ & sacris canonibus inimicū: & ideo non debet aliquatenus tolerari. mandamus quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles & iniquas appellatione cessante p̄hibeas: & omnino friuolas & inanes esse decernas. Hæc ibi. Aliqua tamē pacta etiam iurata improbat lex ciuilis quę canonica sanctione dictante/ valida sunt. vnde dicit Bonifacius octauus in c. 2. de pactis. lib. 6. Q̄uis pactū patri factū a filia dū nuptui tradebatur: vt dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet/ improbet lex ciuilis: si tamen iuramento non vi nec dolo pręstito firmatū fuerit: omnino seruari debebit. cum non vergat in æternæ salutis dispendiū. Nec redundet (supple principaliter) in alterius detrimentū. hęc ibi. Cętera quę hic possent cumulari/ videantur per docto. in eorū apparatu: super textibus supra citatis. s ℂDissoluistis pactū meum in omnibus sceleribus vestris. Facit qd dicit Hiero. i Amos p̄pheta. promittit deus prospera: sed si negligentia dissoluamur/ illum pœnitebit sponsionis/ promissaq̨ inuiabit. c. Si agamus. de pœni. dist. 1.

t ℂQuod non veniat in palā. Aliquid venire in palam/ est ipsum coram pluribus fieri. tex. est in l. palam ff. de ri. nup. Oportet tamen ꝙ illi plures intelligant: Alioqui non diceretur actus in palam venisse. bo. tex. in l. hæredes palam. in princip. ff. de testa. sicut etiam actus non dicitur corā aliquib⁹ fieri: nisi ipsi fuerint intelligētes. vt est casus in l. Corā. ff. de verb. sig. palā tamen nonnunq̄ aliter accipitur: vt in l. palā. ff. de ri. nup. vbi mulier dicitur palam quæstum suo corpore fecisse: non tantum quę in lupanari & sic in publico se prostituit/ sed etiam quæ in aliqua domo priuata pudori suo/ passim. i. sine personarum delectu non pepercit.

v ℂAedificare palaciū sibi Palacia proprie dicunt̄ amplę dom⁹ regis aut principis magnificentię deputatę: de quibus loquēs imperator in l. vnica. C. de pala. & do. Domi. lib. 11. dicit. Cōsecratas nobis ędes. i. inclyta palacia ab oīi priuatorum vsu/ & cōmuni habitatione excipimus. Hęc tex. vbi glo. & Io. de platea dicunt: ꝙ iudices & officiales publici debent in palacijs seu publicis domibus habitare/ vt eorum reparationi prouidere cōpellantur. De istis etiam palatijs notabiliter loquitur textus in l. Quicunq̨. C. de ope. publi. vbi dicitur. Qui-

cunq locus in palatio priuatis ædificijs incõmode occupatus est/his q̃primũ surreptis omnib⁹ quæ in eo sunt ædificijs: palatiũ reformetur. quod priuatorũ non est parietib⁹ coartandũ. Nã imperio magna ab vniuersis secretá debentur: vt hi tm̃modo locum habitandi habeant/quos legitimus maiestatis nostrę vsus & reip. disciplina delegit/in futurũ etiam vniuersis ab huiusmodi vsurpatione prohibẽdis. Hæc ibi.

Matth.3. c. **Palea.** ¶Christus permundabit aream suam/& congregabit triticum in horreum suum: paleas [x] autem comburet igni [y] inextinguibili. ¶Cætera in verbo Lutum. Ezechielis.13.b.

1.regũ. 15.f **Pallium.** ¶Saul apprehendit summitatem pallij Samuelis/ quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel. Scidit dominus regnum Israel a te hodie: & tradidit illud proximo tuo meliori te. Et infra Saul.

4.regũ.2. b ¶Tulit Helias palliũ [z] suum & inuoluit illud/& percussit aquas: quæ diuisæ sunt. Et supra Helias.

Palmes. ¶Recurre ad verbum Fructus. Ioannis.15.a.

Iob.16.c.in fi **Palpebræ.** ¶Facies mea intumuit a fletu: & palpebræ meæ caligauerunt: Hæc passus sum/absq iniquitate manus meæ: cum haberẽ mundas ad deum preces.

Psal. 10. b. ¶Oculi dei in pauperẽ respiciũt: palpebrę ei⁹ iterrogãt filios hominũ.

puer. 4. d. ¶Oculi tui recta videant: & [a] palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.

¶Fornicatio mulieris in palpebris ei⁹ agnoscitur. Supra Fornicatio.

Gene.3. c. **Panis.** ¶In [b] sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es/& in puluerem reuerteris.

x ¶Paleas. Idest peccatores. Et ita etiam sumitur in c.1. in fi.23. quæst.7. dum ibi dicitur neq propter paleam relinquimus areã domini. Et eadẽ sententia habetur in c. Quisqs. in fi.24. quęst.1. vbi Archi. dicit. malos ideo paleas vocari: quia cito ex tolluntur vento superbiæ vel alterius peccati. vnde textus de malis loquens in ca. Recurrat. §. itaq.32. q̃st.4. dicit. Siue intus versari videant siue aperte foris sint. Quod caro est/caro est. siue in area in sua sterilitate perseueret. siue in occasiõe tẽtationis/tãq vento extra tollantur. Quod palea ẽ/ palea est & semper ab illius ecclesiæ (quæ est sine macula & ruga) vnitate diuisus est: etiam qui congregationi sanctorũ in carnali obduratiõe miscetur. De quibus etiam malis hominibus (paleis eos adęquãdo) loqt tex. in c. Multi. circa mediũ.2.q.7. dicẽs. Si p iudiciũ auferri nõ possunt mali/tolerẽtur poti⁹: ne peruerse malos euitãdo ab ecc'ia ipse discedens mittat ad gehennã. quia adhoc nobis in scriptoris sunt exempla proposita velut in messe: vt palea sufferatur vsq ad vltimum ventilabrum. Et eadem cõparatio malorũ ad paleas fit in c. Cum baptisat. de cons. dist.4. & in c. Quomodo eadẽ dist. vbi glo. in verb. Paleæ dicit malos paleas vocari vel qa vacui sunt bonis operib⁹/vel quia leuiter cadũt tẽpore tentatiõis: vel quia arsuri sunt igne inextiguibili/granis in area repositis. y ¶Igne inextinguibili. Vide qd dictũ est in verbo ignis: in declaratiõe istorum verborũ. z ¶Palliũ suũ. Palliũ dicitur omis vestis cuiuscũq materię fit. l. in stratũ. ff. de verb. sig. l. itẽ quęrit. §. si fullo. ff. locati. Et est vestis superior q. s. tunicę superponit. vñ & dici solet: expedire nõnunq̃ vt post tunicã/palliũ relinquat. c. Suscepim⁹. in fi. de homi. Et hoc pallio qlibet etiã laicus vti potest: vt pbatur in iurib⁹ supradictis. Est aũt aliud palliũ quod verius ac latini⁹ dicit palleũ: qd est insignis vestis seu ornamentũ archiepõrum: de quo in c.1. & per to. c. dist. & in c.1. & per totũ ti. de aucto. & vsu pal. Et dicitur vtrunq a pallin grece/ latine motu seu cõcussione. Et merito. Nã & palleũ sæpe mouetur: sed & pallium sæpius: vnde & minister frequẽter aptando palleũ concutit palleatũ. vel dicit palliũ a pallore. siue palleo palles. Tenetur eñ palleat⁹ prę cæteris deũ diligere. Ex quo sequit q in ieiunijs & disciplinis & alijs bonis operibus debet alios pcellere/vt ornatui vestiũ/actionũ conueniant ornamenta. c. rationis. c. Dis. licet qñq decorentur palleo moribus indecori. Qui vero ex pallei receptione ad amorẽ dei & pximi magis accendit: qñq ex labore vtriusq vitæ cõtemplatiuę. s. & actiuæ pallidior redditur. Tali ergo designatio pallei consonat. vnde Ouidius. palleat omnis amans/hic est color aptus amanti. Ad quod etiã designandũ/ponuntur in palleo cruces nigri coloris propter mortificationem vitiorũ: quæ in palleato debent esse extincta & mortua. vt dicere possit cũ apostolo. mundus michi crucifixus est/& ego mundo. ad Gala. vi. Et notandũ q prædictę cruces pallei tantum quatuor sunt numero/quę secundũ aliquos quatuor affectiones significant. s. gaudiũ/dolorem/spem/& timorem. prima (quę est ante pectus) significat gaudium. Scda quę est a sinistris/spem. Tertia quæ est retro post scapulas/dolorẽ. Quarta q̃ est a dextris timorẽ & secũdũ hoc/gaudiũ Spes dolor & timor sicut cõtaria sunt/sic contradictorie opponuntur. Sed quia quando huiusmodi affectiones excedunt: potius possunt dici afflictiones q̃ affectiones. ideo in tribus primis crucibus ponuntur tres acus ad pungendũ & reprimendum ne excedant. In quarta vero nõ ponitur acus: quia timor suũ aculeũ secũ portat. vel potest dici q per primã denotatur gaudiũ quę ideo pponitur/quia homo semper debet incedere lęta facie. Per sinistrã dolor: quia a sinistris pãdetur omne malum. Per tertiã timor: quia magis potest homo timere ea quę nõ videt/q̃ ea quę videt. Per quartam spes quę & ideo sine aculeo remanet vt homo magis speret q̃ timeat. Hac autem consideratiõe ideo subalternãtur & ponũtur subalterne: vt gaudiũ dolore misceat/& vt timor spe tẽperet: q̃ & ideo vltima ponitur/ne hõ desperat⁹ decedat. Vel per quatuor cruces designãtur quatuor virtutes cardinales/iustitia/fortitudo/prudẽtia/tẽperantia. per primã igit designat iustitia/quã palleat⁹ semp habere debet p oculis. & ideo ponit ante pectus. per scdam fortitudo cõtra aduersa: & ideo ponit a sinistris. per tertiã prudẽtia: q̃ & ideo retro ponit: vt per pteritorũ memoriã puideant futura. per quartã tẽperãtia/ q̃ & ideo caret aculeo/qa nũq̃ excedit. tẽperantia naq; in se est tẽperata/nec tẽperatur ab alijs immo habet alias tẽperare: q̃ & ideo a dextris & extremo loco ponit / qa est quasi auriga & cõclusio aliarũ virtutũ. vñ philosoph⁹ in extremis cõstitut⁹ legit p sũma philosophię dixisse discipulis. Ne qd nimis. pmissa pallij & pallei declaratiua cõgerit Hostiẽ. in ruo. de aucto. & vsu pallij. a ¶Palpebrę tuę pcedant oculos tuos. Iter iustitię quo igredi debeas diligẽter edisce. & in cunctis q̃ agere disponis solicit⁹ ad quẽ finẽ sint vẽtura puide. Hęc declaratio est glo. or. circa quã notet tex. q Hiero. ẽ in c. Si clericat⁹. 16. q.1. vbi dicit. Si clericatus titillat desideriũ: discas quod possis docere: & rõnabilẽ deo offeras hostiã. Et subiũgitur michi placet vt habeas sãctorũ cõtuberniũ: nec ipse te doceas/& absq doctore igrediaris viã quã nũq̃ igress⁹ es. Hęc ibi. b ¶In sudore vult⁹ tui vesceris pane tuo. Epũs initio quadragesimę eorũ q pœnitẽtiã publi-

❡Non [c] in solo pane viuit hõ: sed in om̃i verbo qd̃ egredit̃ de ore dñi. Deute.8.a.
❡Immolabis phase domino deo tuo de ouib9 & de bobus/ in loco quẽ elegerit domin9 deus tu9: vt habitet nomẽ ei9 ibi. Nõ [d] comedes in eo panẽ fermẽtatũ. Septẽ diebus comedes absq̧ fermẽto afflictiõis panẽ. Deute.16.a
❡Panem [e] tuũ cum esurientibus & egentibus comede: & de vestimẽtis tuis nudos tege. Panẽ [f] tuum & vinum tuum super sepulturã iusti cõstitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Tob.4.c.
❡Mãdauit dominus nubib9 desuper/ & ianuas cœli aperuit. Et pluit filijs Israel manna ad mãducandum: & panẽ cœli dedit eis. Panẽ [g] angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Psal.77.c.
❡Cibabis nos pane lachrymarũ: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Psal.79.a.
❡Producẽs fœnũ iumentis/ & herbam seruituti hominum: vt educas panem de terra/ & vinũ lætificet cor hominis vt exhilaret faciẽ in oleo/ & panis [h] cor hominis confirmet. Psal.103.c.
❡Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postq̃ sederitis/ qui mã ducatis panem [i] doloris. Psal.126.c.
❡Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis [k] absconditus suauior. puerb.9.d.
❡Noli diligere somnum/ ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos: & saturare panibus. puer.20.b.
❡Suauis est homini panis mẽdacij: & postea iplebitur os ei9 calculo. 29.c.
❡Cibaria [l] & virga & onus asino: panis & disciplina & opus seruo. Eccli.33.d.
❡Panis [m] egentiũ vita pauperis est: qui defraudat illũ/ homo sanguinis est. Qui aufert ex sudore panẽ: quasi qui occidit proximum suum. Eccli.34.d.
❡Panem [n] nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Matth.6.b
❡Patres nr̃i (dixerũt Iudęi ad Christũ) mãducauerũt mãna ĩ deserto: sicut scriptũ est. Panẽ de cœlo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis Iesus. Amẽ/ amẽ dico vobis. Nõ Moyses dedit vobis panẽ de cœlo: sed pater meus dat vobis panẽ de cœlo verũ. Panis enim verus est: qui de cœlo descẽdit: & dat vitã mũdo. Dixerũt ergo ad eũ. Dñe semper da nobis hunc panẽ. Dixit autẽ eis Iesus [o]. Ego sum panis vitæ. Qui venit ad Ioan.6.d.

eum suscepturi sunt/ capita cilicio operiet: & cũ gemitu/ crebris suspirijs denunciet eis. qm̃ sicut Adam proiect9 est de paradiso: ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abijciuntur. postea iubeat ministris vt eos extra ianuas ecclesiæ expellant: clerus vero prosequat̃ eos hoc responsorio. In sudore vultus tui. Ita legit̃ in concilio Agathensi. & habetur in c. In capite. 50. dist. c ❡Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod egredit̃ de ore dñi. Sicut corpus materiali/ ita anima spirituali cibo nutritur: eo q̧ non in solo pane viuit homo/ sed in omni verbo quod procedit de ore dei. ita dicit textus in c. Inter cętera. in princip. de offi. ordi. Cũ enim homo ex corpore consistat & aĩa c. in quadã. de cele. missa. quodlibet istorũ sustentatione eget/ & panem suũ habet. vñ materiali cibo corp9: spirituali. i. verbo dei anima sustentatur: quo subtracto/ patitur aĩa famẽ & sitim c. Audacter. 8. quæst. 1. d ❡Non comedes in eo panem fermẽtatũ/ An si hodie pascha nr̃m. idest sacrum Christi corpus consecretur in pane fermẽtato/ teneat consecratio: tractat Panor. in c. fi. de celeb. missa. & dictum est s̄ ĩ verb. Fermẽtum. super illud apostoli. Epulemur non in fermento veteri. e ❡Panẽ tuum cũ esuriẽtibus comede. Nõ ergo totũ vnusquisq̧ sibi eripiat: sed quod habet cũ paupere partiat̃ c. in singulis. in fine. 86. dis. f ❡Panem tuum & vinũ tuũ super sepulturã iusti cõstitue. monemur p eis defũctis oblationes facere: quos ĩ gratia pręsumim9 decessisse. Debemus autẽ de oĩbus ita p̄sumere: nisi nobis manifeste constet de contrario. c. Non ęstimem9 in princip. 13. q. 2. Hanc aũt sententiã literaliter accipe/ vanũ videt̃. legit̃ eñ in concilio Martini papę de quo ĩ c. Nõ oportet clericos. in fi. de cõs. dist. 1. Nõ liceat Christianis prandia ad defũctorũ sepulchra deferre/ & sacrificare mortuis. g ❡Panẽ angelorũ mãducauit homo. Vide textũ ĩ c. Reuera. in prin. de cõsecr. dist. 2. de quo dictũ est in verb. Iesus. Matt. 26. h ❡Panis cor hominis cõfirmet. In pane: de quo dictũ est. Qui manducat hunc panẽ/ viuet in ęternũ. mirabilis est cõfirmatio/ fulcit eñ animę nostræ substantiã. vnde & in figuram scribitur de Helia qui de pane subcinericio comedit & ambulauit in fortitudine cibi illius 40. dieb9 & totidẽ noctib9. Ita dicit glo. in cle. 1. in verb. Mirabilia. de reli. & vene. sanc. & dictum est in verb. Esca. super illud psal. fecit memoriã mirabiliũ suorũ/ misericors & miserator dñs: escã dedit timentibus se. i ❡Panẽ doloris. De pane doloris & aqua angustię loqtur tex. in c. Guilisari9. 23. q. 4. & in c. Nouim9. de verbo. signifi. k ❡Panis abscõditus suauior. Eleemosyna occulte data occultorũ cognitori ac remuneratori gratior est: vtpote cũ sit absq̧ ostentationis fermento facta/ put eã & cętera q̃ agimus opera bona facere p̄monemur d. c. Cauendũ. de pœni dist. 3. Nonũq̃ tñ p̄pter personę qualitatẽ/ expedit vt ĩ publico fiat. c. quatuor in fi. 12. q. 2. l ❡Cibaria & virga & onus asino. Declara vt in verb. disciplina. m ❡Panis egentiũ vita pauperis est. Recurre ad verbũ Defraudare: & declara vt ibi. n ❡Panẽ nr̃m supersubstãtialẽ da nobis hodie. Panis iste corp9 Christi est. Christ9 eñ panis est de quo q̃ manducat/ viuit in ęternũ. c. Christ9 panis. de cõse. dis. petẽdo aũt hoc sacramẽtũ alia sacramẽta petim9. vt dictũ est s̄. in verb. Orare. o ❡Ego sum panis vitę &c. Pleriq̧ tex. de hoc cœlesti pane loquẽtes/ allegati sunt in verb. Caro. Io. 6. f. in verb. Iesus. Matth. 26. c. Et ĩ verb. Mãducare. sed ibidẽ dictis addẽdo notet̃ prio tex. in c. Corporeũ. in fi. de cõs. dis. 2. dum ibi dr̃. Perfect9 panis de cœlo/ corp9 ẽ ex virgine natũ. Et ĩ c. Nec moyses. eadẽ dis. vbi dr̃. Nec Moyses dedit vobis panẽ verũ/ sed dñs Iesus ipse cõuiua & cõuiuiũ/ ipse comedẽs & q comedr̃. Et tex. ĩ c. si qs. eadẽ dis. dicẽs. Si credis a Christo carnẽ esse susceptã/ & offeras trãsfiguratũ corp9 ĩ altari/ nec tñ distinguis naturã verbi & corporis Christi: dr̃ tibi si recte offeras/ recte aũt nõ diuidas: peccasti. Et ĩ c. in illo. eadẽ dist. sic inqens. In illo sacro Christus est: qa corp9 est Chri. Nõ ergo corporalis esca/ sed sp̃ualis. Vñ & apostol9 de typo ei9 ait. Quia p̄res nr̃i eandem escã sp̃ualem manducauerũt. Corpus eñi dei/ est corpus spirituale: corpus Christi/ corpus diuini spiritus est. Et in c. In calice. in fi. eadem dist. dum ibidem dicitur. Ante verba Christi (quod offertur) panis dicitur: vbi verba Christi deprõpta fuerint/ non iam panis sed corpus dicit̃. Quare ergo in dñica orone ait: panẽ nr̃m. pa-

nem dicit sed epyusiō. hoc ē supersubstātialē. hęc ibi. in hoc aūt pane: nulla rei fit scissura/signi tm̄ fit fractura qua nec status/nec statura signati minuitur. fracto ergo sacramēto/ne vacilles sed memēto: tm̄ esse sub fragmēto/q̄tum toto tegit. vn̄ singuli totū accipiūt Christū dn̄m: & in singulis portionib⁹ totus est / nec per singulos minuit: sed integrū se in singulis pbet. c. singuli aūt. eadē dist. [p] ℭ Murmurabāt Iudęi de Christo. Si discipuli Christi patienter ferre nequerūt qd dn̄s dixit. Qui nō mādat meā carnē &c. sed dixerūt. durus est hic sermo. put habet Io. 6. f. quomō ferrēt ista icredu li (c. Vtrū. paulo ante fi. vbi hæc verba ponunt. de cōsecra. dist. 2.

me/non esuriet: & qui credit in me/non sitiet in æternum.

Ioan. 6. e ℭMurmurabant [p] Iudæi de Christo: quia dixisset/ ego sum panis viuus: qui de cœlo descendi. Et dicebant. Nonne hic est filius Ioseph: cuius nos nouimus patrē & matrem? Quomodo ergo dixit hic: quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus: & dixit illis. Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me/ traxerit eum. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

1. cori. 10. d ℭCalix benedictionis/ cui benedicimus: nōne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini est? Quoniam [q] vnus panis/ & vnum corpus multi sumus: omnes quidem de vno pane: & de vno calice participamus.

2. Thess. 3. b. ℭIpsi scitis (inquit Paulus ad Thessalonicēses) queadmodū oporteat imitari nos. quoniā nō inquieti fuimus inter vos: neq; gratis panē mā ducauimus ab aliquo: sed in labore/ & in fatigatione: nocte ac die operantes: ne quē vestrū grauaremus. Nō quasi nō habuerimus potestatē: sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandū nos. Nā & cū essemus apud vos: hæc denūciabamus vobis: quoniā si quis non vult operari: nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulātes inquiete: nichil operantes/ sed curiose agentes. His autē qui huiusmodi sunt: denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo: vt cum silentio operantes/ suum panem manducent.

ℭCætera in verbis Agnus. Exodi. 12. a. Dauid. 1. Reg. 21. c. Esuriēs. Esaiæ. 58. b. Fornicarius. Eccli. 23. h. Helias. 3. Regum. 17. c. Iesus. Matth. 15. c. & Ioan. 6. a. b. Initium. Eccli. 29. d. Macula. Leui. 21. a. Māducare. 1. Cori. 11. e. f. & 2. ad Thess. 3. c. Melchisedech. Gene. 14. c. Pręceptum. Leui. 26. a. & Sacerdos. Mala. 1. b.

2. mach. 9. b **Par.** ℭIustū est esse subditū deo: & mortalē non [r] paria deo sentire.

ℭDe Maria & Ioseph: qui obtulerūt par turturū/ aut duos pullos columbarum: habetur Lucæ. 2. d. & supra in verbo Ihesus.

Parabola. ℭLoquutus est Salomon tria millia parabolarum. Vide in verbo Salomon.

Psal. 68. c. ℭPosui [s] vestimentū meum ciliciū: & factus sum illis in parabolam.

puer. 26. a. ℭQuomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.

puerb. 26. b ℭQuō si spina nascat in manu temulenti: sic parabola ī ore stultorū.

ℭDe parabola seminū: quorū aliqua secus viā: aliqua ī petrosa: & alia in spinas ceciderūt: vide Matth. 13. c. & in verbo Semē. Lucę. 8. a. b. c.

ℭDe parabola seminis boni: & zizaniorum in tritici modio superseminatorum: vide in verbo Zizania. Matth. 13. d.

Math. 13. d. ℭHāc parabolā pposuit Christ⁹ discipl'is suis dicēs. Simile est regnū cœlorū grano [t] sinapis: qd accipiēs homo seminauit in agro suo: qd minimū est ōnibus seminib⁹. Cū autē creuerit maius est omnibus oleribus: & fit arbor: ita vt volucres cœli veniant: & habitēt in ramis ei⁹.

Matth. 13. e ℭAliā pabolā loquut⁹ est discipl'is Christ⁹. Simile [v] est regnū cœlorū fermento: qd acceptū mulier abscondit in farinæ satis tribus: donec

[q] ℭ Quoniā vn⁹ panis / & vnū corp⁹ multi sum⁹ &c. Circa hęc verba notet tex. in c. Hoc sacramentū. de cons. dist. 2. vbi dicit. Hoc sacramē tū pietatis est & signum vnitatis/ & vinculū charitatis. Qui vult viuere/ accedat & credat: & icorporet hunc cibū. societatem vult intelligi corporis & mēbrorū suorum/ qd ecclesię in pdestinatis Hęc ibi.

[r] ℭ Paria sentire. Idest ęqualia seu similia l. Cū par. & l. parē. de regu. iur. de significatiōe etiā hui⁹ vocabuli/ notatur ī l. Qui cōcubinā §. Qui quatuor. ff. de regu. iu. Ratio aūt hui⁹ sentē tię colligi pōt ex c. Quo iure. ī fi. 8. dis. dū ibi dr. de⁹ ad obediendū ppositus est oib⁹. Et sic in oēs habet de⁹ obediētię subiectionē. Certū vero est/ par ī parē nō habere imperiū. l. Ille a quo. §. Tēpestiuū. ff. ad trebel. l. nā magistrat⁹. ff. de arbi. & c. Innotuit. de elec.

[s] ℭ Posui vestimētū meū ciliciū/ & factus sū illis in parabolā. Tex. ē quo posset hęc sententia declarari ī c. 1. 2. Rn̄. 21. q. 4. de quo dictū ē in verbo deridere. super illud deridet iusti simplicitas.

[t] ℭ Simile est regnū cœlorum grano sinapis. Regnum cœlorū prędicatio est euangelij. de qua alibi. Auferet a vobis regnum dei & dabit genti facienti iustitiā ei⁹. c. Si de rebus. 23. q. 7. q̄ quidē apud vanos & infideles hoīes minima est & abiectior cęteris disciplinis c. legim⁹. 1. in fine. 37. distin. sed vbi creuit. i. fideliter & cū sapore suscepta est maior est/ & prę fert alijs quibuscūq; sciētijs: tanq̄ ea cōplectat q in cęteris experi debent. d. c. Legim⁹. paulo ante finē. Et volucres cœli veniūt & habitāt in ramis eius. i. eū in cuius agro .i. animo stabilitas est/ & firmatus amor euāgelij & diuinarum scripturarum angelorum custodia sic corroborat: vt a mundana vix superetur iniquitate. capi. Sicut stellas. 38. distin.

[v] ℭ Simile est regnum cœlorum &c. Prædicatio euangelij seu doctrina scripturarum abscondi-

fermētatum est totum. Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictū erat per prophetam dicentē. Aperiam in parabolis os meum: eructabo ascondita a constitutione mundi.

¶Cætera in verbis Fatuus. Eccli.20.c. Sapientia. Eccli.39. a. & Semen. Lucæ.8.a.b.c.

Paraclitus. ¶Si diligitis me (dixit Christus ad discipulos) mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem: & [x] aliū paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscum in ęternum/spiritū [y] veritatis: quem mundus non potest accipere: quia non videt eum: nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit / & in vobis erit. Ioan.14. b

¶Hæc loquutus sum vobis apud vos manens (dixit Christus ad discipulos) Paraclitus autē spiritussanctus quē mittet pater in nomie meo: ille vos docebit [z] ōnia/& suggeret vobis omnia quecūq; dixero vobis. Ioan.14.d.

¶Cū venerit paraclitus: quem ego mittam vobis a patre/spiritū veritatis: qui [a] a patre procedit/ille testimoniū perhibebit de me/& vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Ioan.15.fi.

¶Nūc vado ad eum qui misit me (dixit Christus ad discipulos) & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hæc loquutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis/ expedit vobis vt ego vadam. Si [b] enim non abiero / paraclitus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit ille: arguet [c] mundum de peccato/& de iustitia & de iudicio. De peccato [d] quidem: quia non crediderunt in me. De iustitia vero: quia ad patrē vado/& iā non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Ioan.16.b.

Paradisus. ¶Plātauerat dñs de⁹ paradisum [e] voluptatis a pricipio: in q̄ posuit hominē quē formauerat. Produxitq; dñs de⁹ de humo ōne lignū visu pulchrū/& advescēdū suaue: lignū etiā vitæ i medio paradisi/lignumq; scientię boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco Gene.2. b.c

tur in farinę satis tribus. s. in credulitate patris & filij & spiritussancti. & hęc trium personarū credulitas tota fermentatur: quia non ad triplicem deū/sed ad vnius deitatis noticiam perducit. d.c.1. de sum. tri. cū similib⁹ allegatis in verb. Deus. super illud Exo. Dominus deus tuus vnus est. x ¶Alium paraclitum. s. Consolatorem. ita dicit glo. inter. & Albe. in dictionario in verb. Paraclitus. y ¶Spiritum veritatis. s. sanctum qui patri & filio coęternus & consubstantialis est. d.c.1. de sū. tri. & d.c. fi. de cōse. dis.3. & q̄ dicat spirit⁹ veritatis testat Didym⁹ in lib. de spūsācto cōtra errorē gręcorū. & trāslatiue in c. fi. de cōs. dis.5. z ¶Docebit oia & suggeret vobis oia. Docebit vt sciatis/suggeret vt velitis. Neq; eni satis est scire quid agendū: nisi & scita velimus & impleamus. c. fi. 40. dist. a ¶Qui a patre pcedit: ęternaliter/& etiā a filio. nō tñ tāq̄ ex duobus principijs. sed tanq̄ ex vno pricipio nō duabus spirationib⁹ sed vnica spiratione. ca. Vnico de sum. tri. lib.6. de quo diffusius videat in verb. Iesus. Io. vlti. b ¶Nisi ego abiero paraclitus nō veniet &c. Grāde mysteriū hæc verba cōplectūtur. Quid ei sibi vult/nisi ego abiero paraclit⁹ non veniet? Ita ne inuisa paraclito pręsentia Christi: aut cōtuberniū dominicę carnis spūssanct⁹ horrebat quæ sicut angelo pręnūciante cognouim⁹ / nec concipi quidē nisi eo superueniente potuerit. Quid est ergo / nisi ego abiero / paraclitus non veniet? hoc inq̄ est. Nisi carnis pręsentia vestris subtrahatur aspectib⁹ / spiritualis gratiæ plenitudinē/occupata mēs vestra non admittet / non recipiet anim⁹ / non capiet affectus. Si hoc igit ita ē imo ita ē. Quis audeat de cætero fātasticis q̄busdā illecebris dedit⁹ sectās lenocinia carnis suę: carnis vtiq; cōgenitę in peccatis & i pctīs assuetę illū pariter expectare paraclitū. Errat omnino q cū carne illā sperat consequi grātiā spirit⁹ vehemētis: quā & veritas ipsa hisce verbis testat / ne cum ipsa quidē verbi carne percipere vllaten⁹ apti potuerūt. Pręmissa sunt Bernar. in.6. sermone in ascē. dñi. Circa quę notandū est qd dicit Beda super Ioannē. Quęrendū est inquiēs quomō speciale filij dei agnoscēdi signum fuerit q̄ super eū descenderit & māserit spūssanct⁹. Quid eni magni ē filio dei: q̄ in ipso manere spūssanct⁹ asserua tur/cū maneat etiā in alijs sanctis (sed notandū q̄ semper in dño māserit spūssanct⁹: in sanctis aūt hoibus q̄diu mortale corp⁹ gestauerint/parti manet in æternū/partim reditur⁹ secedit. hoc dictū Bedę (qd sentētię Bernardi satis astipulat) habet in c. Quęrendū. in prin. de pœ. dist.2. c ¶Arguet mundū de pctō / de iustitia et de iudicio. Arguet mundus de pctō quod dissimulat/ De iustitia quā nō ordinat dū sibi non deo eā dat / & de iudicio quod vsurpat/dū tam de se q̄ de alijs temere iudicat. Ita Ber. in paruis sermonib⁹. ser.21. reus eni arguitur peccati/seu peccator cōuincit: qui peccatū dissimulat. c. q̄tę. de sen. excōi. Et q sibi/ non deo iustitiā qua exercet: impu tat. c. Vide q̄tum.1. q.1. Et demū qui vel de se temere iudicās/de bono qd nō habet se iactat cū immūdus sit apud dominū: oīs q exaltat cor suū. c. si eni. col.7. de pœ. dis.2. vel aliorū cōscientias dijudicādo/dubia eorū facta/ perperā sinistreq; declarat. c. Estote de reg. iu. i ātiqs. d ¶De pctō q̄dē/ qa nō crediderūt in me &c. Arguet mund⁹ de infidelitate quam sequr/de iustitia quā nō imitat: & de iudicio/qd nō timet. Primo de ifidelitate: qa cū ea nullū bonū est vtile. c. Fraternitatis. de hęre. Scdo de iustitia: qa iustitiā fœdū fuit i alijs vidisse/& nō in se acceptasse. Tertio de iudicio: qa si dei amore a malo cōmittēdo nō auertebant/ debebāt saltem auerti formidine pœnę. c. Cū in cūctis paulo ante finē. de elec. e ¶Paradisum voluptatis. Paradisus loc⁹ est in oriētis partib⁹/cui⁹ vocabulū ex gręco in latinū vertit hort⁹. porro hebraice Eden dr/qd in nr̄a ligua delicię interpiat: qd vtrūq; iunctū facit hortū deliciarū. est eni oīmi genere ligni & pomiferarum arborum consitus habens etiam lignum vitę. nō ibi frigus sed perpetua aeris temperies. cuius medio fons prumpens totum nemus irrigat: diuiditurq; in quattuor nascentia flumina. cuius loci aditus post peccatum hominum interclusus est / ita de hoc paradiso loquitur Archidia. in capi. Omnibus. in princip. 24. quæstio.1. de quo etiam loquens Albericus in dictionario suo in verb. Paradisus. in.3. nota. in fi. dicit. Paradisus di amœnissimus ex mi-

voluptatis ad irrigandum paradiſum: qui [f] inde diuiditur in quatuor capita. Nomē vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnē terrā Euilach vbi naſcitur aurum. & aurū terræ illius optimū eſt. Ibiq; inuenitur Bdellium & lapis Onychinus. Et nomen fluuij ſecundi Geon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Aethiopiæ. Nomē vero fluminis tertij/Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluui⁹ autem quartus ipſe eſt Euphrates. Tulit ergo dominus deus hominē/& poſuit eū in paradiſum voluptatis vt operaretur & cuſtodiret illum: præcepitq; ei dicens. Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno [g] autē ſciētiæ boni & mali ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo/morte morieris.

Eccli.40.c. ¶Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus/& miſericordia in ſeculo permanet.

Eccli.44.c ¶Enoch placuit deo/& tranſlat⁹ eſt in paradiſū vt det gētib⁹ ſapiētiā.

Apo.2.b. ¶Vincenti dabo edere de ligno vitæ/quod eſt in paradiſo dei mei.

¶Cætera in verbis Adam. Gene.3.b.d.& Mulier. Gene.3.a.b.

Parare & Paratus.

Pſal.118.b **Parare & Paratus.** ¶Paratus [h] ſum & nō turbatus vt cuſtodiam mandata tua.

puer.19.i ¶Parata [i] ſunt deriſoribus iudicia: & mallei percutientes ſtultorum corporibus.

Math.24.d ¶Illud ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiq; & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo [k] & vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt.

Lucæ.1.g. ¶Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare [l] vias eius.

¶Cætera in verbis Dulcedo. Pſal.67.b. Laqueus. Pſal.6.b. Lingua. 1.Corinth.14.b.& Ratio.1.Pe.3.c.

Paralyſis.

1.mach.9.l **Paralyſis.** ¶Anno cēteſimoquinquageſimo tertio mēſe ſecūdo pcepit Alchimus deſtrui muros ſanctæ dom⁹ interioris: & deſtrui opera prophetarum. & cœpit [m] deſtruere. In tēpore illo percuſſus eſt Alchimus: & impedita ſunt opera illius/& occluſum eſt os eius: & diſſolutus [n] eſt paralyſi/nec vltra potuit loqui verbum & mādare de domo ſua. Et mortuus eſt Alchimus in tempore illo cū tormento magno.

Parcere.

Iob.7.c **Parcere.** ¶Ego [o] non parcā ori meo: loquar in tribulatione ſpiritus mei: confabulabor in amaritudine animæ meæ.

Iob.7.c.d. ¶Parce mihi dñe: nihil [p] ei ſūt dies mei. Quid [q] ē homo: qa magnificas eū/aut qd apponis erga eū cor tuū. Viſitas eū diluclo: & ſubito pbas

rificis inſectionibus & plantis/& fragrantiſſimis aromatibus/ex vernantibus floribus/ex temperatiſſimis roribus/& moderatiſſimis ventis ac placibilibus/ex amœniſſimis auiū cantibus ex puriſſimis floribus/ex validiſſimis ſepibus/& ex oculoſiſſimus cuſtodibus. Hęc Albe. Et appellatur paradiſus terreſtris. Cœleſtis eñi eſt in empyreo cœlo. Ita ſentit glo. in c. Eccleſia. de conſe. diſt.4. De quo etiam paradiſo terreſtri loquitur Bal. in c.1.§.mutus. in prin. in ti. Epm vel abba. vel abbatiſſam vel dominum plebis/feudum conſtituere non poſſe vt in vſ.feudo. dicens. dicit Albertus q de paradiſo terreſtri propter eius altitudinem aquæ cadētes faciunt tantum ſtrepitum q omnes qui ibi naſcuntur perdunt auditum: tamē nō ſunt ſurdi a natura/quia ſi trāſportarentur ad alium locū anteq̄ ſurdeſcerent audirent. Hęc Bal.

f ¶Qui inde diuiditur ī quatuor capita. Recurre ad verbum Fluuius.

g ¶De ligno ſcientiæ boni & mali &c. Declara vt in verb. lignum: & quod ſubijcit. morte morieris. Declaretur vt in verb. Comedere.

h ¶Parat⁹ ſum vt cuſtodiam mādata tua. Paratus cuſtodire domini mandata/ſi nō ponat obicem ſimilis eſt cuſtodienti: ſicut in iure humano dicitur/q parat⁹ ſoluere eſt ſimilis ſoluēti.l. vbi dñs. ff. de pcura. facit l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. de quo parato ſoluere poteſt videri qd no. Bar. in l. prętor. §. ſi quis paratus. ff. de ope. no. nuncia.

i ¶Parata ſunt deriſoribus iudicia. Recurre ad verbum Deriſor.

k ¶Eſtote parati. Id ſedula ſemper memoria repetētes/quales. ſ. hinc vos continget egredi/tales coram diſtricto iudice debere repræſentari. d.c. Qualis. in pri. 25.diſtin.

l ¶Parare vias ei⁹. Hinc dict⁹ eſt pręcurſor dñi. c. Hæc autem §. Ex his.23.quęſt.4.

m ¶Et cœpit deſtruere. Ioannes papa octauus ſequentem in eccleſiarū demolitores cōſtitutionem fecit. Si qui monaſteria & loca deo dedicata & eccleſias infringunt/& depoſita vel alia quælibet exinde ſubtrahunt: dānum nouies componāt/& immunitatē tripliciter/& velut ſacrilegi canonicę ſententiæ ſubiugantur. Tex. eſt in ca. Quiſquis. §. ſi. 17. quęſt.4. Et Vrban⁹ papa dicit in c. Attēdendū. eadem cauſa & quęſt. Attēdendū eſt omnibus/ne prædia vſib⁹ ſecretiorum cœleſtiū dedicata a quibuſdā irruentibus vexentur. Qđ ſi quis fecerit/poſt debitæ vltionis acrimoniā/q̄ erga ſacrilegos iure promenda eſt/perpetua dānetur infamia & carceri tradat/aut exilio perpetuæ deportationis ſeruetur. Hęc ibi. Imperatores autem Archadius & Honorius dicunt in l. ſi quis in hoc gen⁹. C. de epiſ. & cle. q irruens in eccleſiam & miniſtros eius/debet capitaliter puniri etiam per inquiſitionem: & vbicunq; ſit debet capi. & ſi ſit in arce vel loco ex quo non poſſit faciliter extrahi/debent adhoc milites conuocari & indici bellum.

n ¶Diſſolutus eſt paralyſi. Diſſoluit paralyſis membra/efficitq; vt ſuo recte nequeant officio fungi. textus eſt in c. ſi. de cleri. ęgrotan.

o ¶Ego non parcam ori meo &c. Non parcā ori meo: quin cōfitear/& confitendo ſingula declarem in dolore cordis mei quę feci peccamina/ſciēs q vbi eſt taciturnitas cōfeſſionis/ibi non eſt venia ſperanda criminis. c. Quis aliquā in ſi. de pœni. diſt.1.

p ¶Nichil enim ſunt dies mei. Vide quod iſtis verbis annotatum eſt in verb. Dies.

q ¶Quid eſt homo: quia magnificas eum. Recurre ad verbum Homo.

illū. Vſq̧quo [r] nō parcis michi: nec dimittis me vt glutiā ſaliuā meā.

¶Cætera in verbis Detractio. Sapien. 1. c. Filius. Prouer. 13. d. & ad Romanos. 8. f. Occultum. Pſalmo. 18. c.

Parcus.

¶Vigilia [s] & cholera & tortura viro infrunito: ſomn⁹ [t] ſanitatis in homine parco. Eccli. 31. c.

¶Qui [v] parce ſeminat/ parce & metet. & qui ſeminat in benedictionibus/ de benedictionibus & metet &c. 2. cori. 9. b.

Parturire & Partus.

¶Sicut mulier quæ concepit cum appropinquauerit ad partum: dolēs [x] clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus. A facie tua (domine) concepimus/ & quaſi parturiuimus: & peperimus ſpiritum ſalutis. Eſaię. 26. c.

¶Anteq̃ [y] parturiret/ anteq̃ veniret partus eius peperit maſculū. Quis audiuit vnq̃ tale: & quis vidit huic ſimile? Nunquid parturiet terra in die vna: aut parietur gens ſimul: quia parturiuit & peperit Syon filios ſuos? Nūquid [z] ego qui alios parere facio: ipſe nō pariā dicit dominus? Si ego qui generationē cęteris tribuo: ſterilis ero ait dn̄s de⁹ tu⁹? Eſaię. 66. c.

¶Cætera in verbis Concupiſcentia. Iacobi. 1. b. Dolor. Gene. 3. c. & Pſal. 7. d. Gaudium. Ioan. 16. d. Iacob. Gene. 38. c. Mulier. Gene. 3. c & Virgo. Eſaiæ. 7. c.

Parentes.

¶Ne reminiſcaris domine delicta mea vel [a] parentum meorū. Quoniam nō obediuimus præceptis tuis: ideo traditi ſumus in direptionem & captiuitatem & mortem & in fabulam & in improperium omnibus nationibus in quibus diſperſiſti nos. Tob. 3. a.

¶Ex iniquis [b] omnes filij qui naſcuntur/ teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes: in interrogatione ſua. Sapiē. 4. b.

¶Qui timet dominū: honorat [c] parētes/ & quaſi dominis ſeruiet his q Eccli. 3. b

r ¶Vſq̧quo non parcis michi. Dn̄s nobis non parcens quo minus. ſ. tribulationibus nos exerceat: ſe beniuolum potius q̃ inimicū demonſtrat. c. Non oſculatur. verſi. habet em̄. 5. quęſt. 5. & c. Quis nos poteſt. in pri. 23. q. 4. hinc dictū eſt. Non oīs qui parcit amicus eſt: nec omnis qui verberat inimicus. c. Non oīs. in prin. 5. q. 5.

s ¶Vigilia & cholera &c. Recurre ad ea quæ dicta ſunt in verb. Crapula.

t ¶Sōnus ſanitatis in homine parco. Hanc ſententiā de corporea ſanitate intelligēdo. Notetur tex. ſolēnis in c. Nichil. cum. c. ſequen. de conſecr. diſt. 5. de quo in verb. Crapula ſuper illud. Qui abſtinens eſt adijciet vitam. Poteſt tamen etiam de animi ſanitate intelligi Siquidē multa parcitate peccata vincūtur a quibus p crapulā facillime ſuperamur. vt eſt text⁹. 41. diſt. in prin. & in c. 1. Parcitas aūt ſeu parſimonia/ nedū reſpectu ciborum ſed etiam reſpectu veſtiū dr̄. vn̄ legitur i concilio Grāgrenſi. Parſimoniā cum veſte humili non reprobamus. cap. Parſimoniā. 40. diſtin. vbi dicit Archid. parcitatem ſeu parſimoniā eſſe vſum rerum temporaliū cum moderatione: quibus cū qs fuerit deſtitut⁹/ fruſtra icipit eſſe parcus. vn̄ Seneca ſera parſimōia i fūdo ē. hęc Archi.

v ¶Qui parce ſeminat/ parce & metet. Hanc ſententiā eleemoſynarum Quęſtores aſſumunt: vt faciliorem emūgendarum pecuniarum habeāt perſuaſionē. Et hijs (q̃ talib⁹ dari ſolent q̄ſtorib⁹ litteris apoſtolicis) inſeri ſolet. c. Cū ex eo. in pri. de pœni. & re.

x ¶Dolēs clamat in doloribus ſuis. Vide quod dictū eſt i verb. Dolor. in. 1. anno. & ibi dictis addat: ꝙ ſi mulier fuerit prę nimijs dolorib⁹ extincta: licet part⁹ ab eius vētre poſtea ſit extract⁹/ nō dicitur peperiſſe. caſus eſt in l. Anniculus. in ſi. ff. de verbo. ſigni. Nec etiam peperiſſe dici poteſt/ ſi ipſa dolores euicerit/ ſuperſteſq̧ manſerit: ſed partum vitalē non habuit. ho. eſt tex. in l. qui mortui ff. eodem.

y ¶Anteq̃ parturiret &c. His verbis ſecundū veram eorū interpretationē/ emittitur prophetia de modo quo immaculata mater & virgo Maria/ Dn̄m & redemptorem noſtrū Ieſum Chriſtū erat paritura ſine vllo. ſ. dolore. Ab ea em̄ ſententia dei in mulierem. in dolore paries: fuit exempta: & hoc ei ſingulariter donatum eſt: quandoquidē mulier omnis parit in dolore. Ita notat Hoſtien. in c. 2. limitando illū tex. de conuer. inſi.

z ¶Nunquid ego qui alios parere facio: ipſe non pariā? Facit tex. in alle. c. 1. in prin. de ſum. tri. dū ibi dicitur. Pater a nullo eſt/ filius a patre ſolo/ & ſpirituſſanctus pariter ab vtroq̧. pater generans/ filius naſcens/ & ſpirituſſanctus ab vtroq̧ procedens.

a ¶Vel parentū meorum. Parentū appellatio nedum patrem auū/ proauum & tritauum/ ſed alios omnes aſcendētes in infinitū comprehendit. l. quiq̧. §. parētes. ff. de in ius vocan. & l. 1. §. Et generaliter. ff. de lega. pſtan. & eodē modo ex legis benignitate comprehendunt mater/ auia & ſuperiores per lineam fœmineam. vt ibi. & notat per Archi. in c. 1. de teſta. libr. 6. de propria tamen ſignificatione vocabuli: parentes vſq̧ ad tritauum dicuntur. Superiores vero dicuntur maiores. tex. eſt in l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. vnde ſtante ſtatuto vt quis teneatur habitare in ea ciuitate qua parentes ſui habitare conſueuerunt: inſpicietur ciuitas in qua pater proauus & tritauus habitauerunt. Qꝫ ſi ſtatutum loqueretur de ciuitate in qua maiores habitauerunt/ nō teneretur habitare in ea in qua aſcendentes ſui vſq̧ ad tritauū habitaſſent: ſed tantum in ea in qua habitaſſent vlteriores. Ita dicit Albe. in. 2. parte ſtatutorum. q. 89. de hoc tn̄ vide per do. Iaſo. in d. §. parētes. in l. quiq̧. ff. de in ius vo. aliqn̄ etiā parentū appellatiōe om̄es conſanguinei cōprehendunt. 3. q. 5. c. Cōſanguinei. Et de collateralib⁹ ꝙ aliqn̄ parētes vocent. notat Panor. in c. Fraternitatis de ſepul.

b ¶Ex iniqs oēs filij qui naſcunt &c. Videat qd dictū eſt in verb. Filius. Sapiē. 3. d. ſuper illud Ab iniquo thoro ſemē exterminabit.

c ¶Honorat parētes. Etiā naturales tm̄. vna em̄ oībus parētibus debet reuerētia. tex. eſt i l. parētes naturales. ff. de in ius vocan. vn̄ fili⁹ occidēs patrē naturalē tm̄/ ita tenet l. Pōpeia de parri. ſicut ſi occidiſſet patrē naturalē & legitimū ſcdm Bar. Bal. & moder. in d. l. parētes. Sec⁹ tn̄ eſt i parētib⁹ inceſtuoſis/ q. ſ. genuerūt ex coitu etiā lege ciuili dānato. vt ex inceſtu vel adulterio. Talib⁹ em̄ parētibus nō tanta debet a filijs reuerētia. vnde & tales patres poſſēt in ius vocare ſine venia. vt eſt glo. reputata ſingularis in l. quia ſemper. ff. de in ius vo. quam ſequitur Io. de Imola. in l. lucius. §. ſi. ff. de lega. 2. & in l. ex facto §. ſi quis rogatus. ff. ad trebel. & eam etiam ſequitur/ & dicit ſingularem præceptor meus do. Iaſon in §. pœnales. in. 8. colum. inſti. de actio. fortius dicit Alexan. de Imo. in d. l. quia ſemper. ꝙ tales filij non tenentur alere

parentes suos/etiam in necessitate cōstitutos. Allegat notata per Azo. in summa. C. de legi. heredibus & p Bar. in l. si. versi. Quero quid econtra. ff. de his qui vt indig. & Bal. in Auchen. licet. C. de natu. libe.
d ❡ In opere. Recurre ad verbum Honorare. e ❡ Pars mea deus. Qui dominum possidet & cū propheta dicit. Pars mea dominus: nichil extra dominū habere potest. Qz si quippiā aliud habuerit preter dominū/pars eius non erit dn̄s. Ita dicit Hiero. Ad Nepotianū. & habetur in ca. Clericus qui Christi. 12. quest. 1.

se genuerunt in [d] opere & sermone/& omni patientia.

Eccli. 44. a ❡Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua.

❡Cætera in verbis Filius. ad Coloss. 3. d. Iesus. Lucæ. 2. & Ioan. 9. a Thesaurisare. 2. Co. 12. e. Thobias. Thob. 2. c. & Vidua. 1. thimo. 5. a

Pars.

Psal. 72. d. ❡Defecit caro mea & cor meū/ deus cordis mei & pars [e] mea deus in æternum.

Lucæ. 24. f. ❡Iesus (discipulis suis adhuc resurrectionē suam non credentibus) dixit. Habetis aliquid quod māducetur. At illi obtulerunt ei partem [f] piscis assi & fauum mellis &c.

1. cori. 13. c. ❡Ex parte cognoscimus & ex parte prophetam9 (ait Paulus) cū autē venerit quod perfectum est/ euacuabitur quod ex parte est.

2. cori. 6. c. ❡Nolite iugū ducere cum infidelibus (ait Paulus ad Ephesios) Que [g] enim participatio iustitiæ cum iniquitate/aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial: aut quæ pars fidelis cum infideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis?

❡Cætera in verbis Aaron. Nume. 18. c. Fornicator. Apoca. 21. b. Hereditas. Psal. 15. b. & Iesus. Ioan. 13. b.

Participare & Participatio.

Psal. 121. a. ❡Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas/cuius participatio eius in idipsum.

puer. 29. d. ❡Qui [h] cū fure participat/odit animā suā: adiurātē audit/et nō idicat.

1. cori. 9. b. ❡Qui in sacrario operantur/que de sacrario sunt edunt. Et qui [i] altario deseruiunt/cum altario participant &c.

2. cori. 6. c. ❡Que [k] pticipatio iustitie cū iniqtate: aut q̄ societas luci ad tenebras?

Particeps.

Tob. 3. c ❡Nunq̄ cum ludentibus miscui me: neq3 cū his [l] qui in leuitate ambulant participem me feci.

Heb. 3. c. ❡Adhortamini vosmetipsos per singulos dies: donec hodie cognominatur vt nō obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes [m] enim

Et facit tex. i c. Cui portio. eadē causa & questi. Quod dictum Hieroni. Archidi. ibi intelligit: & bene qn̄ amor alicui9 boni extrinseci/amori diuino preferretur. Tunc em̄ verum est q̄ talis dici nō posset dominū partē habere. Siquidē dn̄s cum talib9 dedignat fieri pars. Alioqui semper diuinus amor preualet/ q̄uis bonum sit ppter Christum extrinseca bona deserere non tn̄ est necessariū. Vñ non dixit propheta. diuitie si affluāt/ Abijcite: sed nolite cor apponere. Pro hac declaratione facit qd dicit August. citat9 per Archi. in d. c. Cui portio. Minus te amat dn̄e q tecū aliquid amat quod non propter te amat.
f ❡ Partē piscis assi. Videtur q̄ obtulerint dimidiam seu dimidiū piscem. Simpliciter em̄ appellatione partis venit pars dimidia/ nō autem maior aut minor pars. l. Nomē filiarū. §. portionis. ff. de verbo. signi. l. etiam. ff. de vsuf. c. 2. §. 1. de deci. libro. 6. Secus si dictū esset. Obtulerūt ei aliquā ptē piscis assi. q2 dictio pars adiuncta dictioni aliqua verificat in qualibet minima parte. glo. est i cle. vnica. in verbo Aut earū parte. de fo. compe. & no. Panor. in c. Pastoralis. in fine principij de offi. deleg. & in c. super eo. de eo qui cogno. cōsan. vxo. sue. & est bo. tex. & ibi Bar. in l si seruum. §. pretor ait. ff. de acquiren. here.

g ❡ Que participatio iustitie cum iniquitate &c. Vide textū eiusdē sentētie in alle. c. Si em̄. col. 2. de pœniten. distinc. 2. h ❡ Qui cum fure participat odit animā suam. Declara vt in verbo Fur.
i ❡ Qui altario deseruiunt &c. Recurre ad ea que dicta sunt in verbo Edere. d. & in verbo Euangelium. f. vbi ponitur hec sententia. k ❡ Que participatio iustitie cum iniquitate/aut que societas luci ad tenebras? Hec sententia prohibitionem participationis cum excōicatis confirmari posse videtur. de qua prohibita participatione legitur in octaua synodo. Si quis fratri aut palam aut absconse cum excōicato fuerit locutus/aut iunctus cōmunione: statim cū eo excōicationis cōtrahit pœnam. c. Si quis frater. 11. questi. 3. Et in concilio Carthaginēsi legitur. Qui merito facinorū suorū ab ecclesia pulsi sunt: si ab aliquo episcopo vel presbytero vel clerico fuerint in cōmunione suscepti: etiam ipse pari cum eis crimine teneat obnoxius/ refugiēs sui episcopi regulare iudiciū. c. Qui merito. eadē causa & questi. vnde dicit Vrbanus papa in c. Quibus. ea. cau. &. q. Quibus epi non cōmunicant non cōicetis: & quos eiecerint/non recipiatis. valde em̄ timēda est sentētia epi/ licet iniuste liget. Et facit c. Excōicatos. c. Cum excōicato. & c. Qui cōicauerit. ea. cau. & questi. Gregorius tamē septimus hanc prohibitionem participationis temperans/ dicit in ca. Quoniā multos. ea. cau. &. q. Apostolica auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus videlicet vxores/ filios/ seruos/ Ancillas seu mācipia/ nec non rusticos & seruientes/ & eos qui ignoranter excōicatis communicāt: siue illos qui communicant cum illis q excommunicatis communicant. Quicūq ašt orator siue peregrinus aut viator in terram excommunicatorum deuenerit: & ibi non possit emere vel non habeat vnde emat/ab excōicatis accipiendi licētiam damus. Et si qs excōicatis in sustentationē non superbie sed humanitatis causa dare voluerit/non prohibemus. Hec ibi. Cetera que in hac materia expedit videre/ videantur in c. Cum non ab homine. in c. Inter alia. & in c. Si concubine. de sen. excom. l ❡ Cum his qui in leuitate ambulant participem me feci. Qui alterius leuitatis seu criminis reddit se participem/eadem pœna puniendus videtur. Dicente Paulo. Qui mala agūt/ digni sunt morte: non solum qui ea faciunt/ sed etiam qui consentiunt facientibus. de quo late tractant cano. in cap. 1. de offi. dele. & legiste in l is qui opem. ff. de furtis. Et dictum est satis diffuse in verbo consentire. r.
m ❡ Participes enim effecti sumus Christi/si tamen &c. Idest dilectionis Christi & eius hereditatis efficiemur participes: si tamen eius fidem perseueranter & corde teneamus/ & opere compleamus. Corde quidē vt ab

effecti sumus Christi: si tamen initium substantiæ eius vsq̄ ad finē firmum retineamus.

℄ Cætera in verbo Homicida. Prouer.28.d.

Paries. ℄ Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem &c. vt in verbo Ezechias.

℄ Deceperūt populū meū prophetæ: dicētes. Pax pax/ & non est pax: & ipse ædificabat [n] parietem: illi autem liniebāt eum luto absq̄ paleis. Dic ad eos qui liniunt absq̄ temperatura q̄ casurus sit. Erit enim imber inundans: & dabo lapides pergrandes & desuper irruentes/ & ventum procellæ dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid nō dicitur vobis? Vbi est litura quam linistis? Propterea hæc dicit dominus deus. Et erumpere faciam spiritū tempestatum/ in indignatione mea: & imber inundās in furore meo erit. Et lapides grandes in ira in in consumptionē. Et destruā parietē quem linistis absq̄ tēperamēto/ & adæquabo eū terræ & reuelabitur fundamentū eius/ & cadet & consumetur in medio eius. & scietis quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meā in pariete & in his qui liniunt eū absq̄ tēperamēto: dicamq̄ vobis. Non est paries/ & non sunt qui liniunt eum. Et diffusius in verbo Prophetare. Eze.13.b.

℄ Princeps sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi/ percutere os Pauli. Tūc Paulus dixit ad eum. Percutiat te deus [o] paries dealbate &c. Et infra Paulus. Actuū.23.a.

℄ Cætera in verbis Dauid.1.Regū.18.c. Ezechias.4.Reg.20.a. & Iesus. ad Ephesios.2.c.

Parum. ℄ Require sentētias in verbo Iustitia. Prouer.16.b. Operans. Eccles.5.c. & Timor. Prouer.15.b.

Paruulus. ℄ Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Psal.63.b.

℄ Custodiens [p] paruulos dominus humiliatus sum: & liberauit me. Psal.114.b.

℄ Declaratio [q] sermonū tuorū illuminat: & intellectum dat paruulis. Psal.118.r.

℄ Beatus [r]/ qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Psal.136.i.f.

ecclesię vnitate non recedamus. vnde dicit Aug. Laboret pœnitens in ecclesia esse/ & ad ecclesię vnitatem tendere. Nisi eīː vnitas ecclesię succurrat: nisi quod deest peccatori sua operatione compleat/ de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim & anima mortui expostulat credere/ q̄ oēs eleemosyne totius ecclesię & oratiōes & opera iustitię & misericordię succurrāt recognoscēti mortē suam ad conuersionē. Ideoq̄ nemo pœnitere pōt quē non sustineat vnitas ecclesię. Hoc dictū Augustini ponitur in c. Qui vult. §. laboret. de pœnitē. dist in c.6. Opere aūt cōpleam⁹: qm̄ esse debet particeps laboris/ qui particeps vult fieri gaudij: dicit textus in d.c.1. versi. doleat. de pœ. dist.6.

n ℄ Ipse ędificabat parietē illi aūt liniebant eū luto absq̄ paleis. Hęc sentētia notabiliter declarat per textū Gregorij in c. sunt nōnulli. 46. dist in c. de quo videat in verbo diuinatio. in vlti. anno. Ex quo textu liquet parietis appellatione in hac sentētia/ peccati duriciē significari. Vocat aūt peccatū paries duplici ratione: vel qa sicut paries obstat visui corporis/ sic peccatum mortale visui animę: ne dei visione frui possit. Vel ideo qa paries durus est/ & durū est a peccato pręsertim assueto recedere. Facilius nāq̄ est inuenire qui seruet innocentiā recte q̄ qui digne pœniteat. Ita Archidi. in d c. sunt nōnulli. Et qm̄ per eos qui liniūt pariete luto absq̄ paleis: intelligūtur hi q̄ suis assentationib⁹ ac blādimētis/ aliorum peccata iuuantur & fouēt: pōt addubitari an talis adulator grauius peccet q̄ litigiosus. q̄ scilicet tā morosus ē/ vt ad quęuis etiam minima reprehendenda psiliat. Archi. in c. Cleric⁹ q̄ adulatiōibus. in princi. dicit post S. Tho. q̄ vnūquodq̄ vitiū tāto grauius est/ q̄to repugnat virtuti opposito. virtus autē amicitię principalius attendit ad delectandū q̄ ad contristādū. Ideo litigiosus qui superabūdat in cōtristādo/ grauius peccat q̄ placidus siue adulator q̄ superabūdat in delectādo: per accidēs posset esse ecōuerso. hęc Archi. Litteraliter vero verbis istis acceptis/ videatur qd de ędificādo seu reficiēdo pariete. notat Bar. in l. harū. ff. si ser. vē. in l. & si forte. §.1. ff. eod. & Flori. in l. sicuti. §.1. eodē ti. & idē Flori. in l.1. §.1. in fi. ff. de ser. rusti. prędi.

o ℄ Percutiat te de⁹ paries dealbate. Text⁹ est no. circa hęc verba vidēdus in c. Parat⁹ circa mediū. 23. q.1. de quo dicet in verbo Paul⁹. Aduertat tn̄ impręsentiarū ad doctrinā Archi. in c. fi. in prin. 48. dist. vbi dicit. Parietem varijs modis accipi: qn̄q̄ enim p̄ p̄lato sumit. vt in d.c. Parat⁹. vbi ponit hęc sentētia. Quādoq̄ p̄ peccato vt in pręce. sentētia & in d.c. sūt nōnulli. 46. dist. & qn̄q̄ pro neotericis seu neophitis/ q̄ properātius q̄ debeāt/ honores ambiūt quos nō meruerunt. Qui noui parietes dicūtur qa tignis. i. dignitatib⁹ eis superimpositis facile corruūt & in p̄cipitia vitiorū defluūt. cōtrā quos dicit text⁹ in d.c. fi. in fi. Scimus q̄ ędificati parietes nō prius tignorū pondus accipiūt/ nisi a nouitatis suę humore siccent. Ne si ante pondera q̄ solident accipiāt: cunctā simul ad terrā fabricā deponant.

p ℄ Custodiēs paruulos dn̄s. Pro hac & superiore necnō inferiorib⁹ sententijs: notetur qd dicit Archidi. in c. In salicib⁹. in fi. de pœni. dist.3. vbi dicit: q̄ in scriptura paruuli dicūtur sex modis. Primo paruuli/ primi motus vocātur. Vn̄: beat⁹ q̄ tenebit & allidet paruulos suos ad petrā. & Oseę.13. dicit. Paruuli ei⁹ allident. Secūdo paruuli ętate/ Matth.19. Sinite paruulos venire ad me. Tertio paruuli sensu. 1. co.14. Nolite paruuli fieri sensib⁹ sed malicia paruuli estote. Itē paruuli effectu. 1. Corin.13. Cū essem paruul⁹/ loq̄bar vt paruul⁹. Itē p̄uuli humilitate: vt hic & Matt.21. Abscōdisti hęc a sapiētib⁹ & reuelasti ea paruulis. Itē p̄uuli fidei nouitate. 1. Co.3. tāq̄ paruulis i Christo lac vobis potū dedi nō escā. Hęc Archi. post pe.

q ℄ Declaratio sermonū tuorū illuminat. Recurre ad verbum Declaratio.

r ℄ Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Ho. est qui infirmas & lubricas cogitationes habet/ elidat ad Christum: qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia & descriptione comminuat. Hęc declaratio est Ambrosij in libro de pœnitentia. & habetur in ca.

In falicibus.in fi.de pœni.distinc.3. s ℭ Si quis est paruulus veniat ad me. Paruulus sensu/ tametsi antiquissimus ætate: sapientiã etiam ab ætate paruulis disquirere debet.c.fi.38.distinc.c.si habes.24.q.3.
t ℭ Paruulus natus est nobis. Christus regum rex/ & dominantiũ dñs: factus est paruulus nobis.i.in carnis humilitate quam assumpsit paruulũ se ac humilem monstrauit/non sibi sed nobis: vt nos scilicet veram ascisceude viam humilitatis doceret.c.dñs.93.distinc.c.Gloria episcopi.12.q.2.

Prouerb.9.a. ℭSi [s] quis est paruulus (ait Sapientia) veniat ad me.

Esaiæ.9.b. ℭParuulus [t] natus est nobis: & filius datus est nobis: & factus [x] est pricipatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis [y] consiliarius [z]: deus [a] fortis [b]: pater [c] futuri seculi: princeps [d] pacis. Multiplicabitur eius imperium: & pacis nõ erit finis. Super soliũ Dauid: & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud: & corroboret in iudicio & iustitia: ammodo & vsq; in sempiternum.

Matth.11.d ℭConfitebor tibi pater domine cœli & terrę (ait Christus ad patrem) quia [e] abscondisti hæc a sapientibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam [f] sic placitum fuit ante te.

Matth.18.a ℭAccesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Quis putas maior est in regno cœlorũ? Et aduocans Ihesus paruulum/statuit eũ in medio eorũ: & dixit. Amen dico vobis/ nisi cõuersi fueritis: & efficiamini sicut paruuli: nõ intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; [g] ergo se humiliauerit sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit hunc paruulum talem in nomine meo/ me suscipit. Qui autem scãdalizauerit vnũ de pusillis istis qui in me credũt: expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius/ & demergatur in profundũ maris.

Matth.18.b ℭVidete (ait Christus ad discipulos) ne contemnatis vnum ex paruulis istis. Dico enim vobis: quia [h] angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei/ qui in cœlis est.

Matth.19.b ℭOblati sunt Christo paruuli: vt [i] manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabãt eos. Iesus vero ait eis. Sinite [k] paruulos/ & nolite ꝓhibere ad me venire: talium est regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus abijt inde.

x ℭ Factus est principatus super humerum eius. Quia crucis mortẽ elegit vt sic diabolum qui p lignum vincebat: per lignũ superaret. notat Io. An. in cle. 1. i ver. Cruci. de sum.tri.& fi.ca.
y ℭ Admirabilis. Quia deus & homo/ quod inauditum. vñ & exorta est hęresis nestoriana.c. Quidam. ver. Nestoriani.24.quęsti.3.
z ℭ Consiliarius. Quia decalogi pręceptis cõsilia euangelica superaddidit: quibus tamẽ nullos nisi omnino voluntarios teneri voluit. Consilio namq; si vti nolueris/ minus boni adipisceris/ non mali aliqd perpetrabis.c. pe. in fi. 14. quęsti.1.
a ℭ Deus. Idest creator omnium visibilium & inuisibiliũ/ corporalium & spiritualiũ. d.c. 1. de sum. trin. Et hoc est contra Carpocratianos/ A quodã Carpocrate sic dictos qui dixit Christũ/ hominem fuisse tantũ & nõ deum. d.c. Quidam. ver. carpocratiani. 24. quęsti.3.
b ℭ Fortis. Quia ei resistere nemo potest/ nec eius animaduersionem: quia si ascendero in cœlum tu illic es/ si descendero in infernum ades.c. Et venit cum glo. in verbo Abscõdi.de pœni.distin.1. c ℭ Pater futuri seculi. Quia datum est ei a patre omne iudicium. Notatur in c. Vereor 8.quęst.1. Vnde & iustis pręmia/ & ministris supplicia altero seculo datur⁹ est.d.c.1.de sum.tri.
d ℭ Princeps pacis. Quia nos reconciliauit deo patri. vnde mediator dei & hominum dicitur.c. Quoniã 10.distic.c.Cum ad verum.96.distinc. e ℭ Quia abscondisti hęc &c. Hinc dicit Panor. in c.1.colũ.fi. de consti. Sępe deus reuelat paruulis quod abscondit sapientibus. f ℭ Quoniam sic placitum fuit ante te. Hic exemplum humilitatis accipimus: ne temere discutere pręsumamus superna consilia/ de vocatione horum & repulsione illorum. Cum enim verũq; intulisset: non mox rationem reddidit/ sed sic deo placitũ dixit. ostendens quia iniustum esse non potest/ quod iusto placet. In omnibus ergo quę exterius disponuntur aperte causa rationis est/ occultę iustitia voluntatis. Hoc dictum est glo. or. pro quo est solẽnis textus Augustini. in Alleg.c. Si ex bono.colũ.1.&.2.de pœni.distinc.4.de quo videat pleni⁹ q̃ alibi in verbo Dies. Eccl.33.
g ℭ Quicunq; se humiliauerit sicut paruulus iste. Require annotationem istis verbis factam in verbo humiliare. Hunc autẽ paruulũ vt habetur Marci.9. Iesus complexus est/ significãs humiles dignos suo complexu & dilectione: per ipsumq; eos a dęmonis arceri potestate. Notat glo. Io. An. in cle. 1. In verbo humilitatis. Paulo ante finẽ.de relig.domi. h ℭ Quia angeli eorum semper vidẽt faciem patris mei qui in cœlis est. Cur non sunt contẽnendi/ quia pro eis quotidie mittuntur angeli. Magna ergo dignitas animarũ/ vt vnaquęq; habeat ab ortu natiuitatis angelum delegatum. Ita dicit glo. or. hic & apud cano. Archi. in c. Fatendũ.13. q.2.
i ℭ Vt manus eis imponeret. Vide quod de manus impositiõe dictũ est in verbo Manus: super illud Pauli. manus cito nemini imposueris. circa fi. k ℭ Sinite paruulos & nolite eos prohibere venire ad me. Hęc sententia literaliter accepta: vt scilicet de paruulis ętate loquatur: licet de paruulis humilitate sit accipienda/ nos erudit ne pueros perpetuo se det famulatui mãcipare volentes/ per habitus alicuius approbatę religionis susceptionem/ Auocemus seu a bono eorum instituto suasionibus nostris deflectere faciamus: ne si a nobis auocati: eos postea per deuia contingat ire vitiorum/ apud districtum iudicem suarum sanguis animarum a nobis requiratur: vtpote cum occasionem dãni dantes/ dãnum dedisse videamur. l.q occidit.§. in hac.ff. ad l. Aquil. Possunt tñ isti paruuli.i. Minores ãnis.14. si sint masculi vel.12. si sint fœminę/ si habitũ susceperit religiosum/ habitũ deserere & ad vitã quam dimiserãt redire secularem: etiam si professionem fecissent expressam. quia ante pubertatem facta professio/ Religioni non obligat: nec in specie nec in genere.c. Significatũ est. & c. Cũ simus. de regula. Post pubertatẽ aũt & sic post.14.i masculo vel.12. annũ i fœmina ꝓfessio facta obligaret religiõi i specie: etiã si talis esset religio in qua ante annũ.18. non deberet recipi ad professionem: prout & religio Cartusiẽsium & omnis alia in qua est asperitas regulę multa. vt est casus qui reputatur singu. in c. Quia in insulis. de regulã. qui habetur etiam in c. Quia aũt.20.q.2. Nam nichilominus facta professio esset obligatoria etiã respectu illius religionis quã professus est. Nisi forsan esset religio mẽdicantiũ: quia in tali speciale est q; professio recepta

contrā prohibitionem/ non obliget religioni in specie/ sed tm̄ in genere. vt probat in c. Non solum. & in c. Cō-stitutionem. de regula in. 6. iuncto c. Ad apostolicam. de regula. in antiq. Ita concludit Panor. & bene/ si tamen alia non adsint in religionibus statuta in d. c. Quia in insulis. l ¶ Tanq̄ paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Non omnibus oia credēda sunt. Sed audientiū capacitas dimetienda est. nisi videri velimus nostrā venari gloriam/ non auditorum vtilitatem. d. c. fi. §. pariter. 43. distinc.

¶Ego (inq̄t Paulus) fratres nō potui vobis loq̄ quasi spiritualib9: sed quasi carnalib9. Tāq̄ [l] paruulis i Christo lac vobis potū dedi/ nō escā. Nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. 1. cori. 3. a.

¶Cum essem paruulus (ait Paulus) loquebar vt paruulus/ sapiebam vt paruulus/ cogitabam vt paruulus. Quando [m] autē factus sum vir/ euacuaui quæ erant paruuli. 1. cori. 13. d

¶Nolite pueri effici sensibus/ sed malicia paruuli estote: sensibus autē perfecti estote. 1. cori. 14. d

¶Quanto [n] tempore hæres paruulus est/ nihil differt a seruo: sed sub tutoribus est &c. vt supra hæeres. ad gala. 4. a

Pascha.

¶Fecerūt [o] filij Israel transmigrationis pascha quartadecima die mēsis primi. Purificati enim fuerāt sacerdotes & leuitæ quasi vnus: omnes mundi ad immolandū pascha vniuersis filijs trāsmigrationis/ & fratribus suis sacerdotibus & sibi. Et comederunt filij Israel qui reuersi sunt de transmigratione: & ōnes qui se separauerant a coinquinationibus gentium terrę ad eos: vt quęrerent dominū deū Israel. Et fecerūt solennitatem azimorum septem diebus in lætitia: quoniam lætificauerat eos dominus & conuerterat cor regis Assur ad eos: vt adiuuaret manus eorum in opere domus domini Israel. 1. esdrę. 6. d

¶Venit dies azimorū in qua necesse erat occidi [p] pascha. Et misit Petrū & Ioannē dicens. Euntes parate nobis pascha vt māducemus. At illi dixerūt. Vbi vis parem9? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo [q] quidā/ amphorā [r] aquę portās: sequimini eū in domū in quā intrat: & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersoriū/ vbi pascha cū discipulis meis māducē? Et ipse ostēdet vobis cœnaculū magnū/ stratū: & ibi parate. Eūtes autē iuenerūt sicut dixit illis/ & parauerūt pascha. Et cū facta esset hora discubuit/ & duodecim apostoli cū eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteq̄ patiar &c. Lucæ. 22. b.

¶Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq̄ epulemur [s]: non in fermento veteri: neq̄ in fermēto maliciæ & nequitię sed in azimis syn ceritatis & veritatis. 1. Cori. 5. c.

m ¶ Quādo autē factus sum vir/ euacuaui quę erant paruuli. Qz adueniente ętate maturiore sint ea q̄ paruuli sunt. i. quę leuitatis & non satis integri iudicij prę se ferunt argumentum/ postponēda: docemur ex his q̄ ad Ianuariū epm scribit Gregorius. Tāta nequitia (inquiens) ad aures nostras de senectute tua peruenit: vt eam nisi humanitus pensarem9: fixa iam maledictione ferirem9. Dictū quippe mihi ē/ q̄ dñico die priusq̄ solennia celebrares: ad exarandam messem latoris p̄seutiū perrexisti & post exaratione ei9 missarū solennia celebrasti: ac post missarum solēnia etiā terminos possessionis illius eradicare mini me timuisti. quod factū: q̄ debeat pœna sequi/ oēs qui audiūt sciunt. Sed qa adhuc canis tuis parcim9 hortamur vt aliquando resipiscas miser senex: atq̄ a tāta leuitate morū & operū peruersitate cōpescas. q̄to eñ viciniot morte efficeris/ tanto sollicitior atq̄ timidior esse debes. Hęc habētur in c. Antepe. 86. distinc. n ¶ Quādo tēpore hęres paruul9 est. Recurre ad verbum Hęres. o ¶ Fecerūt pascha quartadecima die mēsis primi. De die quo sanctū a nobis celebrari pascha debet: scripsit papa pius. 9. in hęc verba. Nosse vos volumus/ q̄ pascha domini die dominico annuis tēporib9 sit celebrādum. Istis eñ tēporib9 Hermes doctor fidei/ & scripturę effulsit inter nos. Et licz nos idē pascha prędicto celebraremus: quia tamē qnidā inde dubitabāt ad corroborādas animas eorū: eidē Hermi angelus dñi apparuit in habitu pastoris: & pręcepit ei/ vt pascha dñi die dñico ab omnib9 celebraret. Vñ & nos apostolica auctoritate instituimus oēs eadē seruare debere: quia & nos seruam9. Et nō debetis a capite quoquomodo discedere. Text. est de pręmissa cōstitutiōe. in c. Nosse. de cōse. dist. 3. Vnde dicit Victorinus papa in c. Celebritatem. eadem distinc. Celebritatem sancti paschę/ die dominica agi debere: vt prędecessores nostri iam statuerunt: & nos illud eadem die solēniter celebrari mandamus: quia non decet vt membra a capite discrepent: aut aliter gerant. A decimaquarta vero luna primi mensis (dicit glo.) Aprilis/ qui est primus apud Hebręos: vsq̄ ad. 21. diem eiusdem mensis/ eadem celebretur festiuitas. hęc ibi. Vt autem certius dies celebrādę huius paschalis celebritatis ab oīb9 obseruetur. Legitur in cōcilio Brachurensi subsequēs constitutio. Placuit vt postq̄ omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata illud omnino seruet: vt superuēturi ipsius anni pascha/ quo kalendarū die vel quota luna debeat suscipi a metropolitano episcopo intimetur. Quod cęteri episcopi vel reliquus clerus breuiculo subnotantes: vnusquisq̄ in sua ecclesia aduenientè natalis dñi die/ post euangelicā lectionē populo annunciēt de hac cōstitutiōe. Tex. est in c. Placuit. ea. dist. p ¶ Occidi pascha. Idest agnus paschalis qui veri & immaculati agni Iesu Christi/ paschę nostri/ figura fuit. c. sextam synodum. de conse. distin. 3. q ¶ Homo quidā. Eius nomē non exprimitur/ vt pauperū & simplicium quorū nomina taceri solent: habitationē deo gratā esse demōstretur. facit c. pe. de p̄bē. r ¶ Amphorā aquę portās Bene (dicit glo. or.) paraturis pascha/ homo amphorā aquę portās occurrit: vt ostēdat q̄ huius paschę mysteriū pro ablutione mūdi per aquā baptismi sit celebrandū. vbi veri paschę cultorib9/ typicus de limine cruor aufertur: & ad tollenda peccata viuifici fontis baptisma consecratur. c. Nunq̄. de conse. dist. 4. s ¶ Itaq̄ epulemur &c. Recurre

ad verbum Fermentum. t ¶ Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Cum in oibus ecclesiasticis personis vituperanda sit ignorãtia: in ipsis tamẽ qui pręsunt/nec excusatione est digna:nec venia: dicit tex.in c.3.in fi.38.distinc. Vnde dicit tex.cũ glo.in c.Nulli.eadẽ distin. Nulli sacerdotum.i. episcoporum liceat canones ignorare/nec quicq̃ facere qd patrum possit regulis obuiare. Quę enim a nobis(dicit papa ad epos scribẽs) Res dignę seruabitur:si decretaliũ norma cõstitutorũ/p aliorũ libitu licentia populis permissa frangatur(hęc ibi. Et propterea etiam concilio Carthaginensi (quo interfuit Augustin9 tẽpore Honorij) dicit. Qui episcopus ordinandus est antea examinet/ si in lege dñi instruct9 sit si in scripturarũ sensib9 cautus vel acutus/ si in ecclesiasticis dogmatibus exercitatus.c.q eps. paulo post princi.23. distinc. Et dicit text9 in.§.1.versicu. Sed neq. in aucten. Quo.oporte.epis. colla.j. Inerudit9 existẽs sacrorum dogmatũ/ad episcopatũ nullus accedat. Et in.§.1.in aucten.de eccle. titu.colla.9.dicit textus no.si laicus ad episcopatum eligatur/non repente episcopus ordinetur: sed prius in clero nõ minus tribus mẽsibus cõnumeret/ & ita sanctas regulas & quotidianũ ecclesię ministeriũ edoctus/ episcopus ordinet. Qui enim alios debet docere/ ab alijs post ordinationem doceri non debet. Hęc ibi. Cętera require in verbo. Episcopus.f.

¶Cætera in verbis Consuetudo. Ioan.18.a. & Iesus. Matthæi.26.b. & Ioan.18.e.

Pascere. ¶Require sententias in verbis Grex.1. Corin.9.b.&.1. Pe.5.a. Ioseph. Gene.37.a. Moyses. Exodi.3.a. & Petrus. Ioan.21. d. & verbo proximo.

Esaię.56. in fine. **Pastor.** Ipsi t pastores ignorauerũt itelligentiã. Oẽs i viã suã declinauerũt: vnusquisq; v ad auariciam suã a summo vsq; ad nouissimũ.

Hiere.3 e. ¶Dabo vobis pastores iuxta cor meũ: & x pascẽt vos sciẽtia et doctrĩa.

Hiere. 10.d ¶Stulte egerunt pastores: & dominum non quęsierunt: propterea nõ intellexerunt. & omnis grex y eorum dispersus est.

Hiere.23.a. ¶Væ pastoribus q dispergũt & dilacerãt gregẽ pascuæ meæ (dicit dominus) Ideo hæc dicit dominus de9 Israel ad pastores q pascũt populũ meũ. Vos dispersistis gregẽ meũ: & eiecistis eos/ & non visitastis z. Ego visitabo sup vos maliciã studiorũ vestrorũ: ait dominus. Et ego cõgregabo reliquias gregis mei de omnibus terris/ad quas eiecero eos illuc: & conuertã eos ad rura sua: & crescẽt & multiplicabuntur/& suscitabo super eos pastores & pascẽt eos. Nõ formidabũt vltra & nõ pauebunt: & nullus quæretur ex numero: dicit dominus.

Ezechi.34. toto capite ¶Factũ est verbũ domini ad me dicẽs. Fili hominis/ ppheta de pastorib9 Israel: ppheta & dices pastorib9. Hæc dicit dñs de9. Væ pastorib9 Israel/qui a pascebãt semetipsos. Nõne greges a pastoribus pascũtur? Lac b comedebatis/& lanis opiebamini: & qd crassũ erat occidebatis. gregẽ autẽ meũ non pascebatis. Quod infirmũ fuit non cõsolidastis:

v ¶Vnusquisq; ad Auaritiã suã. De pastorum seu pręsulũ ecclesiasticorũ auaritia notabiliter loquitur Hiero.in c.diaconi.§.Nunc autem.93.distin.de quo vide in verbo Auaritia: super illud Ad Colos.3. Auaritia est simulachrorũ seruitus. Sed ibidẽ dictis addatur qd dicit idem Hiero. in d.§.Nunc autẽ. versi. Etenĩ vbi dicitur. Si vnusquisq; ita in hoc mundo visibili aliquid possidere iubetur/ vt sua tantum possessione sit cõtentus/ac res non inuadat alienas: non agrum pauperis tollat/non agrum/non vineam/ non subuectorium aliqd non famulos non furtum: q̃tomagis qui ecclesię dei preest/debet ita seruare in omnibus iustitiam: vt solum sibi vendicet qd sui iuris esse cognoscat/ Aliena non capiat/ Aliena nõ tangat/ ęqualem se cęteris faciat. & sicut sine his in ministerio non viuit/ita in dispensatione non viuat. Certe qui visibiliter in hoc mũdo ius inuadit alienum accusatur a paupere/damnatur a iudice. Ita in ecclesia dei dum quisq; stipendia perdit clamat ad dominũ & exauditur a Christo: nec differtur vltionis sentẽtia si nõ reddantur vniuersa. Hęc ibi.

x ¶Pascent vos sentẽtia & doctrina. Boni pastoris seu plati incumbit officio/oues suas(populum scilicet sibi cõmissum)pascere instructionis verbo.c.Inter cętera.de offi.or.c.t.& si.43.distin. quia cũ increpare delinquentes noluerit: eos proculdubio tacẽdo pastor occidit.c.pe.in fi.eadem distinc. Itẽ conuersationis exemplo. Necesse est em vt tanto se cautius a culpa custodiant/q̃to per praua quę faciũt nõ soli moriunt.c.3. circa me.11. quęsti.3. Item tẽporali subsidio. Vnde in concilio Leonis papę statutum est: nulli episcoporum liceat a subiecto sacerdote/vel alio quocunq; clerico & pijs locis datiões vltra statuta patrum exigere/ aut supposita in angarijs inferre: sed cũ optimus sit perspector/ita perspiciat vt vniuersę sibi oues cõmissę/a se maxime alãtur: atq; in necessitatibus iuuentur/non illicitis exactionibus opprimãtur: quia dñs pascere & docere nos docuit/& omnib9 ministrare: non terrenis lucris & auaricijs delectari.c.Nulli eporũ vbi tota hęc constitutio ponitur.16.q.1.

y ¶Grex eorum dispersus est: quia dñm non quęsierũt. Facit quod dicit tex.in c.Miramur.61.dist. Totius familię dñi status & ordo nutabit:si quod requiritur in corpore/nõ inuenitur in capite.

z ¶Et non visitastis eos. Vide quod dictum est in verbo Delinquere.zacha.21.

a ¶Qui pascebant semetipsos. Luxurię suę studentes/non saluti gregis prouidentes: quos his verbis insectatur Hieronymus. Ecclesię principes: qui delicijs affluunt/& inter epulas atq; lasciuias pudicitiam seruare se credunt: propheticus sermo describit/q eijciendi sunt de spaciosis domibus lautisq; cõuiuijs/ & multo labore epulis conquisitis. Et si vis scire quo eijciendi sunt/ Euangeliũ lege: in tenebras scilicet exteriores: vbi erit fletus & stridor dentiũ. An non cõfusio & ignominia est: Iesum crucifixum pauperẽ & esurientem/ fartis prędicare corporibus? Et ieiuniorũ doctrinam/ rubẽtes buccas tumẽtiaq; ora proferre? Hęc verba Hiero. habentur in c. Ecclesię principes.35.distinc. hęc autẽ de lautis conuiuijs/spaciosis domibus/& epulis/ vnum designãt scilicet æternam beatitudinẽ in qua quasi in domo spaciosa quieti vacatur/& spiritualibus ac iocundis epulis indulgetur: licet cum multo labore ad eam veniatur. Ita Arch.in d.c.Ecclesię. b ¶Lac comedebatis & lanis operiebamini &c. Verbis istis propheticis notantur episcopi/A suis subditis subtili ingenio/velut a barbaris aurum extorquentes: cõtra quos sic statutum legitur in tertio concilio Toletano. Quia cognouimus episcopos per parrochias suas non sacerdotaliter sed crudeliter deseuire: & dum scriptum sit. forma estote gregi. non vt

dominantes in clero exactione diœceſi ſuę vel dãna infligunt. Ideó cenſemus(excepto ꝙ veterum cõſtitutiones a parrochijs habere iubent epiſcopos)vt alia quę illis hucuſꝙ p̄ſumpta ſunt/ denegent: hoc eſt neq̄ in angarijs preſbyteri aut diacones/neq̄ aliquib⁹ fatigentur indictionib⁹.ne videantur in eccleſia dei exactores/ potius ꝙ̄ põtifices nominari. Hi vero clerici/ tam locales ꝙ̄ diœceſani qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint/ q̄relas ſuas ad metropolitanũ deferre non differant/& metropolitanus non moretur huiuſmodi pręſumptionem auertere:

De hac Toletani cõcilij conſtitutiõe tex.eſt in c. Quia cognouim⁹. 10. q. 3.vbi Archid.corroborat illam cõſtitutionẽ p hãc ſentẽtiã Hieremię. Iſtas autem exactiones ep̄orũ prohibet etiam text⁹ in c. Prędicator.16. quęſti. 1.& in c. Nulli ep̄orum. ea.cau. & quęſti. & in c. Cum apoſtolus.§.prohibemus. de cẽſ. vbi tamẽ tex. qui eſt de cõſtitutionib⁹ concilij Lateraneñ. permittit ꝙ ex cauſa rationabili moderatũ/poſſint a ſubditis cũ charitate auxilium poſtulare: qd auxiliũ moderatum/ ſeu charitatiuũ ſubſidiũ ſecũdum doc. ibi. primo debet charitate poſtulari: & ſic debet ĩtelligi ille tex. ſed ſi charitas nõ ſufficit exhibenda eſt poteſtas.ar.c. Et qui emẽdat. 45.diſtin. Quis aũt erit ſuperior in hac coactiõe ſubditorũ? dicũt aliq(vt refert Inno.)ꝙ Archiep̄s Alij vero ꝙ papa: Alij autem ꝙ ipſemet ep̄s q hoc petit. & iſta opinio placet Inno. Hoſtien. & Panor. dummodo cauſa ſit euidenter ratiõabilis: & ſubditi nõ nimiũ grauẽtur. Si aũt ſubditi referrent queſtionẽ: puta qa diceret ſe nimis grauari: vel cauſam minus eſſe rationabilẽ. tũc debẽt adiri ſuperiores vel arbiter accipi. Quę aũt ſint legitimę cauſę petendi hoc charitatiuũ ſubſidium. Inno. in c.1. de ſta. regula. dicit ꝙ petere põt qñ vadit ad papã/ vel ad regem/ vel ad ſynodũ: vel facit aliquas expẽſas p negocijs cõmunib⁹. ſed glo. in c. vnico. in verbo Rogus. 10.q.1. ſentit ꝙ immo petere nõ põt ſi vadat ad regẽ vel ad papã. Panor. in d.§.prohibem⁹ dicit: ꝙ ſi vadit pro neceſſitate cõmuni & aliũde nõ habeat/ petere poteſt: alioqui non. & ita videt̃ ſonare ille tex. dum dicit. Moderatũ auxiliũ/ & pro neceſſitatibus.

& quod ægrotũ/nõ ſanaſtis: quod cõfractũ eſt / non alligaſtis: & quod abiectum eſt/non reduxiſtis: & quod perierat non quæſijſtis. ſed cum auſteritate [c] imperabatis eis & cum potẽtia. Et diſperſę ſunt oues meę. eo ꝙ non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri/ & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges in cunctis montibus/ & in vniuerſo colle excelſo: & ſuper omnem faciẽ terræ diſperſi ſunt greges mei/ & non erat qui requireret. Non erat inq̄ qui requireret. Propterea paſtores audite verbum domini. Viuo ego dicit dominus deus: quia pro eo ꝙ facti ſunt greges mei in rapinã / & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarũ agri/ eo [d] ꝙ non eſſet paſtor. neq̄ enim quæſierunt paſtores gregem meum: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos/ & greges meos non paſcebant. Propterea paſtores audite verbũ domini. Hæc dicit dominus deus. Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram [e] gregem meum de manu eorum: & ceſſare eos faciam vt vltra non paſcant gregem meum. ne paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregem meum de ore eorum: & non erit vltra eis in eſcam. Quia hæc dicit dominus deus. Ecce ego ipſe requiram oues meas/ & viſitabo eas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum/ in die quando fuerit in medio ouiũ ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas/ & liberabo eas de omnibus locis/ in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis: & educã eas de populis: cõgregabo eas de terris: & inducam eas in terram ſuã & paſcam eas in montibus Iſrael. In riuis & in cunctis ſedibus terræ. In paſcuis vberrimis paſcam eas: & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcẽt in herbis virẽtibus: & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oues meas: & ego eas accubare faciã: dicit dominus deus. Quod perierat requiram: & quod abiectum erat/ reducam: & quod cõfractum fuerat/ alligabo: & qd infirmum fuerat/ conſolidabo: & quod pingue & forte/ cuſtodiam: & paſcam illas in iudicio. Vos autem greges mei. Hęc dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus: arietem & hircum. Nonne [f] ſatis erat vobis paſcua bona depaſci? Inſuper & reliquias paſcuarũ veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris: & cum puriſſimã aquã biberetis: reliquam pedibus veſtris turbabatis. Et oues meæ / his quæ conculcata pedibus veſtris fuerant / paſcebantur. Et quæ pedes veſtri turbauerãt/ hęc bibebant. Propterea hæc dicit dominus deus ad vos. Ecce ego ipſe

c ❡ Sed cum auſteritate imperabatis eis & cũ potentia. Hoc proprie de ſupercilio epiſcoporũ/ qui operibus dedecorant nominis dignitatẽ: pro humilitate aſſumentes ſuperbiam qui honorẽ ſe aſſecutos putant non onus. Hoc dictũ eſt glo. or. & probat̃ in c.1. vbi ponitur hęc ſentẽtia. 46. diſtinc. d ❡ Eo ꝙ nõ eſſet paſtor. Bonus ſcilicet ac de ouibus ſollicitus/ qui propterea excuſari non poteſt. Non eñ eſt paſtoris excuſatio: ſi lupus oues comederit & paſtor neſcit dicit text⁹ in c. Quãuis. de regu. iuris. in antiq. & facit l. Qui mercedem. ff. loca. dum ibi dicit. Qui mercedem accipit pro cuſtodia alicuius rei: is huius periculum p cuſtodia pręſtet. e ❡ Requiram gregẽ meũ de manu eorũ. Facit tex. in c. Irrefragabili. in prin. de offi. or. & in c. fina. de regula. cũ ſimilib⁹ dũ ibi dicit. Animarũ ſuorũ ſubditorũ ſanguinẽ/ de manibus pręlatorũ requiri. Aggrauat̃ eñ pręlat⁹ ex ſuorũ peccatis ſubditorũ: ſi aliqua in ipſis corrigendis poſſit ei imputari negligentia. etiã ſi alias ipſe bonus ſit & ſolicitam de ſua ſalute curã gerat. put eſt bo. tex in c. licet Hely. de ſymo. f ❡ Nonne ſatis erat vobis paſcua bona depaſci: inſuper & reliquias &c. Nõne quęſo ſatis ſuperq̄ eſſe debet paſtoribus ſolitos accipere beneficiorũ ſuorũ prouẽtus: niſi & inſolitas quaſdam/ & ab eis excogitatas nũmorũ exactiones accumulẽt: quibus & dedecoroſius viuere/ & eccleſiã cuius eis cõmoda ſubtrahunt minus curare. Subiectę eis eccleſiaſticę perſonę nõnũq̄ compellunt. Cui pernicioſo malo Conciliũ Cabilonẽſe volens obuiare. Cauendum eſt(inquit) ne cum epiſcopi per parrochias ſuas peragrant/ quandã non ſolũ erga ſubditos ſed erga ſocios tyrãnidem exerceãt: ne(qd abſit) non cum charitate/

ſed cum quadam iactantię temeritate: nec cū gratiarū actione/ ſed cum quadam iudiciaria innetione ſtipendia ab eis exigant. Obſeruandū itaq; modis omnibus eſt: vt ſi qñ eis peragrandę parrochię neceſſitas incumbit/ in confirmandis hominibus/ in inquirendis rebus emendatione dignis/ in prędicatione verbi dei: lucris animarum potiuſq; deprędandis/ & ſpoliandis hominib9/ & ſcādalizandis fratrib9 operam dent/ & ſi qñ ad peragendum miniſteriū ſuū a ſubditis aut fratrib9 aliquid accipiēdū eſt: hoc ſummopere obſeruare debet ne quē ſcādalizent aut grauent. Tanta ergo diſcretio ĩ hac retenenda eſt: vt verbi dei prędicator (vbi proprij ſumpt9 deſunt) a fratrib9 accipiat: & ijdē fratres illius potētia non grauētur: exēplo apoſtoli Pauli qui (ne quē grauaret) arte & manibus victum qrebat. hęc cōciliaris cōſtitutio habetur in c. Cauendmu. 16. q. 3.

Iudico inter pecus pingue/ & macilentum. Pro eo q; lateribus & humeris impingebatis: & cornibus veſtris vētilabatis omnia ĩfirma pecora: donec diſpergerentur foras. ſaluabo gregem meum: & non erit vltra in rapinā: & iudicabo inter pecus & pecus: & ſuſcitabo ſuper ea paſtorem vnum/ qui paſcat ea/ ſeruum meum Dauid. Ipſe paſcet ea/ & ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem ero dominus eis in deū. & ſeruus me9 Dauid princeps in medio eorū. Ego dominus loquutus ſum/ & faciā cum eis pactum/ & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra: & qui habitant in deſerto/ ſecuri dormient in ſaltibus: & ponā eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore ſuo/ & pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignū agri fructum ſuum: & terra dabit germen ſuum: & erunt in terra ſua abſq; timore. Et ſcient quia ego dominus cum cōtriuero catenas iugi eorum: & eruero eos de manu imperantium ſibi: & nō erunt vltra in rapinā gentibus: neq; beſtię terræ deuorabunt eos: ſed habitabunt confidenter abſq; vllo terrore. Et ſuſcitabo eis germen nominatum: & non erunt vltra immuniti fame in terra: neq; portabunt amplius opprobria gētium. Et ſciēt/ quia ego dominus deus eorum cum eis: & ipſi populus meus/ dom9 Iſrael: ait dominus deus. Vos autem greges mei/ greges paſcuæ meæ: homines eſtis: & ego dominus deus veſter: dicit dominus deus.

zacha. 10. a. ¶ Quia [g] ſimulachra loquuta ſunt inutile: & diuini viderunt mendaciū: & ſomniatores loquuti ſunt fruſtra/ & vane cōſolabantur. Idcirco adducti ſunt/ quaſi grex affligentur: quia non eſt eis paſtor. Super paſtores iratus eſt furor meus: & ſuper hircos viſitabo.

zacha. 11. b. ¶ Hæc dicit dominus deus meus. Paſce [h] pecora occiſionis: quæ qui poſſederāt/ occidebāt/ & nō dolebāt: vendebāt ea dicētes. Benedict9 dominus: diuites facti ſumus: & paſtores eorum nō parcebant eis: & ego non parcam vltra habitantes terram: dicit dominus &c.

zacha. 11. in fine. ¶ Et dixit domin9 ad me (ait Zacharias) adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra/ qui derelicta non viſitabit: diſperſum non quæret: & contritum nō ſanabit: & id quod ſtat non enutriet: & carnes pinguium comedet: & vngulas eorum diſſoluet. O paſtor [i]/ & idolum/ & derelinquens [k] gregem: gladius ſuper brachium eius: & ſuper oculum dextrū eius. Brachium eius ariditate ſiccabitur: & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.

Matth. 26. c ¶ Dixit diſcipulis ſuis Ieſus. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiā [l] paſtorem: & diſpergētur [m] oues gregis.

g ¶ Quia ſimulachra locuta ſunt &c. Hac ſeutētia innui videt malos nōnūq; paſtores propter ſubiectorū iniquitates a dño dari: & ita etiā dicit Hiero. in ca. Audacter. in fine. 8. q. 1. vbi Archidi. allegat illud Iob. Deus facit regnare hypocritā propter peccata populi: ſubintellige puniēda vel vindicanda.

h ¶ Paſce pecora occiſionis &c. Quicunq; doctores (dicit glo. ord.) negligētius agunt/ & minimos ſcandalizant: ipſi pecora occiſiōis nutriūt nec compatiuntur ſuper illos ſed vendūt ſibi creditos/ & ex mortib9 aliorum diuitias cōſequunt. Laudātes eos qui prędam agunt/ miſeris & iniqs benedicētes. Pro hoc dicto eſt bo. tex. in c. fin. in prin. 83. diſtinc. dū ibi dicitur. Nichil illo paſtore miſerius: qui gloriat luporū laudibus/ quib9 ſi placere voluerit/ atq; ab his amari elegerit/ erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus igit paſtor placere lupis & gregibus ouium pōt. Perdit enim memoriā labiorū/ mens terrenis obligata carceribus. Hęc ibi.

i ¶ O paſtor & idolū. Mal9 ſeu negligēs paſtor/ idolū vocat: q2 quotiēs qs negligēter paſcit dominicū gregē ſibi cōmendatū/ totiens conuincit deū/ & ſic ſummū non amare paſtorē. c. 2. in ſi. 25. q. 1.

k ¶ Et derelinquēs gregē. Recurre ad ea q̃ ſuper iſtis verbis diffuſe dicta ſunt in verbo Derelinquere.

l ¶ Percutiā paſtorē & diſpargētur oues gregis. Facit qđ dicit textus in c. q̃uis. paulo poſt princip. 7. q. 1.
Languente paſtore grex inſidiatoris laniandus dentib9 exponit. Hęc ibi. Dicit aūt Chriſtus ſe paſtorē q2 oues ſuas verbo pariter & exemplo paſcebat. tamen q̃tū ad officiorū diſtributionē (ex qua hodie in eccleſia alij prę ſunt alijs: vnde quidā pręlati/ & quidā ſubditi vocātur) in populo ſuo paſtorale officium nō gerebat. Myſtica em & viſibili vnctione/ nec in regē/ nec in ſacerdotē vnctus erat: q̃ ſolę perſonę in populo illo p̃laturę nomen ſibi vē dicabāt. tex. eſt ita dicēs in c. Teſtes. §. his ita reſpōdet. 2. q. 7. de quo etiā dictum eſt in verbo Ieſus. Io. 18. c. & ſecundo facit pro hac ſentētia textus in c. Fertur. §. vulnerato. 1. q. 1. dū ibi dicit. vulnerato paſtore/ quis curandis ouibus adhibet medicinā? aut quomodo populū orationis clypeo tueatur/ qui iaculis hoſtiū ſeſe feriendum exponit? aut qualē fructū de ſe producturus eſt/ cui graui peſte radix infecta eſt?

m ¶ Et diſpargentur oues gregis. Verbis iſtis corticetenus acceptis: aduertat pro iure humano/ q; qñ oues gregis diſpargunt. i. amittunt ſeu pereunt: ſi quidē domin9 retinuerit dominiū ouiū periculū erit ipſius non aūt paſtoris: niſi paſtoris culpa vel dolus interceſſerit. per regulam l. pignus. C. de pig. ac. Si vero dominiū eſt tranſlatum in paſtorē: vt

quia datū est ęstimatū/ & pactū factū q fœtus inde prouenientes essent cōmunes: tunc licet videref dicendū peri
culū esse pastoris iuxta regulā d.l.pignus. tamē dicēdū est periculū esse commune pastoris scilicet & dñi. Text.
est in l. Cū duobus.§.dāna.ff.pro so.& ita tenēt Bal.Salice.& moder.in l.si pascēda. C.de pac. & Bald.in l.1.in
8.q.C.pro socio.& in l.1. C.de fruc.& li.expen.Nec ob.regula d.l.pignus.quia pcedit qñ cū dominio tota vti-
litas transit: alias sec9. Pro hoc est tex.melior de iure in l.si Titi9.verū.sed nec ipū9.ff.de pscrip.ver.quē Paul9.

¶Cætera in verbis Abel.Gene.4.a.Docere.Eccli.18.b. Doctor.ad Ephe.4.b.Eps.1.Pe.2.i fine.Iesus.Lucæ.2.a.& Ouis.Ioā.10.b.c.

Pater. ¶Fili suscipe senectam patris tui: & non cōtristes [n] eum in vita illius.& si [o] defecerit sensu/ veniā da: & ne spernas eū in tua virtute. Eleemosyna eni patris non erit in obliuione. Nā pro peccato matris/ restituetur tibi bonū: & in iustitia ędificabitur tibi: & in die tribulationis cōmemorabit tui: & sicut i sereno glacies/ soluent peccata tua. Eccli.3.b

¶ Qz malæ [p] famæ est/ qui dereliquit patrē: & est maledict9 a deo qui exasperat matrem. ibidem

Cōfusio [q] pris ē de filio idisciplinato: filia aūt fatua i deminoratiōe fiet. Eccli.22.a.

¶Patrem nolite [r] vocare vobis super terram. Vnus est enim [s] pater ve- Math.23.a.

de cas.ibi dicit eē singula
rissimū & mirabile & ne-
scire alibi cōcordātē. vbi
ē tex. q i mutuo pecunię
l quo trāslatū ē dñiū: tñ
creditor ex pacto hȝ prin
cipalē vtilitatē/ ad eum
spectat periculū illius pe
cunię: dato q dñium sit
trāslatū i ipsum debito-
rem. Itē & forti9 dato q
sit debitor q̄titatis q̄ pe-
rire nō pōt.l. incendiū.
C. si cer. pe. Aduerte tñ
vlteri9 ad id qd no. Bal.
in l. Cum ita.§.species.ff.
de lega.2. q ei q tenet ad
custodiā rei/ Ratione pu
blici vel priuati officij:
non sufficit pbare interitū/ nisi etiā probet casum fortuitū. Et ideo nō sufficit pastori portare pelles animalium
(q̄q per hoc cōstet de interitu) nisi probet casum fortuitū: puta mortalitatis vel similē. Sequit do.Alex.in consi.
158.in.2.vo.qd incipit.in causa & lite. Et ita etiā dicit do.me9 Iason cui9 sunt oia pręmissa.in d.l.si pascenda.
C.de pac. n ¶Fili suscipe senectā patris tui: & nō cōtristes eū in vita illi9. Si filius patrē suū contri
stauerit: vno de.14. modis q habent in.§.Causas.in auctē. vt cū. de appel.co.colla.9.& per glo.& docto.in ca.
Quintauallis.de iureiur.potest eū pater a sua successione repellere/ & extraneū sibi hęredē deligere. tametsi etiā
viuo patre fili9 dicat quodāmodo dñs bonorū patris. Vulgata l.in suis.ff.de libe.& posthu. Istud probat in d.§.
causas.& notat in.§.si.insti.de inoffi.testa.& in d.c.quintauallis.cū similib9. Hoc pcedit etiā si fili9 anteq̄ pri-
uet seu exhęredet a patre/ ingrediat monasteriū. Nam nichilomin9 poterit a patre exhęredari. glo. est not.in
auctē.de mona.§.1.in verbo Maculā.col.3.& in l.deo nobis.in verbo quasi ingratū. C.de epis.& cle. Sed car-
di.zab.in cle.si.in pe.q.de regula.tenet cōtrariū per text.rotūdū in c.si.19.q.2. Et hęc opinio verior videt: qa
qñ filius viuo patre agit pœnitētiam de ingratitudine cōtra eum commissa: non pōt ppter illā ingratitudinem
exhęredari. Ita singulariter tenet Alex.in l.1.in.17.col.ff.solu.ma.& pceptor me9 Iason in auctē.non licet.co
lum.1.C.de libe.prę.vbi adducit simile. Nā si filia peccauerit in corpus suū/ est iusta causa per quā pōt pater eā
priuare dote & negare alimēta scdm Spe.in ti.q filij sint legi.versi.sed qd si filia tua & Bal.in l.si.C.de do.pro-
mis.& tñ si filia agit pœnitētiā/ non pōt ampli9 priuari dote vel alimētis. Ita Spe.in loco pallegato versi. qd si
ipsa pœnitet. Anto.de Bu.in d.c.Quintauallis.in 3.colū.& Bal.in l.si filia.per illū tex. C.de inoffi.testa. hęres
tamē patris q exhęredat filiū in casu pmisso/ debet pbare locū & tēpus cōmissæ ingratitudinis: licet pater nullā
de loco aut tēpore fecerit (put nec facere tenebat) in testamēto suo mentionē. Ita tenet do.Alex.de Imola.in d.
Auctē.Non licet & in cōsi.suis.cōsi.203.in.2.vo.incipiēte sup themate & dubijs suprascriptis.col.pe.hoc etiā
qd dictū est patrē quē fili9 contristauit/ posse filiū a succedēdo excludere: locū habet & pcedit/ nisi pater causam
ingratitudinis remiserit/ vel p pactū expressum: put notāt Paul9 & Ange.in l.si.C.de pac. vel p tacitū. vt quia
pater filiū recōciliauit sibi: qa tūc tacite cēset remisisse causam ingratitudinis. Ita Bar.in l.3.§.non solum.ante
si.ff.de adi.lega. o ¶Si defecerit sensu veniā da. Recurre ad verbū Fili9. p ¶Qz malę fa-
mę est q dereliquit patrē. Vide qd istis verbis annotatū est in verbo Derelinquere. Sed ibidē dictis addēdo no
tetur p hac & cęteris sentētijs (quę huic verbo pater subscribi potuissent: nisi superiorib9 essent & inferiorib9
locis aptis insertę) q pater multis modis dicitur. qñq eñ qs dicitur pater generatione: & hoc dupliciter. quia vel
perfecta vel imperfecta. perfecta: sicut de9 dicit pater vnigeniti filij sui q dixit. volo pater vt vnū sint in nobis/
sicut & nos vnū sum9. & ista est vnitas in natura q est inter deū patrē & filiū. c. Dānamus de sum.trini. imperfe-
cta: sicut pater dicit pater hois carne. sicut.s. Iudęi erāt filij Abrahę. vt in c. Querit.22.q.2.& ca.psens.20.q.3.&
de hac paternitate habet.56.dist.p.to. Itē dicit pr creatione: sicut de9 ē pr oim/ qa creator oim.& scdm hoc gli-
bet bon9 & mal9/ fidelis & ifidelis pōt dicere. pr nr q es i cœlis &c. Itē etiā dicit pr speciali cultu & bñficio: & sic
similiter de9 dicit pr oim tā bonorū q̄ malorū q dicit in Esaia.c.1. Filios enutriui & exaltaui: ipsi aūt spreuerūt
me. Et Abraā dicit ad diuitē i inferno sepultū. Fili recepisti bona in vita tua. Itē dicit pr regñatiōe. sicut de9 est
pr fideliū & ecclīa mater q eos i baptismo regñauit.11.q.2.c.q abstulerit. Itē pr dicit Adoptiōe.c.per adoptionē
30.q.3.& apls dicit ad Ro.8. Accepistis spm adoptiōis filiorū dei/ in quo clamam9 abba pater. Itē dicit pr pœni
tētia & baptismate vt.30.q.1.c.Oēs quos.& duob9 c.ibi sequētib9. Itē dicit pr pdestinatione: sicut de9 est pater
oim saluādorū. & isti vere sunt & appellātur filij.c. Si ex bono.in si.de pœni.dist.4. Itē dicit pater doctrina vel
officio. vñ.1.Co.4.in Christo Iesu p euāgeliū ego vos genui. & alibi. Filioli mei quos iterū parturio. Itē dicit
pr auctoritate & benignitate. & sic dñi dicunt patres. vñ & serui Naamā dixerūt ei. Pater & si rē grandē dixisset
tibi ppheta/ debuisses facere.4.Regū.5. Itē dicit pr ætate: vñ apls.1.ad Thimo.5. Seniorē ne increpaueris sed
obsecra vt patrē. Itē qs dicit pr alteri9 putatiuus sicut Ioseph pr dñi. vñ Lu.3.in si.dicit. Iesus erat pficiēs quasi
annorū.30.& putabat fili9 Ioseph. & beata Maria. Fili ego & pater tuus dolētes q̄rebam9 te. Luce.2.in si. Istas
acceptiōes (in quib9 pōt hęc sentētia satis intelligi) congerit Archi.in c.si.22.q.2. q ¶Cōfusio patris
est de filio indisciplinato. Cōfusio etiā filij est de patre indisciplinato. vide bo.tex.& ibi Bal. i l.si.C.de liber.
& eo.libe.& Adde qd dictū est in verbo dederis: sup illud. Dedec9 filij/ pr sine honore. r ¶Patrē nolite
vobis vocare sup terrā. Pater grecū est.i.genitor/ gręci eñ similiter patrē dicūt. Pr itaq dict9 ē eo q patratiōe rei
veuere filiū pcreat. Ita Archi.in c.psens.in prin.20.q.3.& hoc modo patres nobis vocam9 sup terram: & Alijs
etiā plerisq modis de qb9 supiori scda annotatiōe. vel scdm eūdē Archi.in d.c.psens. Pater dicit a gręco pātha
cer.i.oia seruās: & hoc mō solū habem9 patrē i cœlis q oia seruat/ oia largit: auctor est vitę & ereptor/ & a quo
oia fiūt/ depēdent & regunt: & sine quo nec ipsi spūs maligni/ vel prodesse nobis possunt vel obesse. c.Nec mirū.
circa me.26.quęsti.5. s ¶Vnus est eñ pater vester qui in cœlis est. Hinc dicit tex.in c. Omnib9.29.

queſt.2. Omnibusnobis vnus eſt pater incœliscui vnuſquiſq; diues/pauper/ſeruus/liber / æqualiter pro ſe rationem reddituri ſunt. t ¶ Dimitte me vt reuertar in patriā meā. In patriam repedatio vnicuiq; ſolet eſſe gratiſſima. quandoquidē cuiuis dulciſſima eſt patria ſua. l. qui habebat in princ. in verb. Dulciſſimę patrię meæ. ff. de lega.3. vnde dicit glo. in c. Vbicūq;.13. q.2. mollius oſſa cubant manib⁹ tumulata ſuorum. immo tantus ac talis eſſe debet amor in patriā vt data paritate neceſſitatis/ſi vtriq; ſuccurri non poteſt: poti⁹ patriæ

ſter qui in cœlis eſt.

¶ Cætera in verbis Abrā. geneſis.17.a. Agricola Io.15.a. Aīa Ezech. 18.c. dedecus. Ecleſiaſtici.3.b. diſciplina. Prouerbiorum.1.a. dolor. Prouerbiorum.19.b. Filius Prouerbiorum.10.a.15.c.17.b.et.d.19.b.28.b.29.i fine. Eccleſiaſtici.3.a.et.b.22.a.30.a.34.d.41.b. Michee.7.b. mala.1.b. Mathei.10.c. Luce.12.e. Io.3. In fine.5.d.8.c.14.b.17.a. ad Ro.8.c. ad Galatas.4.a. ad Epheſios.6.a. ad. Colo.3.d. et 1. Ioannis.3.a. Generare Eſaie.45.b. homicida Prouerb.28.d. honorare exodi.20.b. Eccleſiaſtici.3.a. Maledicere. Exo.21.b. Maledictus deutero.27.c. Manducare. Ioannis.6.f. Melchiſedech ad Hebre.7.a. Odire. Lucæ.14.f. Operari. Ioannis.5.c. Orare Mathei.6.b. Et paruulus Eſaie.9.b.

Gene.30.c. **Patria.** Nato Ioſeph dixit Iacob ſocero ſuo. Dimitte [t] me vt reuertar in patriam meam/ad terram meam.

Eccl.16.a. ¶ Ab vno ſenſato inhabitabitur [v] patria: et a [x] tribus impiis deſeretur.

Math.13.g. ¶ Veniens Iheſus in patriam ſuā docebat Iudæos in ſinagogis eorū ita vt mirarentur/et dicerent. Vnde huic ſapientia hæc et virtutes? Et latius ſupra Iheſus.

Actuū.7.b. **Patriarcha** Patriarchæ æmulantes Ioſeph/vendiderunt in Aegyptum: et erat deus cum eo &c.

¶ De Patriarcha Dauid/Vide ſupra in verbo Dauid. Actuum.2.c.

Actuū.1.b. **Pati et Paſſio.** Quia cōmutauerunt veritatem Dei in mēdaciū: et coluerūt et ſeruierūt creaturæ potius/q̄ creatori: q ē bñdict⁹ i ſecula

q̄ parentibus eſt ſuccurrendū. vt cōiter doc. cōcludūt. in l. veluti. ff. de iuſti. & iure. Et pro hoc eſt bonus text. in l. poſtliminium. §. fili⁹. ff. de capti. iuncta l. minime. ff. de relig. & ſump. fune. dicit enim tex. in d. §. filius. Fili⁹ tranſfuga non pōt poſtliminio reuerti neq; viuo patre/quia pater ſic illū amiſit quēadmodum patriā. Et quia diſciplina caſtrorū antiquior fuit parētibus romanis q̄ charitas liberorum. Tex. aūt in d. l. minime dicit. minime maiores lugēdū putauerūt eum/qui ad patriā delēdam & parentes & liberos interficiendos venerit. Si enim filius patrē aut pater filium/patriæ ſubaudi defendendę cauſa occidiſſet/ ſine ſcelere etiā pręmio afficiēdum omnes cōſtituerunt. Et facit tex. cum glo. in l.1. §. Et generaliter. ff. de ven. in poſ. mit. vbi dicitur. Eum qui naſcit nedū parētibus/ſed etiam patrie ſeu reip. naſci: magis tamen reip. q̄ parentibus. Et ita etiā dicit Bal. in d. l. veluti. vbi Bartho. de vadiſ. in additiōib ad Bal. allegat⁹ notabile dictū Ciceronis qd huic cōcluſioni ſatis aſtipulat. Vnicuiq; noſtrū chari ſunt parētes / chari liberi/chari familiares: ſed oēs charitates vna omniū patria complexa eſt. in contrariū tamen videtur vrgere tex. in l. pe. ff. de poſtu. dum ibi dicitur. hi qui fiſci cauſam agunt: ſuam vel filiorū & parentum ſuorū/vel pupillorū quorū tutelā gerunt: cauſam & aduerſus fiſcū agere non prohibentur. decuriones quoq; contra patriā ſuam/cauſam agere prohibētur pręter ſuperiores perſonas. i. niſi ſit cauſa ſuperiorū perſonar. Et ſic dicit ibi Baldus: quis tenetur magis iuuare patrē q̄ patriā? dici poteſt q̄ ſi aliunde ſuccurri poſſit patrię: filius potius patri q̄ patriæ ſuccurret. Alioqui potius patriæ q̄ patri. Iſtā reſolutionē ſentiūt doc. in d. l. veluti.

v ¶ Inhabitabitur patria. Patriam ſuā inhabitare ſenſati eſt. debemus enim patriā diligere & honorare: quimmo & ei parere/dicit Archid. in c. Fortitudo.23. quæſt.3. Et facit tex. in l. moueor. in princ. C. ſi ſeruus expor. veneat. x ¶ A tribus impiis deſeretur. Nota igitur eos impios vocari/qui patrię ſuæ deſertores exiſtunt. Et ita etiā probat tex. no. in l. vnica. C. ſi curia. relic. ciuita rus habitare maluerit. vbi dicitur. Curiales omnes iubemus interminatione moueri: ne ciuitates fugiant aut deſerant rus habitandi cauſa: fundum quem ciuitati prætulerint ſcientes fiſco eſſe ſociandū: eoq; iure ſe carituros/cuius cauſa impios ſe/patriā vitando/demonſtrauerint. hæc tex. vbi glo. fi. dicit. Nota impiū eſſe relinquere propriā patriam.

y ¶ Patriarchæ ęmulantes Ioſeph. De antiquis patriarchis eſt textus in c. Ebron.13. quęſt.2. de quo in verbo Dauid Actuū.2. Qui aūt hodie patriarchę dicant/eſt tex. in c. Cleros. verſ. patriarcha.21. diſt. vbi dicit. Patriacha græca lingua ſumm⁹ patrū interp̄tatur: quia primū poſt apoſtolū tenet locū. Et ideo quia ſummo honore fungit tali nōie cēſet. Hæc ibi. de quib⁹ patriarchis & eorū priuilegiis. ita loquitur Inno. tertius. vniuerſali ſynodo approbante ſancim⁹: vt poſt Ro. eccle. quę diſponente dño ſuper oēs alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatū: vtpote mater vniuerſorū chriſti fidelium & magiſtra. Cōſtantinopolitana primū. Alexandrina ſecundū/ Antiochena tertiū. Hieroſolymitana quartū locum obtineant: ſeruata cuilibet propria dignitate. ita q̄ poſtq̄ antiſtites eorū a Ro. pon. receperint pallium/quod eſt plenitudinis officii pontificalis inſigne: præſtito ſibi fidelitatis & obedientię iuramento/ licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis palliū largiant: recipientes pro ſe profeſſionē canonicam: & pro Ro. eccleſia ſponſionē obedientiæ ab eiſdem/ dñicæ vero crucis vexillū ante ſe faciant vbiq; deferri. niſi in vrbe Ro. & vbicunq; ſummus pontifex præſens extiterit / aut eius legatus vtens inſigniis apoſtolicæ dignitatis. in omnibus aūt prouinciis eorundem iuriſdictioni ſubiectis ad eos cū neceſſe fuerit prouocetur/ſaluis appellationibus ad Ro. ſedem interpoſitis: quibus eſt ab omnibus humiliter deferēdum. de hac ſanctione Innocentii tertii & concilii generalis tex. eſt in c. Antiqua. de priuile/ vbi enumerantur tantum patriarchæ principales ſeu generales. Sunt enim & alii pleriq; patriarchæ ſeu primates: de quibus per Archi. in c. Periculoſo. de ſta. mo. lib.6. Et de iſtis videri pōt in c.1.2.&.3.99. diſt. in c.1.&.2.80. diſt. in c. Conqueſt⁹.9. quæſt.3. & quod notant Panor. & alii in d. capi. Antiqua. bonus eſt textus. in capi. Si inter epiſcopos.6. quæſtio.3. Et obiter notetur q̄ patriarchæ ſeu primates ſunt ordinarii Archiepiſcoporum: ſicut Archiepiſcopi

episcoporũ. vnde sicut certę dioceses sunt deputatę archiepõ in prouincia/ & super omes episcopos illarũ dio cesiũ habet Archiepiscopus iurisdictionẽ ordinariã, vt in c. pastoralis. de offi. ordi. ita certę puincię deputatæ sunt cuilibet patriachæ in quib⁹ habent ius patriarchale/ & habẽt iurisdictionẽ ordinariã super archiepiscopos. Et sicut archiepiscopus regulariter non habet iurisdictionẽ in subditos suffraganeorũ suorũ: ita nec patriarcha i subditos Archiepõrũ subditorũ sibi. Ita Panor. i d. c. Antiqua. l. 4. no. z ¶ In passiões ignominiæ.

propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ.

¶ Existimo (ait Paulus) ꝙ non sunt condignę [a] passiones huius temporis/ ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. ad rõa. 8. d.

¶ Christus post [b] passionem suam exhibuit se ipsum viuum. &c. vt supra Ihesus. Actuũ. 1. a.

¶ Quis est/ qui vobis noceat: si boni æmulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iustitiam/ beati. 1. Petri. 3. c.

¶ Melius est vt benefacientes: si voluntas dei velit pati: q̃ malefacientes quia et Christus [d] semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: vt nos offerret deo/ mortificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. 1. Petri. 3. c.

Patiens et patientia

Patiens [e] est dominus in hoc ipso: vt pœniteamus. Iudich. 8. b.

¶ Vbi est prestolatio mea (ait Iob) et patientiam meã quis considerat? Iob. 17. d

¶ Deo subiecta [f] esto anima: quoniã ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus/ saluator meus/ adiutor meus/ non emigrabo. Psal. 61. b. Psal. 70. a.

¶ Deus me⁹ eripe [g] me de manu peccatoris: et de manu cõtra legem agentis/ et iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine: dñe spes mea a iuuentute mea.

¶ Tu domine deus miserator et misericors/ patiens et multę misericordiæ. Psal. 8. 3d

¶ Melior [h] est patiens/ viro forti: et qui dominatur animo suo/ expugnatore vrbium. puerb. 16. d

¶ Patientia lenietur princeps. et lingua mollis confringet duriciem. puer. 25. b.

¶ Melior est patiens arrogante. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. Eccles. 7. b

¶ Vsq; in tempus sustinebit patiens: et postea redditio iocunditatis. Eccli. 1. c

¶ In humilitate tua patientiam [i] habe. & c. vt supra humilitas. Ecclesi. 2. b.

¶ Qui timent dominum inquirent quæ beneplacita sũt ei/ et patiẽtiam habebunt. Ecclesi. 2. d.

niæ. Idest i Amores ihonestos & affectiões carnales. Ita hęc verba declarat Archid. i c. Pręcipue. circa princi. 11. q. 3. Et p hoc est ibi bo. tex. dũ ibidem dicit. Cauendum tibi est/ ne pro vni⁹ mulierculæ passione vinctus & obligat⁹ ad pennę traharis exitium.

a ¶ Nõ sũt cõdignę passiões &c. de hoc dicto ẽ tex. i c. Saluator. 1. q. 3.

b ¶ Christus post passionem suã. &c. Grauissima fuit Christi passio: & nedũ pœnarũ sed etiam cõtumeliarũ plena. ca. Suggestum. versi. ideo fratres. 7. quæst. 1. & c. Cũ marthę. §. Ex eo. versi. Quare. de celebr. missa. Et passus ẽ vt nos emũdaret & redimeret. vnde de latere eius efflu xit aqua vt emũdaret: sãguis/ vt redimeret. De latere aũt: quia vnde culpa/ inde gratia. Culpa p fœminã/ gra per Christũ c. In calice. versi. Itẽ accipe. de consec. dist. 2. Et fuit hęc dei nostri passio in Isaac pfigurata: put liquet his versibus citatis per glo. in c. 1. in verbo impassibilis. de sum. tri. Nil Isaac patitur/ aries fit victima: Christo Nec deitas patit cũ moriat hõ. Hui⁹ aũt passionis Christi mẽoria pdest nobis ad multa. Prio eñi obscurat gaudia mundi. vñ Luc. 23. dicit. Sol obscurat⁹ est. s. in passione: qd verũ est ad litterã. & moraliter signat ꝙ obscurat in nobis prosperitatẽ huius seculi/ quam peruipendim⁹ cũ de passione cogitamus. Secundo timorẽ incutit: vnde Math. 27. Terræ motus fact⁹ est magnus, per qd signatur ꝙ corda nostra timent & tremũt cum dñs illa respicit/ & cogitant de passione eius. vnde in psal. Qui respicit terram & facit eã tremere. Tertio duriciã cordis emollit. Matth. 27. Petrę scissæ sũt. Quarto a peccato suscitat. Matt. 27. monumenta aperta sunt & multa corpora sanctorũ qui dormierãt surrexerunt. Quinto a morsibus dęmonũ sanat qd signatũ fuit. Nume. 21. vbi dñs dixit Moysi. fac serpentẽ æneũ/ & erige eũ in palo: & quicũq; pspexerit eũ viuet. Sexto labores pœnitentiũ dulcorat: qd siguatũ fuit Exo. 15. vbi dicitur: ꝙ ostendit dñs Moysi lignũ/ qd cũ misisset in aquã: in dulcedinẽ versæ sunt. Septimo liberat a morte æterna: quod signatũ fuit Iosue. 6. vbi dicit: ꝙ Raab meretrix per filũ coccineũ pendens in fenestra/ liberata est. Per filũ coccineũ quod rubeũ ẽ/ signatur passio Christi. fenestra: cor nostrũ designat. Hæc de memoria passiõis Christi congerit Archi. in c. Iteratur. de conse. dist. 2.

c ¶ Si quid patimini propter iustitiã/ beati. Vide qd dictũ est ẽ verb. Beat⁹. super illud matt. Beati q psecutionẽ patiunt propter iustitiam.

d ¶ Christ⁹ semel pro peccatis nostris passus est &c. vide tex. in c. Semel. de conse. dist. 2. de quo in verb. Iesus. Ad roma. 6.

e ¶ Patiens est dñs in hoc ipso vt pœniteam⁹. Tex. est similis sententiæ in c. Diaconi sunt. in fi. 93. distin.

f ¶ Deo subiecta esto anima mea: qm̃ ab ipso patientia mea. Circa hanc sententiã notetur qd dicit Archi. in c. Suggestũ. paulo post prin. 7. q. 1. vbi dicit ꝙ patientię virtus tribus modis exercetur. Quędã a deo sustinemus vt flagella: quędã ab aduersario vt tentamẽta: quędã a proximo/ vt persecutiones/ & dãna/ & cõtumelias contra quos omes modos vigilare debem⁹ ne ad excessum murmurationis cõtra flagella opificis prumpamus: ne ad cõsensũ delicti seducamur/ ne protrahamur ad mali retributionẽ: nec hic agentes retribui nobis psentia bona q̃ram⁹. Hęc Archid.

g ¶ Eripe me de manu pctõris &c. Recurre ad verbũ Eripere.

h ¶ Melior est patiens viro forti. Radix siquidẽ omniũ virtutũ/ est patiẽtia: dicit Archi. in d. Suggestũ. paulo post princip. 7. quæst. 1. Et dicit idẽ Archi. in c. 1. col. 2. de pœni. dist. 5. debet quis omnia pati cum gaudio: vt æterna mereatur pro transitorijs: Alias stultus esset. vnde Grego. Tanto quisquis minus sapiens conuincitur: q̃to minus patiens inuenitur. quia per id quod transit/ ęterna mercari non nouit.

i ¶ Patientiam habe/ & qd pateris peccatis tuis deputa. c. fi. 21. q. 5. Cętera dicãtur vt in verb. Hũilitas.

k ¶ In patientia vestra possidebitis animas vestras. Patientia enim est portus misericordiarum: dicit Socrates citatus per Archid. in d.c. suggestũ. 7. quæst. 1. Et dicit idẽ Archid. in c. Perfecta. de pœni. distin. 3. q tribulatio patienter accepta est ipsius animæ cõfirmatio & cõseruatio. vnde Lucæ. 21. dicitur. In patientia vestra possidebitis animas vestras. l ¶ Ignoras quoniam benignitas dei &c. Similẽ sententiã habet Hiero. in alle. c. Diaconi sunt. in fi. 93. dist. m ¶ In omni patientia. Quæ magis in cordis præparatione retinenda est/ q̃ in ostentatiõe operis. Nã ipse Paulus qui nunc loquitur/ & dicit se in omni patientia conuersatũ: percussus in faciẽ dixit pricipi sacerdotũ. percutiat te deus paries dealbate. vide textũ celebrẽ i hac materia i c. Paratus. 23. q. 1. de quo dictũ ẽ in verb. Iesus. 10. 18. n ¶ Cum patientia. Quã tamen prælati in subditos nimiã ostentare cauebũt. Nam si (qd absit) ecclesiasticã solicitudinẽ vigoremq; negligãt p ed desidia disciplinã: & animabus fideliũ profecto nocebitur. c. Iustũ est. i fi. 23. quæst. 3. An aũt in his quæ sunt per superiores dispensabilia/ patientia ipsorum operet dispensationẽ seu pmissionem: tractant glo. & docto. in c. Cum iam dudũ. de præben. & in c. Veniens. de filijs presbyte. De patientia aũt priuati quando respectu fori contẽtiosi prosit alteri/ & noceat ipsi patienti: tractatur in l. Qui patit ff. manda. & in l. gaius. ff. de pigno. ac. o ¶ Supportãtes inuicẽ. idẽ monet tex. in al le. c. Ponderet. 50. dist. p ¶ Patiẽtes estote ad omes. Non tamen aduersus hostes fidei: fidem nostram vel ecclesiã deturbare satagentes. Talis ei nõ esset laudãda patiẽtia/ sed negligẽtia merito culpãda. c. Maximianus. circa pri. 23. q. 3. q ¶ Increpa cum omi patiẽtia. Idẽ suadet tex. ic. Recedite. 45. dis. & in c. 1. 46. distin.

Lucæ. 21. d. ¶ In patientia [k] vestra possidebitis animas vestras.

ad rõa. 2. a. ¶ An diuitias bonitatis dei & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? Ignoras [l] quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit.

2. cori. 12. d. ¶ Tametsi nichil sum/ signa tamẽ apostolatus mei facta sunt super vos in omni [m] patientia: in signis & prodigijs & virtutibus (ait Paulus).

ad ephe. 4. a ¶ Obsecro vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate & mansuetudine/ cum [n] patiẽtia supportantes [o] inuicem in charitate.

1. thess. 5. c. ¶ Rogamus vos fratres: corripite inqetos/ consolamini pusillanimes/ suscipite infirmos/ patiẽtes [p] estote ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: sed semper qd bonũ est sectamini i inuicẽ & i oẽs.

2. thess. 3. b. ¶ Dominus dirigat corda vestra in charitate dei & patiẽtia Christi.

1. timo. 1. d. ¶ Misericordiam consequutus sum (ait Paulus) vt in me primo ostẽderet Christus Iesus/ omnẽ patientiã ad informationẽ eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.

2. timo. 4. a ¶ Argue/ obsecra/ increpa cum [q] omni patientia & doctrina &c.

ad heb. 10. g ¶ Patientia vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem.

Iacobi. 5. b. ¶ Patientes estote fratres vsq; ad aduentũ domini. Ecce [r] agricola expectat pretiosum fructũ terræ/ patienter ferens donec accipiat temporaneũ & serotinum. Patientes [s] igitur estote & vos/ cõfirmate corda vestra: quoniam aduentus domini appropinquabit.

1. Petri. 2. c. ¶ Hęc est gratia: si propter dei consciẽtiam sustinet [t] quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim est gratia/ si peccãtes & colaphisati suffertis? Sed si benefacientes patientes sustinetis: hæc est gratia apud deum.

¶ Cętera i verbis Charitas. 1. Cori. 13. b. Doctrina. Prouer. 19. b. Fructus. ad Gala. 5. d. Impatiẽs. Prouer. 14. d. Iniuria. Psal. 102. b. Iracũdus. Prouer. 15. b. Pauper. Psal. 9. b. Probatio. ad Roma. 5. a. Ratio. Matth. 18. c. Tobias. Tob. 2. c. & Tribulatio. ad Romanos. 5. c.

Nume. 25. a **Patibulũ.** ¶ Iratus dñs ad Moysen ait. Tolle cũctos pricipes ppli & [v] suspẽde eos cõtra solẽ i patibulis: vt auertat furor meus ab Israel.

Deute. 21. in fine. ¶ Quando peccauerit homo quod morte plectendum est/ & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: non [x] permanebit cadauer eius in ligno/ sed in eadem die sepelietur. quia maledictus a deo est qui pen=

r ¶ Ecce agricola expectat pretiosum &c. Recurre ad verba: Agricola/ & fructus.
s ¶ Patientes igitur estote in auctorẽ fidei & cõsummatorẽ Iesum respicientes qui patientiã nos docuit/ dũ dorsum posuit ad flagella/ opprobria/ cõtumelias: & verbera æquanimiter sustinuit. & cũ percuteretur nõ maledicebat/ sed velut agnus corã tondẽte/ sic non aperuit os suũ. c. Epm. 45. dist. d. ca. Suggestũ. versi. Ideo. 7. quæst. 1. & d. cap. Si em. col. 2. de pœ. dist. 2. t ¶ Sustinet quis tristitias patiens iniuste. Tristitias seu iniurias iniuste illatas laudabile est æquanimiter ferre: nec in aliqd vindictæ genus psilire. cap. Inter qrelas. 23. quæsti. 4. de quo textu. vide in verb. Deus. psal. 93. si tamen dei respiciant & ecclesię iniuriam: potest quis immo debet eas ppellere/ & quo potest ingenio vindicare. c. Si is qui. ea. causa &. q. vnde de se loquẽs Siluester papa dicit in c. Guilisarius. ea. cau. &. q. Guilisarius ni patritius mandauit me ad se venire pacifice p qbusdã ecclesiasticis dispositionibus/ in palaciũ principis & ad primũ. & ad secũdũ velũ retinuit oẽm clerũ/ & omnẽ populũq; mecũ veniebãt: & nullũ pmisit introire/ nisi me solũ & Vigiliũ diaconẽ nostrũ. me vero vi retẽto & ante pdictũ patriciũ deducto: miserũt me in exiliũ in quo sustẽtor modo/ pane tribulatiõis & aqua angustię. Ego tñ nõ dimisi nec dimitto ppterea officiũ: sed cũ episcopis quos cõgregare potui/ eos qui talia egerunt erga me anathematizaui: & vna cũ illis auctoritate apostolica statui: nullũ vnq̃ taliter decipiendũ sicut deceptus sum: & si aliqs deinceps vllũ vnq̃ episcoporũ taliter deceperit: anathema maranatha fieret i cõspectu dei & sanctorũ angelorum. Hæc ibi. v ¶ Suspẽde eos contra solem in patibulis. Hodie de cõsuetudine principes seu nobiles nõ suspẽdunt. & idẽ de popularibus diuitibus & honestioribus. ita Bar. in l. Capitaliũ. §. serui. ff. de pœnis x ¶ Nõ pmanebit cadauer eius i ligno. Corpora eorũ q capite dãnant cognatis ipsorũ negãda nõ sũt: & id obseruasse se etiã diuus Augustus li. 10. de vita sua scribit: Hodie aũt eorum i quos aiaduertit corpora/ non aliter sepeliunt q̃ si

fuerit petitum & permissum. & nõnunq̃ non permittitur: maxime maiestatis causa dãnatorum. Eorũ quoq; corpora qui exurendi dãnantur: peti possunt. s. vt ossa & cineres collecta sepulturæ tradi possint. si quis tamen deportatus vel relegatus fuerit: pœna etiã post mortem manet: nec licet eum inde trãsferre alicubi & sepelire incõsulto principe: vt sæpissime Seuerus & Anto. rescipserunt: sed multis petẽtibus hoc ipsũ indulserũt. Corpora etei aĩaduersorũ q̃buslibet petentib⁹ ad sepulturã dãda sunt supple a pricipe. tex. est de p̃missis oib⁹. ĩ l. 1. 2. & 3. ff. de cadauc. punito.

det in ligno & nequaq̃ contaminabis terram tuam / quam dominus deus tuus dederit tibi possessionem.

¶Regem ciuitatis Hay suspendit [y] in patibulũ Iosue vsq; ad vesperã & solis occasum: p̃cepitq; Iosue / & deposuerũt cadauer eius de cruce: proiecerũtq; in ipso introitu ciuitatis / cõgesto supero eo magno aceruo lapidum qui permanet vsq; in præsentem diem. Iosue. 8. f.

¶Suspensus est Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo & regis ira quiescit. Hester. 8. i ff

Paucus & Paucitas.

¶Domine non est apud te vlla distantia vtrum in paucis auxilieris aut in pluribus. 2. para. 14 c

¶Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui. Iob. 10. ĩ ff.

¶Paucitatem dierum meorum nuncia michi. Psal. 101. d.

¶De diligentia tua purga te cum paucis. Eccli. 7. d

¶In arca Noe pauci: idest octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. 1. petri. 3. d.

Paulus qui & Saulus.

¶Cũ venisset Cephas Antiochiã in faciem [a] ei restiti (ait Paulus) quia reprehensibilis erat. Prius enim q̃ venirẽt quidã a Iacobo cum gẽtibus edebat. Cum autem venissent / subtrahebat & segregabat se timens eos qui ex circuncisione erant: & simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi: ita vt Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem q̄ non recte ambularent ad veritatem euangelij: dixi Cephę coram omnibus. Si tu cum Iudæus sis gentiliter viuis nõ iudaice: quomodo gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi & non ex gentibus peccatores. ad gala. 2. c.

¶Iudęi eijcientes Stephanum extra ciuitatem lapidabant & testes deposuerũt vestimẽta sua / secus pedes adolescẽtis qui vocabatur Saulus. Actuũ. 7. g.

¶Saulus erat [b] consentiens neci Stephani. Actuũ. 8. a:

¶Saulus deuastabat ecclesiam: per domos intrans / & trahens viros ac mulieres / tradebat in custodiam. eodem.

¶Saul⁹ adhuc spirãs minarũ & cędis in discipulos dñi: accessit ad pricipẽ sacerdotũ: & petijt ab eo epistolas ĩ Damascũ ad synagogas: vt si q̃s ĩuenisset hui⁹ vię viros ac mulieres: victos p̃duceret ĩ Hierusalẽ. Et cum iter faceret: contigit vt appropinquaret Damasco. Et subito cir- Actuũ. 9. a. b

y ¶Suspẽdit in patibulum. Qui hodie suspendãtur in patibulis: declarat Bal. in ti. de pace iura firman. §. iniuria. colum. 2. in vsi. feudo. dicens: q̄ primo suspendit fur etiã non famosus p̃ enormi furto. vt no. Cy. in auten. sed nouo iure. C. de ser. fugi. de quo videat qd̃ dictũ est in verbo Furtũ. Scdo latro famosus suspẽdit versus eũ locũ ĩ quo furat⁹ est. l. Capitaliũ. §. famosos. ff. de pœnis. Tertio sacrileg⁹. l. 6. §. 1. ff. ad l. Iuli. pecula. Quarto transfugę ad hostes. l. 3. §. Is q ad hostes. ff de re. mili. Quito cõsilio rũ pricipis renũciatores l. Si qs aliqd. §. 1. de pœnis. Sexto auctores seditiõis vl̃ tumult⁹ ĩ pplo d. l. si qs aliqd. §. Auctores. Septimo seruus regis q mortem intulerit alicui debet suspendi supra fossam ipsius mortui. vt in l. lõbar. de culp. seruo. l. 1. & de homicida liberi hominis. l. si seruus regis. Octauo pricipes populi adorãtes falsos deos suspenduntur in patibulis contra solem. Et ita potest dici. q̄ reges & pricipes hostium si depręhẽduntur: q̄ debeãt suspẽdi in patibulis / sed vltra eandem diem non debẽt morari. Nũe. 16. Deute. 10. & Iosue. 8. ca. Et ex hoc apparet q̄ scismatici qui adorant falsam ecclesiam si in bello capiũtur debẽt furca suspẽdi. Præmissa omnia ponit Bal. in d. §. iniuria. & post eum Guido papæ in decisionibus parlamenti delphinalis. deci. 589. col. 1.

z ¶Paucæ. Idest octo animę. Et sic paucitas ad numerũ octonariũ restringitur. Quandoq; tamẽ ad minorem numerum: vt ad quinq; vel sex. l. & si post tres. ff. si quis cautio. & quandoq; ad maiorem: vt ad. 40. vt in c. Latores. de cle. excõ. mi. immo etiam nõnunq̃ ad. 23. milia / paucitas extenditur: vt est textus in ca. Disciplina. 45. distin. & notatur per glo. in d. cap. Latores. vnde totum relinquitur arbitrio iudicis: qui secundũ qualitatem facti & personarum ad minorem vel maiorem numerum restringet vel extendet / appellationem paucitatis / ita notatur per Archi. Et Io. An. in c. Statutum. §. Insuper super verb. Paucis. de rescrip. in. 6.

a ¶In faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Paulus Petrum reprehendit: quod nõ auderet nisi se nõ imparẽ sciret in meritis. s. q̃uis nõ in administratiõe. Ita dicit tex. cũ glo. in c. Paulus Petrũ. 2. quęst. 7. vbi dicit Archid. q̄ de hac reprehensione Augu. & Hiero. videntur discordare. Augu. nãq; dicit q̄ fuit vera reprehensio. Hiero. vero dicit q̄ fuit dispensatoria. sed concordãdo dici potest eã verã fuisse & dispensatoriã / fuit eñ vera: qa verũ est q̄ ipsum reprehendit / & q̄ dignus erat rep̄hensione. nõ p̄pter factũ ipsius Petri / sed p̄pter id qd̃ inde sequebatur. Nã Petr⁹ illud faciebat dispẽsatorie. i. p̄pter aliud. Fuit etiã dispensatoria. i. ob aliud facta & non p̄pter id qd̃ Petrus faciebat. s. vt per hoc scirent gentes / non esse iudaizandũ / vidẽtes tñ apostolũ in huiusmodi rep̄hendi. Petr⁹ aũt ante reprehẽsionẽ / non perpendebat malũ qd̃ ex facto suo sequebat. qa si perpendisset & nõ destitisset / nõ fuisset immunis a pctõ (Simulabat aũt ne Iudęi occasione gentiũ a fide desciscerent. & sic perderet gregẽ suũ) hęc oĩa (exceptis his q̃ parenthesi includũtur) q̃ sunt glosæ ord. ponit Archid. in d. c. Paulus. de hac etiã reprehensione Petri per Paulũ loq̃tur tex. cũ glo. in c. Qui cõtempta. circa. fi. 8. dist. dicens. Reuelatiõe facta veritatis / veritati cedat cõsuetudo. qa & Petr⁹ q circũcidebat / & cibos discernebat: p̄pter qd̃ Paul⁹ ei restitit in faciẽ / cessit Paulo veritatẽ prædicãti. Hęc ibi.

b ¶Erat cõsentiẽs neci Stephani. Nõ quidẽ lapidauit / sed lapidantibus cõsensit. vnde periret nisi gratia

dei & pœnitentia ei subueniret: quia qui faciunt & consentiunt/ digni sunt morte. hoc dictum est glo. ordi. & probatur in c.1. de offi. dele. in c. Notū.2.q.1.&. in c. Qui cōsentit.11. quæst.3. de quo diffusi⁹ in verb. Cōsentire.
c ℂ Quid me persequeris? Non ait mēbra sed me: quia quæ suis membris infertur iniuria/ ipsi satis dicit illata. c. Abijt Iudas. versi. Multi hodie.11. quæst.3. d ℂ Et dicetur tibi quid te oporteat facere. Exēplū discendi datur (dicit glo. ord.) & superbia increpatur: vt nullus alium indignū extimet a quo doceat qd ignoret. c. si. vbi idem suadet 38. distin.

cunfulsit eū lux de cœlo. Et cadens in terrā audiuit vocē dicentē sibi. Saule Saule [c] quid me psequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille. Ego sum Ihesus quē tu persequeris. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. Et timēs ac stupens: dixit. Domine quid me vis facere. Et dominus ad eū. Surge: & ingredere ciuitatē/ & [d] ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autē illi qui comitabantur cum illo/ stabant stupefacti: audientes quidem vocē: neminē autem vidētes. Surrexit autē Saulus de terra: [e] apertisq́ꝫ oculis nichil videbat. Ad manus autē illū trahentes: introduxerūt Damascum. Et erat tribus diebus nō vidēs: & non manducauit neq́ꝫ bibit.

Actuū.9.b. c.d.e. ℂ Erat autē quidam discipulus Damasci nomine Ananias. Et dixit ad illum in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad eū. Surge & vade in vicū qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum [f] nomine Tharsensem. ecce enim orat. Et vidit virum Ananiā nomine introeūtē & imponentē sibi manus: vt visum recipiat. Respōdit autem Ananias. Dn̄e audiui a multis de viro hoc: quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalē. Et hic potestatē habet a principibus sacerdotū alligādi oēs qui inuocāt nomē tuū. Dixit autē ad eū dn̄s. Vade: quoniā vas [g] electionis est michi iste: vt portet nomē meū corā gētibus & regibus & filijs Israel. Ego enim ostendā illi: quāta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abijt Ananias: et introiuit in domū: & imponēs ei manus: dixit. Saule frater: dominus Iesus misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderūt ab oculis eius tanq̄ squamæ: & visū recepit. Et surgēs [h] baptizat⁹ est. Et cū accepisset cibū: cōfortatus est. Fuit aūt cū discipulis qui erāt Damasci per dies aliquot. Et [i] cōtinuo ingressus in synagogas p̄dicabat Iesū: q̄m hic est filius dei. Stupebāt autē oēs qui eū audiebāt: & dicebāt. Nōne hic est qui expugnabat in Hierusalē eos qui inuocabāt nomē istud. Et [k] huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotū. Saulus autem multo magis conualescebat & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci: affirmans quoniā hic est Christus. Cum autē implerentur dies multi/ cōsilium fecerunt in vnum Iudęi: vt eum interficerent. Notę autem factę sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac

e ℂ Apertisq́ꝫ oculis nichil videbat. Cum Petrū & alios apostolos verbo solo Christus euocasset: Paulū ecclesiæ suę postea magnū ædificatorē/ sed horrendū antea vastatorē: non solū voce compescuit/ verūetiam potestate prostrauit: atq́ꝫ in infidelitatis tenebris seuientem/ ad desiderandum lumen cordis vt surgeret: pri⁹ cæcitate corporis percussit. quę si pœna nō esset nō ab ea postmodū sanaretur. Et q̄ñ apertis oculis nichil videbat: si eos saluos haberet/ non ad impositionē manus Ananię vt eorum aperiretur intuit⁹/ tāq̄ squamas qb⁹ clausus fuerat inde cecidisse scriptura narraret. vbi est ergo quod aliqui clamare cōsueuerunt. Liberum est credere vel non credere. Cui vim Christ⁹ intulit? Quē coegit? Ecce habēt Paulū apostolum. Agnoscant pri⁹ in eo cogentē Christum/ & postea docentem: prius ferientem & postea consolantem. hæc omnia sunt August. & habentur in ca. Quis nos potest.23. quęsti.4. Aduertendum est tamē: quia instar coactionis illatę Paulo/ non debet qs cōpelli ab ecclesia ad assumendam Christi fidem: sed bene compelli potest ad fidem iam assumptam conseruandam. capi. de iudæis. in princip.45. distinct. Et quod de Paulo dicitur diuina voluntate factum fuit/ proinde non est ad consequentiam trahendum: dicit glosa in d. cap. Quis nos.
f ℂ Saulum nomine. Saulus hebręo sermone tentatio dicitur. eo q̄ prius in tentatione ecclesiæ sit versat⁹. Postea vocatus est Paulus quod interpretatur mirabilis siue electus. Vel dic q̄ Saulus interpretatur infernus vel a Saule superbo rege. Paulus vero/ latino sermone est a modico dictus. Vnde ipse ait. Ego sum minimus apostolorum. Præmissa ponit Archid. in d.c. Quis nos potest.23. quæsti.4.
g ℂ Vas electionis. Ita Paulus appellatur in c. Dispensatio. in princip.43. dist. in c. Si Paulus. in princi.32. quæsti.5. & in c. Quis.21. distin. h ℂ Et surgens baptisatus est. Cæteros etiam apostolos Non solo Ioannis baptismo (vt quidam dicunt) sed Christi baptismate fuisse renatos magis est credibile. c. Quando ab hierosolymis. de consecra. distin.4. & dictum est in verb. Iesus.
i ℂ Et continuo ingressus in synagogas prædicabat dominū. Paulus post baptismū statim libera dominū voce prædicat. vnde etiam hodie in fronte vngitur baptisatus: vt libere confiteatur quod credit. Memor eius qd dominus ait. Qui me confessus fuerit coram hominibus &c. c. Vnico. col. pe. versi. in fronte. de sacra. vncti.
k ℂ Et huc ad hoc venit vt vinctos &c. Paulus baptisatus/ nedum in sermone mutatur: sed etiam in cordis puritate. Vnde vt hanc mutationē baptisatos quoslibet subsequi debere insinuetur: datur post baptismum vestis candida/ quæ signat innocentiam & puritatem christianam: quam post ablatas veteres maculas/ studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet. seu vt quorum primæ natiuitatis faciem/ vetusti erroris pān⁹ fuscauerat: habitus sanctæ regenerationis/ gloriæ præferat indumentum. De quo etiam loquens Ambrosius dicit. Accepisti post baptismum vestimenta cādida: vt esset indicium q̄ exueris voluptatem peccatorum/ & induis innocetiæ casta velamina. Præmissa habentur. in cap. Post baptismum. cum cap. seq. de cōsc. dist.4.

noctę: vt eū interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte/ per [l] murum dimiserunt eum / submittētes in sporta. Cū autem venisset in Hierusalem tentabat se iungere discipulis: & omnes [m] timebant eum non credentes ꝙ esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illū duxit ad apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset dn̄m: & quia loquutus est ei: & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. Et erat cū illis intrās & exiens in Hierusalē: fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur quoqꝫ gentibus: & disputabat cum Græcis: illi autem quęrebāt occidere eum. Quod cum cognouissent fratres: deduxerunt eum Cæsaream: & dimiserunt Tharsum.

¶ Ea quæ a Paulo & Barnaba simul gesta sunt: habentur Actuū. 13. 14. & 15. Et require in verbo Barnabas.

¶ Peruenit Saulus cū Syla in Derben & Lystram. Et ecce discipulus quidā erat ibi/ nomine Timotheus/ filius mulieris viduæ fidelis/ patre gētili. Huic testimoniū bonū reddebant qui in Lystris erāt & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circūcidit [n] eū propter Iudeos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes ꝙ pater eius erat gentilis. Cum autem pertransirēt ciuitates: tradebant eis custodire dogmata quę erant decreta ab apostolis & seniorib⁹ qui erāt Hierosolymis. Et ecclesiæ quidem confirmabātur fide & abundabāt numero quotidie. Transeuntes autē Phrygiā & Galathiæ regionem: vetati [o] sunt a spiritu sancto loqui verbū dei in Asia. Cū venissent aūt in Mysiā tentabāt [p] ire in Bythiniā: & nō pmisit eos spirit⁹ Iesu. Cū autem pertrāsissent Mysiam descenderūt Troadē: & visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans & deprecans eum & dicens. Transiens in Macedoniā adiuua nos. Vt autem visum vidit/ statim quęsiuimus proficisci in Macedoniā: certi facti ꝙ vocasset nos deus euangelisare eis. Nauigātes autem a Troade recto cursu venim⁹ Samothraciā: & sequenti die Neapolim & īde Philippis quæ est pria partis Macedoniæ ciuitas Colonia [pp]. Eram⁹ autem in hac vrbe dies aliquot consistentes. Die autem sabbatorū egressi sumus foras portā iuxta flumen vbi videbatur oratio esse: & sedētes loquebamur mulieribus quæ cōuenerant. Et quædā mulier nomine Lydda purpuraria ciuitatis Thyatirenorū colēs deū audiuit: cuius dominus aperuit cor intendere his quæ dicebātur a Paulo. Cū autē baptisata esset & dom⁹ eius: deprecata est dicens. Si iudicastis me fidelē domino esse: introite in domum meam & manete: & coegit [q] nos.

Actuū.16.a b.c.

¶ Factum est autem euntibus nobis ad orationem/ puellam quandam habentē [qq] spiritum phytonem obuiare nobis: quæ quæstum magnū

Actuū.16.c. d.e.f.

l ¶ Per murū dimiserunt eū/ submittentes in Sporta. Hoc gen⁹ effugij/ in ecclesia seruatur: quando aliqs insidijs diaboli vel laqueis seculi circūclusus fidei & spei munimine saluatur. murus enim Damasci (quę sanguinem bibens interpretatur) aduersitas est seculi. rex Aretha diabolus est. Sporta quę iuncis & palmis conficitur vel texitur: fidei & spei coniunctio est. iuncus/ viriditas fidei: & palma/ spes æternitatis. Qui ergo muro aduersitatis se cinctū videt: Sportam virtutis ascendat & euadet. Hæc declaratiua sententia est glo. ordi. post Bedā: & pro ea est clar⁹ tex. in alle. c. Suggestum (& ibi multa ad hunc effectū per Archid. cumulantur). 7. quæst. 1.

m ¶ Omnes timebant eum / non credētes ꝙ esset discipul⁹. Nō igit passim accedentes ad annunciandum Christi nomen / sunt admittendi: sed probandi prius / & eorum missio non segniter disquirenda. c. Cum ex eo. de pœni. & remis. & ca. Cum ex iniuncto. de hære.

n ¶ Circuncidit eū ꝑpter Iudęos Circūcidit Paul⁹ &c. Timotheū: nō ꝙ figurę legis post veritatem euāgelij aliquid vtilitatis afferrent: sed ne ꝑ occasionem gentium Iudæi a fide recederent: q̄bus vmbra legis paulati tollenda erat/ sicut gentibus idolatria. hoc dictum est glo. ord. & pro eo facit textus. in cap. fi. de diuor. vbi probatur/ aliqua quę contra catholicæ ritū fidei esse noscūtur / nonnunq̄ ad temp⁹ tolerari posse ꝑpter gentis infirmitatem & ipsi⁹ cōuersionē & iam habitę cōuersiōis perseuerātiā facilius assequendā.

o ¶ Vetati sunt a spiritu sancto loqui verbum in Asia. De⁹ qui nouit corda filiorum hominum/ beneficij gratia doctorem remouit ab Asia: ne sanctum detur canib⁹ & cor iniquum de contēpta prędicatione graui⁹ iudicetur. Pro hoc dicto glo. ordi. facit quod dicit Archid. in c. Paulianistæ. 1. quæst. 1. Dum dicit Christum in patria sua virtutes multas non fecisse: ne propter earū contemptum/ grauius iudicarentur. De quo dictum i verb. Iesus. Matt. 13. g. Quandoqꝫ tamen dominus verbi sui semina populis rudibus & incredulis spargi permittit: & a populis credulis auferri. Cuius diuini consilij rationē licet ratione penetrare non possumus: manifeste tñ scimus / & verū esse quod dicit/ & iustum esse quod facit. c. De Tyrijs. vbi hęc per exempla declarantur. 23. quæsti. 4. de quo tex. dixi in verb. Iesus. Matth. 11.

p ¶ Tentabant ire/ sed non permisit eos spiritus ire. Permittuntur apostoli velle/ sed nō ire. vt appareat infirmitas humana: & ꝙ diuino consilio sit subdita. hoc dictum est glo. ord. & probatur per tex. clarū in c. Sicut. §. Necesse in fi. 47. dist.

pp ¶ Colonia. Colonia est quæ defectu indigenarum nouis cultoribus impletur. vnde a cultu agri colonia dicta est. Ita dicit glo. ord. hic. pro qua facit textus cum glo. in verb. Colonia. in l. Eius. §. 1. ff. ad municipa.

q ¶ Et coegit nos. Hic dantur duo exempla: vnum hospites cogendi/ & eos procliuiter ac liberaliter in domibus nostris recipiendi: ꝑut etiā monet tex. in c. 1. & 2. 41. dist. Alterū ad nouiter cōuersos intrādi/ nosqꝫ eis faciles ac beniuolos exhibēdi. de quo est etiā bo. tex. & ibi. per doc. in c. Eā te. de rescrip.

qq ¶ Habentē spm̄ phytonē. De phytonica diuinatiōe vide qd dictū est i verb. Diuinatio. & aliqd dicet in verb. Saul.

prestabat dominis suis diuinādo. Hec subsecuta Paulū & nos/clamabat dicēs. Isti homines serui dei excelsi sunt: qui annūciāt vobis viā salutis. hoc aūt faciebat multis diebus. Dolēs [r] autē Paulus/& cōuersus spiritui dixit. Precipio tibi in noīe Iesu Christi exire ab ea. Et exijt eadē hora. Vidētes autē dñi eius: quia exiuit spes questus eorum: apprehendentes Paulū & Sylā perduxerunt in forū ad principes: & offerentes eos magistratibus/dixerūt. Hi homines cōturbant ciuitatē nostrā/ cum sint Iudei: & annūciant morē quē non licet nobis suscipere neqꝫ facere cū simus Romani. Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus scissis tunicis eorū iusserunt eos virgis cædi. Et cū multas plagas eis iposuissent miserunt eos in carcerē: præcipiētes custodi vt diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptū accepisset misit eos in interiorē carcerē/& pedes [rr] eorū strinxit ligno. Media autē nocte Paulus & Sylas adorantes [s] laudabant deū/ & audiebant eos qui in custodia erant. Subito vero terræ motus factus est magnus: ita vt mouerentur fundamēta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia/& vniuersorū vincula soluta sunt. Expergefactus autē custos carceris: & videns ianuas aptas carceris/euaginato gladio volebat se [ss] interficere æstimās fugisse vinctos. Clamauit autē Paulus voce magna dicens. Nichil tibi mali feceris: Vniuersi enim hic sumus. Petitoqꝫ lumine introgressus est & tremefactus procidit Paulo & Syle ad pedes: & producēs eos foras/ait. Domini quid me oportet facere vt saluus fiā. At illi dixerūt. Crede in dominū Iesum/& saluus eris tu & domus tua. Et locuti sunt ei verbū domini cū omnibus qui erāt idomo eius. Et tollēs eos in illa hora noctis lauit plagas eorū. Et baptisatus [t] est ipse & omnis domus eius continuo. Cūqꝫ perduxisset eos in domū suam apposuit eis mensam & lætatus est cum omni domo sua credens deo.

Actuū.16.g ¶ Cū dies factus esset miserūt magistratus lictores ad custodē carceris dicētes. Dimitte hoies illos. Nūciauit autē custos carceris verba hæc Paulo: quia miserūt magistratus vt dimittamini. Nūc igit̄ exeūtes ite in pace. Paul⁹ aūt dixit eis. Cesos nos publice indēnatos hoies Romanos miserūt i carcerē: & nūc occulte nos eijciūt. Nō ita: sed veniant [v] & ipsi nos eijciāt. Nūciauerūt autē magistratibus lictores verba hæc. Timuerūtqꝫ audito ꝙ Romani essent: & veniētes deprecati sunt eos: & educētes rogabāt vt egrederentur de vrbe. Exeūtes autem de carcere introierunt ad Lydiam: & visis fratribus consolati sunt eos & profecti sunt.

r ¶ Dolens aūt Paulus: & conuersus dixit. precipio &c. Docemur Magis ac diuinis seu incantatoribus non credere: etiam si eos vera dicere contingat. Neqꝫ enim quia fœmina hec ventriloqua. verū testimoniū perhibuit Apostolis dñi. ideo Paul⁹ apl'us pepcit spiritui illi/sed potius fœminā illius demonij correctiōe ac exclusione mundauit. Oēs igitur artes huiusmodi vel nugatorie vel noxiæ superstitionis: ex quadā pestifera societate hominū & demonū quasi pacta infidelis & dolose amicitie constituta penitus sunt repudiande & fugiende christiano. tex. est ita dicēs i c. Illud. i fi. 26. q. 2.

rr ¶ Pedes eorum strixit ligno. Quādo iure humano man⁹ aut pedes carceratorꝫ strigi debeāt: ē celebris tex. i l. 1. C. de custo. reo. de quo videat̄ i verb. Hieremias.

s ¶ Adorātes laudabant deū. Ostendūt tribulatiōis tēpore/ad orationis tutamē esse cōfugiendū. p̄ut etiā est tex. in c. Vbi periculū. in fine. de elec. lib. 6.

ss ¶ Volebat se interficere. Ex vinctorum sue custodie cōmissorum fuga/morte sibi pspiciēs iminere. l. ad cōmentariēsem. C. de custo. reo. quā tamē ab alio sibi infligi debebat expectare/ non eā sibi inferre. ca. si non licet. 23. quest. 5. l. 1. cū similibus. ff. de bo. eo qui mor. sibi consciue. & dictū est in verb. Desperare. & i verb. Occidere.

t ¶ Et baptisatus est ipse & omnis domus eius continuo. in ecclesia p̄mitiua quibuslibet etiā adultis volentibus accedere ad baptismū facilis dabat accessus. Neqꝫ enim eorū petitio. in logum aliquod tēpus protrahebat. Postea tamen (quia docente experientia plures ex baptisatis iudeis ad vomitū rediisse & iudaicos rit⁹ assūpsisse cognitū ē) prefixa sūt aliqua tēpora: quibus adulti petētes baptismū probentur: sicqꝫ probati baptisentur. vnde legit̄ in concilio Agathēsi (de quo in c. Iudei. de conse. dist. 4.) Iudei quorū pfidia frequenter ad vomitum redit/ si ad leges catholicas redire voluerit octo menses inter cathecuminos ecclesiæ limen introeant. & si pura fide venire noscantur/tunc demū/baptismi gratiā mereantur. ꝙ si casu aliquo periculū infirmitatis intra prescriptū tēpus incurrerint: & desperati fuerint/baptisentur. Hec ibi. Quia tamē tātū interuallū octo mensiū (de quo in d. c.) iudeis nōnunqꝫ parabat fastidij argumentū/efficiebatqꝫ vt qui hoc tēpore probabantur: expectationis nimiæ tædio retrospicerent: & quā gerebat sumendi baptismi voluntatē/deponerēt: breuius tēpus pbandis baptisaturis adultis prefixū est. dicente Greg. in c. Ne qd absit. ea. dist. Ne quod absit lōga dilatio retro possit animos iudæorū reuocare: cū fratre nostro epo loci illius loquere/ vt pœnitētia ac abstinētia quadraginta dierū indicta/aut die dñica aut si celeberrima festiuitas occurrerit eos (omnipotētis dei mia ptegente) baptises. Hec ibi. Aduertat̄ nichilomin⁹ ad id quod dicit d. ca. Ne qd absit pniam ac abstinētiā esse a baptisaturis agendā: qa illud tūc specialiter fuit i iudeis statutū/ pter reuerētiā baptismi: quē circūcisiōis & aliorū legaliū cōparatiōe paruifaciebāt. Sed hodie gnaliter nulla baptisaturis etiā adultis idicit̄ pœnitētia seu exterior satisfactio: dicēte Amb. sup epl'am ad Ro. Sine pœnitētia sūt dona & vocatio dei/qa gra dei i baptismate nō reqrit gemitū/nō reqrit plāctū/ vel op⁹ aliqd sed solā fidē & oia gratis cōdonat. de quo dicto Amb. ē tex. i c. Sine pnia. eadē dis.

v ¶ Nō ita sed veniāt/& ipi nos eijciāt. Ostēdit his verbis Pauli/iniurie satisfactionē peti posse/nec ad eā remittedā nos teneri: de quo p gl. & doc. ita cōcludētes i l. si tibi. §. qdā. ff. de pac. & ē gl. i c. si is q

in verb. Possumus. 23.q.
4. quę dicit: q̄ nō tantū
iniuriat⁹ iniurię satisfactio
nē nō tenet remittere s;
etiā bñ facit eā petere.
x ℂ Per sabbata
tria disserebat eis de scri
pturis. Hęc scripturarū
enodatio / plurimū ha-
bet meriti / etiā dieb⁹ so
lēnib⁹ assūpta. c. fi. de ma
gis. iuncto c. 1. de ferijs.
y ℂ Turba facta
cōcitauerūt ciuitatē. Ta
les ciuitatē turba facta
cōcitātes nō leue crimē
cōmittūt quod impuni-
tū relinqui nō debet. l. 1.
& .2. C. de seditio. l. 3. in
prin. ff. ad l. iu. de vi pu.
z ℂ In synagogā
Iudęorū introierūt. Ec-
ce nullus eos vel tribula
tionis vel verberū met⁹
a recte agēdo desciscere
facit: put nec ipsi vllo de
bem⁹ tiore a recto quē cœ
pim⁹ viuēdi tramite di-
moueri. c. nolite tiere. 11.
q. 3. c. fi. 47. dis. cū silib⁹
a ℂ Disputabat
igit̄ ī synagoga cū Iudęis
Recurre ad ea q̄ dicta sūt
in verb. Disputare.
b ℂ Quid vult hic
sęminiuerbi⁹ dicere. Pau
lus p̄dicator egregius ex
loquacitate quā ei Athe
niensiū sapiētes impin-
gebant / seminiuerbi⁹ est
vocatus. Ita sētit tex. ī
c. Sicut. col. fina. 43. dis.
Vbi tñ gl. dicit: q̄ alias
legit̄ hoc loco semiuer-
bius: & q̄ sic eū atheniē-
ses vocauerūt: vel q̄a ob
scur⁹ erat / vel q̄a (vt dr̄)
vitiū liguę habebat. sed
archi. dicit ibidē & me-
li⁹: semiuerbiū dictū q̄si
seminātē verba / vel q̄si
abbreuiātem ea / & sub
paucis pluria cōplectētē.
c ℂ Quasi supsti-
tiosos vos video. Quid sit
& quō dinoscat̄ supersti
tio: dicet̄ ī verb. supstitio
d ℂ Dionysi⁹ ario
pagita. Iste Dionysius
erat magister in ariopa-
go. i. ī vico martis: ī quo
s. erat tēplū Martis: q̄a
athenienses singulos vi
cos denominabāt a dijs
quos colebāt / vt vicū ī
quo colebat̄ mars / voca-
bāt ariopagū: q̄a arioth
dr̄ mars. vicū vero ī quo
colebat̄ pā vocabāt pāno
pagū: & ita a singl'is dijs
singl'os vicos denoiabāt.
Erat aūt vic⁹ excellētior
ariopag⁹: q̄a ibi erat cu-
ria magistratuū & scho
lę liberaliū artiū. Ita de
archi. ī c. turbat. 37. dis.

ℂCum perābulassent (Paulus & socij) Amphibolim & Appoloniā: venerūt Thessalonicā vbi erat synagoga Iudæorū. Secundū cōsuetudinē autem Paulus introiuit ad eos: & per sabbata [x] tria disserebat eis de scripturis adaperiens & insinuans: quia Christū oportuit pati & resurgere a mortuis: & quia hic est Iesus Christ⁹ quē ego annūcio vobis. Et quidam ex eis crediderunt: & adiuncti sunt Paulo & Sylæ: & de colentibus gētilibusq̧ multitudo magna: & mulieres nobiles nō paucę. Zelātes autē Iudæi / assumētesq̧ de vulgo viros quosdā malos: & turba facta [y] concitauerūt ciuitatē: & assistentes domui Iasonis quærebāt eos producere in populū. Et cū non inuenissent eos / trahebant Iasonē & quosdam fratres ad principes ciuitatis / clamātes: quoniā hi qui vrbē concitāt / & huc venerūt quos suscepit Iason: & hi omnes cōtra decreta Cæsaris faciūt regē alium: dicētes esse Iesum. Concitauerūt autē plebē & principes ciuitatis audiētes hæc. Et accepta satisfactione a Iasone & a cæteris dimiserunt eos. Fratres vero cōfestim per noctē dimiserūt Paulū & Sylam in Beroen. Qui cum venissent [z] in synagogā Iudæorū introierūt. Hi autē erāt nobiliores eorū qui sunt Thessalonicæ qui susceperunt verbum cum omni auiditate quotidie scrutantes scripturas. si hæc ita se haberent. Et multi quidem crediderunt ex eis & mulierum gentilium honestarum: & viri non pauci. Actuū. 17. a b. c.

ℂCum autē cognouissent in Thessalonica Iudæi: quia & Beroe prædicatum est a Paulo verbum dei: venerunt & illuc / cōmouētes & turbantes multitudinem. Statimq̧ tunc Paulum dimiserunt fratres: vt iret vsq̧ ad mare. Sylas autem & Timotheus remāserunt ibi. Qui aūt deducebant Paulum perduxerunt eum vsq̧ Athenis: & accepto mandato ab eo ad Sylam & Timotheū: vt q̄celeriter venirent ad illū: profecti sunt. Paulus autē cū Athenis eos expectaret: incitabatur spiritus eius in ipso videns idolatriæ deditam ciuitatem. Disputabat [a] igitur in synagoga cū Iudæis & colentibus: & in foro per omnes dies ad eos qui audierant. Quidam autē Epicurei & Stoici philosophi disserebāt cum eo: & quidam dicebant. Quid vult seminiuerbius [b] hic dicere? Alij vero / nouorum dæmoniorū videtur ānunciator esse: quia Iesum & resurrectionē ānunciabat eis. Et apprehensum eum ad Ariopagum duxerunt: dicentes. Possumus scire quæ est hæc noua quæ a te dicitur doctrina? Noua enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnā velint hæc esse. Athenienses autem omnes & aduenæ hospites ad nichil aliud vacabāt: nisi aut dicere aut audire aliquid noui. Actuū. 17. c d. e.

ℂStans autem Paulus in medio Ariopagi ait. Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosos [c] vos video. Præteriēs enim & videns simulacra vestra: inueni & arā in qua scriptū erat, Ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis / hoc annuncio vobis.

ℂCum audissent autem resurrectionem mortuorum / quidam quidē irridebant: quidam vero dixerunt. Audiamus te de hoc iterū. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam vero viri adhærentes ei / crediderunt: in quibus & Dionysius [d] Ariopagita & mulier nomine Damaris & alij cum eis. Actuū. 17. e

ℂPosthæc egressus ab Athenis venit Corinthū & inueniens quēdam Iudæum nomine Aquilam ponticū genere: qui nuper venerat ab Italia & Priscillā vxorē eius / eo q̄ præcepisset Claudius discedere omnes Iudeos a Roma: accessit ad eos: & quia eiusdē erat artis / manebat apud eos & operabatur. Erant autē scænæfactoriæ artis. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum: interponens nomen domini Iesu: sua- Actuū. 18. a b. c.

e ¶ Sanguis vester super caput vestrum. Idest reatus vester solis vobis imputabitur non michi qui nō distuli viam dñi vobis aperire. c. Ephesijs. 43. distinc. f ¶ Cuius domus erat coniūcta synagogę. Non videtur hodie licere stationes seu priuatorū domos omnino esse cōiunctas ecclesię. bo. est tex. cum glo. in verbo Stationes. in l. Basilicam. C. de oper. publicis. g ¶ Iudex ego horum nolo esse & minauit eos a tribunali. Iudex aditus a partibus super re quam videt suę iurisdictionis non esse: pōt partes ex officio repellere/ & eorū q̄stiones nō audire vt hic. qd est verū etiam si suā iurisdictionē vellēt partes mutuo consensu prorogare. Nā nichilominus potest immo debet eas repellere: si causa super qua eū adeūt non sit eiusdē naturę seu formę/ cū ea super qua habet iurisdictionē suā: qa prorogatio iurisdictiōis nō potest fieri nisi in his q̄ sunt eiusdē naturę & formę glo. est in ca. Hi q auctoritate. de prebē. in. 6. & ita tenent Ia. de Are. Cy. Bal. & alij in l. testamēta omnia. C. de testa. vnde iudex causarū criminaliū/ non pōt etiam de cōsensu partiū cognoscere de causa ciuili. l. solem⁹. §. Latrūculator. ff. de iudi. Notat pręceptor meus Iason ī l. si p errorem. ff. de iuris. omnium iudi. in prin. Et facit qd notat Cy. in l. I. C. eodē. vbi dicit: ꝙ stāte statuto ꝙ iudices mercatorū/ nō possint cognoscere nisi de causis mercantię: nō possent duo forēses litigare coram iudice mercatorū de alia causa non mercatili / quod sequit Imola in c. p. &. g. in. 33. colū. & ibi Panor. i. 5. col. versi. venio ad sextā. vbi etiā dicit id qd supra dictū est de iudice causarū criminaliū. Qz si cā sit eiusdē naturę & formę. i. eiusdē speciei cum ea que suę iurisdictionis est / non tenetur iudex partes repellere. Iudex enim qui vsq ad certam summam iudicare iussus est: etiā de re maiori iudicare potest/ si inter litigatores conueniat. l. de qua re. §. I. ff. de iudicijs. l. inter conueniētes. ff. ad municip. & notatur in d. c. p. &. g.

debatq̧ Iudæis & Græcis. Cum venissent autem de Macedonia Sylas & Timotheus: instabat verbo Paulus testificans Iudæis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem eis & blasphemantibus excutiens vestimenta sua: dixit ad eos. Sanguis[e] vester super caput vestrum. Mundus ego/ ex hoc ad gentes vadam. Et migrās inde intrauit in domum cuiusdam nomine Titi Iusti colentis deum: cuius domus[f] erat coniuncta synagogæ. Crispus autem archisynagogus credidit domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant & baptisabantur.

Actuū. 18. c d.e.f. ¶ Dixit autem dominus nocte per visionem Paulo. Noli timere: sed loquere & ne taceas: propter quod ego sum tecum/ & nemo apponetur tibi vt noceat te: quoniam populus est michi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi annum & sex menses/ docens apud eos verbum dei.

¶ Gallione autem proconsule Achaiæ insurrexerunt vno animo Iudęi in Paulum: & adduxerunt eum ad tribunal: dicentes. quia contra legem hic persuadet hominibus colere deum. Incipiente autem Paulo aperire os: dixit Gallio ad Iudeos. Siquidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum o viri Iudæi: recte vos sustinerē: si vero quæstiones sunt de verbo & nominibus legis vestræ: vosipsi videritis/ iudex g ego horum nolo esse: & minauit eos a tribunali. Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagogæ percutiebant[h] eum ante tribunal: & nichil eorum Gallioni curæ erat. Paulus vero cū adhuc sustinuisset dies multos: fratribus valefaciens nauigauit in Syriam: & cum eo Priscilla & Aquila: qui sibi totonderat in Cenchris caput. Habebat enim votum. Deuenitq̧ Ephesum/ & illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam disputabat cum Iudæis. Rogantibus autē eis vt ãpliori tempore maneret: non consensit/ sed valefaciens & dicēs. Iterum reuertar ad vos deo volente: profectus est ab Epheso. Et descēdēs Cæsariā/ ascēdit & salutauit[i] ecclesiam: & descēdit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore profectus est: perambulans ex ordine Galathiam regionem & Phrygiam/ confirmans omnes discipulos.

Actuū. 19. a ¶ Factum est cū Apollo esset Corinthi / vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum & inueniret quosdam de discipulis. Dixitq̧ ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credētes? At illi dixerūt ad eū. sed neq̧ si spiritus sanctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptisati estis? Qui dixerunt. In Ioannis baptismate. Dixit autē Paulus. Ioannes baptisauit baptismo pœnitentiæ populum: dicens/

Si tamen iudex non velit prorogationi suę iurisdictionis cōsentire poterit repellere partes. Licet enim in iurisdictiōis prorogatione de persona ad personam non sit necessarius consensus iudicis expressus vel tacitus vt est text. not. in l. ij. §. I. ff. de iudicijs: tamen in prorogatione iurisdictionis de re ad rem/ cōsensus iudicis saltem tacitus necessarius est. vt notāter concludit & declarat Paulus de castro in d. l. 2. §. I. ergo multo fortius necessarium est ꝙ expresse non contradicat: quia etiā in iurisdictionis prorogatione de persona ad personam/ vbi consensus expressus aut tacitus non est necessarius vt dictum est. Expressa iudicis contradictio impediret prorogationem: vt notanter concludit Panor. in d. c. p. &. g. Paulo ante §. de offi. dele.

h ¶ Percutiebant eum ante tribunal. Quando ante tribunal & sic in conspectu iudicis & populi infertur iniuria: potest iudex statim eam punire: nedum quādo illata est extraneo/ sed etiam si sibiipsi fuerit illata. Neq̧ hoc casu attenditur regula qua cauetur: neminē in sua causa iudicem esse debere. Ita dicit Inno. in ca. Ex parte de verbo. significa. Quod scdm Anto. de Butr. & Panor. ibi procedit quando pœna esset limitata a iure: secus si esset arbitraria vt regulariter est in materia iniuriarū. §. in summa. instit. de iniu. Et ita etiam tenet Panor. in c. I. de cleri. maledi. & pręceptor meus Iason in l. Qui iurisdictioni preest colum. I. circa princip. de iurisdi. omnium iudi. i ¶ Salutauit ecclesiam. Idest fideles seu collectionem fidelium. Hęc declaratio est glo. interli. & est glo. ita etiam verbum ecclesia declarās in c. Querelam. ne præla. vi. suas. & dixi in verbo Ecclesia

super illud psal. Odiui ecclesiă malignătiű: k ¶His auditis baptisati sunt in nomine Iesu. Circa hęc verba & præcedentia notetur glo.celebris in c. Dedit baptismű.1.quęsti.1. sic dicens in quarto libro sentẽtiarű legit. Cõsiderandum est si baptisati sunt baptismo Christi a Ioanne baptisati/ & qua forma verborum sit vsus Ioannes. Illi qui baptisati sunt a Ioãne nesciẽtes spiritűsanctű esse/ ac spem ponentes in illius baptismo postea baptisati sunt baptismo Christi. Baptismus aűt Ioannis tantű dabat in nomine venturi. vnde Hiero. sup Iob. Qui dicit se in Christum credere| & non credit in spiritűsanctű: nondű habet claros oculos. Vnde baptisati a Ioanne in nomine venturi: quia dixerunt. sed neq; si spiritus sanctus est/ Audiuimus: Iterű baptisati sunt in nomine Christi explicite. Illi vero qui spem in baptismo Ioannis & patre/ filiű & spiritűsanctű credebant: non fuerunt postea baptisati sed impositione manuű ab apostolis sup eos facta/spiritumsanctum receperűt. Alij vero qui non credebant/ baptisati sunt baptismo Christi: vt dictű est. vnde Hiero. Qui spiritűsanctű nesciebant cű baptismű a Ioanne acceperűt: iterum baptisati sunt. Ne qs ex iudęis vel gentilibus putaret aquă sine spiritusancto sufficere ad salutẽ. De hoc etiă Ambro. Quidam negauerunt se scire spiritűsanctű/ cű baptisatos se dicerent baptismo Ioannis: quos tamẽ in aduenientis Iesu non in suo baptisauit nomine. Isti ergo qui nec in Christi noie / nec cum fide spűssancti baptisati fuerant: non poterăt accipere baptismi sacramentum. Baptisati sunt igitur in nomine Christi/ nec iteratű est in eis sacramentű sed innouatum. Sed cum per circűcisionem originale peccatum fuisset deletum: cur in quibusdam a Ioanne baptisatis reiteratur baptismus: qui pro delẽdo originali peccato accipit |c. Maiores. de bap. Nam si dicas baptismű Christi necessariű esse etiă circűcisis. Concludit ergo ꝙ in oĩbus baptisatis a Ioanne necessarium est siue bene crederẽt siue male. si autẽ dicas non esse necessarium: Quare ergo baptisati sunt baptismo christi iam a Ioanne baptisati/ cum ijdẽ essent circűcisi (potest dici forte ꝙ ante passionem Christi nulli erat baptismus necessari⁹: sed tñ baptisati sunt ab apostolis. ne putarẽt aliq baptismű sine spiritusancto sufficere ad salutẽ. vel forte a baptismo Christi.i. postꝙ Christus baptisatus fuit/ omnibus baptismus fuit necessarius: siue Ioannis siue Christi: sed baptismus Christi tanꝙ a seipso natus/ non indiget fidei adminiculo. secus in Ioannis baptismo. Vnde baptisati sunt quibus recta fides non adfuit. hęc glo. baptismus tamẽ etiam Christi ante eius mortem non habebat plenum suű effectű: quia adhuc cœli ianua non erat aperta/ sed post eius mortem incœpit habere plenű effectum. glo. est ita dicens in c. Ex quo. de consecra. distinc.4. l ¶Cum autem quidam &c. In hac sentẽtia notandę sunt decisiones Origenis & Hieronymi: de quibus habetur in c. In mandatis.43. distinc. in c. Nolite recedere. circa fi. & in c. Quando ergo.11. quæsti.3. quæ transcriptæ sunt in verbo Canis. super illud. Nolite sanctum dare canib⁹.

m ¶Exorcistis. Recurre ad verbum Exorcista. n ¶Iesum noui. Hinc dicit Aratus pœta citat⁹ hic per glo. interli. Cognosce furorem Gens inimica tuű. dęmon regnare fatetur Quem venisse negas: atq; hoc conuinceris ipso. Quo stimulante ruis. Circa quod dictum videantur quę de fide Iesu Christi quă diabolus dicitur habere dicta sunt in verbo Dęmon. super illud. dęmones credunt & contremiscunt.

o ¶Vos autem qui estis: Require annotationem in verbo Exorcista.

p ¶Contulerunt libros & combusserunt. Vide quod dictum est in verbo Liber.

q ¶Mittens in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi. Mittit Paulus legatos ad pręparădam eleemosynam/ quam Hierosolymam erat allaturus: ne cum ipse veniret tunc fierent collectę. sicq; non esse improbădam de crastino solicitudinem/ demonstrat: prout etiam dicit tex. Sententiam euangelicam nolite curare de crastino/ declarans. in c. Habebat dominus loculos.12. quęsti.12.

in eű qui venturus esset post ipsum: vt crederent/ hoc est in Iesum. His auditis [k] baptisati sunt in nomine domini Iesu. Et cű imposuisset illis manus Paulus venit spiritus sanctus super eos & loquebătur linguis & prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim.

¶Introgressus Paulus in synagogă/ cű fiducia loquebatur per tres mẽses: disputăs & suadens de regno dei. Cű autẽ quidă [l] indurarentur & nõ crederent: maledicẽtes viă domini coră multitudine: discedens ab eis segregauit discipulos/ quotidie disputăs in schola tyrăni cuiusdam. Hoc autem factű est per bienniű: ita vt omnes qui habitabant in Asia audirent verbum domini/ Iudęi atq; gentiles. Virtutesq; nõ modicas quaslibet faciebat deus p manű Pauli. Ita vt etiă super lăguidos deferrentur a corpore ei⁹ sudaria & semicictia/ & recedebăt ab eis lăguores: & spiritus nequă egrediebantur. Tẽtauerűt autem quidă de circuneűtib⁹ Iudæis exorcistis [m] inuocare super eos q habebăt spűs malos nomẽ domini Iesu: dicẽtes. Adiuro vos p Iesum quẽ Paul⁹ pdicat. Erăt aűt cuiusdă Iudęi nomine Scenæ principis sacerdotű septẽ filij qui hoc faciebăt. Respõdens autẽ spiritus nequă dixit eis. Iesum [n] noui & Paulű scio: vos aűt [o] qui estis: Et insiliẽs homo in eos in quo erat dæmoniű pessimű: & dominatus ăborű inualuit cõtra eos: ita vt nudi & vulnerati effugerẽt de domo illa. Hoc aűt notű factű est omnib⁹ Iudęis atq; gẽtilibus qui habitabăt Ephesi. Et cecidit timor super omnes illos: & magnificabatur nomẽ domini Iesu. Multiq; credẽtiű veniebant: cõfitentes & annunciătes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerăt curiosa sectati cõtulerunt [p] libros & cõbusserunt eos coră omnibus & cõputatis precijs illorű/ inuenerűt pecuniam denariorű quinquaginta milium. Ita fortiter crescebat verbum dei & confirmabatur.

¶His autem expletis proposuit Paulus in spiritu/ trăsita Macedonia & Achaia/ ire Hierosolymam: dicẽs. Quoniă postꝙ fuero ibi: oportet me & Romă videre. Mittẽs autẽ [q] in Macedoniam duos ex ministrătibus sibi Thimotheű & Erastű ipse remăsit ad tempus in Asia. Facta est autẽ illo tempore turbatio non minima de via domini. Demetrius enim quidă nomine argentarius faciens ædes argenteas Dianæ

Actuű.19.b c.d.

Actuű.19.e. f.g

præstabat artificibus non modicũ queſtũ: quos conuocans / & eos qui huiuſmodi erant opifices dixit. Viri ſcitis [r] quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio & videtis & auditis: quia nõ ſolũ Epheſi ſed pene totius Aſię Paulus hoc ſuadẽs auertit multã turbã: dicẽs. Quoniã non ſunt dij qui manib9 fiunt. Nõ ſolũ aũt hęc periclitabitur nobis pars in redargutionẽ venire: ſed & magnę Dianę tẽplum in nichilũ reputabit. ſed & deſtrui incipiet maieſtas eius/ quã tota Aſia [s] & orbis colit. His auditis repleti ſunt ira: & exclamauerũt dicẽtes. Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas tota confuſione: & impetũ fecerunt vno animo in theatrũ rapto Gaio & Ariſtarcho macedonibus comitibus Pauli. Paulo autẽ volẽte intrare in populũ: nõ permiſerunt diſcipuli. Quidã autẽ & de Aſiæ principib9 / qui erant amici eius: miſerunt ad eũ rogantes / ne ſe daret in teathrum. Alij autẽ aliud clamabãt. Erat enĩ eccleſia cõfuſa: & plures neſciebãt qua ex cauſa cõueniſſet. De turba autẽ detraxerunt Alexãdrum ꝓpellẽtibus eum Iudęis. Alexander autẽ manu ſilentio poſtulato volebat reddere rationẽ populo. Quẽ vt cognouerũt Iudæũ eſſe: vox facta eſt vna omniũ quaſi per horas duas clamãtiũ. Magna Diana Epheſiorũ. Et cũ ſedaſſet ſcriba turbas: dixit. Viri Epheſij: quis enim eſt hominũ qui neſciat Epheſiorũ ciuitatẽ cultricẽ eſſe magnę Dianæ: Iouiſq; prolis. Cũ ergo his cõtradici non poſſit: oportet vos ſedatos eſſe / & nichil temere agere. Adduxiſtis enim hoies iſtos / neq; ſacrilegos neq; blaſphemãtes deã veſtrã. Quod ſi Demetri9 & q cũ eo ſunt artifices: habẽt aduerſus aliquẽ cauſã: cõuent9 [t] forenſes agũtur & ꝓcõſules ſunt: accuſent inuicẽ. Si quid aũt alterius rei quæritis: in legitima eccleſia poterit abſolui. Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernę cum nullus obnoxius ſit / de quo poſſumus reddere rationem cõcurſus iſtius. Et cum hęc dixiſſet dimiſit eccleſiã.

Actuũ.20.a b. ¶Poſtq̃ ceſſauit tumultus: vocatis Paulus diſcipulis & exhortat9 eos / valedixit: & ꝓfectus eſt vt iret in Macedoniã. Cũ aũt perãbulaſſet partes illas / & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone: venit ad Gręciã. vbi cũ fuiſſet mẽſes tres / factæ ſunt illi inſidiæ a Iudęis nauigaturo in Syriã: habuitq; [v] cõſilium vt reuerteretur per Macedoniã. Comitatus eſt autẽ eũ Soſipater Pyrrhi Beroenſis Theſſalonicenſiũ vero Ariſtarch9 & Scds & Gai9: Derbe9 & Timothe9: Aſiani vero Tichic9 & Trophim9. Hi cũ ꝓceſſiſſent / ſuſtinuerunt nos Troade: nos vero nauigauim9 poſt dies azimorum a Philippis: & venimus ad eos Troadem in dieb9 quinq;: vbi demorati ſumus diebus ſeptem. Vna autem ſabbati cũ cõueniſſemus [x] ad frangendum panẽ: Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinũ / protraxitq; ſermonẽ vſq; ad mediam noctẽ. Erant autem lampades copioſe in cœnaculo vbi eramus congregati.

Actuũ.20.b c. ¶Sedẽs autem quidã adoleſcens nomine Euthicus ſuper feneſtrã: cũ mergeretur ſomno graui / diſputãte diu Paulo: duct9 ſomno cecidit [y]

r ¶Viri ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio. Sic hodierna adhuc tempeſtate / audio nõ nullos queſtorum Auaricię ſordibus inuolutos: reliquias villatim deferre exponereq; venales. i. colendas ſuadere nõ tam religionis gratia q̃ extorquendę pecunię ſtudio. Contra quos emanauit conciliaris cõſtitutio ſub nomine Inno. tertij emiſſa in c.fi. de reliq. & vene. ſanc. vbi dicit. Cum ex eo q͛ quidam ſanctorũ reliquias exponunt venales: & eas paſſim oſtendunt Chriſtianę religiõi detractũ ſit ſępius: ne impoſterũ detrahatur pręſenti decreto ſtatuimus: vt antiquę reliquię ammodo extra capſam nullatenus oſtẽdatur: nec exponãtur venales. Inuẽtas autem de nouo nemo publice venerari ꝓſumat: niſi prius auctoritate Ro. pon. fuerit approbatæ. Pręlati etiã nõ permittãt eos qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedant / varijs figmentis aut falſis documentis decipi. ſicut in pleriſq; locis occaſiõe queſtus fieri cõſueuit. hęc ibi. Et facit tex. in l. Nemo. C. de ſa. eccle. dũ ibi dicit. Nemo martyres diſtrahat: nemo mercet.

s ¶Quam tota Aſia & orbis colit. Recurre ad verbum Diana.

t ¶Conuentus forẽſes aguntur & procõſules ſunt accuſent inuicẽ. Ideſt in homines iſtos nichil eſt temere auctoritate propria ſeu priuata puniendũ: ſed concurrẽdum eſt ad iudices & eorum cenſura ac iudicio ſi pœna dignos eos cẽſeãt / erit animaduertendum. Neq; enim in hominem etiam alterius ritus ſeu religionis eſt inſiliendũ. tametſi aliqua punitiõe digna faciat: niſi auctore iudice. Idcirco namq; iudiciorũ vigor / iuriſq; publici tutela videtur in medio conſtituta. ne quiſq̃ ſibi ipſi ꝓmittere valeat vltionẽ. l. Nullus vbi hęc oĩa ꝓbãtur. C. de iudęis.

v ¶Habuitq; conſilium vt reuerteret per Macedoniam. Per hoc q͛ Paulus ad euadendas inſidias retroceſſit per macedoniam: docuit nos in periculis nõ omittere ea quę fieri poſſunt ſecũdũ prouidentiam humanã. ne ſic a nobis deus tentari videat: cõtra id quod ſcriptum eſt. Non tentabis dñm deũ tuũ. & probatur in c. quæritur. 22. quæſti. 2. i c. Si nulla. 23. quæſti. 8. & i c. fi. de purga. vulga.

x ¶Cum cõueniſſemus ad frangendum panem. Corporalem ſcilicet vel ſpũalẽ / & ſic ſocialis vita cõmendat: de quo in c. dilectiſſimus. 12. quæſti. 1. & dictum eſt in verbo Cõmunio.

y ¶Cecidit de tertio cœnaculo deorſum: & ſublatus eſt mortuus. Et ita in ipſo virtutis opere nonnũq̃ caſus obuenit corporalis / qui meriti maioris potius eſt q̃ alicuius reprobationis indiciũ. d. c. Aduerſitas. in princip. 7. quæſti. 1. Ideo aũt (ſecundũ glo. or.) inter verba pędicationis occurrit occaſio curationis: vt dulcedine miraculi & doctrinę / ſermo firmetur: & vigiliarũ labor arceatur / & memoria magiſtri iam diſceſſuri arctius menti infigatur. Pro prima ratiõe facit (quia efficacior eſt pędicantis ſeu docẽtis ſermo / cũ ei ipſa quoq; opera videntur reſpondere.) c. 1. colum. 3. 43. diſtinc. Pro ſecunda

quia vigiliæ nimiæ sensus integritatē diminuūt.)c. Non mediocriter. in princip. de consecra. dist. 5. Pro tertia quia & Christus ea ratione: vt scilicet memoria sui arctius discipulorū infigeret cordib⁹/ dū iam esset discessurus. supremū legitur fecisse miraculū: Panē & vinū in corpus & sanguinē suum cōuertēdo.)c. Liquido. de consecra. distinc. 4.

z ¶ Per terram iturus. Longe consultius est per terram ire q̄ nauim nauigandi causa conscendere. idq; fieri debet ab ipsis qui tutam volunt esse profectionem suam/ nec aliqua ratione calūniandam vt late per moder. in l. 1. ff. si quis cau. & dictū est in verbo Mare. vel in verbo Nauigare.

de tertio cœnaculo deorsum/ & sublatus est mortuus: ad quē cū descēdisset Paulus incubuit super eū: & cōplexus dixit. Nolite turbari: anima enim ipsius cū ipso est. Ascendens autē frāgensq; panē & gustās/ satisq; allocutus est vsq; in lucem: & sic profectus est. Adduxerūt autē puerum viuentē & consolati sunt non minime. Nos autē ascendentes nauē nauigauimus in Asson: inde suscepturi Paulū. Sic enim disposuerat ipse [z] per terram iter facturus.

¶ Cum conuenissemus in Asson: assumpto eo venimus Mytilenē. Et inde nauigātes sequenti die venimus cōtra Chiū: & alia die applicuimus Samū: & sequēti die venimus Myletū. Proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum: ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim [a] si possibile sibi esset: vt diē penthecosten faceret Hierosolymis. A Myleto autē mittēs Ephesum: vocauit maiores natu ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum/ & simul essent: dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam/ qualiter vobiscum per omne tempus fuerim seruiens domino: cum omni humilitate & lachrymis & tentationibus/ quæ michi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodo nichil subtraxerim vobis vtiliū/ quominus ānunciarem vobis & docerē vos publice & per domos: testificās Iudæis atq; gentilibus/ in deū pœnitētiam & fidem in dominum Iesum Christū. Et nunc ecce ego alligatus spiritu/ vado in Hierusalē quę in ea ventura sunt michi/ ignorās. Nisi q; spiritus sanctus per omnes ciuitates michi protestatur: dicēs. Quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manēt. Sed nichil horum vereor: nec facio animā [b] meā pretiosiorem q̄ me dūmodo ego cōsumē cursum meū/ & ministeriū verbi quod accepi a domino Iesu testificari euangeliū gratiæ dei. Et nūc ecce ego scio quia amplius nō videbitis faciem meam/ vos omnes per quos transiui predicans regnum dei. Quapropter contestor vos hodierna die: quia mūdus sum [c] a sanguine omniū. Non enim subterfugi quominus ānunciarem omne cōsiliū dei vobis. Attendite [d] vobis & vniuerso gregi: in quo vos spirit⁹ sanctus posuit episcopos regere ecclesiā dei/ quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabūt post discessionē meam lupi rapaces in vos/ non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes puersa: vt adducāt discipulos post se. Propter quod vigilate memoria retinentes: quoniā per trienniū nocte & die nō cessaui cum lachrymis monens vnūquenq; vestrum. Et nūc commēdo vos deo & verbo gratiæ ipsius qui potens est ædificare & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Argētum [e] & aurum aut vestem nullius cōcupiui sicut ipsi scitis: quoniā ad ea [f] quæ michi opus erant & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis: quoniam sic laborātes/ oportet suscipere ifirmos ac meminisse verbi domini Iesu: quoniā ipse dixit. Beatius est magis dare q̄ accipere. Et cum hæc dixisset/ positis genibus suis orauit corā omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omniū: & procūbentes super collum Pauli osculabātur eum r

Actuū. 21. a b. c.

a ¶ Festinabat enī vt diem penthecostem faceret hierosolymis. Festinare/ elaborereq; debent episcopi: ne die seu celebritate solēni eos a sua contingat abesse ecclesia cathedrali. c. Si qs in clero, 7. quæsti. 1. c. Episcopos. de cōsecra. distin. 3.

b ¶ Nec facio animam meam pretiosiorē q̄ me. Animā idest vitam quę inspiratur ab anima temporaliter: quā p nihilo ducit q æternæ vitę gaudia expectat. c. Charitas est vt michi videt. in fine. de pœni. dist. 2.

c ¶ Mundus sum a sanguine omniū vestrū. Non enī subterfugi quominus annūciare omne cōsiliū dei in vobis. Mūdus ergo non esset a sanguine. i. peccatis eorum si eis dei cōsilium annunciare noluisset. Cū enim increpare delinquentes noluerit/ eos procul dubio tacendo pastor occidit. Ita ex istis verbis Pauli infertur p text. in c. pe. 43. distinc.

d ¶ Attēdite vobis & vniuerso gregi. Recurre ad ea quæ annotando hāc sententiam satis diffuse dicta sunt in ver. Eps.

e ¶ Argentum & aurum aut vestē nullius cōcupiui &c. In sexta synodo legitur Decretū vnū hinc sumptū in hęc verba. Prædicator ecclesiæ Paulus diuinus apostol⁹ ac si canonē pones Ephesiorū presbyteris: immo vero & omni sacratę multitudini ac plenitudini: ita fideliter phibuit argentū aut aurū aut vestē nullius cōcupiui. Ipsi scitis qm̄ ea quæ michi op⁹ erant & his q mecū sunt/ ministrauit manus ista. omnia ostēdi vobis: qm̄ sic laborātes oportet suscipere infirmos. Beati⁹ existimans dare q̄ accipere. propter qd & nos ducti ab eo/ difinimus nullaten⁹ episcopū turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis/ expetere aurū vel argentū aut aliā specie a presbyteris vel clericis vel monachis q sub ipso sunt &c.

f ¶ Ad ea quæ michi opus erāt & his qui mecū sunt ministrauerūt manus istæ. Sic etiam clericus qui sufficientia vitæ subsidia non habet: honesto pōt artificio victum quærere. §. 1. & quasi per totā dist. 91. distinc. c. 1. versi. Ex his ergo. 21. quæsti. 1. c. 1. cū similib⁹ ne cle. vel mona. Qz si quis temporalibus quęrendis nō inuigilet: sed potius eligat/ ea quæ nouit spiritualia alijs seminare: metere debebit ab ipsis temporalia. Ita tñ q; alij inde

dolentes maxime in verbo quod dixerat: quoniã amplius faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.

Actuū.21.a.b.c. ¶Cum factum esset vt nauigarem⁹/abstracti ab eis/ recto cursu venimus Choum: & sequenti die Rhodū & inde Patharam. Et cū inuenissemus nauem transfretantem in Phœnicē: ascendētes nauigauimus. Cum apparuissemus autem Cypro relinquētes eam ad sinistram: nauigauimus in Syriam & venimus Tyrum. Ibi enim nauis expositura erat onus. Inuentis autē discipulis mansimus ibi diebus septem. Qui Paulo dicebāt per spiritū/ne ascēderet Hierosolymā Et expletis dieb⁹ profecti ibamus deducētib⁹ nos oībus cū vxoribus & filiis vsq; foras ciuitatē: & positis [g] genibus in litore orauimus. Et cū valefecissemus inuicē: ascendimus in nauē: illi aūt redierūt ad sua. Nos vero nauigatione expleta a Tyro descēdimus Ptolomaidam: & salutatis fratribus mansimus die vna apud illos. Alia aūt die profecti/venim⁹ Cæsareā. Et intrātes domū Philippi euāgelistæ: qui erat vnus de septē / mansimus apud eū. Huic aūt erant quatuor filiæ virgines prophetātes. Et cū moraremur per dies aliquot: superuenit quidā vir a Iudæa ꝓpheta noīe Agabus. Is cū venisset ad nos: tulit zonā Pauli / & alligās sibi pedes & manus: dixit. Hæc dicit spūs sanct⁹. Virū cuius est zona hęc: sic alligabunt in Hierusalē Iudęi/& tradent [h] in manus gētiū. Quod cū audissemus rogabamus nos & qui loci illius erāt: ne ascēderet Hierosolymā. Tunc respondit Paulus & dixit. Quid facitis flētes & affligentes cor meū? Ego autē non solū [i] alligari: sed & mori in Hierusalē paratus sum propter nomen domini Iesu. Et cū ei suadere non possemus: quieuimus dicentes. Domini voluntas fiat.

Actuū.21.c.d.e.f.g ¶Post dies istos præparati ascendebamus in Hierusalē. Venerunt autem quidam ex discipulis a Cæsarea nobiscū: adducentes hunc apud quē hospitaremur/Iasonem quēdam Cypriū antiquum discipulū. Et cum venissemus Hierosolymā libenter exceperunt nos fratres. Sequēti autē die introibat Paulus nobiscū ad Iacobū: omnesq; collecti sunt seniores. Quos cū salutasset narrabat per singula quæ deus fecisset in gentibus per ministerium illius. At illi cum audissent: magnificabant deū/dixerūtq; ei. Vides frater quot millia sunt in Iudęis q̄ crediderūt: & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autē de te: quia discessionem doceas a Moyse/eorum qui per gentes sunt Iudæorū: dicens [k] nō debere eos circūcidere filios suos: neq; secūdū cōsuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem. Audient enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. His assumptis sanctifica te cum illis: & impende in illis vt radant capita/ & scient omnes [l]: quia quæ de te audierunt/falsa sunt: sed ambulans & ipse custodiens legem. De his autē qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus/ iudicantes vt abstineāt se ab idolis imolato/& sanguine & suffocato & fornicatione. Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus cum illis intrauit ī templū: annuncians expletionem dierum purificationis: donec offerretur pro vnoquoq; eorum oblatio. Dum autem septem dies cōsummarentur/ hi qui de Asia erant Iudæi cum vidissent eum in templo: cōcitauerūt omnem populū & iniecerunt ei manus: clamantes. Viri Israelitæ adiuuate. hic est homo qui aduersus populū & legem & locū hūc omnes vbiq; docens. Insuper & gentiles induxit in templū/ & violauit sanctū locum istū. Viderant enim Trophimū Ephesum in ciuitate cum ipso quē ęstimauerūt: quoniā in templū introduxisset Paulus. Cōmotaq;

nimis non grauent: exēplo apostoli Pauli / qui ne quem grauaret arte & manibus victum quærebat. c. Cauēdum. in fi. 10. quæsti.2.

g ¶Positis genibus in littore orauim⁹. Non ab re nauigaturi ad orationem confugiunt. Nauigantibus siquidem varia persæpe solent obuenire pericula. l. Ciuitas. C. de offi. recto. prouinci. l. Quotiens. C. de naufrag. li. 10.

h ¶Et tradent in manus gentiū. Sicut traditi sunt apostoli ab hominibus humanę potestati: ita tradiderūt apostoli homines potestati sathanæ. capi. Nimium. paulo ante finē. 23. quæstio.4.

i ¶Non solum alligari/sed & mori ī Hierusalem paratus sum. Vere ergo deum plusq̄ se diligebat Paulus: cū ipsam mortem corporis non solum non refugeret / sed etiam libenter exciperet ambiens a corporis sui vita magisq̄ a deo vita vitæ suæ discedere. Quę animi sic parati procliuitas / indubium dilectionis dei supra se præstat indicium. d. ca. Charitas. 2. §. fi. de pœniten. distinc. 2.

k ¶Dicens non debere eos circuncidere filios suos. Toletanum conciliū iudæos ad Christi fidem conuersos: si filios suos circūciderint/ dura statuit animaduersione puniendos. filiosq; ab eis circuncisos a parentum consortio separandos: & seruos libertate donandos. capi. plerique ex iudæis. de Consecratio. distinctio. 4. & facit l. Iudæi. C. de Iudæis.

l ¶Et sciant quia que de te audierunt falsa sunt. Non enim (dicit glos. ordi. hic) ita reprobas legalia sicut dictum est. Si autem ideo celebraret / vt actione simulata suam occultaret sententiam: non hoc diceret Iacobus. quia species esset mendacij quod in omni sui specie a bono viro declinandum est. c. Primum & capitale. & cap. Nequis arbitretur. 22. quæsti.2.

m ❡ Iussit eũ alligari cathenis duab⁹. Nullus reorũ cathenis ẽ alligãd⁹: nisi id grauioris qualitas criminis videatᷣ exigere. l. i. C. de custo. reo. n ❡ Quatuor milia virorũ sicariorũ. Idest virorum gladiatorum. Sica eñ gladi⁹ dicitᷣ seu latẽs culter. Ita dicit gl. in ru. C. Ad l. cor. de sica. vnde tales q latẽtes gladios aliorum interficiẽdorũ causa deferũt/ sicarij dici possunt. §. sicarij. insti. de publi. iudi. Aut largi⁹ loquẽdo: oẽs hi possunt sicarij dici qui armis/ vitæ alicuius insidiãtur. c. Sicut dignũ. §. hi quoq;. cũ glo. in ver. Sicarios. de homici.

est ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eũ extra templum: & statim clausæ sunt ianuæ. Quærentibus autem eum occidere: nunciatum est tribuno cohortis/ quia tota confunditur Hierusalem. Qui statim assumptis militibus & centurionibus/ decurrit ad illos. Qui cum vidissent tribunum & milites: cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum/ & iussit eum alligari [m] cathenis duabus: & interrogabat quis esset/ & quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. & cum non posset certum cognoscere præ tumultu iussit eum duci in castra. Et cũ venisset ad gradus contigit vt portaretur a militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans/ tolle eum.
❡Cũ cœpisset duci in castra Paul⁹/ dixit tribuno. Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei: græce nosti? Nõne tu es Aegyptius qui ãte hos dies tumultum concitasti: & eduxisti in desertum quatuor milia [n] virorum sicariorum? Et dixit ad eum Paulus. Ego homo sum quidem Iudæus a Tharso Ciliciæ/ non ignotæ [o] ciuitatis municeps. Rogo autem te/ permitte michi loqui ad populum. Et cum ille permisisset: Paulus stans in gradibus/ ãnuit manu ad plebem: & magno silentio facto/ allocutus est lingua hebræa: dicens. Viri fratres & patres audite quã ad vos nunc reddo rationem. Cũ audissent autẽ quia hebræa lingua loqueretur ad illos: magis præstiterunt silentium. Et dixit. Ego sum vir iudęus/ natus Tharso Ciliciȩ: nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis/ eruditus iuxta veritatẽ paternæ legis: æmulator legis sicut & vos omnes estis hodie: qui hanc viam persecutus sum vsq; ad mortem: alligans & tradens in custodias viros ac mulieres: sicut princeps sacerdotũ michi testimoniũ reddit: & omnes maiores natu a quibus & epistolas accipiẽs ad fratres Damascũ pergebã: vt adducerẽ inde vinctos in Hierusalẽ vt punirentur. Factũ est autem eunte me & appropinquante Damascũ: media die subito de cœlo circũfulsit me lux copiosa: & decidẽs in terrã/ audiui vocẽ dicentẽ michi. Saule [p] Saule quid me persequeris? Ego autẽ respõdi. Quis es domie? Dixitq; ad me. Ego sum Iesus Nazarenus quẽ tu persequeris. Et qui mecũ erãt lumẽ quidẽ viderũt/ vocẽ autẽ eius nõ audierunt qui loquebatur mecũ. Et dixi. Quid faciã domine? Dominus autẽ dixit ad me. Surgens vade Damascũ: & ibi tibi dicetur de õnibus quæ te oporteat facere. Et cũ nõ viderẽ præ claritate luminis illius/ ad manũ deduct⁹ a comitibus veni Damascũ. Ananias autẽ quidã vir secũdũ legẽ testimoniũ habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis / veniẽs ad me & stãs dixit michi. Saule frater respice. Et ego eadẽ hora respexi in eũ. At ille dixit. Deus patrum nostrorũ preordinauit te: vt cognosceres voluntatẽ eius/ & videres iustum: & audires vocẽ ex ore eius: quia eris testis illius ad omnes homines eorũ quæ vidisti & audisti. Et nunc quid moraris. Exurge & baptisare: & ablue [q] peccata tua inuocato nomine ipsius. Factũ est autẽ reuertenti michi in Hierusalẽ & orãti in tẽplo fieri me in stupore mentis: & videre illũ dicentẽ michi. Festina & exi velociter ex Hierusalẽ: qm̃ nõ recipiẽt testimoniũ tuũ de me. Et ego dixi. Dñe ipsi sciũt qa ego erã cõcludẽs i carcere & cædẽs p synagogas eos q credebãt i te. Et cũ funderetᷣ sanguis Stephani testis tui: ego astabã [r] / & Actuũ.21.a.b.c.d.e.

o ❡ Non ignotę ciuitatis municeps. Municipem/ aut natiuitas facit aut manumissio aut adoptio. Et proprie quidem municipes appellantur: muneris participes/ recepti in ciuitate vt munera nobiscum facerent. Sed nunc abusiue municipes dicim⁹ suæ cuiusq; ciuitatis ciues. vtputa Cãpanos / Puteolanos. Qui ex duob⁹ igitur cãpanis parentibus natus est/ Campanus est. Sed & si ex patre Campano/ matre Puteolana/ æque municeps campanus est. Nisi forte priuilegio aliquo materna origo censeatur. tunc enim maternæ originis erit municeps. vtputa Iliensibus concessum est vt qui matre Iliensi est / sit eorum municeps. Etiam Delphis hoc idem tributum & conseruatum est. Celsus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeij magni competere vt qui pontica matre nat⁹ esset/ & ponticus esset. Quod beneficiũ ad vulgo quæsitos solos pertinere quidam putant: quorum sententiam Celsus non probat. Neq; enim debuisse caueri vt vulgo quæsitus matris conditionem sequeretur. Quam enim aliam originem hic habet? Hæc oĩa sunt Vlpiani iureconsulti in l. i. ff. ad Municipa.
p ❡ Saule Saule quid me persequeris. Recurre supra eodem Actuum. 9. cap.
q ❡ Et ablue peccata tua. Istud est conicctiuum baptismi. Facta enim per baptismum regeneratione/ omnium sequitur nedum originalium/ sed etiam actualiũ remissio peccatorum capi. Regenerãte. de cõse. dest inc. 4.
r ❡ Ego astabam & consentiebam vestimenta interficientium illum. Hinc dicit textus in ca. ii post ordinationẽ. §. Ecõtra. circa fi. 50. distinct. Paulus Stephanum lapidauit. Lapidationis eñi satis dicit esse particeps: quia lapidantium custodiebat vestimenta dicẽte

Alexandro tertio in c. Sicut dignū.§.hi quoq;.de homi.hi nō sunt a culpa liberi/nec a pœna debēt esse immunes qui licet fuerint illius machinationis in Thomā Cātuarieñ.archiepm factæ ignari: tamen eis quos sicarios esse sciebant in sarcenis custodiēdis ministeriū præbuerūt. Hęc ibi. s ℭ Et torqueri eum: vt sciret ꝑpter quam causam sic acclamarēt ei. Hæc acclamatio non erat sufficiens ad torquendum Paulū: cū nichil cōtra eū criminis probaret. vel ex indicijs probabilibus probādū relinqueret. Oportet autem iudices nec in his criminibus (quæ publicorū iudiciorū sunt) ad inuestigationem veritatis a tormētis initium sumere / sed argumentis primū verisimilibus probabilibusq; vti. & si his veluti certis indicijs ducti/ inuestigādę veritatis gratia ad tormēta putauerint esse veniēdum: tūc id demum facere debebunt/ si personarum conditio patiatur. Ita dicit text⁹ in l. Milites.§.oportet. C. de questio.& idem probaꝫ in c. Cum in contemplatiōe. de regu. iuris. in antiq. Quæ autem sint indicia sufficientia ad torturā: est bo. text. cum glo. in l. si quis alicui. C. ad l. iuliam maiesta. in l. maritus.ff. de questi. & notaꝫ per Bart. in l.pe.§. Tormēta.ff codē. de hac materia reseruo diffusius dicendū in ver. Tortura.

a ℭ Ego autem & natus sum. Idest (dicit Beda) in hoc sum Romanus plus q̄ tu: quia nō alibi natus/ Romanū nomē emi/ sed in ipsorum ciuilitate sum progenit⁹. Natiuitas autem seu origo/ prima est ac potior causa quæ ciuilitatē parit. l.1. in prin.ff. ad muni. Qz si Paulus nō fuisset a patre insigne nobilitatis a Romanis habente progenitus/ nec alia quauis ratione: romanū sibi nomē potuisset vendicare/ fatēdo se Romanū/ ac ꝑ Romano se gerente: nō ideo Romanus fuisset censendus. Assumptio enim originis que nō est / veritatem naturæ nō perimit. Errore enī veritas originis non amittitur/ nec mendacio dicentis se esse vnde non sit deponitur. Neq; recusando quis patriam ex qua oriūdus est: neq; mentiēdo de ea quā non habet/ veritatē mutare potest. l. Assumptio. in princip.ff.eodem.

b ℭ Tunc Paulus dixit ad eum: percutiet te &c. Alia exemplaria habēt percutiat. secūdū glo. or. hic: & probaꝫ in c. Paratus. circa me.23. quæsti. 1. vbi Augustinus illius textus auctor/ declarans hęc & sequētia verba Pauli/ ex eisq; effectum notabilem eliciēs: dicit. Paulus apostolus præceptū dñi & magistri sui (de altera maxilla danda ab eo qui in vna percussus esset) non videtur impleuisse / cum percussus in facie dixit principi sacerdotum. Percutiat te deus paries dealbate: sedes me iudicare secundū legem: & cōtra legem iubes me percuti. Et cum a sacerdotibus diceretur. Iniuriam facis principi sacerdotum: irridens eos amouere voluit quod dixerit: vt qui saperent etiam intelligerent/ iam destruendum esse in aduentu Christi parietem dealbatum. hoc est hypocrisim sacerdotij iudæorum. Ait quippe nesciebam fratres quia princeps est: cū tamen procul dubio qui in eodem populo creuerat/ atq; in lege fuerat eruditus: illum principē sacerdotū nescire non posset: nec eos quibus notus fuerat vllo modo falleret ꝙ nesciret. Sunt ergo pręcepta patiētię / semper in cordis præparatione retinenda: non semper in executione operis ostendenda. Hæc ibi.

consentiebam: et custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me. Vade: quoniam ego in nationes longe mittam te. Audiebāt autem eū vsq; ad hoc verbū: et eleuauerunt vocem suā dicentes. Tolle de terra huiuscemodi. Non enim fas est eum viuere.

actuū.22.fg ℭ Vociferantibus autem eis et proiicientebus vestimenta sua: et puluerem iactantibus in aerem: iussit tribunus induci eum in castra et flagellis cædi et torqueri [s] eum: vt sciret propter quam causā sic acclamarent ei. Et cū astrinxisset eum loris: astanti sibi centurioni Paulus dixit. Si hominem Romanum et indēnatū licet vobis flagellare? Quo audito centurio accessit ad tribunum/ et nunciauit ei dicens. Quid acturus es? Hic enī homo ciuis romanus est. Accedēs autem tribunus dixit illi. Dic michi si tu romanus es? At ille dixit. Etiam. Et respōdit tribunus Ego multa summa ciuilitatē hanc consecutus sum. Et Paulus ait. Ego autem [a] et natus sum. Protinus ergo discesserūt ab illo qui eum torturi erāt. Tribun⁹ quoq; timuit postq̄ resciuit: quia ciuis romanus esset et quia alligasset eum. Postera autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur a iudæis: soluit eum et iussit sacerdotes conuenire et omne concilium: et producens Paulum statuit inter illos.

Actuū.22.a ℭ Intendens in concilium Paulus ait. Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum vsq; in hodiernam diem. Princeps autem sacerdotum Ananias pręcepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit [b] ad eum. Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem: et contra legem iubes me percuti. Et qui astabant: dixerunt. Summum sacerdotem dei maledicis. Dixit autem Paulus. Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim. Principem populi tui non maledices.

actuū.23.bc ℭ Sciens Paulus quia vna pars esset Saduceorū et altera Phariseorum exclamauit in concilio. viri fratres: ego phariseus sum filius Phariseorū de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset. facta est dissentio inter Phariseos et Saduceos: et soluta est multitudo. Saducei autem dicunt non esse resurrectionem mortuorum: neq; angelum/ neq; spiritum. Pharisei autem vtraq; confitentur. Factus est autem clamor magnus. Et exurgentes quidam Phariseorum pugnabant dicentes. Nichil mali inuenimus in homine isto. Quid si spiritus locutus est ei aut angelus. Et cum magna dissentio facta esset: timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis: iussit milites descēdere et rapere eum de medio eorum / ac deducere eum ī castra. Sequenti autem nocte assistens ei dominus ait. Constans esto: sicut enī testificatus es de me in Hierusalem: sic te oportet et Romę testificari.

c ¶ Deuouerūt se. Idest Anathematizauerūt. & ita græcum habet teste Beda qui subdit. Hoc aūt verbum quantæ sit auctoritatis/norūt qui anathemate sacerdotali a societate Christi & ecclesię alienant. Tales namq: cū separent a corpore Christi/non sunt amplius membra eius: si non sunt mēbra eius/non vegetantur spiritu eius. Vnde nichil sic debet formidare christianus/ q̄ taliter separari. c. Nichil sic debet. 11. quæst. 3.

d ¶ Vocans autem Paulus ad se vnū ex centurionibus ait &c. Notet hoc loco textus no. in c. sex sunt differentiæ. in fine. 23. q. 3. vbi dicitur. Petere in tribulatione subsidium: vt voluptuose qs in crimine viuat/ dānabile est. Petere autē/ vel prestare solatiū: vt malis facultas delinquendi adimatur/ vt ecclesia pacē adipiscatur/ vt aliquis multorum vtilitati seruet: vtile est & honestum. dissimulare vero/ ē grauissimū. Hinc de Paulo legitur: q cum quidam iudæorū iurassent/ se non comesturos panem nisi eum interficerēt: petijt milites a pretore/ quorū præsidio illæsus seruaretur ab iniuria iudæorū: non sue voluptati/ sed omniū vtilitati victur9. Et idē probatur i c. Maximilian9. eadē causa & quest. vbi glo. dicit: q Paulus qui inuocauit brachium seculare/ nō peccauit: nec peccasset/ licet per milites tribuni aliquis tunc ibi fuisset occisus. Et eodemmodo clericus q conqueritur apud iudicē secularem de aliquo laico: non efficitur irregularis licet iudex laicum illum iubeat occidi| si ad infligendam ei mortis pœnā: clerici intentio nō tenderet. prout est bo. text. vbi citat hoc factū Pauli. & dicitur eum nō peccasse/ tametsi aliqs fuisset occisus. in c. de occidendis. 23. q. 5. Et de hoc est casus in c. Postulasti. de homi. vbi etiā clerico petēti decimas a laico: nō imputatur si iudex/ sanguinis vindictam in eum exercuerit. etiam si clericus sciret q ad solutionem decimarum vix posset laicus sine sanguinis effusione coartari. Secus tamē si omnino pro certo sciret se petitionem suam sine sanguinis effusione obtinere non posse. quia tunc potius debet res sibi debitas perdere/ q̄ talem petitionē sanguinis effusiuam facere. ar. c. suscepimus. de homici. Et sic dictio vix posita in d. c. postulasti. non est exponenda. i. nullo modo/ sed difficulter: vt scilicet non speret sanguinis effusionem. tametsi credat difficulter se suę petitionis effectum compotem: nisi cum sanguinis effusione. Ita declarat hanc materiam Archid. in d. c. Maximilianus. in fi. Remittit tamen se ad dicenda per eum in d. c. de occidēdis. vbi dicit & melius. q in hac materia tenendum est quod habetur in c. 2. de homi. lib. 6. vbi Bonifacius. 8. hanc difficultatem doctorum: An scilicet conqueri possit de laico per clericum/ etiam scientem vindictam sanguinis inde futuram dissoluens dicit. Prelatis vel clericis quibuscunq:/ qui de laicis suis malefactoribus querelam penes secularem iudicem deponentes: petunt emendam sibi fieri/ & prouideri ne contra eos talia de cætero præsumantur: protestando expresse q ad uindictam seu pœnam sanguinis non intendunt: imputari nō debet. quis als in tali casu de iure debeat pœna sanguinis irrogari si iudex mortem illius inferat iustitia exigente. Alioquin si prælati aut clerici propter metum huiusmodi: quia iudex ad pœnam sanguinis posset procedere/ de suis malefactoribus taliter conqueri non auderēt: daretur plerunq: materia trucidandi eosdem/ & ipsorum bona libere depredandi. hæc ibi. Et ita conclusio sit q clericus de laico conqueri potest coram iudice laico: etiam si pro certo sciat sanguinis pœnam/ crimen de quo conqueritur exigere: dummodo tamē protestetur se ad dictā pœnā non tendere. Et sic etiam concludit Panor. in d. c. Postulasti. de homi.

¶ Facta die collegerunt se quidam ex iudęis: et deuouerunt se dicentes actu. 23. cd
neq: manducaturos neq: bibituros: donec occiderent Paulum. Erant efg.
autem plus q̄ quadraginta viri qui hanc coniurationem fecerant: qui
accesserunt ad principem sacerdotum et seniores: et dixerūt. Deuotione deuouimus nos nichil gustaturos: donec occidamus Paulū. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio: vt adducat illum ad vos tanq̄ aliquid certius cognituri de eo. Nos vero priusq̄ appropiet: parati sum9 interficere illum. Q cū audisset filius sororis Pauli insidias: venit et intrauit in castra nūciauitq: Paulo. Vocans autem Paulus ad se vnū ex centurionibus: ait. Adolescētē hūc perduc ad tribunū: habet eīn aliquid indicare illi. Et ille quidē assumēs eū: duxit ad tribunū: et ait. vinctus Paulus rogauit me hūc adolescentē perducere ad te: habētē aliquid loqui tibi. Apprehēdens autē tribunus manū illius secessit cū eo seorsū: et interrogauit illū. Quid est quod habes indicare michi? Ille autē dixit. Iudęis cōuenit rogare te: vt crastina die pducas Paulū i cōciliū: quasi aliquid certius inquisituri sint de illo: tu vero ne credideris illis. insidiātur eīn ei ex eis viri āplius q̄ quadragīta: qui se deuouerūt non māducare neq: bibere donec interficiāt eū: et nūc parati sūt: expectātes pmissū tuū. Tribun9 igitur dimisit adolescētē: precipiēs ei ne cui loqueret: et qm̄ hec nota sibi fecisset. Et vocatis duob9 cēturionib9 dixit illi: parate milites ducētos: vt eātvsq: Cęsareā: et equites septuagīta et lancearios ducentos: a tertia hora noctis/ et iumenta preparate: vt imponētes Paulum saluum perducerent ad Felicem præsidem. Timuit eīn ne forte raperent eum Iudęi et occiderēt: et ipse postea calumniam sustineret: tanq̄ accepturus pecuniam: scribens ei epistolam continētem hæc. Claudius Lysias optimo presidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum a iudæis. et incipientem interfici ab eis: superueniens [e] cum exercitu eripui: cognito quia roman9 est: volēsq: scire causam quam obijciebant illi. Deduxi eum in consilium eorum. Quem inueni accusari de questionibus legis ipsorum. nichil vero dignū morte/ aut vinculis habentem crimen. Et cum michi perlatum esset de insidiis quas parauerant illi: misi eum ad te/ denuncians et accusatorib9 vt dicant apud te. vale. Milites vero secundum preceptum sibi assūmētes Paulū duxerunt per noctem in Antipatridem: et postera die dimissis

e ¶ Superuoniēs cū exercitu eripui. Vide quæ dicta sunt in verbo Eruere: & in verbo Mors. super illud. Erue eum qui ducitur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum/ liberare non cesses.

equitibus/vt cum eo irent: reuersi sunt ad castra. Qui cũ eo venissent Cęsaream: & tradidissent epistolam præsidi: statuerunt ante illum & Paulum. Cum legisset aũt & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cicilia. Audiam te inquit [f] cum accusatores tui venerint. Iussitq; in pretorio Herodis custodiri eum.

Act.24.a.b c.d.e.f. ¶ Post quinq; dies descendit princeps sacerdotũ Ananias cum senioribus quibusdã & Tertullo quodã oratore: qui adierunt præsidem aduersus Paulũ. Et citato [g] Paulo: cœpit accusare Tertullus: dicẽs. Cũ [h] in multa pace agamus per te/& multa corrigãtur per tuã prouidẽtiã: semper & vbiq; suscipimus optime Felix cum omni gratiarũ actione. Ne diutius autẽ te ꝑtrahã: oro breuiter audias nos pro tua clementia Inuenimus [i] hũc hominẽ pestiferũ/& concitantẽ seditiones omnibus Iudęis in vniuerso orbe: & auctorẽ seditiõis sectæ nazarenorũ: qui etiã templũ violare conatus est. Quem apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare: superueniẽs aũt tribunus Lysias/ cum vi magna eripuit eũ de manibus nostris: iubens accusatores eius ad te venire: a quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere/ de quibus nos accusamus eũ. Adiecerunt aũt & Iudæi dicẽtes hæc ita se habere. Respondit aũt Paulus annuẽte sibi præside dicere. Ex multis annis te esse iudicẽ genti huic sciens: bono animo pro me satisfaciã. Potes eni cognoscere quia nõ plus sũt michi dies q̃ duodeci: ex quo ascẽdi adorare in Hierl̃m. & neq; in tẽplo inuenerũt me cũ aliquo disputantẽ: aut cõcursũ facientẽ turbę: neq; in synagogis neq; in ciuitate: neq; probare possimt tibi de quibus nũc me accusant. Confitebor aũt hoc tibi/q; secũdũ sectã (quã dicũt heresim) sic deseruio patri & deo meo/ credens oĩbus q̃ in lege & ꝓphetis scripta sunt spem habẽs in deũ quã & hi ipi expectãt resurrectionẽ futurã iustorũ & iniquorũ. In hoc & ipe [l] studeo sine offendiculo conscientiam habere ad deum & ad homines semper. Post annos aũt plures eleemosynas facturus in gentẽ meã veni: & oblationes & vota. in quibus inuenerunt me purificatũ in tẽplo: non cum turba neq; cũ tumultu. Et apprehẽderũt me clamãtes & dicẽtes. Tolle inimicũ nr̃m. Quidã aũt ex Asia Iudęi quos oportebat apud te presto esse: & accusare si quid haberẽt aduersũ me. Aut hi ipsi dicãt/ si quid inuenerũt in me iniquitatis: cũ stem in cõcilio nisi de vna hac solũ modo voce qua clamaui inter eos stãs: quoniã de resurrectione mortuorũ ego iudicor hodie a vobis. Distulit aũt [m] illos Felix certissĩe sciẽs de via hac dicẽs. Cũ tribunꝰ Lysias descẽderit audiã vos. Iussitq; Cẽturioni custodire eũ & habere requiẽ: nec quẽq̃ de suis ꝓhibere ministrare ei.

f ¶ Audiam te cum accusatores tui venerint. Recte accusatorũ præstolatur aduentũ. si enim accusatoribus absentibus/ & non p contumaciam adesse iudicio cessantibus. ex vna postulatiõe aditus præses sententiã dixerit: qua eum liberandum existimauit/ criminatione etiam nunc perseuerante/ quæ contumacia accusatorum non interueniente/ auferri non potuit causa intentati criminis apud eundem vel successorem eius more iudiciorũ tractabitur. tex. est (cuius hæc verba sunt) in l. si accusatoribus. C. de accusa. aduertendũ est tamen: quia iure humano plures ad eũdem/ de eodem crimine accusandũ admitti non debent. Sed si plures existãt qui eundẽ in publicis iudicijs accusare volunt: iudex eligere debet eum qui accuset/ causa. s. cognita. æstimatis accusatorũ psonis/ vel de dignitate/ vel ex eo quod interest/ vel ętate/vel motibꝰ/ vel alia iusta causa. Ita dicit tex. in l. si plures. ff. eodẽ Nec ob. d. l. si accusatoribus. vbi plures vident admissi: quia hoc ideo fuit qa accusatus tacuit: nec accusatorum multitudinẽ opposuit petendo a iudice vnum ex ipsis eligi. Ex patientia autem multa tolerantur: q̃ si opponerentur non tolerarentur. c. Cum iam dudũ. de pręben. l. fi. C. de anna. excep. ita Bar. in d. l. si accusatoribus. Cętera videantur ibidẽ p Bal. & Saly.

g ¶ Citato Paulo. Citãdus est accusatus & eius p̄sentia exquirẽda vt sic negociũ discuti & sententia dari possit. c. 1. 2. quęst. 8. l. inter. & l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. l. absentem. ff. de pœnis. l. 1. C. de requi. reis. & notatur i d. l. si accusatoribus. C. de accusa. & accusator debet primo legitimare psonam suam anteq̃ citetur aduersarius accusatus: maxime si debet venire de longinquo. Ita Panor. & Io. de Ana. in c. 1. per illũ tex. de accu. facit l. si quęramus. ff. de testa. & l. quidam reserũt. ff. de iur. codi. cũ si.

h Cum i multa pace agamus per te. &c. Captat iudicis beneuolentiam prout boni patrocinantis incumbit officio. debet eñi aduocatus ab initio niti/ iudicis animũ sibi cõciliare: vt sic eum & libentiꝰ audiat & ei se credulũ magis exhibeat. Multũ namq; ꝓdest habere iudicem fauorabilẽ præsertim in arbitrarijs vnde perperam agunt procuratores & aduocati ac partes quæ de facili exasperant iudicem contra se. Nam vt ait Quintilianus. Naturale est vt iudices his quos libenter audiunt facilius credant. Hæc sunt de mente Panor. in c. Consuluit. in. 2. no. de offi. delega.

i ¶ Inuenimus hũc hominẽ &c. Hæc accusatio est nimis vaga pindeq; nõ recipiẽda. Est eñi in accusatiõe mẽsis cõmissi criminis exprimẽdus/ sed & locus. tametsi nõ dies aut hora. l. libellorũ. ff. de accusa. transcripta in c. si. 2. quæst. 8.

k ¶ Iubens accusatores eius ad te venire. Vide quę scripta sunt s. eodẽ in. 4. pxi. anno. Neq; probare possunt tibi de quibꝰ nũc me accusant. Vñ liquet ab eorũ me accusatiõe dubio pcul absoluẽdũ. Scire nãq; debẽt cũcti accusatores/ eã rem se debere inferre in publicã notionẽ/ q̃ munita sit testibꝰ idoneis: vel instructa apertissimis documẽtis vel indicijs ad ꝓbationẽ idoneis vel induꝰbitatis & luce clarioribꝰ expedita. l. fi. C. de pba. q̃ trãscripta est in c. Sciãt cuncti. 2. quæst. 8.

l ¶ Studeo sine offendiculo cõsciẽtiã habere bonã &c. Recurre ad ver. Cõsciẽtia.

m ¶ Distulit aũt illos Felix certissime sciens &c. Iudex rei accusati cognoscẽs inocẽtiã differre debet iudiciũ: nedũ qñ a turba ipsiꝰ accusati condemnatio petitur: sed etiam si a superiore principe petatur. tex. est in l. si vindicari. C. de pœnis &

ℭPost aliquot dies veniens Felix cū Drusilla vxore sua quę erat Iudęa Act.14. f.g.
vocauit Paulum & audiuit ab eo fidē quæ est in Christum Iesum. Disputante autem illo de iustitia & castitate & de iudicio futuro tremefactus Felix respondit. Quod nunc attinet vade. Tēpore autem oportuno accersiam te: simul & sperans [n] q̄ pecunia ei daretur a Paulo ꝓpter quod & frequenter accersiens eum loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit successorem Felix Portium Festum. Volēs autem gratiam prestare Iudęis Felix/reliquit Paulum vinctum.

ℭFestus cum venisset in prouinciam postriduum ascendit Hierosolymam a Cęsarea audieruntq̄ eum principes sacerdotum & primi Iudæorum aduersus Paulum & rogabant eum postulantes gratiam aduersus eum vt iuberet perduci eum in Hierusalem insidias intendentes vt interficerent eum in via Festus autem respondit seruari quidem Paulum in Cęsarea/se autem maturius profecturum. Qui ergo in vobis (ait) potentes sunt descendentes simul si quod est in viro [p] crimē accusent eum. demoratus autem inter eos dies nō amplius q̄ octo aut decem. descēdit Cęsaream & altera die sedit pro tribunali & iussit Paulū adduci. Qui cū ꝑductus esset circūsteterūt eū q̄ ab Hierosolyma descēderāt Iudæi multas & graues causas obijcientes quas nō poterāt ꝓbare: Paulo rationē reddēte q̄m neq̄ in legē Iudęorū neq̄ in templū neq̄ in Cæsarē quicq̄ peccaui. Festus aūt volēs grām præstare Iudęis: respōdens Paulo dixit. Vis Hierosolymam ascēdere & ibi de his iudicari apud me. Dixit aūt Paulus: ad tribunal Cæsaris sto ibi me oportet iudicari: Iudæis nō nocui sicut melius nosti. Si enim nocui aut aliquid dignū morte feci nō recuso mori. Si vero nichil est eorū q̄ hi accusant me nemo potest me illis donare Cæsarem [q] appello. Tunc Festus cū concilio locutus respondit Cæsarē appellasti ad Cęsarem ibis. Act.25.a.b.c

ℭCum dies aliquot transacti essent: Aggrippa rex & Bernice descēderunt Cęsareā ad salutādū Festū. Et cū dies plures ibi morarētur: Festꝰ regi indicauit de Paulo: dicens. Vir quidā est derelictus a Felice vinctꝰ de quo cū essē Hierosolymis: adierūt me principes sacerdotū/& seniores Iudęorū: postulātes adduersus illū dānationē. Ad quos respōdi. Ibidē.f.g.

facit c. Si quando. de rescrip. Quid aūt si vrgeatur iudicare: an contra conscientiam suam/ sequendo accusantium voces & testium depositiones/iudicare debeat: an vero potius officio cedere: vide qd dictū est in verb. Iesꝰ super illud Matthęi. 27. Sciebat Pilatus q̄ per inuidiam tradidissent eum. n ℭSperans q̄ pecunia ei daretur a Paulo. Spes hæc iniquitatis est cōscia siue iudex iustā sit laturus sententiā/siue iniustam. Non enim ideo debet iudex vendere iustū iudiciū/aut testis testimoniū verū: qa vēdit aduocatꝰ iustū patrociniū/iurisperitus verum consilium. Illi eni iter vtrāq̄ partē ad examen adhibentur: isti ex vna pte cōsistunt. Cum aūt iudicia & testimonia: q̄ nec iusta nec vera vendēda sunt/iniqua & falsa venduntur: multo sceleratiꝰ vtiq̄ pecunia sumitur. quia scelerate etiam q̄uis a volentibꝰ datur. Ille tamē solet male ablatam sibi pecuniam repetere/ qui iustum iudicium emit: quoniam venale esse nō debuit. Qui vero ꝑ iniquo iudicio dedit: vellet quidem repetere: nisi timeret vel puderet emisse Hęc sunt verba Augustini ad macedoniū. q̄ habentur in c. si. 14. quęst. 5. Cętera vide i verbo iudicare in. 1. sententia in annotatione illorū verborū. Et q̄ oderint auariciam.

o ℭVolens gratiā præstare iudæis. Istud eum veri iudicis officium non obire demonstrat: a vero eni æquoq̄ iudice nedum timor cupiditas & odium abesse debent/sed etiam amor seu gratia. Istis em̄ quatuor modis humanū iudicium peruerti solet c. Quatuor modis. vbi textus. Gregorij. 11. q. 3.

p ℭSi quod est in viro crimen accusent eū Iure humano qui crimē aliquod instituere properant nō aliter ad hoc admittuntur: nisi prius īscriptionū pagina ꝓcesserit: & si id ꝑsonæ qualitas exegerit/fideiussor de exercenda lite adhibitus fuerit. Si vero post satisdationē pręsentes non fuerint: edicto admonendi sunt: vt veniant ad causam agendam: & si non affuerint/non solum extra ordinē æstimatione iudicis puniendi sunt/sed etiam sumptus quos in eam rem/ & circa ipsum iter ad litem vocati fecerunt dependere coguntur. Ita dicit textus in l. Qui crimē. C. Qui accusa. nō possunt. dilata materiā vt ibi per glo. & doc.

q ℭCæsarem appello. Quando in appellatione nomen iudicis ad quem exprimitur/vt hic. sed erratur/vt puta cum quis aliū appellare deberet/aliū appellauerit: an error ei nichil obsuerit peti potest: & siquidem cum maiorem iudicē appellare deberet. ita errauerit vt minorē iudicem prouocauerit. Error ei nocebit. si vero maiorem iudicem prouocauit: Error nichil ei oberit. & ita multis constitutionibus continetur. Tex. est cuius hęc verba sunt. in l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appella. Cętera dicantur vt in verb. Appellare.

r ℭCęsarem appellasti/ad Cęsarem ibis. Boni iudicis partes exequitur Festus appellationi Pauli deferendo. Et in maioribus em̄ & in minoribus negocijs appellandi facultas est. Nec iudicem oportet iniuriā sibi fieri existimare: eo q̄ litigator ad prouocationis auxilium conuolauit. l. Et in maioribus. C. de appella. post appellationem aūt interpositam litterę dandę sunt ab eo a quo appellatū est/ad eum qui de appellatione cogniturꝰ est siue principem siue quem aliū quas literas dimissorias siue apostolos appellant. Sufficit aūt petijsse intra tēpus instanter & sępius vt & si non accipiet idipsum contestetur. l. vnica. in princip. ff. de libel. di. Et iste litterę quę dantur a iudice a quo ipsi appellanti dimissorię vocantur: quādo propter apparēs dubiū iustitię appellationis/ defertur appellationi. si vero propter reuerentiam superioris ad quem appellatur deferatur: vocant literę dimissoriæ seu apostoli reuerentiales. Q̄ si appellationi nō deferat/vocantur litterę refutatorię: in quibus iudex exprimere debet quanā ratiōe motus sit appellationi non deferre. l. sciendū in si. ff. de appella. reci. Et de istis apl̄is seu literis dimissorijs & refutatorijs loq̄t Panor. in c. Bonę memorię versi. quarta & q̄nta versi. differentia de appel. Isti itaq̄ apostoli ab eo qui appellat infra triginta dies instāte repeti debēt & eidē. ꝭ. dictū tempus a iudice exhiberi, alias præsumitur appellationi suę renunciare appellās/si eos infra idē tēpus petere

prętermittat etiam si vadat aut mittat ad appellationem prosequendã.c.Ab eo.in princip.de appella.in.6.Illud autem qd Inno.papa.4.statuit in c. Vt super.de appel. vt si is a quo appellatur apostolos appellanti nõ tribuat requisitus/extunc si forte in causa procedat nisi appellationi renũciatũ fuerit/eius inualidus sit processus tunc demũ obtinet cum iudex super hoc cũ debita instantia loco & tẽpore congruo requisitus eos expresse denegat vel.j.pręmissum tẽpus maliciose aut negligenter illi tradere prętermittit.d.c.Ab eo.§.fi.de appel. in.6.

quia non est Romanis consuetudo dãnare aliquem hominem priusq̃ is qui accusatur [s] pręsentes habeat accusatores: locũq; [t] defendendi accipiat/ ad abluenda crimina quę ei obijciuntur. Cum ergo huc conuenissent sine vlla dilatione: in sequenti die sedens pro tribunali: iussit adduci virum. De quo cum stetissent accusatores nullam causam deferebant: de quibus ego suspicabar malum. Questiones vero quasdã de sua superstitione habebant aduersus eum/& de quodam Iesu defuncto quem affirmabat Paulus viuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi questione: dicebam/si vellet ire Hierosolymam & ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante vt seruaretur Augusti cognitioni: iussi seruari eum: donec mittam eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Festum. Volebam & ipse hominem audire. Cras inquit audies eum.

Act.25.f.g. ¶Altera die cum venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione: & introisset in adiutorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis: Iubẽte Festo adductus est Paulus. Et dixit. Festus Agrippa rex/& omnes qui simul adestis nobiscum viri: videtis hunc hominem de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Hierosolymis: petentes & acclamantes/ non oportet eum viuere amplius. Ego vero comperi nichil dignum eum morte admisisse. Ipso autem hoc appellante: ad Augustũ iudicaui mittere. De quo quid certũ scribam dño/nõ habeo: propter quod perduxi eum ad vos & maxime ad te rex Agrippa: vt interrogatione facta habeam quid scribam. Sine [v] ratiõe enim michi videtur/mittere vinctum & causam eius non significare.

Act.26.a.b.c.d.e.f. ¶Agrippa ad Paulũ ait. Permittitur [x] tibi loqui pro temetipso. Tunc Paul9 extẽta manu cœpit rationẽ reddere. De oĩbus q̃bus accusor a Iudęis rex Agrippa ęstimo me beatũ apud te: cũ sim defensurus me hodie: maxime te sciente oĩa quæ apud Iudęos sunt consuetudines: & q̃stiones: ꝓpter quod obsecro/patiẽter me audias. Et quidẽ vitã meã a iuuẽtute quę ab initio fuit in gẽte mea in Hierosolymis nouerunt oẽs Iudęi pręsciẽtes me ab initio: si velint testimoniũ perhibere: quoniã secũdũ certissimã sectã nrę religiõis vixi Phariseus. Et nũc in spe quę ad patres nostros repmissionis facta est a deo: sto iudicio subiectus in qua duodecim tribus nostræ nocte ac die seruientes sperant deuenire. De qua spe accusor a Iudęis rex: quid icredibile iudicatur apud vos: si deus mortuos suscitauit? Et ego quidẽ ęstimauerã me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa cõtraria agere: quod & feci Hierosolymis Et multos sctõrũ ego i carcerib9 iclusi: a pricipib9 sacerdotũ ptãte accepta: & cũ [y] occiderẽt detuli sẽtẽtiã. Et p oẽs synagogas freq̃nter puniẽs

s ¶ Pręsentes accusatores. Vide quod dictũ est in verb. Consuetudo in annotatiõe huius sententiæ. & s̃.eod. Actuũ. 24. in fi.

t ¶ Locũq; defendendi. Idem est quando contra aliquẽ procedit per viam inquisitionis. Debet enim esse præsens is contra quem facienda est inquisitio: nisi se per contumaciã absentauerit: & exponẽda sunt ei illa capitula de q̃bus fuerit inquirendũ: vt facultatem habeat defendẽdi se ipsum: & non solũ dicta sed etiam nomina testium sunt ei vt quid & a quo sit dictũ appareat publicanda: nec non exceptiones & replicationes legitimę admittẽdæ ne per suppressiõem nominũ infamãdi per exceptionũ vero exclusionem/deponendi falsũ audacia prębeatur. Tex est ita dicẽs. in c. Qualiter & quando.2.§.debet de accusa. Ex quo textu dici solet ꝙ copia inquisitiõis & articulorũ super fama debet dari reo & ita illum tex. allegat do. Iason.i l.2.in.2.col. C.de edẽ.

v ¶ Sine ratiõe michi videtur mittere vinctum & causam eius nõ significare. Causa vincti seu rei appellantis significanda est superiori ad quẽ appellauit: siue vinctus ad eum mittatur/ vt quia sit delatum appellationi vt hic: siue nõ mittatur: vt quia non sit delatum. Et tametsi puocantis appellatio nõ fuerit recepta: pœna instituenda.j. differenda est quoad princeps rescripserit ad literas iudicis: & ad libellum rei cum literis missum. nisi forte latro manifestus/vel seditio prærupta factioq; cruenta/vel alia iusta causa: quam mox iudex literis excusauerit/moram non recipiat: non pœnæ festinatione. tunc enim punire permittitur deinde scribere. Tex. est præmissa probans in l. si quis filio.§.hi autem omnes. versi. Quid tamen si appellationem. ff. de inius. rup. & in testa. & facit textus in l. Sciendum. ff. de appella. recipien.

x ¶ Permittitur loqui pro temetipso. Iure humano qui per se litigat/regulariter factum ipsum debet p se ipsum proponere & non per aduocatum. nisi sit persona mentis incompos & indiscreta. tunc enim supplebitur eius defectus per aduocatum in proponendo & respondendo. iste est proprius casus. ca. Pastoralis. de iudi. Regulariter ergo officium aduocati versatur in his quæ sunt iuris. ad ea vero quæ consistunt in facto debẽt partes principales respondere & factum proponere. Aetatem enim habent/de se loquãtur. Et ita etiam sentit glo. in l.2. in verb. Vtriusq;. C. de iura. calũ.

y ¶ Et cũ occiderent detuli sententiã. Istud mortis.s. sententiã deferre inhibitũ est clericis. vnde legitur in cõcilio gñali. Sentẽtiã sanguinis nullus clericus dictet aut proferat: sed nec vindictã sanguinis exerceat/ aut vbi exerceat intersit. Nec q̃sq̃ cleric9 lr̃as scribat aut dictet ꝓ vindicta sanguis destinãdas. vñ i curijs pricipũ hæc solicitudo nõ clericis sed laicis cõmittat c. sentẽtiã sanguis. & ibi diffuse per Panor. & alios. necie. vel mona.

z ℭ Compellebam blaſphemare. De Chriſtianis qui vrgente eos agonū ſeu tormētorū ſeuicia blaſphemāt ſeu fidem abnegant catholicā: eſt celebris tex. in c. Poteſt de pœnitē. diſt. 1. de quo dictū eſt in verb. Gemere. t.

a ℭ Saule Saule quid me perſequeris. Propriū nomē ingeminat vt ad ipſum pertinere viſionem oſtendat. Geminatio namq͡ maximā vim habet credulitatis iniiciendę. Operarur enim geminatio effectū earum clauſularum quæ pro re tenacius infigēda & ſyncerius obſeruāda apponi ſolent: put notat per modernos in c. Si qn̄. de de reſcrip.

eos compellebam z blaſphemare/& amplius inſaniens in eos perſeque bar vſq͡ in exteras ciuitates. In quibus dū irem Damaſcū cum poteſtate & permiſſu principū ſacerdotū die media ī via vidi (rex) de cœlo ſupra ſplendorē ſolis circunfulſiſſe me lumē: et eos qui ſimul mecum erant: omneſq͡ nos cum decidiſſemus in terram/audiui vocē loquentē michi hebraica lingua a Saule ſaule quid me perſequeris durū eſt tibi contra ſtimulū calcitrare Ego autem dixi quis es dn̄e? Dn̄s aūt dixit. Ego ſum Ieſus nazarenus quem tu perſequeris. Sed exurge & ſta ſupra pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi vt conſtituam te miniſtrum & teſtem eorum quę vidiſti & eorum quibus apparebo tibi. eripiens te de populis & gentibus in quas ego nūc mitto te aperire oculos eorum vt cōuertantur a tenebris ad lucē & de poteſtate ſatanę ad deū vt accipiāt remiſſionē peccatorū & ſortem inter ſanctos/per fidem quę eſt in me. Vnde rex Agrippa non fui b incredulus cœleſti viſioni ſed his qui ſūt Damaſci primū & Hieroſolymis & omnē regionem Iudeę & gentib⁹ annunciabam vt pœnitentiam agerent c & cōuerterentur ad deum digna pœnitētię opera facientes. Hac ex cauſa me iudęi cum eſſem in tēplo comprehenſum tentabant volentes me interficere. Auxilio autem adiutus dei vſq͡ in hodiernum diem ſto teſtificans minori atq͡ maiori nichil extra dicēs q̄ ea que prophetę locuti ſunt futura eſſe & Moyſes. ſi paſſibilis Chriſtus/ſi primus ex reſurrectione mortuorū lumen annunciaturus eſt populo & gentibus.

ℭ Hoc loquēte Paulo et rationem reddente Feſtus magna voce dixit. Act. 26. f. g.
Inſanis d Paule. Multę te litterę ad ſaniam icōuertunt Et Paulus. Nō inſanio inquit optime Feſte ſed veritatis & ſobrietatis verba eloquor. Scit enim de his rex ad quem & conſtanter loquor latere enim nichil horum arbitror: neq͡ enim in angulo quicq̄ horum geſtum eſt. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autē ad Paulū. In modico ſuades me chriſtianū fieri. & Paulus. Opto apud deū & in modico & in magno: nō tantū te ſed etiā oēs q audiūt hodie fieri tales qualis & ego ſū)exceptis vīculis his. Et exurrexit rex et pręſes & Bernice & qui aſſidebant eis. Et cum receſſiſſent loquebantur adinuicem dicētes. qa nichil morte aut vīculis dignū quid fecit homo iſte. Agrippa autē Feſto dixit. Dimitti e poterat homo hic ſi non appellaſſet ceſarē.

ℭ (Paulus vt Romā veniret cum aliis pleriſq͡ nauigationi commiſſus in varia incidit maris diſcrimina prout habetur. Actuū. 27. a. b. c. Actuū. 27. a
Quibus dū exterrerentur exiſtentes in naui dixit Paulus) Suadeo vobis bono animo eſſe. amiſſio f enim nullius animæ erit ex vobis pręterq̄ nauis. Aſtitit enim michi hac nocte angelus dei cuius ſum ego & cui deſeruio dicēs. Ne g timeas Paule. Cęſari te oportet aſſiſtere. Et ecce donauit tibi deus oēs qui nauigant tecū. Propter quod bono animo eſtote viri. Credo enim deo quia ſic erit quēadmodum dictum eſt michi: in inſulam autem quandam oportet nos deuenire.

b ℭ Non fui incredulus cœleſti viſioni. de conuerſione Pauli loquens Archid. in c. Diſplicet. in prin. 23. quæſt. 4. dicit. Ipſo eodē anno quo dominus paſſus eſt: interfecto Stephano diaconorum maximo/Paul⁹ ad deū conuerſus prędicare cœpit Chriſtum: & poſt annos tres a conuerſione ſua venit Hieroſolymam videre Petrū manſitq͡ cum eo diebus quindecim vt eius auctoritate inſtructus/libere poſſet verbum dei eccleſiis prædicare. Hęc ibi.

c ℭ Digna pœnitētiæ opera facientes. vide quod dictum eſt in verbo Dignus ſuper illud. Facite fruct⁹ dignos pœnitentiæ.

d ℭ Inſanis Paule multę literę &c. Hoſtiē. in c. 1. In verb. non permittūt: de his quę fiunt a maio. par. c. dicit. Nobilitas ſeu potentia facit aliquos ſuperbire/& fratres pauperiores: ſed ſpirituales & ſimplices contēnere. ſicut & alios faciūt ſuę literæ inſanire. vnde & Feſtus dixit Paulo. inſanis Paule. multę te literę ad inſaniam deducunt.

e ℭ Dimitti poterat homo hic/ſi non appellaſſet ad Ceſarē. Paulus ex eo appellauerat: q remittebatur Hieroſolymā iudicandus. Et ſic grauamen ei erat illatū per interlocutoriā ſententiam: quo caſu ſi contingit appellari/poteſt iudex a quo/grauamen reuocare/& poſtea in principali cauſa procedere. Appellatiōe īterpoſita nullatenus obſtante/quia cum ſit reuocatum grauamen/ceſſat appellatio. Vnde reuocato prędicto grauamine illato Paulo/potuiſſet in materia principali procedi: & cōperta ſua innocentia dimitti. nulla per eum interiectę appellatiōis habita ratiōe. caſus eſt in c. Si a iudice. in ſi. de appella. in. 6. & in c. Cū ceſſante eo. ti. in antiq. Et ita declaranda ſunt ea quæ dixi in verb. Appellare. in annotatione iſtius ſententiæ.

f ℭ Nullius animę erit amiſſio præterq̄ nauis. Ideſt periclitabitur nauis: ſed nullus propterea periclitandus eſt. Dictio enim pręter/adiuncta orationi negatiuę/ponit ſeu includit. l. placet. C. de ſa. eccle. & de annu. lega. l. fundo. cū ſiſibus

g ℭ Ne timeas Paule Cęſari te oportet aſſiſtere. Ideſt (dicit glo. interli.) nō fluctib⁹ mergeris ſed te ī eadē fidei cōſtātia pſeuerāte/Romę periclitaberis. vn̄ de hoc Pauli naufragio/& in eo ſuę integritate fidei loquens Gregorius dicit. Quis neſciat q̄ proſperū fuit/q beatus Paulus apoſtolus pdicatur⁹ ad

Ac.17.e.f.g. ¶Sed Postq̄ quartadecima nox superuenit nauigātibus nobis In Hadria circa mediā noctē suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. Qui & submittentes bolidē/ inuenerūt passus viginti: & pusillū inde separati/ inuenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus: de puppi mittentes anchoras quatuor/ optabāt diem fieri. Nautis vero querentibus fugere de naui/ cū misissent scaphā in mare sub obtētu quasi inciperēt a prora anchoras extēdere: dixit Paulus Centurioni et militibus. Nisi hic in naui māserint: vos salui fieri non potestis. Tūc absciderunt milites funes scaphæ/ & passi sunt eā excidere. Et cū lux inciperet fieri/ rogabat Paulus oēs sumere cibum dicens. Quartadecima die hodie expectantes Iesum/ permanetis nichil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibū pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cū hec dixisset sumēs [h] panem gratias egit deo in conspectu omnium & cum fregisset cœpit māducare. Animequiores autē facti omnes & ipsi assumpserunt cibum. Eramus vero vniuerse anime in naui ducente septuaginta sex. Et satiati cibo alleuiabant [i] nauem iactantes triticū in mare Cum autem dies factus esset terram non agnoscebant sinumvero quēdam considerabant habentem littus in quē cogitabant si possent eijcere nauem. Et cum ancoras sustulissent cōmittebant se mari simul laxantes iuncturas gubernaculorū & leuato artemone secūdū aure flatū tendebant ad littus Et cum incidissemus in locum Bithalassum impegerūt nauem/ & prora quidē fixa manebat immobilis puppis vero soluebatur a vi maris. [k] militum autem cōsilium fuit vt custodias occiderent ne quis cum enatasset effugeret. Centurio vero volens seruare Paulum prohibuit fieri: iussit q̄ eos qui possent natare emittere se primos euadere & ad terrā exire & ceteros alios in tabulis ferebant: quosdā super ea q̄ de naui erant. Et sic factū est vt oēs aie euaderēt ad terrā.

Act.18.a.b. ¶Cum euasissemus tūc cognouimus quia Mytilene insula vocabatur Barbari vero prestabāt [l] non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pyra reficiebāt nos oēs propter imbrem qui inueniebat & frigus Cū congregasset aūt Paulus sarmentorū aliquātā multitudinē & imposuisset super ignem. [m] vipera a calore cū processisset inuasit manū eius. Vt vero viderūt Barbari pendentē bestiā de manu eius: ad inuicē dicebant. Vtiq̄ homicida est homo hic: qui cū euaserit de mari/ vltio non sinit eum viuere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignē: nichil mali passus est. At illi existimabant eū in tumorem conuertendū/ & subito casurum & mori. Diu aūt illis expectantibus & videntibus nichil mali in eo fieri: conuertentes se dicebant eum esse deum.

Act.18.b.c. ¶In locis autē illis erant predia principis insulæ noīe Publij: qui nos suscipiens triduo/ benigne exhibuit. Contigit aūt patrē Publij febrib⁹ et dysenteria vexatum iacere: ad quem Paulus intrauit: et cum orasset & imposuisset ei manus saluauit eum. Quo facto et omnes q̄ in insula

Italiam veniebat. & tamen veniens naufragiū pertulit. sed tamen nauis cordis in maris fluctibus integra stetit. cap. Aduersitas. in prin. 7. quæst. 1. h ¶Sumens panē gratias egit. Ostendit in manducationis initio dñm benedicendū seu laudandū. de quo videantur q̄ satis diffuse dicta in verb. Cōuiuiū. i ¶Alleuiabāt nauē/ iactātes triticū in mare. Si laborante naue iact⁹ factus est: amissarū merciū dñi/ si merces vehendas locauerint: ex locato cū magistro nauis agere debēt. Is deinde cū reliquis quorū merces salue sunt: ex conducto vt detrimentū pro portione cōicet/ agere pōt. Sed & cū magro nauis agi pōt vt ceterorū vectorū merces retineat: donec portionē dāni prestēt. Aequissimū enim est/ cōmune detrimentū fieri eorum qui propter amissas res aliorum consecuti sunt/ vt merces suas saluas haberent. Ita dicit subtilis Papinianus iureconsultus i l. 2. ff. ad l. Rho. de iac. Aliter tamen videt loq̄ text⁹ in l. Qui seruādarum. in pri. ff. de p̄scr. ver. vbi dr. Qui seruandarū merciū suarū cā/ alienā mercē i mare pieceri t: nulla tenet actiōe. Dici pōt q̄ pijciens alienas merces naue periclitāte/ nlla tenet actiōe propter id factū: qa ita faciendo non deliquit. & ita loquitur d. l. q seruandarū. sed ideo tenetur/ quia peremptione alienarum merciū/ suæ salue facte sunt. Ita loq̄tur d. l 2. Cetera dicant vt in verb. Ionas. h. Addatur tamen ibidem dictis: q̄ si cōseruatis mercibus existentibus in naui deterior facta sit nauis/ vt quia aliquid exarmauerit: nulla facienda est collatio. Nā si faber incudem aut malleū infregerit: non imputaretur ei qui locauerit op⁹. Sed si volūtate vectorū vel p̄pter aliquē metū id detrimētū factū sit: hoc ipsū sarciri oportet: cas⁹ ē i d. l. 2. §. Si cōseruatis. ff. ad l. Rho. de iac. k ¶Militū cōsilium fuit vt custodias occiderēt: ne quis cū enatasset effugeret. Hodie si miles miseratione duct⁹ custodiam. i. custoditam personam dimiserit: militiam mutat. fraudulenter autem si fuerit versatus in dimittenda custodia: vel capite puniat/ vel in extremū gradum militie detur. Interdum tamē venia ei datur. nā cū altero custode simul fugisset/ alteri venia data ē. Sed si custodia se iterfecerit/ vel p̄cipitauerit: militis culpe ascribit. i. castigabit. Q̄ si ipse custos custodiā iterfecerit/ vel p̄cipitauerit: homicidij re⁹ est: Ergo si casu custodia defūcta fuisse dicat: testatiōib⁹ id p̄bandū ē. & sic venia dabit. tex. ē de his oib⁹ i l. si ff. de custo. reo. l ¶Prestabāt nō modicam hūanitatē nobis. Declara vt i verb. Hūanitas. m ¶Vipera acalore cū p̄cessisset iuasit manū ei⁹. Moralr spūs imūdus/ flāma virtutū a cordib⁹ fideliū pulsus: doctorib⁹ veritatis venenū p̄secutiōis ifūdit/ quo manū sauciet. i. bonū op⁹ ipediat. Sed excutiēdū ē tale p̄secutiōis venenū i ignē. i. charitate seu dei amore: q dixit. Ignē veni mittere in terram. p̄pellendum est: & a bono opere nullatenus cessandum. c. Scimus. 43. dist. c. fi. 47. dist.

n ℭ Quib⁹ exponebat testificās regnum dei &c. vide magnā Pauli in enunciāda Christi fide perseuerātiā vnde & de eo dicit Augusti. mirū est quomodo ille qui pœna corporis ad euangeliū coactus intrauit: plus illis omnibus qui solo verbo vocati sūt in euangelio laborauit: & quē maior timor cōpulit ad charitatē eius/ perfecta charitas foras misit timorē. hoc dictū Augu. habentur in c. Quis nos potest. in fi. 23. quęst. 4.

o ℭ Aure audietis & non intelligetis. Mirum hoc est Cur dominus apud eos quos sciebat non credituros / verbum suum seminari pmiserit: & apud eos quos credituros sciebat non permiserit. de Tyrijs em & Sydonijs ipsa veritas dixit eis fuisse credituros si talia qualia apud non credentes facta sunt virtutū signa vidissent. Huic difficultati responde vt per Augustinū ic. De tyrijs. alias est in c. Nabuchodonosor §. de Tyrijs. 23. qst. 4. de quo textu. dictum est in verb. Iesus. Matt. 11.

habebant infirmitates/accedebāt et curabātur. Qui etiā multis honoribus nos honorauerunt et nauigātibus īposuerūt quę necessaria erāt.
ℭPost mēses autē tres nauigauimus in naui alexādrina quæ in insula hyemauerat: cui erat insigne castrorum. Et cum venissemus Syracusam: mansimus ibi triduo. Inde circunlegentes deuenimus Rhegium et post vnū diē flante austro: secūda die venimus Puteolos: vbi inuētis fratrib⁹ rogati sum⁹ manere apud eos dies septē Et sic venim⁹ Romā: et inde cū audissēt fratres occurrerūt nobis vsq ad Appij forū & trib⁹ tabernis. Quos cū vidisset Paulus: gratias agens deo accepit fiduciā. Actuū. 28. c. d

ℭCum venissemus Romam permissum est Paulo permanere sibimet cum custodiente se milite. Post tertium autem diem conuocauit primos Iudeorum. Cumq venisset dicebat eis. Ego viri fratres nichil aduersus plebem faciens/aut morem paternum vinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus romanorum: qui cum īterrogationem de me habuissent voluerūt me dimittere: eo q nulla esset causa mortis in me contradicentibus autem Iudeis coactus sum appellare Cæsarem: non quasi gentē meam: habens aliquid accusare. Propter hāc igitur causā rogaui vos valere et alloqui. Propter spem enī Israel cathena hac circūdatus sum. At illi dixerunt ad eum. Nos neq literas accepimus de te a Iudęa: neq adueniēs aliquis fratrū nūciauit: aut locutus est quid de te malū. rogamus autē a te audire quę sentis. Nā de secta hac notūest nobis quia vbiq ei cōtradicitur. Cū autē cōstituisset illi diē, venerūt ad eū in hospitiū plurimi: quibus[n] exponebat testificās regnū dei: suadensq eis de Iesu ex lege Moysi et pphetis a mane vsq ad vesperā. Et qdā credebāt his q dicebātur: qdā vero nō credebāt: Cūq inuicē non esset cōsētiētes: discedebāt dicēte Paulo vnū verbū: qa bene spiritussāctus locutus est per Esaiā pphetā ad patres nostros: dicēs. vade ad populū istū & dic ad eos. Aure audietis[o] & nō itelligetis: et vidētes videbitis/ & nō perspicietis. Incrassatū ē em̄ cor ppli hui⁹: & aurib⁹ grauiter audierūt & oculos suos cōpresserūt: ne forte videāt oculis/ & aurib⁹ audiant: & corde intelligant & conuertantur: & sanē eos. Notum ergo sit vobis: quoniam gentibus missum est hoc salutare dei: et ipsi audient & cum hæc dixisset: exierunt ab eo Iudæi & multam habentes inter se quæstionē. Mansit[p] autem biennio toto in suo cōductu: et suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum: prædicans regnū dei et docēs quæ sūt de domino Iesu Christo cum omni fiducia sine prohibitione. Actuū. 28. d. e. f.

Pauper. Oculi eius[q] in pauperē respiciūt: insidatur in abscōdito quasi in leo in speluca sua. Insidiatur vt rapiat pauperē: rapere pauperē dū atrahit eū: in laqueo suo humiliabit eū. Inclinabit se & cadet/cū Psal. 9. e.

p ℭ Māsit biēnio toto in suo cōductu. Lucas qui actus apostolorū sed pcipue Pauli descripsit. Istud in fine signauit q. s. Paulus biēnio i vrbe Roma posit⁹ verbū dei prędicabat nemine prohibente. Quē tamen affuisse sibi & defendisse se apud Neronē tunc regnantē: & rursum profectum esse ad prædicationis officiū sermo confirmat. Et post hoc denuo redijsse ad supradictam vrbē vbi & martyrio cōsummatus est / & eodem die quo Petrus apostol⁹ Ita dicit Eusebius Cęsariensis in suę historię ecclesiasticę lib. 2. c. 22. In prin. & eodē libr. ca. 25. Et ita etiam sentit Pelagius papa in ca. quis. paulo post prin. 21. dist. sic inquiens. Petro data est societas btissimi Pauli vasis electiōis/ q nō diuerso sicut hæretici garriunt: sed vno tempore. vna eadēq die gloriosa morte cum Petro in vrbe Romana sub Cæsare Nerone agonizans/ coronat⁹ est. Et idem probat textus in ca. Fundamenta. col. 1. de elec. li. 6. Et celebris tex. Amb. in c. Beati. 2. qst. 7. vbi dicitur. Beati Petrus & Paulus eminēt inter vniuersos apostolos: & speciali quadā prętogatiua præcellunt. verum inter ipsos quis cui præponatur incertū est. Puto enī illos ęquales esse meritis q ęqles sūt passiōe & simili eos fidei deuotione vixisse quos simul videmus ad martyrij gloriā peruenisse. Non em̄ sine causa factū putam⁹ q vna die passi sūt/ vno loco/ sub vno psecutore/ vna die/ vt ad Christū pariter peruenirent. In vno loco: ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore: vt æqualis crudelitas vtrosq constringeret. Dies ergo pro merito/ locus pro gloria/ persecutor decret⁹ est pro virtute. Et in quo loco ijdem tandem martyrium pertulerunt in vrbe Roma quæ principatum & caput obtinet natiōnū: scilicet vt vbi erat caput superstitionis/ illic caput quiesceret sanctitatis: vt vbi gentilium principes habitabant / illic ecclesiarum principes morarentur. Hæc ibi.

q ℭ Oculi eius in pauperem respiciunt &c. Hæc sententia de Antichristo solet intelligi / qui præ ceteris in pauperes spiritu. i. humiles deo adhærētes effusurus est virus suum / dæmonis magistri sui morem insequēs cuius est peculiare munus eos vehementius insectari quos deo proximiores esse cognoscit. d. c. Nulli. 3. q. 1.

r ¶ Qui perseuerauerit vsq̧ i fine: hic saluꝰ erit. Multi eñi bene incipiūt qui in malo vitam finiunt dicit text. in ca. Multi.in prin. de pœni. distinct.2. Et facit textus in c. Si eñi.§. Euidenter. & in ca. Apostolus.in fi. eadem distinct. & in c. Si ex bono. cū similibus.de pœni.distinc.4. Qui tñ de numero sunt electorū/ sic ad bona tendūt: vt ad mala perpetranda nō redeāt dicit tex. cū glo. in c. Non reuertebantur. in princi.de pœni.distinct. 2. in his namq̧ virtutibꝰ sine quibus ad vitam minime peruenit spiritussanctus in electorū suorum cordibꝰ permanet. vnde recte stabilis dicit. c. Potest discursus. paulo ante fi. eadē distinct. Est autē habenda perseuerātia. Primo in bono p̄posito diligenter custodiendo c. Vos autem. in princip.16.quæsti.1. Item ne præterita mala redeant solicite cauendo: quia canis reuersus ad suum vomitum / est pœnitens ad peccatum. ca. Irrisor. in princip.de pœni.distin. 3. Item tribulatiōes vsq̧ in finem patienter sustinēdo: quia beata est perseuerantia ex virtute patientiæ dicit textus in d. c. suggestum. Paulo post princip.7.quæst.1. vt vero perseuerantes simus si ad aliquod bonum agendum necessitate quadam cogamur. Elaboremus necessitati voluntatē adiungere. quia quicquid necessitate/supple pura/ fit: cito soluit. Quod voluntate accipitur/ perseuerat. c. Quicquid.de conse.distinc.5.

pter nomē meū. Qui[r] autem perseuerauerit vsq̧ in finē hic saluꝰ erit.
¶ Ait Iesus ad discipulos. Quis vestrum habebit amicum / & ibit ad illum media nocte: & dicet illi. Amice: cōmoda michi tres panes/quoniam amicus meus venit de via ad me/ & nō habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat. Noli michi molestus esse / iam ostium clausum est/ & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Ille perseuerauerit pulsans. Dico vobis: & si non dabit illi surgens eo q̄ amicus sit: propter[s] improbitatem tamē eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite et dabitur vobis quęrite et inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enī qui petit accipit: qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur. Lucæ.11.a.

Persona.

¶ Nō accipies[a] personam nec munera: quia munera ex cœcant oculos sapientū/ & mutant verba iustorum. Deute.16.d
¶ Sit timor domini vobiscum: & cum diligentia cūcta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas/nec personarum acceptio/nec cupido munerum. 2.Para.19.c
¶ Pes fatui facilis in domū proximi: & homo peritus confundetur a persona potentis. Eccli.21.d.
¶ Fratres mei[x]: nolite in personarum acceptiōe habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in cōuentum vestrū vir aureum annulum habens in veste cādida: introierit autem et pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est veste præclara: & dixeritis ei. Tu sede hic bene: pauperi autē dicatis: tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos: & facti estis iudices cogitationū iniquarum? & c. Iacobi.2.a.
¶ Si legem perficitis regalem secundum scripturas. Diliges proximū tuum sicut teipsum: benefacitis. Si autem personam accipitis: peccatū operamini: redarguti a lege tanq̄ transgressores. Iacobi.2.b.

Peruertere Peruersus et Peruerse aduerbium.

¶ Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ/pupilli et viduæ. Deute.27.c
¶ Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocēs eris. Et cū electo electus eris: & cum[y] peruerso/peruerteris. Psal.17.d
¶ Labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa. puer.10.in fi
¶ Simplicitas iustorum diriget eos: & supplātatio peruersorum vasta: puerb.11.a.

s ¶ Propter improbitatem tamen eius dabit. Vide textū in c.
Importuna. in princip. de pœni. distinc.1. & quod dictum est in verbo Importunitas.
v ¶ Non accipies personam. In iudicijs non est habēda acceptio personarū/dicit textus cōformis huic sententiæ in c. In iudicijs.de regu.iuris. in.6. & facit textus.3.q.9.c. Necesse.c. Nouit.& c. Statutum.§. insuper. de rescrip. in 6. & l. si cum dies.§. Arbiter.ff.de arbi. Aliorum enim honores non debent esse occasio alijs nocendi. l. fi. C. de statu. & ima. & facit ca. Si quis vero.11.quæsti.3. Licet tamen iudex vti non debeat in iudicijs acceptione personarum/tamen vtile est in arbitrarijs iudicem gratiosum habere.ca. Consuluit.de offi.dele.caueat tamen iudex ne in facienda gratia incurrat pœnam.c. Cum ęterni.de re iudi.lib.6. Ita dicit glo. in d.c. in iudicijs.in fi. vbi Ioan. Andr. dicit q̄ de hac materia acceptionis personarū/ curiosus poterit videre per Tho. 2.2. q.63. per to. & præsertim in arti. vlti.
x ¶ Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi. Hinc concilio Laodicensi statuitur vt sacerdos pœnitentiam imploranti absq̧ personarum acceptione pœnitentiam iniungat. ca. Sacerdos. in princip.25.quæsti.7. vnde etiam in hospitalitatis exhibitione, personarū acceptio vitāda est c. Quiescamus.41.distinc. Et in facienda oratione pro defunctis c. Non æstimemus. in princi.13.quæsti.2. & in eleemosynarum largitione. c. Si cupis.16.quæsti.1. Et in beneficiorum collatione.c.pe.de præben. Et in prælatorū electione.c. Sacrorum. in princip.63.distinc.
y ¶ Cum peruerso peruerteris. Peruersi dicunt q nō sunt recti sed aduersi/seu qui ad viā declināt sinistram/dextra virtutū via derelicta. Vide Archi. in c.2.de censi.in.6. Isti autem sententiæ est tex. conformis in c. Quisquis vel quod potest. in fi.23.quæsti.4.

z ¶ Peruersi difficile corrigũtur. Tex. est eiusdẽ sentẽtiæ in c. Mala cõsuetu 10.8. distinc.
a ¶ Peruersæ cogitationes separant a deo. Idem probatur in c. Si cui. de pœni. distinc. 1.
b ¶ Quiescite agere peruerse. Similib⁹ verbis vtitur textus in c. Quiescite. 6. quæsti. 1. de quo dictum est in verbo Persecutio.
c ¶ Omnis locus quẽ calcauerit pes vester/ vester erit. Hac sentẽtia credũt forsan se posse tueri alienarum terrarum occupatores. Item quia hoc videtur facere posse auctoritate illius q errare non potest. vnde & legitur Gene. 1. g. Benedixitq illis de⁹/ & ait. Crescite & multiplicamini & replete terrã & subjicite eam. Ad idẽ in psal. Cœlum cœli dño: terram aũt dedit filijs hominũ. q.d. occupanti concedit: & sic q plus potest occupare pinguis ius habet. Sed certe & si hoc i principio mũdi licitũ fuerit & hodie forsan sit quo ad terram infidelium: sũ per quo tamẽ vide quod notant Inno. Hostieñ. & Panor. in c. Quod super his. de voto. Attamen hodie iter christianos vnusquisq terminis suis debet esse contentus. & per consequens q aliquis occupet alienum / omnino iudicatur iniquũ & iniustum. vnde nec occupata præscibuntur/ cum in eis habeatur mala fides quæ impedit pscriptionem vt notũ est. Præmissa notat Hostieñ. in cap. Super eo. de parro. in. 1. colum.
d ¶ Mei autem pene moti sunt pedes &c. Vide quod circa hãc sententiam dicit Archid. in ca. Q͞r magnum. 12 quæsti. 3. de quo dixi in verbo Inuidia. super illud. Paruulum occidit inuidia. in fine.
g ¶ Pedes habent & non ambulabunt. Dici potest/ eos pedes habere & non ambulare / qui vitæ viam perfecte tenere non valent quam vident: seu qui quo desideria eorum nitũtur/ illuc gressus operis efficaciter non sequuntur: qui propterea claudi vocantur. ca. 1. versicul. Claudus. 49. distinc.
h ¶ Qui festin⁹ est pedib⁹ offendit. Declara vt in verbo Offendere.
i ¶ Expoliaui me tunica mea quomõ iduar illa? Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Recurre ad annotationẽ istorũ verborũ declaratiuã in ver. Dilect⁹.

bit illos. Et supra Iustus.

Eccles. 1. d. ¶ Peruersi [z] difficile corriguntur / & stultorũ infinitus est numerus.

Sapien. 1. a. ¶ Peruersæ [a] cogitationes separant a deo: probata autem virtus corripit insipientes.

Esaiç. 1. e ¶ Quiescite [b] agere peruerse: & discite benefacere, &c.

Pes. Leuiti. 11. g ¶ Quicquid super pectus quadrupes graditur/ & multos habet pedes/ siue per humũ trahitur/ nõ comedetis: quia abominabile est/

Deute. 11. c. ¶ Si custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis (dicit dominus) & feceritis ea vt diligatis dominum deum vestrum: & ambuletis in omnibus vijs eius adherentes ei: disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram/ & possidebitis eas quæ maiores sunt & fortiores vobis. Omnis [c] locus quem calcauerit pes vester/ vester erit. A deserto et a Libano & flumine magno Eufrate/ vsq ad mare occidentale erunt termini vestri.

parali. 16. d ¶ Aegrotauit Asa anno tricesimonono regni sui / dolore pedum vehementissimo: nec in infirmitate sua quæsiuit dominum/ sed magis in medicorum arte confisus est.

Iob. 13. d. ¶ Posuisti domine in neruo pedem meũ et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti.

Iob. 29. c. ¶ Oculus fui cœco (dicit Iob) & pes claudo.

Psal. 9. c. ¶ In laqueo isto quẽ abscõderũt inimici mei/ cõprehẽsus est pes eorũ.

Psal 17. c. ¶ Deus perfecit pedes meos tanq̃ ceruorum/ super excelsa statuẽs me.

Psalm. 35. c. ¶ Non veniat michi pes superbiç/ & manus peccatoris nõ moueat me

Psal. 72. a. ¶ Q͞r bonus Israel deus his qui recto sunt corde. Mei [d] autẽ pene moti sunt pedes/ pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns. Vbi latius.

Psal. 93. a. ¶ Si dicebam motus est pes meus/ mĩa tua domine adiuuabat me.

Psalm. 113. c. ¶ Manus habent/ & non palpabunt [g]: pedes habẽt/ & non ambulabũt.

118. n. ¶ Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiã verba tua.

puerb. 19. a. ¶ Vbi non est scientia animæ/ non est bonum: & qui [h] festinus est pedibus/ offendit.

Ecclẽs. 4. i ¶ Custodi pedem tuum ingrediens domum dei: & appropinqua vt audias. Multo enim melior est obediẽtia quã stultorum victimæ: qui nesciunt quid faciunt mali.

Cantico. 5. a ¶ Vox dilecti mei pulsantis. Aperi michi soror mea/ amica mea/ colũba mea: quia caput meũ plenũ est rore & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui [i] me tunica mea: quomodo induar illa? Laui pedes meos: quomodo inquinabo illos?

Hier. 2. e. ¶ Prohibe pedem tuum a nuditate/ & guttur tuum a siti.

Marci. 6. g. ¶ Si [k] pes tuus scandalizat te/ amputa illũ. Bonũ est tibi claudum introire in vitam æternam: q̃ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur / & ignis non extinguitur.

k ¶ Si pes tuus scandalizat te. An dici possit/ subditos posse prælatorum pedes appellari (tanq̃ ipsi prælati solicita diligentia subditos suos instruendo/ Ambulent de virtute in virtutem/ & per ea que ex subditorum instructione merita conquirunt/ in vitam proficiscantur æternam. c. Nisi cum pridem. de renũ. Quos tamen subditos si vsq adeo deprauari contingat: vt prælatos scandalizent/ vtpote cum suis exhortationibus desipiscere potius q̃ resipiscere populum suum videant. Debẽt prælati/ tales subditos amputare. i. deserere Quandiu enĩ omnium subditorum est obstinata malicia/ nec prodest eis prælatorũ præsentia: tunc etiam corpore licet ab eis

recedere] ne illorū nequitia semper in deterius proficiat. & isti quidē fructū amittāt/ quem de aliorum profectu possent inuenire. vnde sic beatus Benedictus deseruisse legitur quos in necem suam vnanimiter viderat conspira[...]. tex. est pmissa pbans in c. pe. §. fi. & in c. se 4. 7. quæsti. 1. l ℂ Quam speciosi pedes euāgelizātium &c. Declara vt in verbo Euangeliū. m ℂ Calceati pedes in præparatione euangelij. Idest affectiões habeāt munitas virtutibus/ nec terrenis se dedant solicitudinibus qui velut dei præcones/ euāgelizare populo debēt. Ita eñi recte populus instruitur/ si simul cū doctrina/ & ipsius docētis vita virtutib⁹ exornetur. Vñ in libro psal. Peccatori dicit de⁹. Quare tu enarras iustitias meas/ & assumis testamētum meū per os tuum? & Gregori⁹. Cui⁹ vita despicit/ restat vt eius prædicatio cōtēnat. c. Infames §. fi. 3. quæsti. 7. n ℂ Mittam pestilentiam in medio vestri. Propter populi peccata mittit dñs in eū pestilentiā: qua etiā innoxij plerūq tollunt/ dicēte textu. 24. quæsti. 3. in princip. in nouo testamēto nonnūq peccatis exigentib⁹ grauis pestilentia deseuisse legit quæ etiā illos inuoluit qui peccati conscientiā nō habebāt. Solet tamen aliquādo oriri pestilentia ex nimia sordiū accumulatione. tex. est in l. 1. §. 1. ff. de cloacis. o ℂ Elige vnū quod volueris. Recurre ad verbum Dauid. p ℂ Immisitq dominus pestilētiā in Israel. Dauid potius elegit pestē quæ cōmunis est oib⁹ pauperib⁹ scilicet & diuitib⁹: q famē vel inimicorum persequutionē/ qb⁹ tantū pauperes premerētur. Nam diuites possent habere victualia. Vñ nō timerent paupertatē/ & fortalicia: vnde nō timerēt inimicorū psecutionem. Ita dicit Hostiē. in c. Quoniam. de vsuris. q ℂ Pestilente flagellato stultus sapiētior erit. Declara vt in verbo Flagellatus. r ℂ Attēde tibi a pestifero. Require annotationē in ver. Fabricare. s ℂ Qui lōge est peste morietur. Dominus: cuius vltio/ nec ipsa quidem fuga (si ita statuerit) declinari potest. Si quidem scriptum de eo est. Si ascendero in cælum/ tu illic es: si descendero in infernum/ ades. nedū eos qui in ipso degunt loco pestifero / sed & illos qui ab eo summa etiam cum diligentia fugientes in alia se loca & ea quidem remotissima cōferūt hac pestilēte lue insectat

ℂQ̄ speciosi[l] pedes euangelizantium pacem/ euangelizantium bona. ad roñ. 10. c

ℂState succincti lumbos vestros in veritate/ et induti loricā iustitię/ & calceati[m] pedes in pręparationem euangelij pacis. &c: Ad ephe 6. c

ℂCætera in verbis Apostolus Actuum. 4. g. Fatuus. Ecclesiastici. 21. d. Habitare. Psalmo. 90. c. Iesus. Matthæi. 10. b. Lucæ vltimo. f. Ioannis. 13. a. b. Macula. Leuitici. 21. d. & Maria Magdalena. 10. 12. a.

Pestilentia Pestis Pestilens et Pestifer.

ℂSi nō volueritis recipere disciplinam meam (ait dominus ad filios Israel) sed ambulaueritis ex aduerso michi: ego quoq contra vos aduersus incedam: & percutiam vos septies propter peccata vestra. Inducamq super vos gladium vltorem fœderis mei. Cumq confugeritis in vrbes mittam[n] pestilentiam in medio vestri: & trudemini in manibus hostium. Leuiti. 26. d

ℂDixit dominus ad Moysē. Vsquequo detrahet michi populus iste? Quousq non credent michi in omnibus signis quę feci coram eis? Feriam igitur eos pestilētia atq consumam. te autem faciam principem super gentem magnam & fortiorem q̄ hæc est. Nume. 14. b

ℂSurrexit Dauid mane: & sermo domini factus est ad Gad prophetā & videntem Dauid dicens. Vade & loquere ad Dauid. hæc dicit dominus. Triū tibi datur optio: elige[o] vnum quod volueris ex his vt faciam tibi. Cumq venisset Gad ad Dauid nunciauit ei: dicens. Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos: & isti te persequentur/ aut certe diebus erit pestilentia in terra tua. Nūc ergo delibera/ & vide quem respondeā ei qui me misit sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad. Coarctor nimis: sed melius est vt incidam in manus domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) q̄ in manus hominum. Immisitq[p] dominus pestilentiā in Israel de mane vsq ad tempus cōstitutum: & mortui sunt ex populo a Dan vsq ad Bersabeæ septuaginta milia virorum. Cumq extendisset manum suam angelus domini super Hierusalem vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionem: & ait angelo percutiēti populū Sufficit nunc: contine manum tuam. 2. reg. 24. bc

ℂNon amat pestilens eum qui se corripit: nec ad sapientes graditur. puerb. 15. b.

ℂPestilente[q] flagellato/ stultus sapientior erit. puer. 19. d.

ℂMulctato pestilente/ sapiētior erit paruulus: et si sectetur sapientiam sumet scientiam. puerb. 21. b.

ℂHomines pestilentes dissipant ciuitatem. sapientes vero auertunt fu[rorem]. puer. 29. b.

ℂAttende tibi a pestifero[r]: fabricat enim mala / ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. Eccli. 11. d.

ℂHęc dicit dñs ad me (ait Ezechiel) Percute manū tuā/ & allide pedē tuum: & dic heu ad omnes abominationes malorum domus Israel: quia gladio/ fame & peste ruituri sunt. Qui longe[s] est/ peste morietur: qui autem prope/ gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus: fame morietur. Ezech. 6. c.

ℂIra mea sup vniuersū populū eius. Gladi⁹ foris/ pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est/ gladio morietur: & qui in ciuitate / pestilentia Ezech. 7. d.

frequenter & occidit. inter oīa tamē quę humano cogitatu declinandę pesti remedia dantur/ non est ipso effugio salubrius aliquod aut cōsultius: subrepit namq̧ non intellecta hęc internecina cōtagio/ & eos quos loco ab ea occupato comperit clandestina quadā/ eaq̧ subitaria morte cōsumit. vñ propter imminens p̄sentibus/ ob eius incrudescentiā/ periculū/ statuunt iura humana: ne quispiā inuitus eo loco quo inualuit cogatur adesse. l. de ætate: & ibi per docto. ff. ad Trebel. gl. in c. Cōmunis filius. 23. dis. gl. in c. Ad supplicationē in verb. Morari de renū. notant Bal. & philip. fran. in c. Ex pte de appel hinc dicit Panor. in c. Propter sterilitatē. colū. 1. de loca. q̧ ppter supuenientē pestē in ciuitate/ potest inglin⁹ dimittere domū cōductā. Subiungit tñ q̧ in practica vix posset obtineri p inquilino.

& fame deuorabuntur: & saluabuntur [t] qui fugerint ex eis.

Cætera in verbo Fames. 3. Regum. 8. d.

Mat.7.a.ifi **Petere et Petitio.** Petite [v] & dabitur vobis/ quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit/ accipit: & qui quærit/ inuenit: & pulsanti aperietur.

Mat.7.b. Quis est ex vobis homo/ quē si petierit filius suus panē: nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit/ nūquid serpentē porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali/ nostis bona dare filijs vestris: quanto magis pater vester qui in cœlis est dabit bona petētibus se? Omnia [x] ergo quæcunq̧ vultis vt faciant vobis homines/ & vos facite illis.

Marci.11.c. Dico vobis (ait Christus ad discipulos) Omnia quęcunq̧ orantes petitis/ credite: quia accipietis & euenient vobis.

Ioan.14.b. Quodcunq̧ petieritis patrem in nomine meo (dicit Christus ad discipulos) hoc faciam vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo/ hoc faciam. Vbi plenius.

Adphil.4b. Nichil soliciti sitis sed in [y] omni oratione & obsecratione cum gratiarū actione/ petitiones [z] vestræ innotescant apud deum. Et pax dei quę exuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu.

Iacobi.4.a Petitis [a] & non accipitis eo q̧ male petatis vt in concupiscentiis vestris insumatis [b].

1.Ioā.5.c. 1 & d.ipri Hęc est fiducia quam habemus ad deum quia quodcūq̧ [c] petierimus secundū voluntatē eius audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniā habemus petitiōes quas postulam⁹ ab eo.

Petra. Require sententias in verbis Manducare. 1. Corinthi. 10. a. Mel. Deutero. 22. b. Moyses. Exodi. 4. f. et Paruulus. Psal. 26. in fi.

Mat.4.d. **Petrus.** Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres Simonem qui [d] vocatur Petrus et Andream fratrem eius mittentes

t Saluabuntur q fugerint ex eis. Recurre ad annotationem superiorem.

v Petite & dabitur vobis. Petitio q honesta est/ repulsam pati non solet. Talē ergo formate/ & tunc merito audiemini: quia & taliter petentibus audire cōgruit illud Io. 16. Petite & accipietis. & Matth. 7. Petite & dabit vobis. Alioquin dicet vobis illud Iaco. 4. Petitis & nō accipitis/ eo q̧ male petatis. Petitio ergo vestra si sit iprouida repellet. hęc sunt verba Hosti. in c. Ex diligenti. col. 1. de symo. vñ dicit idē Host. i c. 1. col. 1. de depo. Quod iustum est petito/ vel qd videatur honestū. Qr autem velit redemptor noster vt ab eo petatur & per q pauca/ nisi prçeūte petitione concedat/ est tex. amplus in c. Voluissent. §. in euangelio. de pœ. dist. 1. de quo in verbo Iesus.

x Oīa ergo q cūq̧ vultis vt faciant vobis homines &c. Recurre ad verbū Facere.

y In omni oratione & obsecratiōe cum gratiarū actione. Quomodo hęc tria oratio/ obsecratio/ & gratiarū actio inuicem secernātur: dictum est in verb. Obsecratio. 1.

z Petitiones vestræ innotescāt apud deū. De his petitionib⁹ nostris quas cū quadam animi fiducia deo possumus innotescere: vide qd dictū est in verb. Orare/ super illud Matthęi. Panem nostrū quotidianum da nobis hodie. a Petitis & non accipitis/ eo q̧ male petatis. Recurre ad annotationē primā. Et vlterius aduerte accōmodando hanc sententiā iuri hūmano q̧ plerīq̧ petunt in iudicio/ sed non accipiunt eo q̧ male petunt. petendo scilicet vel properantius q deberet. c. 1. de plus peti. §. plus. cū simi. insti. de ac. vel quod eis non debetur/ seu quod ab eo a quo petunt non possidetur §. omniū. insti. de actio. vel quod debetur sed libellū offerunt ineptum. vnde nec quod iuste petunt accipiūt. auten. offeratur. C. de litis cō testa. l. edita. cum similibus. C. de edend. vel coram non cōpetenti iudice. c. Atsi clerici. de iudi. l. 1. C. si a non compe. iudi. vel ipsorum petentium persona non existente legitima. l. Seruus. C. de iudi. l. vix certis. ff. eodē. l. fi. §. necessitate. C. de bo. quę liber. c. Si annū. §. si vero. de iudi. libro. 6. Quando autē proprie dicatur aliquis petere: an per solam interpellationem iudicialē: an vero solum per litis cōtestationem: vide per Bar. satis diffuse loquentem in l. Amplius non peti. ff. rem ra. ha. & in l. si decem cum petiero. ff. de verb. obli. Nota tamen q̧ proprie & stricte vocabulis acceptis: actio est in personam/ petitio in rem/ persecutio in rem vel in personam. textus est in l. Actio in personam. ff. de ac. & obliga.

b Insumatis. Idest non sumatis. Ita declarat Hostien. in d. c. Ex diligenti. colum. 1. de symo.

c Quodcunq̧ petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Multa petimus quę tametsi vtilia religiosaq̧ videantur: tamen quia alijs non nobis essent profutura/ non accipimus. Scit enim plus clemensq̧ dominus longe melius/ quid nobis conducat q ipsi sciamus. vnde & medicus cibum suapte natura salubrem/ & non nisi bonum vtilemq̧ chymū parientem: alicui ęgroto petenti sagacissime denegat/ vtpote qui quid ipsi conueniat ægroto/ melius nouerit q ipse noscat ægrotus. Hæc sunt de mente Ioan. And. in cle. 1. in sua magna glosa. colum. fi. de reliq. & vene. sancto.

d Qui vocatur Petrus. Petrus a petra Christo dicitur super quem Christum fundata est ecclesia. Ita Archid. in cap. Ita dominus. in princip. 19. distin. & est bonus tex. 21. dist. versū. Petrum.

e ¶ Erant enim piscatores. Non ergo intumescāt Petri successores / nec de sua se generositate iactent / vel diuitiarū amplitudine glorientur. sed piscatoriū illius statū cuius successores assūpti sunt considerēt. Animaduertētes dn̄m in Petro nō nobilitatis aut diuitiarū: sed fidei & morū integritatis habuisse rationē. glo. est circa præmissa videnda in c. Quoniā. in verb. Inuidia. 24. q. 1. g ¶ Quē dicunt homines esse filiū hois. Recurre ad ānotationē in verb. Iesus. h ¶ Tu es Christ⁹ fili⁹ dei viui. Recurre ad verba Caro & Ies⁹.

rethe in mare. Erāt [c] eni piscatores. Et ait illis. Venite post me & faciā vos fieri piscatores hoim. At illi cōtinuo relictis rethib⁹ sequuti sūt eū.

¶ De socru Petri per Iesum sanata. Require in verbo Iesus Mat. 8. b.

¶ De Petro qui Christo iubente ambulabat super aquam: videns vero ventum validum timuit & clamauit: domine saluum me fac. Require in dicto verbo Iesus Matthæi. 14. d.

¶ Venit Iesus in partes Cæsareę philippi & interrogabat discipulos Mat. 16. b. c
suos dicens. Quem [g] dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam / alij autem Heliam: alij vero Hieremiam / aut vnum ex prophetis. Dixit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es [h] Christus filius dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona / quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu [i] es Petrus & super hanc petram ędificabo

i ¶ Tu es Petr⁹ & sup hāc Petrā ædificabo eccl'iam meā. Vide quod istis verbis diffuse ānotatū est i verb. Eccl'ia. vbi fuit cōclusū q per hęc verba / dn̄s Petro & ei⁹ successorib⁹ primatum vniuersalis eccl'ię pmisit: ipsāq vniuersalis ecclesiæ vnitatē apud Petrū & ei⁹ successores quos constat eē Rōanos pōtifices subsistēdā declarauit: sic .s. q omnes Romano pontifici velut ipsius Petri successori & supmo Christi veri vniuersalis ecclesię capitis vicario subijcerentur / subijciq debe rent. vnde etiā prædictū fuit Iohel. 1. Cōgregabūt filij Iuda & filij Israel pariter: & ponēt sibi caput vnū. Et Ioā. 10. Et fiet vnū ouile & vn⁹ pastor Et hāc obediētiā pbat naturalis ratio. sicut em̄ operatiōes rerū naturaliū pcedunt ex naturalib⁹ potentijs. Ita operatiōes hūanę pcedunt ex humana voluntate. oportuit aūt in naturalib⁹ vt superiora mouerēt inferiora ad suas actiōes per excellentiā naturalis virtutis collatę diuinitus: sic oportet in reb⁹ humanis q superiores moueāt inferiores per suā voluntatem ex vi auctoritatis diuinit⁹ ordinatę: vt satis pbat Thomas in scda scdę. q. 104. arti. 1. Istorū aūt superiorū mouentiū vnus est supmus. s. papa Petri successor vt monstratū est in d. verb. Ecclesia. in fine annotatiōis istis verbis factę. Oēs igit sunt subiecti motioni illius: & sunt in illo quasi mēbra de mēbro. hęc sunt verba Io. An. in clemen. ad nostrā. §. Tertio q illi. in gl. 2. in fi. de herēti. Sed aduertendū est diffusi⁹. Quia Christ⁹ redēptor noster nō dedit soli Petro pure & simpliciter potestatē clauiū: sed Petro & om̄ibus apostolis / eorūq successoribus. Petro tn̄ dedit tanq capiti: alijs vero / tanq mēbris. hoc pbat in c. Loqtur. 24. q. 1. in c. In nouo. 21. dist. & in c. Ita dn̄s. 19. dist. in his em̄ iurib⁹ aperte dicit q Christus post resurrectionē suā om̄ibus apostolis parē tribuit potestatē: dū dixit Io. 20. Sicut pater me misit & ego mitto vos. Accipite spiritūsanctū &c. Vt tamen clari⁹ habeat hęc materia put ex euāgelijs colligi pōt. Cōsiderandū est q in trāslatione hui⁹ potestatis tā ante resurrectionē q postea varijs verbis vsus fuit Christus tam ad Petrū q ad alios apostolos. Primo em̄ ante mortē pmisit Petro apostolatū & potestatē clauiū dū interrogauit discipulos. Quē dicūt hoies esse filiū hois? Et eis rn̄dentib⁹ / alij Ioannē baptistā / alij aūt Heliā &c. subiūxit. vos aūt quē me esse dicitis: cui interrogationi respōdens Petr⁹ / dixit. Tu es Christ⁹ filius dei viui. Ad quē Iesus. Et ego dico tibi q tu es Petr⁹ / & super hāc petrā ędificabo ecclesiam meā &c. Quib⁹ verbis non dat Iesus potestatē Petro nec facit eū principē / sed tn̄ pmittit vt patet per illa verba. Ego dabo. Itē hęc verba fuerūt plata ante mortē: sed in c. Cōsiderandū. & in c. Fidelior. 50. dist. dicit q Christus fecit eū principē post resurrectionē. igit &c. Dū aūt dixit. Sup hanc petrā ędificabo &c. voluit dicere q super illo articulo fidei cōfessato per Petrū. Tu es Christus filij dei viui: & sic sup se Petrū ędificaret eccl'iam. glo. est in d. c. Ita dn̄s. 19. dist. Scdo & ante mortē dedit om̄ibus ap'lis simul: vt habet Matth. 18. dū dixit. Si peccauerit in te frater tuus &c. Et immediate subiūxit. Quodcunq ligaueritis super terrā / erit ligatū & in cœlis: & quodcūq solueritis super terrā / erit solutū & in cœlis. post resurrectionē vero / eandē potestatē recensuit / dum insufflauit i ap'los & dixit. Accipite spm̄sanctū. Quorū remiseritis pctā / remittūtur eis &c. vt habet Io. 20. sed Petro postmodū dixit. Pasce oues meas? & cōstituit eū principē aliorū: vt habet Io. vl. Demū in assumptiōe dedit oibus exercitiū / dū dixit. Ite & pdicate euāgeliū om̄i creaturę vt Matth. vlt. In pēthecoste vero / per missionē spūsancti om̄ia pmissa cōfirmauit. Liqde ergo patet ex pmissis q nō soli papę fuit data potestas: sed oibus ap'lis tanq mēbris. papę vero tanq ipsorū capiti. Nec dicat quispiā q alij ap'li habuerūt solū ptātem respectu ordinis & nō respectu iurisdictiōis: quia dico q immo etiā respectu iurisdictiōis: vt clare colligit in dictis verbis Matt. 19. Nā voluit Chr̄us vt reclamatio fieret apud eccl'iam. & imediate subiūxit. Quodcūq ligaueritis sup terrā &c. Itē hoc patet in c. Noua. de pœ. dist. & re. vbi dr̄ q Christ⁹ dedit claues regni cœlorū oib⁹ ap'lis. & idē ibi Io. An. Ad idē facit c. Firmiter. §. vna de sum. tri. vbi colligit q Chr̄us dedit claues regni cœlorū ap'lis & eorū successorib⁹: & successores fuerūt oēs sacerdotes rite ordiati: vt ibi colligit & notat licet ex cōstitutiōe eccl'ię epi q etiā sūt psbyteri hēant iurisdictionē & cęteri sacerdotes repsentāt ap'los quoad admistrationē scrorū. vt no. gl. in c. Videtes. 12. q. 1. vn̄ dicēdo clari⁹ pōt dici q potestas data i personā Petri & apostolorum / fuit data eccl'ię. alias illis mortuis nō potuisset illā ptātem eccl'ia exercere: qd est absurdū cum nō sit verisile q de⁹ voluisset eccl'iam suam dimittere sine pastore post mortē Petri: vt dicit Inno. in c. Ad ap'lice. de re. iudi. lib. 6. in fi. & p hoc ē tex. Augu. in c. Quodcūq. 24. q. 1. vbi dicit q qn̄ Petr⁹ recepit claues / eccl'iam sanctā significauit / & q hęc ptās sit in eccl'ia sed in papa tanq capite. Vltra illud qd colligit ex capitulis s. alle. adduco qd habet actuū. 15. vbi dr̄. Qz cū esset Antiochię cōtētio an cōuersi deberēt circūcidi: fuit missū ad ap'los & discipulos seu psbyteros q erāt in Hierl'm & ibi cōuenerūt ap'li & seniores vt viderēt & discernerēt sup illa qstiōe: & dr̄ q in illa cōgregatiōe Petr⁹ fuit locut⁹ / postea Iacob⁹ & fuit vs⁹ vno iudice: & placuit ap'lis & seniorib⁹ vt nō fieret circūcisio. Scripserūtq ep'lam sub hac pfatiōe. ap'li & seniores fratres &c. Placuit nobis collectis i vnū colligere viros &c. Et sic aduerte q consultatio hęc q nō erat ordinis nec fori pnialis nō fuit facta ad Petrū tm̄: sed ad ap'los & sacerdotes quos ipsi ordinauerāt & deliberatio & rn̄sio fuit facta in cōi: nec Petr⁹ fuit p cęteris noiat⁹. Quinimo eodē c. dr̄ q Paul⁹ postea perābulās Syriā & Ciliciā pcipiebat custodire pcepta ap'lorū & seniorū. vn̄ nota verbū pcepta qd sapit iurisdictionem contētiosam / & pondera q nō solum mandauit seruari præcepta apostolorum / sed etiam seniorum & aliorum præsbyterorum vt colligitur ex verbis prealle. consultationis. Item vt habetur actuum. 16. Cum

Paul⁹ & Thimotheus pertrāsissent ciuitates: tradebāt eis custodire dogmata quę erant decreta ab apostolis/ & senioribus q erant Hierosolymis: & pondera verbū decreta qd sapit iurisdictionē contētiosam/ iuxta no. in c. fi. de tē. ordi. & in c. 2. de iudi. Itē Christus hoc aperte designauit dū dixit. Tu es Petrus & super hanc petrā ędificabo ecclesiā meā/ & portæ inferi non ꝑualebunt aduersus eā. s. ecclesiā. & sic apertissime innuit ꝙ potestas sit in ecclesia. Ad idē qd habet in euāgelio Matthęi dū dixit discipulis. Amē amen dico vobis/ ꝙ vos qui secuti estis

ecclesiam meā. Et [k] portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorū. Et [l] quodcūq ligaueris super [m] terram/

me sedebitis super sedes duodeci/ iudicātes duodeci trib⁹ Israel. Iudicabit ergo Ies⁹ i fine seculi cū oībus apostolis. sic dicendū/ in hac ecclesia militante: vt ipsorū successores habeant iurisdictionē cū papa/ licet papa sit loco dei principaliter. hinc tex. in cle. si quis suadēte. de pœnis. qui est clemen. 5. in cōcilio Vieñ. dicit. Episcopi dicūtur sanctissimi/ Christi legati existunt/ spirituales sunt patres/ nostriq fratres & coepiscopi colūnęq cōprobantur ecclesię. Et facit c. Mulierē. alias mulier. 33. quęst. 5. vbi eps dicit dei vicari⁹. s. in parte. & idē dicendū in sacerdote vt ibi notat glo. Et ideo dicit Ber. in lib. de consideratiōe. circa fi. li. 4. ad Eugeniū papā. Cōsideres omniū sanctam Romanā ecclesiā/ cui auctore deo prees: ecclesiarū matrē esse/ nō dominā. Te vero nō dnm episcoporum esse/ sed vnū ex ipsis. porro fratrem diligentiū deum & principē timentiū eum. Ex quibus colligitur ꝙ nedū Petri successores/ sed etiā successores aliorum apostolorū fuerunt & sunt prelati per spiritūsanctū. Probatur & alio modo. Nā si apostoli nō accepissent potestatē pro se & successorib⁹/ etiam respectu iurisdictionis contētiosę: quomodo possent in causa fidei iudicare papā (qd tamē possunt per c. Si papa. 40. dist. & notat Archi. in c. In fidei fauorem. de here. li. 6. cū a Christo non receperint potestatē nisi per illa verba generalia. Concludo ergo ꝙ in personā Petri & aliorū fuit data potestas toti ecclesiæ/ tanq corpori: & papę/ tanq hui⁹ corporis capiti: seu tanq summo Christi huius corporis capitis vicario. & ꝙ ꝑprie oēs sacerdotes erāt successores apostolorū: sed propter scismata tollenda fuit ordinatum/ vt non oēs sacerdotes haberent potestatē clauium/ saltem in iurisdictionalibus: sed aliqui eligendi ex eis qui appellarētur epi: sed sacerdotib⁹ reliqs adhuc dimissa fuit potestas respectu sacrorum administrandorū. Papa tamen est vocatus in oīmodam potestatis plenitudinē. & per eum explicatur nomine ecclesiæ. iuxta illud. dic ecclesię. Et eam potest exercere ex causa rationabili. nec est opus cōuocare conciliū pro consensu habendo. Alij vero prælati non exercent sine dispositione capitis. s. papæ. habēt enim potestatē a deo/ sed illā submisit papę tanq capiti. Et forte adhoc designādū Petro dixit multa separatim/ sed alijs apostolis locut⁹ est coniunctim & generaliter. vnde Petro dixit. Tu es Petrus: & super hanc petrā &c. Itē. Pasce oues meas. & non semel sed ter. & pro sua fide specialiter orauit & eum admonuit vt fratres suos in fide confirmaret. dum dixit. Ego pro te oraui vt non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ꝗuis etiā in persona Petri ꝑ d. verba orauerit ꝑ fide ecclesiæ. vt est glo. in cap. Arrepta. 24. quæsti. 1. Fateor tamen ꝙ vbi dubiū esset maximū: ita ꝙ etiam papa dubitaret: tunc debet conuocare conciliū pro articulo qui eueniet in causa fidei dissoluendo. Alias ipse solus potest. c. maiores. de baptismo. c. Hęc est fides. 24. quęstio. 1. & in hoc casu dubio facta fuit conuocatio in Hierusalem actuū. 15. nec per hoc minuitur potestas papæ quia ipsius potestas includitur in concilio. Si tamen papa contra determinatū per concilium in causa fidei vellet venire/ non posset. bonus tex. in cap. Anastasius. 19. dist. quia ipse posset hæreticus esse. d. c. Si papa. 40. dist. sed tota ecclesia non. Præmissa sunt Panor. qui adhuc protensius loquitur in prima sua disputatione incipiente, episcopus. colū. 5. versi. Tertio pręmitto. cū tribus colū. seq. Et eadem sentit ipse Panor. tametsi. non ita diffuse ibi loquatur in d. c. Significasti. de elec. & in c. Translato. de cōsti. De Ro. aūt ecclia dicunt canonistę ꝙ primatum habet aliarū ecclesiarū etiā dño per hęc verba statuēte. vt est tex. in c. ꝗuis. 21. dist. in t. Sacrosancta. 22. dist. & idē probatur in c. Basilicas. in fi. de consecra. dist. 1. Et in c. Nolite. in fi. 11. dist. Reperio tamē glo. in extrauag. Execrabilis. in verb. Romanę. in ti. de pręben. dicentē: ꝙ his verbis Christus de loco nichil disposuit/ sed tantū de persona Petri. Et ꝙ vbi est papa/ ibi est Romana ecclesia. seu sedes apostolica. & sic nō tantū Romę. Et ibi respondet ad c. per venerabilē. Qui filij sint legi. Licet etiā respectu habito ad locū peculiarē in vrbe Ro. dicatur ecclesia Romana. qd verū est de illa quę membrum est vniuersalis eccliæ. Ipsa aūt vniuersalis ecclesia q in plura mēbra est hodie dispensa: & in persona Petri fundata censetur fuisse vbicunq fuit Petrus & adhuc esse vbi est hodie successor ei⁹. Sed ideo gñalr dicitur Romana. qa Romę Petr⁹ fundamētū ecclię mortē subijt tēpalē. hæc glo. videt dici posse ꝙ sicut Christ⁹ per hęc verba nō dedit primatū Petro/ sed dandū ꝑmisit. vt dictū est: ita etiā primatū ecclesię Ro. nō dedit sed dandū ꝑmisit. Et ita intelligi debēt tex. ꝟ. alle.. Fuit aūt hęc ꝑmissio postea adimpleta vel per ipsū Christū dum apparens Petro/ dixit ei. vado Romā iterū crucifigi. vt dicit in d. c. per venerabilē. Qui filij sint legi. & facit c. Mutatiōes. 7. q. 1. vel ꝑ sanctos eius q instinctu spūssancti & dei volūtate Ro. ecclesiam principalē omniū ecclesiarū censuerunt & declarauerunt. vt de Hiero. legitur in c. Quoniā vetus. 24. quęst. 1. & de Ambrosio in c. Quæ dignior. in princi. eadē causa & quest. & idem etiā fatetur catholicus imperator Iustinianus. in sua ad Ioannē papā epistola. de qua habetur. C. de sum. tri. & fi. cap. dicens. Ro. ecclesia caput est oīm sanctarū ecclesiarū: sed Romana ecclesia est qlibet eccľa in qua residet seu cui specialr pręest papa prout dicit glo. in d. extraua. execrabilis. Sicut etiā curia ibi esse dicitur: vbi est Rex. l. Omniū. C. de testamen.

k ❡ Et portę inferi non pręualebunt aduersus eam. Recurre ad verbum Ecclesia.

l ❡ Quodcunq ligaueris super terram: erit ligatū & in cœlis. Hinc dicit Io. Chrysosto. super epistolam ad Hebręos. Nemo contēnat ecclesiastica vincula. Non eñ homo est qui ligat: sed Christus. i. non ligat homo auctoritate sua/ sed Christi qui hanc potestatē dedit hominib⁹ & dños fecit tanti honoris. c. Nemo contēnat. 11. quæst. 3. Licet autem papa & alij ecclesiæ episcopi ligandi potestatem habeant: tamen hoc intelligitur claue discretionis non errante. alioqui ꝗuis ligatus ab eis habeatur pro ligato quoad homines: non tamen habetur ꝑ ligato q̄tum ad deum. ita Panor. in c. Ab excōmunicato. col. 3. de rescrip. & i c. A nobis. 2. in. 3. no. de sen. excō. Multi tamē sunt casus in quibus ligamē excōicationis non valet/ nec attenditur etiam quoad hoīes: de quibus vide per glo. solēnem in cap. Pręsenti. de sen. excō. in. 6.

m ❡ Super terram. Qꝫ post mortem nullus excommunicari valeat vel absolui/ ex verbis euangelij monstratur/ quibus dicitur. quodcunq ligaueris super terram &c. Super terram inquit non sub terra: ostendens ꝙ viuentes pro varietate suorum meritorum soluere possumus & ligare: de mortuis autem sententiam ferre non possumus. vnde Leo papa scribens Narbonensi episcopo de cōmunione priuatis & ita defunctis/ ait. Horū causa iudicio dei reseruanda est: in cuius manibus fuit vt talium obitus non vsq ad communionis remedium differretur. Nos autē quib⁹ viuētibus nō cōmunicamus/ mortuis cōicare nō possum⁹. Ita dicit tex. 24. q. 2. in pri. & in c. 1. & idē ꝑbatur in c. 2. 3. & 4. ea. cau. & q. Sanctę tamen memorię Augu. dicit. Si modo cōuinceret Cęcilianus de his quæ inferuntur ei/ etiam post mortem illum anathematizo. Sunt & eiusdē Augu. multę epistolæ dicentes: ꝙ si qui in vita sua non recte sapuerunt/ licet nec a cōdemnati fuissent adhuc viuētes: tamē demōstrato

erit ligatum & in cœlis. Et quodcunq̧ [n] solueris super terrã: erit solu
tum & in cœlis.

¶ Cœpit Iesus ostendere discipulis suis: quia oporteret eũ ire Hieroso Mat.16.c.
lymã/ & multa pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotum
& occidi & tertia die resurgere. Et assumẽs eum Petrus/ cœpit increpa
re illum: dicens. Absit a te domine: non erit tibi hoc. Qui conuersus
dixit Petro. Vade post [o] me sathana: scandalum es michi quia non sa
pis ea quæ dei sunt/ sed ea quæ hominum.

¶ De Petro qui visa transfiguratione Iesu dixit. Domine bonum est
nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula &c. vide Matthæi.
17.a.b. Et supra Iesus.

¶ De Petro qui dixit ad Iesum. Ecce nos reliquimus oĩa & secuti su
mus te: qd ergo erit nobis? vide Matthei.19.c. Et i verbo Relinquere.

¶ Dixit Iesus discipulis suis. Omnes vos scandalum patiemini in me Mat.26.c.
in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam [p] pastorem/ & dispergẽtur
oues gregis. Postq̃ autem resurrexero/ præcedam vos in Galilęã. Re
spondens autem Petrus/ ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te:
ego [q] nunq̃ scandalizabor. Ait illi Iesus. Amen dico tibi: quia in hac
nocte anteq̃ gallus cãtet: ter [r] me negabis. Ait illi Petrus. Etiã si opor
tuerit me mori tecum/ non te negabo. Similiter & omnes discipuli
dixerunt.

¶ De Petro ad quem dixit Christus. Non potuisti vna hora vigilare
mecum. Require in verbo Iesus Matthæi.26.d.

¶ Discipuli omnes relicto Iesu fugerunt. At Iudæi tenentes Iesum du Mat.26.f.
xerunt ad Caypham principẽ sacerdotum/ vbi scribæ & seniores cõ
uenerant. Petrus autem sequebatur [s] eum a longe vsq̧ in atrium pon
tificis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris vt vide
ret finem.

¶ Petrus sedebat foris in atrio põtificis/ & accessit ad eum vna ancilla: 26.g.
dicens. Et tu cum Iesu Galileo eras. At [t] ille negauit coram omnibus
dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam: vidit eum alia
ancilla/ et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et ite
rũ negauit cũ iuramento/ quia non [v] noui hominẽ. Et post pusillũ ac
cesserunt qui stabant & dixerunt Petro. Vere & tu ex illis es. Nam &
loquela tua te manifestum facit. Tunc [x] cœpit detestari et iurare/ quia

peccato etiam post mortẽ anathemati subiiciantur. Item Rabanus sanctę memorię episcopus factus Edissenę ciuitatis: qui in sacerdotib⁹ resplẽduit/ Theodorũ Mosopheuũ post mortẽ in ecclesia anathematizauit. Itẽ Romanorũ etiã ecclesia ãte ãnos paucos Dioscorũ/ q fuit papa eiusdẽ ecclesię etiã post ei⁹ mortẽ anathematizauit. Item Origenẽ inueni & post mortẽ anathematizatũ. Hęc oĩa citat tex. in c. si. eid. cau. & .q. Vnde pro resolutiõe breuiter dici potest ꝙ quis & ligari & absolui potest post mortẽ. Ligari/ subsistente causa ꝑpter quã viuens ligari potuisset. Absolui/ si in eo apparuerint cõtritionis signa manifesta. Tex. est in c. A nobis .2. de senten. excõ. Nõ obstãt hęc verba. super terram. tum primo quia argumentũ a cõtrario sumendũ non est vbi absonus vel iuri cõtrari⁹ intellectus resultaret .l. cõnenticulã. C. de epis. & cle. Talis aũt abson⁹ intellectus resultaret hoc casu. Cũ neq̧ obduratio neq̧ etiã contritio (de q̃ per exteriora signa constat) debeat esse inefficax etiam quoad ecclesiã: q̃ vt nemini obdurato aperit: ita nemini claudit gremiũ redeunti. c. Sup eo. de hęre. li. 6. Tum secundo: quia verum est ꝙ post mortẽ ecclesia non ligat nec absoluit q̃tum adhoc vt habeat ligatus vel absolut⁹ quoad deũ/ sed tantũ quo adhoc vt ligatus habeat vel absolutus a nobis. Cũ enĩ qs moritur in mortali peccato/ satis ligat⁹ ẽ quoad deũ. vnde ea quæ fit ligatio non fit nisi respectu hominũ. Cũ vero moritur contritus & pœnitens/ quis non cõfessus seu ab homine absolut⁹ ꝑpter subitariam mortẽ vel defectũ cõfessoris: satis est absolutus quoad deũ. Ideo quæ postea fit absolutio: non nisi quo ad homines fieri dicitur. Tũ tertio: q̃ hæc verba super terrã: referri possunt solũ ad ipsum ligãtem/ vt sit sensus. q̃cunq̧ ligaueris super terrã .i. te existẽte super terram. quia post mortẽ ei⁹ trãsit potestas ad successorẽ &c. Istas tres solutiones sentit Panor. in d. c. A nobis 2. col. in. 3. no. & colũ. si. vers. concludẽdo breuiter dicta doctorũ dic. de sen. excõ. [n] ¶ Et quodcũq̧ solueris super terram. Recurre ad duas proximas superiores annotatiões. [o] ¶ Vade post me sathana. Vide qd dictũ est in verb. Iesus. [p] ¶ Percutiam pastorem & dispargent oues gregis. Recurre ad verbum pastor. [q] ¶ Ego nunq̃ scandalizabor. vide textũ in c. Imitare Petrũ. 6. quæst. 1. de quo in verb. Delinquere. [r] ¶ Ter me negabis. Quia ter negauit/ ter postea confessus est/ & in die: licet negasset in nocte. d. c. Imitare. in prin. 6. quęst. 1. Cętera in verb. Iesus. [s] ¶ Seq̃batur eũ a longe. Merito a longe/ cũ eum esset de proximo negaturus. vnde & Christ⁹ ambulãs cũ discipulis euntibus in Emaus/ finxit se longius ire: quia a suæ diuinitatis intelligẽtia eos longe significabat abesse. c. Quod quidã col. fi. 1. quęst. 1. [t] ¶ At ille negauit coram oĩb⁹. Petrus negando Christũ peccauit mortaliter. bonus est tex. in c. Quia tua sanctitas. versi. quid enim grauius. & in c. Fidelior. in verb. amisit. 50. dist. Et notat Archi. in d. c. Quia in verb. Lapsus. Quidã tamẽ fauore peruerso eum excusare nituntur. vt dicit Augu. in c. Non solũ. in si. 11. q̃st. 3. vnde de hac Petri negatione loquens dicit idẽ Augu. in c. Qui vult. de pœni. dist. 2. ipsam charitatẽ apostolus Petrus nondũ habebat/ quãdo timore ter dominũ negauit. & tamẽ q̃uis parua & imperfecta non deerat ei charitas quãdo dicebat animã meam pono pro te. Ideo aũt domin⁹ Petrum cadere permisit: vt fortior post casum resurgeret & ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet. c. Considerandũ. iuncto c. Fidelior. in princip. 50. dist. [v] ¶ Non noui hoĩe. Per hęc verba negauit Petr⁹ Christũ: tametsi sint q dicãt eũ excusãdũ/ tãq̃ purũ hoĩe negauerit nõ aũt deũ hoĩem. Sed verior ẽ opinio ꝙ imo vere negauit Christũ. d. c. Nõ solũ. in si. 11. q. 3. [x] ¶ Cœpit detestari & iurare: q̃a nõ noui hoĩem. Vera est ergo illa vulgata ꝑpositio. Pctm̃ quod per pniam non delet/ mox suo põdere ad aliud trahit. put ẽ bo. tex. in alle. c. si eũ. col. 3. de pœ. dist. 2. nõ ꝓdest aũt ad excusatiõnẽ Petri si dicat ꝙ mortis

non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et [y] recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat. Priusꝗ gallus cantet/ter me negabis. Et [z] egressus foras fleuit amare.

Marci.3.b. ¶Imposuit [a] Iesus Simoni nomen Petrus.

Marci.5.d. ¶Iesus archisynagogi filiam suscitaturus/non admisit [b] queꝗ̃ se sequi nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi.

Lucæ.5.a.b ¶De Petro qui visa copiosa piscium multitudine ad Christi verbum rethibus conclusa/ procidit ad genua Iesu: dicens. Exi a me domine: quia homo peccator sum. Ad quem Iesus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Require in verbo Iesus. Lucæ.5.a.b.

Matth.26.c ¶Ait dominus Simoni. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego [c] autẽ rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Subiungitur responsio Petri & Christi prænunciatio ꝙ ter eũ Petrus esset negaturus; de qua terna negatione. vide supra eodem. Matthæi.26.c.

Lucę.24.ab ¶(Audita Christi resurrectione) Petrus surgens cucurrit ad monumentũ: & procumbens vidit lintheamina sola posita: & abijt/ secum mirans quod factum fuerat.

Ioan.1.e.f. ¶Inuenit Andreas primum fratrem suum Simonem: & dixit ei. Inuenimus Messiam quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit. Tu es Simon filius Ioanæ tu vocaberis cephas [e] quod interpretatur Petrus.

Ioānis.6.g. ¶(Multis discipulis Iesu ab eo abeuntibus) dixit Iesus ad duodecim Nũquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simõ Petrus. Dñe [f] ad quẽ ibimus? verba vitæ æternę habes. Et nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius dei &c. Et supra Iesus.

Ioan.18.b.c ¶De eo quod Petrus Christo ipsius pedes lauare volenti respondit: Require in verbo Iesus. Ioannis.13.a.b.c.

¶Simon Petrus habens gladiũ eduxit eũ: & percussit pontificis seruũ & [g] abscidit auriculam eius dextrã. Erat aũt nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. Mitte [h] gladium tuũ in vaginam calicẽ quẽ dedit michi pater/non vis vt bibam illum.

¶De Petro cui et quibusdã alijs discipulis Christus apparuit. De Petro itẽ/qui audito hoc verbo. Dominus est: tunica succinxit se/& misit se in mare. De Petro etiam qui dicẽte domino afferte de piscibus quos prendidistis nunc: traxit rethe in terram plenũ magnis piscibus centũ quinquaginta tribus. Require in verbo Iesus. Ioannis.21.a.b.c.d.

col. 1. v ¶Accipe inqt mihi puellã hanc cõiugẽ. De iure ciuili inter raptorẽ & raptã matrimoniũ cõtra
hi non põt. l. vnica. versi. nec sit facultas. C. de rap. virgi. Qz si rapta mulier cuiuscũq̃ sit cõditionis vel ætatis.
raptoris nuptias eligẽdas esse censuerit parentib9 psertim nõ consentiẽtibus nec beneficio legis nec ex testamẽ
to raptoris: hęreditatẽ suam poterit suscipere vel quocũq̃ modo substantiã vendicare: sed pręmiũ qd per legem
raptæ mulieri datũ est/ vt. s. raptoris & eorũ qui ei auxiliũ tẽpore inuasionis pbuerint: bona vendicẽt. hoc ad
parentes si ambo vel vn9 superstit qui nuptijs specialiter nõ probent cõsensisse/ ex tẽpore raptus ipso iure trãs
fertur Qz si parentes iam decesserunt vel huiusmodi sceleri consenserũt: substãtia raptoris necnõ aliorũ qui fa
cinoris fuerint participes/ fisco vendicat. Tex. est in auctẽ. de rap. mulie. q̃ rapto. nubũt colla 9. Cui iuri ciuili
tale matrimoniũ inhibẽti adhęsit primo ecclesia. legit eñ in cõcilio Aquisgrani celebrato de quo in c. Placuit. in
princi. 36. quęst. 2. Placuit vt hi qui rapiũt fœminas/ eas nullatenus habeãt vxores. quis eis postmodũ cõueniãt
aut eas dotauerint vel nuptialiter cũ consensu parentũ suorum acceperint: sed postea auctoritate Hieronymi
qui sententia veteris testamẽti mõstrauit tale mrimoniũ esse legitimũ. vt habet in c. Tria. ea. cau. & q̃ fuit sta
tutũ contrariũ. put dicit tex. in d. c. Placuit. versi. Hęc auctoritas. vñ dicit Inno. tertius in c. fi. de rapto. rapta
puella legitime cõtrahet cũ raptore si prior dissensio trahat postmodũ in cõsensum: & qd ante displicuit tandẽ
incipiat cõplacere: dũmodo ad contrahendũ legitimę sint personę. Sed difficultas est an pœna l. ciuilis de qua in
d. §. sancimus. in auctẽ. de raptis. mulie. & c. q̃. s. mulier rapta nubẽs raptori priuata sit eis bonis q̃ in causa
propter raptũ suũ deferebãt iuxta dispositionẽ. l. vnice. C. de rap. vir. adhuc hodie remaneat quis a iure cano
nico sit tali mulieri raptę data facultas cõtrahendi mrimoniũ cũ suo raptore in hac difficultate dicit glo. in ca.
Cũ scdm leges. in verb. Certo casu. in fi. q̃ licet teneat mrimoniũ: tñ pœna legis habet locũ in locis q̃ non essent
de tẽporali iurisditione ecclesię cũ eñ illa mulier tractet de lucro captando nõ de diminutiõe sui patrimonij &
pœna illa sibi per legẽ obueniat quare lex eo qd cõfert priuare non põt. Sed glo. in c. De puellis. in verb. Nulla
tenus. in fi. 36. q. 2. tenet cõtrariũ: quia cũ cesset principalis dispositio legis. s. phibitio mrimonij debet etiam
cessare eius pœna. Et hanc opi. tenet Panor. post Frederi. quẽ allegat in c. 1. col. 2. de sponsa. dicens q̃ in mrimo
nijs debet adesse plena libertas/ nec debent intimidari. iuxta ea q̃ habent in c. Gẽma. de sponsa. Et hãc etã opi.
videt tenere Panor. in c. pe. col 2. de rapto. Et do. me9 Philipp9 Decius in c. Ecclia. col. 17. de consti. vbi addu
cit efficacẽ rationẽ. priuatio eñ q̃ fit a lege fit ppter phibitionẽ mrimonij ita q̃ mrimonij phibitio est cã finalis
illius priuatiõis. Cessante ergo prohibitiõe cessare debet pœna priuatiõis. c. Cũ cessante. de appel. l. adigere. §.
quis de iu. pa. & quia cũ legitime scdm canones mrimoniũ cõtrahi possit vt dictũ est qd legitime factũ ẽ pœnã
non meret. l. Gracch9. C. de adul. non ob. q̃ hic agatur de lucro captãdo vt dicit glo. in d. c. Cũ scdm quia cum
tale lucrũ fuerit acqsitũ statĩ post raptũ. de tali lucro idẽ iudicat qd de dãno vt per glo. in l. §. si quis aũt in verbo
restitutionẽ. ff. de iti. ac. q̃ priua. & est tex. & ibi Bal. in l. Cũ te sponse. C. de do. ante nup. cũ similib9 vt tradit
Alex. in l. 3. ff. de dã. infec. Et ideo cũ legitime contrahat nõ debet tali lucro acqsito priuari: qa sic pateretur qd
esse non debet. d. l. Gracch9. x ¶Quę nõ rapui tũc exoluebã. Idest Christus q̃ non rapuit exoluit: qa pctõ
rum q̃ ipse non cõmisit/ pœnã p oĩbus tulit. d. c. Si eñ. §. Eligat. de pœ. dist. 2. y ¶Rapiũt non sua &
semper in egestate sũt. Declara bilariã vt i verb. Egestas. Et aduerte q̃ q̃ rẽ rapuit & furti nec manifesti tenet in
duplũ: & vi. bo. rap in qdruplũ. Sed si añ actũ sit vi bo. rap. denegãda ẽ furti actio/ sz si añ furti actũ sit: nõ est illa
denegãda actio Vt tñ id quod ãplius in ea est cõsequat/ nec pdest ei q̃ vi rapuit ad euitandã pœnã si ante iudi
ciũ restituat rẽ quã rapuit. Tex. ẽ de pmissis in l. 1. iũcta l. pe. ff. vi bo. rapto. Hęc pœna tñ quadrupli post annũ ẽ
tñmodo simpli. l. 2. in prin. ff. eodẽ. Secundũ vero qui rem rapuit excõicatur ab epo eius loco in cui9 diocesi ra
pinã cõmisit: nec añ ex illa dioceSi pn. ittit extre q̃ digne q̃ ppetrauerit emẽdet. Cui9 excõio pprij epo significã
da ẽ ne eos recipiat anteq̃ illuc redeat vbi rapinã fecerit/ & oĩa plene emẽdet. Tex ẽ in c. 1. de rap. & si sit manifest9
raptor dz sibi denegari sepultura: nisi i vita cũ possz/ restituerit vel de restituẽdo cauerit. tex. ẽ. ic. 2. ver. pe. eo. ti.

z ¶ Rapinas nolite cõcupiscere. Quãuis expresso dei mandato/quod sc3 de rapina loquatur expressim rapina prohibita non videatur: tamẽ eo pcepto. Non furtũ facies: satis est phibita. furti enim noie omnis illicita vsurpatio rei alienæ intelligitur. vnde Augustin9 in lib. qstionũ Exodi inquit. Pœnale est occulte auferre. multo maioris pœnæ est visibiliter eripere. Auferri ergo nolẽs siue occulte siue palam habet pręceptũ suũ non enĩ rapinã permisit qui furtũ prohibuit. Tex. est in c. dixit dñs.§. Obijcit. cũ c. se. 14. quæsti. 5. Et facit quia rapina est plusq̃ furtum & furto improbior. l. si cum excep tiõe.§. Qui vim. ff. quod me cau. & notat Bart in l. 1. ff. de effrac. Rapina autem dupliciter fieri dicit. Aliquãdo enim res ipsa rapitur: aliqñ ipsius rei vsus tantũmodo violẽter eripitur. Tex. est in c. si. insi. 36. quæsti. 1.

Psal.61.ifi. **Rapina.** ¶ Nolite sperare in iniquitate: & rapinas [z] nolite concupiscere. diuitiæ si affluant: nolite cor apponere.

Prouc.21.a. ¶ Rapinę impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium.

24.a. ¶ Ne æmuleris viros malos: ne desideres esse cum eis. quia rapinas meditatur mens eorum: & fraudes labia eorum loquuntur.

¶ Cætera in verbis Holocaustum. Esaię. 61. c. & Iesus. ad Phil. 2. a.

Rebecca. ¶ Vide qd scriptũ est in verbo Iacob. Gene. 25. & 27. a. b. c. ad Ro. 9. b. c

Nume.14.b **Rebellis.** ¶ Nolite rebelles [a] esse contra dominum.

¶ Cætera in verbis Moyses. Numeri. 10. b. & Superbia. Nume. 15. c

Recedere. ¶ Require in verbis Amicus. Prouerbiorum. 18. a. Intelligentia Iob. 28. in fine. & Tobias. Tobię. 4. d.

Eccli.1.c. **Recens.** ¶ Nichil sub sole nouum: nec [b] valet quisq̃ dicere. ecce hoc recens est. iam enim pręcessit in seculis quæ fuerunt ante nos.

Prou.11.I fi **Recipere.** ¶ Si iustus recipit quanto magis impius & peccator.

Luc.9.f. ¶ Quicunq; receperit [c] puerum istum in nomine meo (ait Iesus) me recipit. & quicunq; me receperit recipit eum qui me misit.

Ioan.1.a.ifi & b.in priu ¶ (Christus) in propria venit/ & sui eũ non receperũt. Quotquot aũt receperunt eum dedit [d] eis potestatem filios dei fieri his qui credũt in nomine eius &c.

¶ Cætera in verbis Castigare. ad Hebræos. 12. b. Gratia. 2. ad Corinthios. 6. a. & Iniuria. ad Colossenses. 3. d.

Recogitare. ¶ Require in verbo. Annus. Esaię. 38. c.

2.Cori.5.d. **Reconciliari te Reconciliatio.** ¶ Sunt omnia ex deo qui [e] nos reconciliauit sibi per Christum & dedit nobis [f] ministerium reconciliationis. Quoniamquidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro [g] Christo ergo legatione fungimur tãq̃ deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo recõciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: vt nos effi

a ¶ Nolite rebelles esse cõtra dñm. Rebellionẽ dũ contra dñm cœlestẽ & ęternũ phibet/ vt hic: sed etiam cõtra dñm sub cœlestẽ & tẽporariũ. qualis est princeps terrenus. cõtra quẽ illi cẽsent esse rebelles q quomodocũq; publice vel occulte cõtra principis honorem & fidelitatẽ rebellionis opera faciũt. Et q contra regni seu iperij psperitatẽ aliquid machinatur/ contra principem vel officiales suos in his q̃ ad cõmissum eis ptinẽt officiũ rebellãdo. Tex. est in §. 1. in ti. Qui sint rebelles: de qua materia rebellionis vide ibi satis diffuse per Bar. & per eundem in l. hostes. ff. de capti. & aliquid p tex. ic, vbi periculũ. §. porro. de elec lib. 6.

b ¶ Nec valet quisq̃ dicere ecce hoc recẽs est. Nichil est recens quin sc3 illud vel aliquid eiusdẽ speciei pri9 fuerit. Quãtũ ad ipsum indiuiduũ rei vel facti aliqua res vel factũ recens dici põt. Vñ dicit Hostiẽ. in c. Cũ inter de re. iudi. q recẽs factum dicitur qd est infra bienniũ. Vide qd dictũ est in verbo Nouum. in. 1. Annotã.

c ¶ Quicũq; receperit puerum istum in noie meo. Nota hãc sententiam pro hospitalitatis obseruatione. de qua vide quæ dicta sunt in verbo Hospitalitas. d ¶ Dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Declara vt in verbo Filius.

e ¶ Qui nos recõciliauit sibi p Christũ. Tex ẽ cõformis l c. Cũ redẽptor. 12. q. 2. f ¶ Dñs dedit nobis ministeriũ recõciliatiõis. Apl̃is & eorũ successoribs. 1. epis(c. in nono. 21. dist.)Patũ est recõciliatiõis ministeriũ/ sed nõ inferiorib9. qd verũ est de recõciliatiõe q̃ fit a publicis peccatis: p qb9 sc3 publica imponit pœnitẽtia. Recõciliatio aũt p occultis peccatis pmittit inferiorib9. Est em duplex recõciliatio. q̃dã publica. Quędã vero occulta/ publica recõciliatio ẽ qñ pœnitẽtes ante ecclesię ingressum publice represen tãt: & p ipositionẽ man9 epalis/ ecclesię publice recõciliãtur. Hęc sacerdotib9 videt esse phibita. Permissa vero recõciliatio ẽ qñ de occultis pctis pœnitẽtes vel i extremis agẽtes ad gratiã recõciliatiõis accedũt. Hęc recõciliatio põt fieri p sacerdotẽ/ tex. ẽ in c. 1. & in c. Ministrate. §. Ecce. 26. q. 6 Vñ de recõciliatiõe q̃ in extremis fit/ legit i cõcilio Carthaginẽsi decisio casus satis dubij: de quo habet in c Is q i infirmitate. ea. causa & q̃sti. vbi dicit. Is q in infirmitate pœnitẽtiã petit: si casu/ dũ ad eũ inuitat9 sacerdos venit/ oppressus infirmitate obmutuerit/ vel i frenesim lapsus fuerit: dent testimoniũ q eũ audierũt & accipiat pœnitẽtiã & si cõtinuo credit moritur9. Recõciliet p man9 impositionẽ & infundat ori ei9 eucharistia. Si supuixerit/ admoneat a pdictis testib9 petitiõi suę satisfactũ: & subdat statutis pœnitẽtię legib9 q̃diu sacerdos q pœnitẽtiã dederit pbauerit. Hęc ibi. Ista tñ verba. dedit nobis ministeriũ recõciliatiõis: solẽt i hac sententia intelligi de recõciliatiõe nostra p Christũ facta/ ab apostolis & eorũ successoribus annuncianda. quam etiã annũciatiõnẽ possunt curati & alij quibus prędicandi incumbit officiũ facere. vt satis dictum est in verbo Prędicare/ super illud. Quomodo prędicabunt nisi mittantur?

g ¶ Pro Christo legatione fungimur. Require annotationem in verbo Legatio.

ceremur iustitia dei in ipso.

¶Cætera in verbis Munus. Matthęi.5.d.& Noe. Eccli.44.c.

Recordari et Recordatio. ¶Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Beclēs.1.c.

¶Redite preuaricatores ad cor. Recordamini prioris sæculi: quoniam ego sum deus & nō est vltra deus: nec est similis mei annuncians ab exordio nouissimum: & ab initio quæ nec dum facta sunt dicens. Consilium meum stabit & omnis voluntas mea fiet &c. Esaię.46.c

¶Cum iratus fueris (domine) misericordiæ recordaberis. Aba.3.a

¶Cætera in verbis Babylon. Psalmo.136.a.& Ionas. Ione.2.d.

Redarguere et Redargutio. ¶Factus [h] sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones. Psalm.37.e.

¶Sunt multi inobedientes vaniloqui & seductores maxime autē qui de circūcisione sunt quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt docentes quæ non oportet/ turpis lucri [i] gratia. Ad titū.1.c.

¶De conscientia redarguente vide in verbo Conscientia.

Reddere Redditor et Redditio. ¶Ascenderunt qui erant in ciuitate Gaza cum vxoribus & filijs supra murum. Si reddidi retribuentibus michi mala decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam & comprehendat & cōculcet in terra vitam meam & gloriam meam in puluerem deducat. Psal.7.a.Iti.

¶Redde [k] michi letitiā salutaris tui: & spiritu principali cōfirma me. 50.e

¶Semel loquut⁹ est deus: duo hæc audiui quia potestas dei est & tibi domine misericordia quia tu reddis vnicuiq; iuxta opera sua. 61.in fine.

¶Qui [l] reddit mala pro bonis: non recedet malum de domo eius. Pro.17.b Iti

¶Ne dixeris peccaui: & quid michi accidit triste. Altissimus [m] enim est patiens redditor. Eccli.5.b.

¶Facti sūt i rapinā nec est q eruat ī direptionē: nec est q dicat redde. Esaię.42.d.

¶Attende dñe ad me & audi vocem aduersariorum meorū. Nunquid redditur pro bono malum? quia foderunt foueam animæ meæ. Hiere.18.d.

¶Reddite [n] quæ sunt cęsaris cęsari: & quæ sunt dei deo &c. Lucę.20.d.

¶Cætera in verbis Malum.1.ad Thessaloni.5.c. Merces. Deute.24 c. Pign⁹. Deut.24.c.& Ratio. Matt.12.c. Lucæ.16.a. et ad Ro.14.b.

Redimere. ¶Quicquid habueris masculini sexus consecrabis domino ait Moyses ad populū Israel. Primogenitum [o] asini mutabis oue/quod si non redemeris: interficies. Omne autem primogenitū hominis de filijs tuis precio redimes &c. Exo 13.b Iti

¶Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiūculam suam & voluerit [p] propinquus eius/potest redimere quod ille vendiderat. Si autem non habuerit proximum & ipse precium [q] ad redimendum potuerit Leuiti.25.d

h ¶Factus sum sicut homo non audiens &c. Istud dici pōt in eos prælatos qui sunt velut muti canes non valentes latrare. de quibus vide in c.1.& si 43.distin. i ¶Turpis lucri gratia. Quod dicatur turpe lucrum ecclesiasticorū dixi in verbo Lucrū. k ¶Redde michi lætitiā salutaris tui &c. Propheta Dauid pœnitentiam agens dixit. Redde michi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. c. Ponderet. circa me. 40. distin. l ¶Qui reddit mala pro bonis. Vide tex. celebrem in c. Sex sunt differētiæ. 23. quæst. 3. de quo in verbo Dauid.

m ¶Altissimus est patiens redditor. Expectat enim dominus vt misereat: sed si sua abutētes longanimitate/eā: nostram vt debemus nō arbitremur salutem: quo diutius expectauit eo seuerius vindicabit. Neq; enim diuturnitas temporis peccatum minuit sed auget. ca. Diaconi. in fi. 93. distinc. & c. fi. cū similibus. de consuetu.

n ¶Reddite quæ sunt cęsaris cęsari &c. Recurre ad verbum Deus.

o ¶Primogenitū asini mutabis oue. Require annotationem in verbo Primogenitum.

p ¶Propinquus ei⁹ potest redimere quod ille vendiderat. Istud q scilicet propinquus rē a propinquo venditam redimere possit de generali seruatur Frāciæ consuetudine: quæ consuetudo valet & tenet / vt tenent Petr⁹ de Bel. per Cy. Io. fa. Albe. de Ro. Bald. & Saly. in l. dudū. C. de contra. emp. & p hac consuetudine est bo. text. & ibi Henri. Bouhic & Panor. in c. Cōstitut⁹. de in integ. resti. ī c.1.§. sed & res. & ibi Bal. p quos stat inuesti. & in c.1.§. si Titius. si de feu. fuerit contro. inter do. & agna. Et vbi a particularium locorū consuetudine tēp⁹ redimēdi nō ē pfixū / dat annus vt tenet singulariter Bal. p illū tex. in d.§. Titius. & ibi Car. Alex. & pceptor me⁹ Iason in l.2. colū.8. C. de iu. emphi. & Boerij in tit. de consuet. retrac.§.1. col.3. Et istud tēpus a cōsuetudine pfixū currit etiā cōtra minores sed restituuntur. d c. Cōstitut⁹. tenebit tñ minor restituere expensas quas fecit emptor. l. itra vtile.§.1.ff. de mino. Non currit tñ tēp⁹ interim dū mouet qstio inter emptorem & vēditorē. & sic dū adhuc nescitur an res sit remansura penes venditorē vel emptorē secūdū Cy. in l. Contra maiores. col.2. C. de inof. testa. Sed si certū sit q debeat remanere penes emptorē: quis dubiū sit an iterū sit reuersura ad vēditorē. vt qa est appositū pactū de retrouendēdo currit tēpus redēptionis. Ita tenēt deci. delphi. in qsti.257. per bo. tex. in l 2.§. biduū. ff. qn appel. sit/ inducēdo vt ibi dicūt. de hoc tñ vide late post alios quos allegat per do. Boeriū in d.§.1. in.1. glo. colum. pe. in ti. de consue. retrac. q ¶Et ipse ad redimendū/ preciū potuerit inuenire. De iure humano autē & consuetudine non admittitur vendēs ad redimendū rē per eū venditā: nisi emptore consentiēte. l. dante ipso

venditori gratiã redemptiuã: quã dare pōt statim post cōtractũ nec per hoc cōtract⁹ erit illicitus/ immo vtroq; iure/ ciuili & canonico permissus. tex. est in l. 2. C. de pac. inter emp. & vē. & in c. Ad nostrã. de contra. empt. & vendi. & est glo. no. in c. Conquestus. de vsu. q̃ dicit istud ꝓcedere dũmodo alia adsint: puta iustitia ꝓcij/ & fraus cesset. & ita etiã tenet deci. del. deci. 516. Et sunt hodie factæ duę extrauagã. in hac materia in ti. de emp. & vēd.

r ℭ Computabuntur fructus ex eo tempore &c. Istud de iure humano non procedit. Emptor eñ facit fruct⁹ suos nec eos tenet ꝓpinquo retrahēti restituere. vel in ꝓcij diminutionē computare scdm Oldral. in l. fi. C. de in. qui cau. in inte. resti. non est necessaria. & deci. delphi. in deci. 257. versicu. Sed nōne. Ratio ē. qa emptor erat dñs rei l. 1 dē Pomponi⁹. §. Idē scribit. le. 2. ff. de rei ven. Itē quia hic agitur cōditione ex lege vigore talis consuetudinis quæ est stricti iuris. §. Actuum instit. de acti. & qñ agitur actione stricti iuris ad rē q̃ nunq̃ fuit in bonis petētis/ ibi non veniūt fruct⁹ nisi a tēpore litis cōtestatę. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsuris.

inuenire: computabuntur [r] fructus ex eo tēpore quo vendidit: & quod reliquum est reddet emptori/ sicq; recipiet possessionem suam. Q; si inuenerit manus eius vt reddant precium/ habebit emptor quod emerat vsq; ad annum iubileum. In ipso [s] enim omnis vēditio redibit ad dominum & ad possessorem pristinum.

Leuiti. 25. d. & fi. et e i pri ℭQui vendiderit domũ intra vrbis muros/ habebit [t] licentiam redimēdi donec vnus impleatur annus. Si non redemerit & anni circulus fuerit reuolutus: emptor possidebit eam & posteri eius in perpetuũ: & redimi non poterit etiam in iubilęo. Sin autē in villa fuerit domus quæ muros non habet/ agrorum iure vendetur. Si ante redempta non fuerit in iubilęo reuertetur ad dominum suum.

25. e. ℭAedes leuitarum [v] quę in vrbibus sunt semper possunt redimi. Si redemptę non fuerint: in iubilęo reuertentur ad dominos/ quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. Suburbana autem eorum non veneunt quia possessio sempiterna est.

Psal. 25. c. ℭEgo in innocentia mea ingressus sum redime me domine & miserere mei.

Psal. 33. i fi. ℭRedimet dominus animas seruorum suorum: & non derelinquet omnes qui sperant in eo.

118. r. ℭRedime me domine a calũnijs hominũ vt custodiam mãdata tua.

Proue. 16. a. ℭMisericordia [x] & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur a malo.

Eccli. 20. b. ℭEst [y] qui multa redimat modico precio & restituens ea in septuplũ.

Esaie. 43. a ℭHæc dicit dominus creans te Iacob & formans te Israel. Noli [z] timere quia redemi te & vocaui te nomine tuo meus es tu. Cum transieris per aquas tecum ero & flumina non operient te &c. Vbi latius.

52. a. ℭExcutere de puluere: cõsurge/ sede Hierusalē: solue vincula colli tui captiua filia Syon quia hęc dicit dominus. Gratis venundati estis & sine argento redimemini.

Apoca. 5. c. ℭDignus es domine aperire librum & soluere signacula eius: quoniã occisus es & redemisti [a] nos deus in sanguine tuo ex omni tribu & lin

s. ℭ In ipso eñ oĩs vēditio redibit &c. Vide qd dictũ est in ver. Emere. Leuitici. 25. b.

t ℭ Habebit licētiã redimēdi donec vn⁹ impleatur annus. Hec licētia redimēdi infra annũ datur a cõsuetudine iure approbata: nō ipsi vēditori/ sed ei⁹ ꝓpiquo seu ꝓximiori: vt i pria sententiæ supioris annotatiōe dictũ est. Aduertendũ est tñ q̃ si plures res simul essent vēditę ꝓximior volens retrahere vnam tm̃ non esset audiendus. bo. est text. in l qd si in vno §. in princ. ff. de in diem adiec. & in l. Si duos. ff. de contrah. empt. & in l. An pars. ff. ꝓ derelic. Et facit qd notat Bal. in l. 2. C. de pac. inter emp. vbi dicit. q̃ si plures res cõiter vno precio vēdant cũ pacto de retrouendēdo: & vnus venditorũ velit recuperare partē vel vnã rem: q̃ emptor non tenet reuēdere/ nec contractũ diuidere. Secus si separatim & diuersis precijs. quia tũc vnã solã alijs derelictis iuere poterit seu redimere. Bar. in l. Cui vsufruct⁹. per illũ tex. ff. de vsuf. versi vltimo facit. vbi dicit se ita consuluisse. Et ꝓ hac deci. facit text. sing. in l. Cũ eisdem. & l. se. ff. de edi. edic. vbi ꝓbatur q̃ pluralitas constituti ꝓcij facit plures esse cõtract⁹. Et ita allegatur p Bal. ibi. & post Bal. p Boetiũ in d. ti. de cõsue. retrac. §. 5. in glo. 1. col 3. Secũdo est aduertēdũ q̃ hoc ius redimēdi qd proximiori cõpetit/ alteri cedi nō potest scdm Cy. Bal. & Ange. in l. C. ad officiũ. C. cõi diui. & Lucam de pēna. in l. fi. col. 2. C. de ꝑdijs cura. li. 10. Heri. Bouhic in c. Sane. de priuile. & Io. fa. insti. de acq. per arro. col. 3. & Iasoni l. 1. §. vsufructuari⁹. col. 3. ff. de no. ope. nũ. Et ratio est: qa ꝓximior admittit ne res exeat de genere. sed si ꝓximior cedere posset tũc exiret/ igitur &c. Vide diffusi⁹ Boetiũ in d. ti. de cõsue. retrac. §. 3. in glo. 1. in. 6. col. & seq.

v ℭ Aedes Leuitarum semper possunt redimi. Vide qd istis verbis annotatu est in verbo Leuitę.

x ℭ Mia & veritate redimit iniquitas. Vide textũ in c. Medicina. de pœ. dist. 1. de quo i ver. Eleemosyna.

y ℭ Est qui multa redimat modico ꝓcio &c. Ethicus sensus huius sententię pōt esse: q̃ qui gratiã quam habebat: quia mortalis culpę reus factus est/ amisit: modico eã potest precio redimere: per fletum sc3 & lachrymas. & ita nōnũq̃ fiet vt vberiorem gratiã acquirat. put de Petro legitur qui post defletã quę negationis culpã fidelior fact⁹ est. c. Fidelior. 50. distinc.

z ℭ Nolite timere qa redemi te. facit c. Cũ redēptor. 12. quęsti. 2.

a ℭ Redemisti nos in sanguine tuo. Redemit hoies suo sanguine pius noster redēptor Iesus Christus: eos ab ea qua tenebant diaboli seruitute eripiēs/ & pristinæ eorũ restituēs libertati. Diabolos aũt in suo reliquit peccato de eorũ redēptione non curans. Et hoc duab⁹ de causis. Prima quia totũ genus humanũ perierat peccato Adę sed non tota angelica natura peccato diaboli. Secunda: quia homo incitatorē habuit ad malũ/ quod non angelus. & ideo p aliũ iste non debuit iuuari/ sicut nec ille per se potuit surgere. Ita dicit glo. in c. Voluissent. §. Ex his itaq;. in verbo Reuocabatur. de pœ. dist. 1. vbi Archid. assignat duas alias rationes. Pria: qa homo de fragili materia sicut de limo terræ fuit formatus: & ideo non fuit tm̃ mirũ nec iam detestabile cũ peccauit/ q̃tũ fuit cũ peccauit angelus/ qui creatus erat immortalis/ indeficiēs/ & in optimis naturalibus: ideo potius dñs hominē

q diabolum voluit redimere. Secũda quia maior & dignior fuit ille q homo vel alia creatura incomparabiliter vt dicitur in c. Principium. de pœniten. distinc. 2. & ideo incomparabiliter peccatũ eius maius fuit q hoĩs peccatum. Hæc Archidia. b ℭ Redemptio animę viri/ diuitię suę. Hęc sententia potest & de anima proprie intelligi/ & de corpore seu de vita: quia etiã anima pro vita hac mortali nonnũq sumitur. l. sancimus. C. de sacro. eccle. Anima enim diabolo vendita per opus peccati mortalis: eleemosynis redimitur. vnde & scriptum est. Peccata tua eleemosynis redime. cap. Medicina. ca. Q̃obrẽ. de pœni. distinc. 1. Et vita ipsa pecuniis redimi põt. l. trãsigere. ĩ prin. C. de trãsac. de quo vide ibi p doc. Et faciũt q de redemptione captiuorũ notãtur. in l. Si quis ad declinãdã. C. de epis. & cleri. ĩ c. Aurũ. 12. quęsti. 2. & in c. significauit. de Iudęis.

c ℭ Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Vide tex. in ca. Firmiter. de sum. trini.

d ℭ Nolite conformari huic seculo/ sed reformamini &c. Hęc sententia põt a monasteriorũ reformatoribꝰ assumi ad cõmonẽdos ipsos cœnobitas seu monachos: vt eã q eis suadetur reformationẽ/ prompta suscipiãt ac humili volũtate/ sic in nouitate sensuũ suorum pbãtes/ q sit volũtas dei bona/ & beneplacẽs & pfecta. Q̃ aũt tales monasteriorum reformatiões (quibꝰ sc3 ad verã suę regulę obseruationẽ regulares cõpelluntͬ) fieri possint/ etiã si tẽpore pfessionis eorũ laxior in monasterio vita duceretur/ tenent communiter omnes doc. in ca. Ad nostram. de appel. & in c. super eo de regula. debuit eñ quilibet qui professus est regulam/ cogitare vitam eorũ reducẽdam ad eam integritatẽ quã regula cẽsuit obseruãdã. ar. l. Si quis seruũ. §. fi. ff. loca. Ab ista tñ conclusione excipiũtur duo casus. Primus est qñ ingressus pꝑter debilitatẽ corporis/ nouã reformationẽ tolerare non põt. tũc eñ põt cũ eo dispẽsari vt ingrediatur regulã laxiorem. Ita Inno. & Panor. in d. c. Super eo. Et hoc generaliter habet locũ ĩ oibꝰ professis q propter debilitatẽ ad laxiorẽ regulã trãsire possunt. vt per Inno. in c. fi. de renũ. & Panor. in c. Non est. & in c. Significatũ. de regula. Secũdus casus est qñ professio limitata fuisset secundũ regulã quę tempore ingressus obseruabatur. j. qñ in pfessiõe fuisset sibi lecta regula: vel alia debite fuisset de ea certioratus/ & expresse dixisset ꝙ se nõ intẽdebat obligare nisi ad eã vitam quę tũc in monasterio ducebatͬ. hoc eñ casu: si vita quę in monasterio erat nõ erat cõtra tria substãtialia regulę: licet esset cõtra aliqua accidẽtalia. vt quia aliqua ieiunia vigilię aut abstinẽtia a carnibꝰ non obseruabatͬ. Si contingat monasteriũ reformari in illis accidẽtalibus/ non cogetur taliter professus ad subeũdã reformationẽ/ sed permitteͬ ad laxiorẽ transire. Ita tenet Hostien. in summa in ti. de voto. §. vtrum. Panor. in d. c. Super eo. col. 2. & do. meꝰ Decius in d. c. Ad nostram. versi. Secũdus casus. de appella. Et hoc maxime procedit qñ tanto tẽpore regula relaxata fuisset ꝙ initij memoria non esset incõtrariũ: qa tũc nõ teneͬ ingressus nouã reformationẽ obseruare: quia pꝑter diuturnitatẽ tẽporis reputatur noua austeritas/ de qua ingressus verisimiliter non cogitauit vt colligitur ex dictis abbatis/ Panor. in d. c. Super eo. vbi inquit ꝙ in foro conscictię non tenetur ingressus obseruare illa austeriora statuta regulę quæ obseruata non fuerũt tãto tẽpore: ꝙ initij memoria non existit. ex quo eñ tanto tẽpore regula obseruata non fuit/ satis potuit ingrediẽs cogitare ꝙ ex aliqua causa iusta illud factũ sit. Et refert Cardi. in c. Cũ ad monasteriũ. de statu mona. qui ibi dicit se ita cõsuluisse & idẽ Panor. tradit in c. Deus qui. versi. Et ex hac ratione. de vita & ho. cle. & in d. c. Cũ ad monasteriũ. col pe. Et licet Cardi. & Panor. in locis alle. videãtur loqui anteq regula reformeͬ per superiorẽ. Idẽ tñ videͬ secuta postea reformatione: quia limitata videͬ volũtas ad illud qd tẽpore ingressus obseruabatur/ & qd ingrediẽs sciuit prius tanto tẽpore obseruatũ: ꝙ initij nõ existit memoria. quia cõsuetudo tãti tẽporis iustã alicuius tituli pſumptionẽ inducit. Secus ergo si minori tẽpore illud obseruatũ fuisset: qa etiã absq alia reformatione superueniente non esset tutus quoad deum: vt Panor. manifeste sentit in locis palle. & hoc expresse tenet Anto. de Bu. in c. Causam quę. de elec. col. 1. dicẽs ꝙ nõ excusantur intrantes regulã collapsam nisi illã obseruẽt: licet tẽpore quo pfitentur non sit in obseruãtia. & ideo scdm eũ hodie plures monachi vadũt (vt verbis suis vtar) ad domũ diaboli. Quid aũt/ si tẽpore professionis regula seruareͬ antiquitus instituta fueritq postea semper seruata: sed tñ papa vel alius superior vult vitã introducere asperiorẽ: An parere teneãturͬ. glo. in c. qd oẽs. de regu. iuris in. 6. tenet ꝙ sic. & videͬ tex. cũ glo. in c. 1. de sta. mo. li. sexto. vbi monialibus fuit indictũ ꝙ manerẽt sub perpetua clausura: licet hoc tũc non esset de regula. & idẽ posset papa hodie facere in monachis/ licet videatur durũ: vt no. Io. An. in c. Ioannes. de regula. quia monachi pꝑrie eorũ uolũtati renũciauerũt eã superioris volũtati subijciẽtes. c. Si religiosus. de elec. lib. 6. Et ita etiã tenet Inno. & Panor. in d. c. sup eo. de regu. & hęc opi. cõiter approbatur vt ibidẽ dicit Fely. Contrariũ tamẽ tenet glo. p illũ tex. in c. Gesta. 63. dist. & in c. Integritas. 32. q. 1. Et expresse do. Oldral. in cõsi. suis cõsilio. 96. vbi i specie cõcludit ꝙ papa statuere

gua & populo & natione. Et supra liber.

ℭ Cætera in verbis Eleemosyna. Danie. 4. f. Filius. ad Galathas. 4. a. Frater. Psalmo. 48. & Iesus. ad Galathas. 3. b.

Redemptio. ℭ Apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio. Psal. 129. a.

ℭ Redemptio [b] animę viri/ diuitię suę: qui autem pauper est increpationem sustinet. Prouer. 13. b.

ℭ Filius hominis non venit ministrari sed ministrare & dare animã suam in redemptionem pro multis. Matth. 20. d

ℭ Christus Iesus factus est nobis sapientia a deo & iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum est. Qui gloriatur/ in domino glorietur &c. 1. Cor. 1. f.

Redemptor. ℭ Scio (iquit Iob) quia redẽptor meꝰ viuit/ & [c] ĩ nouissimo die de terra surrecturus sũ: & rursũ circundabor pelle mea/ & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quẽ visurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob. 19. d.

Reformare. ℭ Nolite [d] cõformari huic seculo/ sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quæ sit volũtas dei bona & beneplacens & perfecta. Ad rom. 12. a

ℭ Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum: qui Ad phi. 3. f.

non potest vt monachus recludatur & ibi adhoc ratione efficace inducit: qa abinitio datur annus probationis ingresso/ vt asperitates ordinis experiatur. c. Ad apostolicā. de regula Vnde non videt φ cōtra eius voluntate ad duriore vitam astringi possit: nisi alius annus sibi cōcedatur. qa limitata fuit sua volūtas ad illā regulā seu ad vitā illius regulæ: nō aūt ad asperiore ipsius restrictione. Et hæc ratio videt irrefragabilis scdm do. meū in d. c. Ad nostrā. licet Fely. ibi conetur respōdere: sed parui est momenti sua responsio. Et ita tenēdo non ob. text.

reformabit corpus humilitatis nostræ: configuratū corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suę: qua etiam possit subijcere sibi omnia.

Psalm.65.c. **Refrigerium.** ❡Transiuimus[e] per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

Sapien.2.a ❡Dixerunt impiji cogitantes apud se non recte. Exiguū & cum tędio est tempus vitæ nostræ/ & non est refrigerium in fine hominis: & nō est qui agnitus sit reuersus ab inferis. &c.

4.b. ❡Iustus[f] si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senect9 eni venerabilis est: non diuturna neq annorum numero computata.

Hiere.6.d. ❡Hæc dicit dominus. State super vias: & videte & interrogate de semitis antiquis: quæ sit via bona/ & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris.

Psal.17.a. **Refugium.** ❡Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.

31.b. ❡Tu es domine refugium meum/ a tribulatione quę circundedit me: exultatio mea/ erue me a circundantibus me.

45.a ❡Deus[g] noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus/ quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

89.b ❡Domine refugium factus es nobis/ a generatione in generationem.

90.b. ❡Tu es domine spes mea altissimum posuisti refugium tuum.

103.c. ❡Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis: petra refugium herinaceis.

Regeneratio. ❡In regeneratione cum sederit filius hominis &c. vt infra in verbo Sedere. Matthæi.19.d.

Ad titū.3.b. ❡Cum apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed secundum misericordiam suā saluos nos fecit. Per lauacrū[h] regenerationis & renouationis spiritus sancti/ quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius/ hæredes simus secundum spem vitę æternæ In Christo Iesu domino nostro.

Psalmo.2.a **Regere.** ❡Reges[i] eos ī virga ferrea: & tāq vas figuli cōfriges eos

Psal.22.a ❡Dominus regit me/ & nichil michi deerit. In loco pascuæ ibi me collocauit.

❡Cætera in verbis Episcopus. Actuū.20.e. & Vidua. ad Titū.5.a.

Eccli.10.a. **Rector.** ❡Qualis[k] rector est ciuitatis: tales & inhabitantes in ea.

10.a. ❡In manu dei potestas terrę: & execrabilis omnis iniquitas gentium/ & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.

10.c. ❡In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent dominū erunt in oculis illius.

in d. cap. Vnico. de statu mona. lib.6. Nā p respōsione cōsiderādū est φ in d. c. Vnico/ strictior vita nō indicitur q̄ cōditio personarū & qualitas religiōis postularet. Loquitur em̄ ille text. i monialibus q̄ impudēter cōtra verecūdiā sex9 extra sua monasteria vagabantur. vn̄ ibi non videntur grauare vltra naturam religionis q̄ nō videret bene obseruari a monialibus se cœtibus aliorum immiscerēt: qd sic non est in monachis/ igitur &c. Ita sentit pceptor me9 Dec9 in d. c. Ad nostrā. col.2. & ita tenēdū videtur.

e ❡Transiuim9 per ignē & aquā: & induxisti nos in refrigeriū. Declara vt in ver. Ignis.

f ❡Iust9 si in morte preoccupat9 fuerit in refrigerio erit. Id em̄ euenit plerūq quod scriptū est. Raptus est ne malicia mutaret intellectū eius: & ne fictio deciperet animam eius. c. Si ex bono. col.4. de pœni. distin.4.

g ❡Deus noster refugiū & virtus. Adiutor in tribulatiōibus. Vide celebrē historiam/ deum esse verū in tribulatiōibus refugiū comprobantem: quā ponit Io. And. in cle. Si dn̄m. in gl. ma. colū. fi. de reli. & vene. sanc. & de ea dictū est. s. in verbo Deprecatio. m.

h ❡Per lauachrum regenerationis. Hic nota qd dicit Augustin9 in lib. de baptismo paruulorū: & habet in c. Regenerāte. in prin. de conse. dist.4. Regenerante carne tm̄ modo/ cōtrahitur pctm̄ originale. Regenerante aūt spūsancto: nō solū originaliū/ sed etiā volūtariorū fit remissio pctōrum. Multa hic dici possent de regeneratione baptismi: de qbus videri pōt in verbis Baptism9. Baptisans/ Baptisare. Gedeon & Hierusalem.

i ❡Reges eos in virga ferrea. &c. Hic notari potest φ ad hoc vt qs bene regat oportet eum ratio regat. Vnde Seneca. Omnia bene regis si te bene ratio rexerit. Ita notat Archidi. in ca. Ita corporis. 11. q.3.

k ❡Qualis rector est ciuitatis/ tales inhabitantes in ea. Subditi em̄ rectorū vitā perfacile sibi proponūt imitandam. c. Magnæ. de voto. vnde dicit Nicolaus papa scribens ad Lotharīū regē in c. Ita corporis in prin. 11. q.3. Ita corporis tui cedere motib9 consensisti/ vt relaxatis voluptatū habenis/ temetipsum in lacū miseriæ &

℃Deus in vnamquamqꝫ gentem præposuit rectorem : & pars dei Is- rael facta est manifesta. Eccli.17.b.

℃Rectorem [l]te posuerunt/noli extolli:esto in illis quasi vnus ex ipsis. 32.a. Curam illorum habe:& sic considera/& omni cura tua explicita recũ be:vt læteris propter illos & ornamentum gratiæ accipias : coronam & dignationem consequaris corrogationis.

Rectus. ℃Prætende domine misericordiam tuam scientibus te : & iustitiam tuam his qui recto sunt corde. Psalm.35.c.

℃Qꝫ bonus Israel deus:his qui recto sunt corde. 72.a.

℃Rectus dominus deus noster:& non est iniquitas in eo. 91.in fine.

℃Lux orta est iusto:& rectis corde lætitia. 96.prope fi.

℃Iusti cõfitebũtur nomini tuo dñe:& habitabunt recti cũ vultu tuo. 139.

℃Lętamini in dño/& exultate iusti:& gloriamini omnes recti corde. 31.in fine

℃Qui recti sunt habitabunt in terra:& simplices permanebunt in ea. Prouer.2.f.

℃Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est corrigit viam suam. 21.d.

℃Perijt sanctus de terra:& rectus [m] in hominibus non est &c. Michee.7.a

℃Cætera in substantiuis.

Regina. ℃De regina Saba quæ Salomonis auditura sapientiã venit ad eum:require in verbis Salomon.3.Regum.10.a.b.c. & Generatio.Matthæi.12.d

℃De Vasthi regina quæ mariti sui regis Assueri cõtempsit imperiũ: vide in verbo Maritus. Hester.1.b.c.d.

℃Astitit [n] regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varitate. Psalm.44.c

℃Respõderũt Hieremiæ omnes viri sciẽtes ꝙ sacrificarẽt vxores eorũ dijs alienis:& vniuersæ mulieres quarũ stabat multitudo grandis/ & omnis populus habitantiũ in terra Aegypti in Phatures dicẽtes. Sermonẽ quẽ locutus es ad nos in noĩe dñi/nõ audiem⁹ ex te:sed faciẽtes faciemus om̃e verbũ quod egredietur de ore nostro: vt sacrificemus [o] reginę cœli & libem⁹ ei libamia:sicut fecim⁹ nos & patres nostri/ reges nostri & principes nostri:in vrbibus Iuda & in plateis Hierusalẽ : & saturati [p] sumus panibus & bene nobis erat/malũqꝫ nõ vidimus. Ex eo aũt tempore quo cessauimus sacrificare reginę cœli & liberare ei libamina:indiguimus omnibus: & gladio & fame consumpti sumus. Qđ si nos sacrificam⁹ reginę cœli & libam⁹ ei libamina:nũquid sine viris nostris faciem⁹ ei placẽtas ad colẽdũ eã & libamia ad libãdũ?&c Hie.44.d.e

Regnare. ℃Dominus regnabit in æternum & vltra. Exodi 15.c.

℃Dominus regnabit in æternum [q] & in seculum seculi. Psalm.9.g.

in lutũ fęcis prohibitũ de fecisti:vt qui positus fueras in gubernatiõe populorũ: effectus sis ruina multorum. Et facit tex.in c.Deteriores.in fi.6.q.1.Dũ ibi dicitur.Pro meritis plebis fęre pastores deprauãtur ecclesię vt procliuius corruãt qui sequũtur. l ℃Rectorẽ te posuerũt noli extolli:esto in illis quasi vnus ex ipsis. Hic posset pertractari de rectoribus vniuersitatũ: q tametsi iurisdictionẽ habeant in scholasticos iuxta aucten. habita. C.ne fi.pro pa. tñ habetur adhuc velut vnus ex ipsis:quia rector dicitur esse adhuc de numero scholariũ:ita ꝙ in dispositione fauorabili de scholarib⁹ loquẽte comprehendit. Notat Fely in c.fi.in princi.de symo. de quib⁹ rectorib⁹ psertim de iurisdictione eorum vide qd plene scribit Panor. in c. Si diligẽti.colum. 10. & sequẽ. de foro compe.
m ℃Rect⁹ in homini⁹ nõ est. Vide plerasqꝫ diuini iuris sentẽtias ad hunc effectũ congestas in sæpe allegato c. Si em̃. de pœni.distinc.2.
n ℃Astitit regina a dextris tuis &c. Hanc sentẽtiã citat Hiero. ic. Si Paul⁹.circa fi.32. q.5. vbi Archi.eam declarans dicit. Regina est sponsa ecclesia : q astitit non timore curua sed spe erecta a dextris tuis.i.in ęternis spe. q autẽ a sinistris est vbi erunt hœdi nõ est regina sed ancilla : q de domo eijcietur cum filio suo quãdo dicet. Ite maledicti in ignẽ ęternum/ astitit inquã in vestitu deaurato.i.in doctrina sapiẽtię.circũdata varietate.i.omnib⁹ linguis variata. vnde spiritussanctus igneis & dispartitis linguis super apostolos descendit.Vel per vestimẽtum intelliguntur opera q vestitus deaurat⁹ dicũtur non aureus.In auro siquidẽ intelligitur charitas. Et qd aureũ est/solum aurũ habet: qd vero deauratũ/ aurũ habet & aliud. vnde astat regina in vestitu.i.in operibus deaurato non aureo : ne sola assit charitas/ sed & alia assint quæ ipsa charitas ornat/ vt sic sit circũdatus varietate meritorum. Et licet sit vnitas in charitate/ tamen auro.i. doctrina apostolorum & cocco.i.confessione martyrũ : & gemmis .i. puritate virginũ/ Et purpura.i.lamento pœnitentium ornatur regina. Vnde in veteri testamento cortinæ tabernaculi contextæ sunt quatuor p̃ciõsis coloribus scilicet byssi retorto:cocco bis tincto:hyacyntho & purpura. Hæc Archid.
o ℃Vt sacrificemus reginę cœli. Reginam cœli(prout vult glo.interli.)vocãt isti lunã/ Iunonẽ vel Berecynthiã Saturni matrem. Nos aũt cœli reginam vocamus Fœlicissimam illam dei genitricem Mariã:quã omnibus prælatã esse spiritibus æthereis dicit tex.in extraua. Cum preexcelsa.in princi.de pœni. & remis. & glo. in l.omnes.in verbo Apostolicę.in fi. C.de ferijs. p ℃Et saturati sumus panibus: & bene nobis erat. Prosperitas malis obueniens(vt istis qui cum vnius veri dei cultum postergantes ludibrioqꝫ habentes/ futili se idolorum culturæ deuouerent/secundiore vtebantur fortuna)grauiorem eorum casum reddit ac perẽnẽ ipsorũ exaggerat dãnationẽ. tex.est in c. Quid ergo.circa me.de pœni.dist.3.& facit.c.Paratus.in fi.23.q.1.
q ℃In æternum & vltra. Dictio æternũ/ videtur hic sumi improprie: & hoc ppter dictionem vltra. Neqꝫ enim vere æterno/aliquid supaddi põt.Notat in c.Cũ æterni.de re iudi.li.6.sumi ergo videtur improprie prout

etiam sumitur dum terreno principi æternitas ascribit. vt in l.2. C. de fabricen lib.10.

r ¶ Regnũ a gente in gentẽ transfertur &c. Sic forte regnũ Hierusalẽ a catholicis ad Sarracenos puenit. quod tamen postea donauit papa karolo regi & eius successoribus: & valuit donatio. quia licet tũc ecclesia nichil teneret de tali regno/ tñ quia semel fuit ecclesię: valuit cõcessio ppter ius & spem postliminij. Ita dicũt Bar. & cõmuniter oẽs in l. Id quod apud hostes. ff. de lega. 1. Sed videt scdm Iasonẽ ibi. col. 3. in prin. ꝙ talis donatio fuerit supflua & sine vllo effectu. quia redimẽs seu recuperans regnũ Hierusalem/ vel aliud regnum a faucibus infideliũ cõsequit plenũ ius in illo regno absq; vlla donatione papæ. Hinc est ꝙ reges Hispanię de iure nõ recognoscũt imperatorẽ: eo/ quia de faucibus infideliũ eruerũt illa regna secundũ glo. valde no. in c. Adrianus. 2. 63. dist. quã sequitur do. abbas. in c. Venerabilẽ. in. 9. col. de elec. Sic etiam de Græcis in Francos fuit imperiũ translatũ. Legitur enim in chronicis: ꝙ cũ ecclesia Romana opprimeret ab Astulpho rege Longobardorũ/ petijt auxilium a Constantino & eius filio Leone imperatorib⁹ constantinopolitanis. & cum nollent patrocinari ecclesiæ Stephanus papa secũd⁹ trãstulit imperiũ in karolũ magnum q fuerat filius Pipini: quẽ zacharias pdecessor ei⁹ substituerat Chilperico regi Frãcorũ quẽ deposuerat. Et hęc translatio facta est Anno dñi. 776. q karolus coronatus est a Leone papa tertio: elapsis postea. 15. annis. Ita dicit Hostien. in c. Venerabilẽ. in verbo a Gręcis de elec. Et sumpsit a fasciculo in historia Stephani papę secũdi. Et sic ista translatio de Gręcis in Francos seu in personã karoli fuit facta passiue. quia fuit assumptus karolus in imperatorẽ. Vnde trãslatio q̃ dicit facta in Germanos (vt est tex. in c. Venerabilem. de elec. & notat glo. fi. in c. Ego Ludouicus. 63. dist.) videt etiã facta passiue vt sc; de natiõe Germanorũ eligi debeat imperator. Et ita tenet Panor. in d. c. Venerabilẽ. col. antepe. Sed hęc opinio videtur esse falsa. quia tex. in d. c. Venerabilẽ: dum loquit de trãslatiõe in Germanos/ non loquit specialiter de trãslatione actiua. vt patet dũ dicitur illis principibus ius & potestatẽ eligendi regẽ in imperatorẽ postmodum promouẽdum recognoscimus. Vnde non debet ad electionẽ passiuam trahi. Cum sit regulare in omnib⁹ electionibus/ ꝙ eligentes liberam habent eligendi facultatem etiam extra suã nationẽ seu collegiũ. prout est glo. quã sequũtur compostu. Cardi. & Io. An. in c. Ne pro defectu. de elec. Non ob. tex. dicti c. Venerabilẽ. dũ dicit. Imperiũ trãslatũ de Gręcis in personam magnifici karoli in Germanos. Nam si bene ponderetur pbat opinionẽ istã cõtra Pa. Non enim vult ille tex. ꝙ post personã karoli/ soli Germani eligerẽtur: sed tm̃ ꝙ ad solos Germanos potestas promouendi aliquem in imperatorẽ spectaret quia cũ prouidendi potestas eis data substituatur seu succedat prouisioni papali/ factæ de persona karoli/ qui Frãcus erat: & expresse non restringatur ad Germanos/ censetur trãsferẽs voluisse ꝙ etiã Galli eligi possent. vt sic subrogatũ sequatur ei⁹ naturã in cui⁹ locũ subrogat. iuxta l. filic. §. 1. ff. de cõdi. & demõ. Et trãslatio quę facta est de gręcis in psonã karoli/ non videt facta nisi respectu prouisionis faciẽdę. vnde nõ videtur incõueniẽs ꝙ aliquis gręcus in imperatorẽ posset eligi. quia hoc phibitũ non videt p d. c. Venerabilẽ. qd solũ de actiua loquit translatiõe/ & non de passiua. Et hanc opi. ꝙ sc; aliquis alterius natiõis q̃ Germanę possit ab electoribus Germanis in imperatorẽ eligi/ tenet do. Cardi. in d. c. Venerabilem.

1. Cori. 4. b ¶ Iam saturati estis/ iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinã regnetis: vt & nos vobiscum regnemus.

¶ Alexander prim⁹ regnauit in Grçcia &c. vt supra in verbo Alexander.

¶ Cętera in verbis Hypocrita. Iob. 34. d Mors. ad Romanos. 5. d & Rex Prouerbiorum. 8. b & Sapientię. 6. d.

Psal. 441. c. **Regnum.** ¶ Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentię regni tui. Regnum tuum/ regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Ecclés. 4. d. ¶ Vidi ꝙ de carcere cathenisq; interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno inopia consumatur.

Eccli. 10. a. ¶ Regnum [r] a gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos.

Matth. 6. 18 ¶ Primum [s] quærite regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijciẽtur vobis.

11. b. ¶ A diebus Ioannis Baptistę vsq; nunc regnum cœlorum [t] vim patitur & violenti rapiunt illud.

12. b. ¶ Iesus sciens cogitationes Phariseorum dixit eis. Omne regnum [v] in se diuisũ desolabitur/ & omnis ciuitas vel domus diuisa cõtra se: non stabit.

19. c. ¶ Iesus dixit discipulis suis: Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis: facilius est camelum per foramen acus transire q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum.

s ¶ Quęrite primũ regnũ dei & iustitiã eius &c. In cuiuslibet igitur operis principio/ inuocãdum est dei auxiliũ: put etiã cõiter concludũt docto. allegantes bonos textus in prooe. digestorũ. dei em̃ sunt sapiẽtia & fortitudo/ ipse mutat tempora & ętates/ & regna transfert atq; cõstituit. Ipse reuelat profunda & abscõdita: & nouit in tenebris constituta/ & lux cũ eo est/ Danielis 2. capite. quã sentẽtiã allegat Panor. in pro x. suæ lecturæ. in. 2. decre. vbi in suę interpretationis principio diuinũ implorat auxiliũ per hanc metricã Boetij sententiam. O qui perpetua mũdum ratione gubernas. Terrarũ cœliq; sator qui tempus ab æuo Ire iubes stabilisq; manens das cuncta moueri/ Da pater augustam mẽti conscendere sedẽ Da fontẽ lustrare boni/ da luce reperta In te cõspicuos animi defigere nixus.

t ¶ Regnum cœlorum vim patitur. Non em̃ potest homo Dei regnum consequi/ nisi quandam sibi violẽtiam inferat: cohibendo se etiã ab his quibus natura sua procliuior est voluptatibus. c. 1. versi. Cohibeat. de pœni. dist. c. 5.

v ¶ Omne regnum in se diuisum desolabitur Recurre ad verbum diuisus. Et adde ꝙ hac ratione: quia sc; diuisum regnum facillime desolatur seu in diminutionẽ venit/ non diuiditur regnum de consuetudine iure approbata: sed ad primogenitum defertur. tex. est & ibi Panor. in c. Licet ex suscepto. de vo. & in c. 1. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Frede. de quo vide quod dictũ est in verbo Primogenitus. Si tamen primogenitus esset insufficiens/ posset pater secũdogenitũ primogenito præferre.

sicut fecit rex Dauid. quia consuetudo de admittendo in regni successione primogenito sic venit interpretanda: vt toti regno non preiudicet. ita dicit Bal. in aucten. hoc amplius. col. 2. C. de fideicom.

x ℭ Si oculus tuus scādalizat te &c. Declara hanc sententiā p ea q̄ dicta sunt in verbo Oculus. Matth. 5. d.

y ℭ Sinite paruulos venire ad me. Declara vt in simili sentētia dictū est in verbo Paruulus. Matth. 19.

yy ℭ Et sedeatis super thronos iudicantes. 12. tribus Israel. Vide tex. & ibi Archi. in c. Vereor. 8. q. 1. & dictum est in verb. Dies. q.

z ℭ Non in sermone est regnū dei sed in virtute. Similis est sentētia in c. Omnē vim. in fine. 37. distin. dū ibi dicitur. Regnum dei in simplicitate fidei est/ non contentione sermonis.

zz ℭ Caro & sanguis regnū dei nō possidebūt. Idest dediti carnis & sanguinis voluptatibus: nō in dei regnū sed in tenebras mittentur exteriores: vbi erit fletus & stridor dentium. c. Ecclesiæ principes. 35. distinc.

a ℭ Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Idē tex. in c. Saluator. 1. q. 3.

aa ℭ Nolite aliquid iniquū facere in regula. Regulā nōnulli dictā putant vel q regat/ vel q normam recte & bene viuēdi prębeat/ vel q distortum prauumq corrigat. tex. est in c. Regula. 3. distin. Et a regula sic dicta regulares appellātur: vt ibi notat Archi. Et Hostien. in summa tituli de regularib9. §. 2. An autē isti regulares per quālibet cōtrauētionē regulæ dicātur facere iniquū in regula/ ita q mortaliter peccent? Dicendū est breuiter q in regula religiosorū cōtinetur aliqd dupliciter. Vno modo sicut finis regulæ: puta ea quę concernunt actus virtutum: Horum transgressio q̄tum ad ea quæ cadunt communiter sub pręcepto/ obligat ad mortale peccatum: q̄tum vero ad ea quę cōmuniter excedunt necessitatem præcepti non obligat ad mortale: nisi propter contemptum. Nam religiosus non tenetur esse perfectus/ sed ad perfectionem tendere: cui cōtrariatur perfectionis contēptus. Alio modo cōtinetur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitiū: sicut sunt oēs exteriores obseruantię/ inter quas sunt quædam ad quas obligatur religiosus ex voto professionis. Votū aūt pfessionis respicit principaliter tria: sc3 paupertatem/ cōtinētiam/ & obedientiam. Alia vero oia ad hęc obligātur/ & ideo transgressio horū triū obligat ad mortale. Aliorū vero trāsgressio nō obligat ad mortale/ nisi per contemptū regulę. quia hic directe contrariaretur pfessioni per quā aliquis vouet regularē vitā. Vel propter præceptū vel oretenus a prælato factū/ vel in regula expressum. quia hoc esset facere contra obedientię votum. Nota ergo q is qui pfitetur aliquā regulā/ non vouet seruare omnia quæ sunt in regula: sed vouet regularē vitam quæ essentialiter consistit in tribus prędictis. Vnde in quibusdam religionib9 cautius aliqui profitent: non quidē regulā sed viuere scdm regulā. j. tendere ad hoc vt aliquis mores suos informet scdm regulā sicut scdm quoddā exemplar. & hoc tollitur per contemptum. Ita post sanctum Thomā quem allegat/ tenet Archid. in c. Si cui bonum. 27. quæsti. 1. Et idē in effectu concludit Panor. in c. Nam & cōcupiscentiam. in fi. de consti. Et in ca. Deus qui. col. 1. de vita & ho. cle. vbi dicit q alias. j. si diceremus quālibet contrauentionem regulæ esse mortalem. Periculosior esset vita religiosorum/ vita secularium: cū tamen secūdū omnes sit securior. Et in d. c. Deus qui. adducit Panor. duas alias bonas rationes q̄ videātur. dicit tamen in d. c. Nam & concupiscentiam q si contrauentiones regulæ in non substantialibus/ ducat religiosus in consuetudinem: q non excusatur a mortali: quia nullum est peccatum adeo veniale quin fiat mortale dū placet. §. Criminis. 52. dist.

b ℭ In pondere mensura. Recurre ad verba Mensura & pondus.

y ¶Quinq; boues pro vno boue restituet. In foro conscientię bos subtractus restituendus est. Pœna aũt quadrupli non. glo. est in c. Fraternitatis. 12. quęst. 2. & dictũ est diffusius in verb. Furari. puer. 6. Vlteri9 tamen in hac materia restitutiõis (quia circa eã solet addubitari frequẽtius) aduertendũ est ad aliqua: & primo ꝙ regulariter ad restitutionem tenetur quis vbicũq; cõmittit furtũ/ rapinã/ oppressionẽ/ dolũ/ vel calũniam. ca. si. 14. quęst. 5. & per hoc cõprehendũt omnes casus in quib9 cõpetit repetitio siue habeat fieri per actionẽ: puta de dolo/ qd me. cau. & consimiles. siue per officium iudicis. hanc regulã ponũt Inno. Panor. & Hosti. in c. Quia pleriq;. de imu. eccle. vbi ponitur conciliaris cõstitutio cõplectens notabilẽ casum: quo quis ad restitutionẽ tenetur. dicit eñ ibi tex. Quia pleriq; prelati vt pcurationem aut seruitiũ aliquod impendant legato: vel alij plus extorquent a subditis q̃ soluant. & in eorum dãnis lucra sectantes/ quęrũt prędã potius q̃ subsidiũ in subiectis. id de cętero fieri prohibemus. qd si quis forte pręsumpserit/ & sic extorta restituat/ & tantũdem cogatur pauperibus elargiri. Hęc ibi. Pręmissa aũt regula cõgruit legi & ęquitati naturali/ dictãti neminẽ debere locupletari cum aliena iactura. c. locupletari. de regu. iur. in. 6. & in l. Nã hoc natura. ff de cõdi. inde. & ita suadet & pręcipit ius diuinũ. vt notatur in regula. peccatũ non dimittitur/ nisi restituat ablatũ. de regu. iuris in. 6. & in c. Cũ tu. de vsur. Fortius dicunt Inno. Panor. & Hostien. in d.c. Cũ tu. de vsu. in. 6. ꝙ si quis teneatur alicui naturaliter tm̃: vt in eo q̃ ex cõtractu obligatur seruo. l. naturaliter. ff. de cõdi. inde. tñ in foro cõscientię tenetur ei illud debitũ restituere: nec de tali debito potest eleemosynã facere. ar. in c. Eam te. de iureiu. vbi. dicit Quus non remittit sed auget cum cuiq̃ improuide soluit qd alij ex debito est pręstandũ. Quid aũt de meretrice an teneatur restituere quod lucratur ex meretricio: an vero non/ sed ex illo lucro tanq̃ ex proprio possit eleemosynã facere/ dixi in verb. Offerre. super illud. Nõ offeres mercedẽ prostibuli. de eo vero qui scripsit se debere/ seu se debere cõfessus est: sed in veritate non accepit. & sic cõfessus est spe futurę muneratiõis. dicendũ est ꝙ in foro consciẽtię non tenetur restituere: licet a tẽpore confessionis effluxũ sit biẽnium. quo casu tenetur in foro cõtentioso ad restitutionem. l. in contractibus. in prin. C. de nõ nũe. pe. sed nõ in foro conscientię. quia cũ in veritate nichil receperit/ lex positiua q̃ propter lapsum biẽnij pręsumit veritatẽ debiti/ non obligat. psumptio eñ cedit veritati. ita tenent Inno. Hostiẽ. & Panor. in d.c. Quia pleriq;. vbi idẽ dicunt esse in eo qui per iudicẽ iniuste condẽnatus est. quia si non appellauerit/ licet teneatur soluere in foro cõtentioso/ tñ non tenetur in foro animę. nisi non appellasset scienter volens sententiã quam sciebat iniustã confirmare. Et vlterius dicũt ꝙ obtinens iniustã sententiam tenetur in foro animę qcquid inde consecutus est/ restituere. quia lex mãdauit sententiam exećtioni mãdari: quia psumpsit p iustitia sententię: ergo cũ in foro animę cõstet: de cõtrario tenetur ad restitutionẽ. quia peccatũ non dimittitur nisi ablatũ restituat. c. Cũ tu. de vsu. c. Peccatũ de regu. iur. in. 6. plus dicũt ꝙ etiam in foro cõtentioso si constaret per confessionẽ illius qui obtinuit sententiã iniustã/ eam iniustã esse ꝙ cassaretur sententia etiã in foro iudiciali: quia sententia iniusta sustinetur ex psumptiue iustitiæ c. In pręsentia. de pba. sed contra psumptionẽ etiã iuris & de iure admittit pbatio in contrariũ per confessionẽ vt no. in auten. sed iam necesse. C. de do. ante nup. Subiungunt adhuc ꝙ succũbens iniuste non debet etiã in foro animę sponte parere sentẽtię. qa induceret victorẽ ad peccandũ: nisi saltẽ haberet animũ donãdi quẽ sciret obtinens. quia tunc ipse nõ peccaret accipiendo scdm Panor. ibidẽ. ad mandatũ aũt iudicis non peccat succũbens iniuste/ parendo sententiæ: quia iudiciũ redditur in inuitũ. l. inter stipulantẽ. §. si stichũ. ff. de ver. obliga. Sed quid dicendũ de pręscribente rem alienã: an teneat eã restituere in foro animę/ cõiter concluditur in d.c. Pleriq;. ꝙ si bona fide pręscripsit/ non tenetur. Alioq; sic. Et ita etiã tenet Panor. in c. Vigilanti. de pręscrip. & Io. An. in regula possessor. de regu. iuris in. 6. Plerasq; alias quęstiões in materia restitutiõis decidunt doc. in d.c. Quia pleriq;. & diffusius Petrus de Ancha. in regula peccatum. de regu. iu. in. 6. De his autem q̃ lucrantur in ludis phibitis: an restituẽda sint in foro animæ: vide qd dixi s. in verb. Ludere.

z ¶Non resurget donec atteratur cœlum. Quia nisi finis huiusmõdi aduenerit/ humanũ genus a sõno mortis non euigilabit. d.c. 1. col. 2. de sum. tri. & fi. ca.

a ¶Ego sum deus Abraam &c. Cum dicit deus Abraam/ deus Iacob & de9 Isaac: ter deum nominando/

vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo/perierunt. Si in [b] hac vita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc aũt Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidẽ per hominẽ mors/& per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisq; autẽ in suo ordine/primitię Christus. Deinde hi q̃ sũt Christi: qui in aduentũ eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri/ cum euacuauerit omnem principatum & potestatẽ & virtutẽ. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime aũt inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cũ aũt dicat omnia subiecta sũt ei: sine dubio p̃ter eũ qui subiecit ei oia. Cũ aũt subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia vt sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptisantur pro mortuis. Si omnino mortui non resurgũt: vt quid & baptisantur pro illis. vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie [d] morior propter vestram gloriam fratres quã habeo in Christo Iesu dño nostro. Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi: quid michi prodest si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti/ & nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidã habẽt: ad reuerentiam vobis loquor. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui: Quali aũt corpore venient? Insipiens tu: quod seminas non viuificatur: nisi prius moriatur. Et quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas: sed nudum granũ. vt puta tritici/aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & vnicuiq; seminũ propriũ corpus. Nõ omnis caro eadem caro: sed alia hominum/alia pecorũ/alia volucrũ/alia aũt pisciũ. Et corpora cœlestia/& corpora terrestria. Sed alia quidẽ cœlestiũ gloria/alia autem terrestrium: alia claritas solis/alia claritas lunæ/ & alia claritas stellarũ. Stella enim a stella differt in claritate. Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur [e] in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corpus animale/est & spirituale: sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed nõn prius quod spirituale est/ sed quod animale est/ deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus/tales & terreni: & qualis cœlestis/tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: neq; corruptio incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus [f]: sed non omnes immutabimur/in momẽto/in ictu oculi/ in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & nos imutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatẽ: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaq; fratres mei dilecti stabiles estote & imobiles. abũdantes in omni opere domini semper: sciẽtes q; labor vester nõ est inanis in domino.

trinitatem personarum in deitate demonstrat. Cum autem dicit. Non est deus mortuorum. vnũ deum iterans: vnam substantiam significauit. Et sic trinitatem in vnitate/& in vnitate trinitatem his verbis declarauit: prout etiã hoc aperte dicitur in alle.ca.1.de sum.trini.

b ❡ Si in hac vita &c. Declara hæc verba vt in verb. Miserabilis.

c ❡ Primitiæ dormientium. Christus primitiæ dormientium vocatur: quia primus surrexit/ posthac nunq̃ moriturus. capi. Semel. de conse. distinc. 2.

d ❡ Quotidie morior propter vestram gloriam fratres. Vt noueritis verum iurare non esse peccatum: inuenim9 & apostolum Paulum iurasse dum dixit, Quotidie morior per gloriam vestram fratres/ quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Per gloriam vestrã: iuratio est. Non enim sic ait per gloriam vestram morior: quasi vestra gloria me fecit mori. quomodo si diceretur. per venenum/ per gladium/ per bestiã/ per inimicum mortuus est. Intelligeretur faciente inimico/faciente gladio faciẽte veneno mortuus. Hæc sunt verba Augustini quæ habentur in capit. Vt noueritis. 22. quæstione. 2. & est textus hæc verba Pauli sic etiã ponderãs in c. Etsi Christus. de iureiu.

e ❡ Seminatur in corruptione. Quia homo ex quo concipitur/ vsq; ad dissolutionẽ semper corrumpitur. l. proponebatur. ff. de iudicijs.

f ❡ Omnes resurgemus/ sed non omnes immutabimur. Idest nedum boni resurgent sed & mali. Soli tamen boni immutabuntur. s. de statu huius vitæ/ miseriarum & ærumnarum plenæ/ ad vitam transibunt perennem: nullis miserijs aut casibus subiectam: mali pœnę perpetuæ cum diabolo & angelis eius derelictis, dicto capite primo. de summa trini.

g ❡ Deinde nos qui viuimus &c. In aduentu em̄ dn̄i qui viui fuerint inuenti obuiā rapient dn̄o in aera/ mortē quasi soporem passi. In ipso em̄ raptu mortē & resurrectionē habebunt. dūq̧ anima in ipso raptu exierit a corpore/ remanebit corpus terra: sed tam breue spaciū tenebit ipsa mors: vt nec cogitari/ nec perpendi possit. Pro hoc dicto (qd est glo. ordi. post Ambrosiū.) pondero tex. in alle. c. 1. col. 2. in fi. de sum. tri. dum ibi dicitur. Vēturus est Christus in fine seculi iudicaturus viuos & mortuos: & redditurus singulis scdm opera sua/ tam reprobis q̄ electis: q oēs cū suis pprijs resurgēt corporib9/ q̄ nūc gestāt &c. Pondera hęc verba. Iudicatur9 viuos. simul cum istis verbis. qui oēs resurgēt. Nā ex eis satis liquet viuos iudicij tēpore/ morituros pri9 deinde statim resurrecturos. Quomodo em̄ vere de eis diceret ꝙ resurgerēt/ nisi eorū morte p̄supposita? Quomodo itē diceretur Christū iudicaturū viuos & mortuos/ nisi p̄supponeretur iudicij die nedū mortuos sed & aliquos q nūq̄ mortui sunt coperiēdos esse? Et sic dū dicit: ꝙ iudicabit viuos & mortuos: & ꝙ oēs resurgent: satis innuitur viuos die iudicij morituros & statim postea resurrecturos vt sic omnes post resurrectionē iudicētur: accepturi scdm opera sua/ vel cū diabolo pœnā perpetuā: vel cum Christo gloriam sempiternam.

h ❡ Saducei dicūt resurrectionem non esse. Glosa est satis ampla hūc locum euangelicum citās in c. fi. 31. quæsti. 1.

i ❡ Frustra iacitur rhete. Declara hāc sentētiā vt in verbo Frustra. vel aliter vt i ver. Ocul9.

k ❡ Retribue seruo tuo dn̄e. Petrus Lōbar. super hoc psal. dicebat ꝙ quatuor sunt retributiones. Retribuūtur em̄ aut mala pro malis/ aut bona pro bonis: vel bona p malis/ aut mala pro bonis. Duæ priores pertinēt ad iustitiā. Tertia ad misericordiā. Quartam nescit. retribuit nāq̧ frequētius bonū p malo: & hanc retributionem petebat Dauid. Inquiens. retribue seruo tuo dn̄e &c. Ita Arch. citans Petrum Lombardi. in c. Sex sunt differentię. in principio. 23. quęsti. 3.

l ❡ De fructu oris sui vnusquisq̧ replebitur bonis &c. Declara vt in verbo Fructus.

m ❡ Reuela domino viā tuā. Hinc legit. Non tibi dico vt te pdas in publicum/ neq̧ apud alios te excuses sed obedire te volo prophetę dicenti. Reuela ante deum

❡ Si credim9 ꝙ Iesus mortu9 est & resurrexit: ita & deus eos q dormierūt 1. Tessa. 4. d
per Iesum adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus/ qui residui sumus in aduentu domini: nō præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu/ & in voce archangeli/ & in tuba dei descendet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde [g] nos qui viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus/ obuiā Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. Itaq̧ consolamini inuicem in verbis istis.

❡ Cætera in verbis Dormire. Psal. 40. b. Iesus. Mat. 27. g. & 1. ad Cori. 15. a. Impius. Psal. 1. b. & Iustus. Prouerbiorum. 24. b.

Resurrectio.

❡ Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Psalm. 138. a

❡ Saducei [h] dicūt nō esse resurrectionē &c. Et superiori verbo pximo. Matth. 22. c.

❡ Om̄es qui i monumētis sūt audiēt vocē filij dei: & pcedēt q bona fecerint in resurrectionē vitę: q vero mala egerint in resurrectionem iudicij. Ioan. 5. e.

❡ Prophana & vaniloqua deuita. Multū eni pficiūt ad ipietatē: & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus & Philetus: qui a veritate exciderunt: dicentes resurrectionem iam factā. & subuerterunt quorundam fidem. 2. ad tim. 2. c

❡ Cætera in verbis Iudas Machabeus. 2. Machabeo. 12. g. Lazarus. Ioānis. 11. c. & Resurgere. 1. Corinth. 15. b. c. d. e. f.

Rete.

❡ Frustra [i] iacitur rete ante oculos pennatorum. Prouer. 1. b

❡ Cætera in verbis Fictus. Pro. 29. a. & Iesus. Mat. 4. c. & Ioā. 12. b. & d.

Retribuere et Retributio.

❡ Mea est vltio: & ego retribuam eis in tempore vt labatur pes eorum. Deute. 32. e.

❡ Si acuero vt fulgur gladium meū: & arripuerit iudicium manus mea reddam vltionem hostibus meis: & his qui oderunt me retribuā. Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes: de cruore occisorum/ & de captiuitate nudati inimicorum capitis. 32. f.

❡ Dominus retribuat vnicuiq̧ secundum iustitiam suam & fidem. 1. Reg. 26. d.

❡ Non secundum peccata nostra fecit nobis (dominus) neq̧ secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Psal. 102. b.

❡ Quid retribuam domino/ pro omnibus quæ retribuit michi? Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo. 115. a.

❡ Retribue [k] seruo tuo domine: viuifica me: & cūstodiā sermones tuos. 118. c.

❡ Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas inæternum: propter retributionem. 118. o. in fi.

❡ De fructu [l] oris sui vnusquisq̧ replebitur bonis: & iuxta opera manuū suarum retribuetur ei. Prou. 12. c.

❡ Cætera in verbis Detrahere. Psalmo. 37. d. Iudicium. Psalmo. 18. c. & Superbia. Psalmo. 30. g.

Retrorsum et retro.

❡ Recurre ad verba Aratrū. Lucæ. 9. f. & Iesus. Ioannis. 18. b.

Reuelare et Reuelatio.

❡ Sacramentum regis abscondere/ bonum est: opera autem dei reuelare & confiteri honorificum est. Tobie. 12. b

❡ Reuela [m] domino viam tuā & spera in eo: & ipse faciet & educet quasi Psal. 36. a.

viã tuã/ergo tua confitere peccata apud deũ verum iudicem cũ oratiõe. Delicta tua pronũcia/ nõ lingua sed cõscientię tuę memoria/ & tunc demũ spera te misericordiã posse consequi. Si habueris peccata tua in mẽte tua cõtine/ malũ nunq̃ in corde tuo contra ꝓximũ tuũ tenebis. Sed hoc non ita intelligendũ est vt sine confessiõe oris peccata dimitti dicantur. sed quia non est necesse vt q̃ semel sacerdoti confessi fuerimus denuo confiteamur. q̃uis lingua cordis non carnis ea iugiter cõfiteri debeamus. vel quia secreta peccata secreta confessiõe/ & occulta satisfactione purgantur. & sic soli deo in sacerdotis persona sunt reuelanda. non aũt in publico manifestanda. vel ꝑ eis publica satisfactio subeũda. Pręmissa ꝓbant̃ per tex. cum glo. in ca. Quis aliquãdo. §. his auctoritatibus. versic. Nõ tibi dico. de pœni. distinc. 1.

lumẽ iustitiã tuã/& iudiciũ tuũ tanq̃ meridiẽ. subditus esto deo & ora eũ.

Proue.16.a. ℭReuela domino opera tua/& dirigentur cogitationes tuæ.

Luc̨.12.a. ℭNichil opertum quod non reueletur: neq; absconditũ quod nõ sciatur. Quoniam quæ [n] in tenebris dixistis in lumine dicentur: & quod in aure loquuti estis in cubiculis/prædicabitur in tectis.

ℭCætera in verbis Arcanũ. Prouer.11.b. Fraus. Proue.20.c. Menstruũ. Leuiti.18.c. in fine Noscere. Matth.11.d. Paruulus. Matth.11.d. Secretũ. Prouerb.25.d. & Turpitudo. Leuitici.18.a.b.c.

Eccli.42.a. **Reuelatio.** ℭNon duplices [o] sermonẽ auditus de reuelatione sermonis absconditi & eris vere sine confusione & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum ne pro his omnibus confundaris.

ℭCętera i verb. Amic⁹. Eccli.22.d. Angel⁹. 2.Cor.12.b. & Ies⁹ Lu.2.e

Psalm.34.d **Reuerentia.** ℭInduantur confusione & reuerentia qui maligna loquuntur super me.

58.e. ℭTu scis improperium meum & confusionem meã & reuerentiã meã.

Sapien.12.c ℭTu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia [p] disponis nos. Subest enim tibi cum volueris posse.

Eccli.32.b. ℭAudi tacens: & pro reuerentia [q] accedet tibi bona gratia.

ℭCætera in verbis Iesus. ad Hebræos.5.b. & Metus. ad Hebręos.12.g.

n ℭQuoniã quę in tenebris dixistis &c. Vide tex. in c. Cũ ex iniuncto. de hęre. de quo ĩ ver. Prędicare.

o ℭNon duplices sermonem in reuelatiõe sermonis absconditi. De non reuelando sermone occulto/ tractãt canonistę in cap. Si sacerdos. de offi. or. & in cap. Omnis vtriusq; sexus. de pœni. & remis. & dictum est in verbo Amicus. ꝓuer.27. & in ver. Arcanũ. ꝓuer. 11. de reuelatiõe autẽ criminis occulti per aliũ cõmissi vel ipsi⁹ personæ q̃ crimẽ admisit dixi satis protense in verbo Fur. super illud. Qui cũ fure participat/odit animã suã. Sed circa reuelationẽ criminis cõmittendi/ Aduertendum est ꝙ aut loquimur de iure ciuili/ aut de iure canonico. Si de iure ciuili: non tenet̃ quis reuelare. glo. est in l. Culpa caret. & ibi bo. tex. ff. de regu. iur. notat Bal. in l. vt vim. in. 8. q. ff. de insti. & iu. Paulus de Cast. in l. fi. in fi. C. de his qui vt indi. fallit qñ is qui sciret crimen cõmittendum esset: subditus ei⁹ contra quẽ crimẽ sciebat esse cõmittendũ. Vnde si famulus sciuit delictũ cõmittendũ contra dñm: si non reuelet/ tenet̃. idẽ in filio cõtra patrẽ vel vassallo contra dñm/ vel subdito contra principem/ vel ciue contra ciuitatẽ suã. tales eñ personę scientes & non reuelãtes tenẽtur & puniri debẽt/ etiã pœna mortis: si tale sit crimẽ qd esset morte plectẽdũ. Ita tenet Bar. in l. vtrũ. circa mediũ. ff. ad l. Cor. de sicca. & illud dictũ sequitur Panor. in c. 1. col. 2. ver. ad tertiũ. de resti. spo. & ibi multũ solẽniter ampliat hoc dictũ: vt habeat locũ in filio spũali non reuelãte crimen capitale cõmittẽdũ in personã patris spiritualis/ per ratiões de quib⁹ ibi ꝑ eũ. Sed aduerte quia dictũ Bar. nõ est tutũ & reprobatur per Bal. in suo eleganti consilio qd incipit. Quãq̃ multa dicta sint. vbi Bal. dicit ꝙ anima Bar. est sepulta in inferno propter illud dictũ. Et pariter cęci assessores qui dictũ Bar. in iudicãdo secuti sunt: q̃a ꝙ sola sciẽtia condẽnet quem ad mortẽ & iudicet reũ lęsę maiestatis non inuenitur iure cautũ. Et ideo cõtra Bar. tenet etiã Saly. in l. 1. C. de rap. virgi. dicens: ꝙ officiales qui sequũtur Bar. occidunt ꝓprias animas. vnde dici põt: ꝙ subditus sciens & nõ reuelãs/ tenet̃: non tñ eadẽ pœna sed extraordinaria arbitrio iudicis imponẽda. Nec ob. tex. in d. l. vtrũ. vbi simpliciter dicit̃ conscios parricidij/ pari pœna afficiẽdos. Sed d. l. intelligitur in conscijs & participibus simul. Alioqui conscij simpliciter & non participes non sunt eadẽ pœna puniẽdi. l. 2. ff. ad l. põpei. de par. vel scd̃m alios dici potest speciale esse ꝓpter grauitatẽ criminis in crimine parricidij. Et idẽ est in crimine læsæ maiestatis. l. q̃sq̃s. §. id quod. C. ad l. iul. ma. Et ita etiã cõtra Bar. tenet Fely. in c. Q̃ræ. colũ. fi. de sen. excõ. dicit tñ p̃ceptor meus Philip. Deci⁹ in c. 1. in glo. 2. versi. Prima cõclusio. in fi. de offi. dele. ꝙ opi. Bart. fuit obseruata Florẽtię dum legeret Pisis cõtra Renatũ de Pascijs/ qui decapitatus fuit: quia nõ reuelauit coniurationẽ quã sciebat cõtra remp. Aut loquimur de iure canonico. & tunc sciens & non reuelans tenet̃. glo. est in d. l. culpa caret. & ꝓbatur in d. c. q̃rę. in fi. de sen. excõ. in c. Sicut dignũ. §. Illi. de homici. in c. Dilecto. de sen. excõ. in. 6. in c. Non in inferẽda. 13. q. 3. in c. qui potest. & in c. fi. ea. cau. & q̃st. Melius tñ est vt dicam⁹ ꝙ immo etiã de iure canonico sciẽs delictũ & nõ reuelãs/ non tenet̃ saltẽ in foro contẽtioso: sed bene tenet̃ in foro consciẽtię. & ita ꝓcedunt iura p̃allegata. Ista est resolutio Anto. de Bu. in d. c. q̃rę. in fi. Panor. in d. c. 1. colũ. fi. de resti. spo. Saly. in d. l. quisquis. C. ad l. iu ma. Bal. in l. 1. col. 4. C. de ser. fugi. & Io. de Ana. in c. 2. de hęreti. Et ita etiã tenet Fely. in d. c. Q̃rę. circa fi. Sed aduertẽdũ est quia q̃uis ista videat̃ cõis opinio/ tñ nõ videt̃ rationi consonũ ꝙ iura p̃dicta restringãtur ad forũ cõsciẽtię ꝑut docto. loquũtur: quia cũ illa iura simpliciter loquãtur/ intelligi debẽt respectu fori cõtẽtiosi: ꝑut cõmuniter iura canonica loquũtur. Et quia qñ iura canonica aliter in foro consciẽtię q̃ in foro contẽtioso volũt disponere/ solẽt hoc exprimere. c. Quicũq;. 17. q. 4. c. Inquisitioni. de sen. excõ. notat in c. Tua nos. de sponsa. Et ita cõtra cõmunẽ sentẽtiã suprascriptã tenet ꝑ bonas rationes q̃ videri possunt/ pręceptor me⁹ Deci⁹ in d. c. 1. in glo. 2. versi. Secũda conclusio. de offi. delega.

p ℭCũ magna reuerẽtia disponis nos. Non statim nos puniẽdo/ sed pia longanimitate nostrã ad te conuersionẽ expectando. c. Diaconi. in fi. 93 distinc.

q ℭEt ꝓ reuerẽtia accedet tibi bona gratia. Laudabile nãq; discretũq; est reuerentiã & honorẽ exhibere prioribus. dicit tex. in c. Sicut inquit. in princi. 2. q. 7. & facit tex. in c. Ex ore. in fi. de priuileg. qd verũ est etiã si inutiles sint/ dũmodo tolerent̃: quia inferiores superiorib⁹ tametsi inutilib⁹ reuerẽtiã debẽt q̃diu tolerant̃. c. Si fortassis. 16. q. 6. An aũt id qd fit ꝓ reuerẽtia alterius/ possit eo respectu: q̃a sc; pro reuerẽtia alteri⁹ & non volũtate propria factũ est/ retractari? Breuiter dicendũ est ꝙ non nisi minę vel verbera

Reuerti et Reuersio. ¶Reuertere [r] / reuertere Sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Can.6.in fi

¶Vmbræ transitus / est tempus nostrum: non est reuersio finis nostri. quoniam consignata est / & nemo reuertitur. Sapien.2.b.

¶Reuertere ad dominum / & auertere ab iniustitia tua: & nimis odito execrationem / & cognosce iustitias & iudicia dei: & sta in sorte propositiõis & orationis altissimi dei. Eccli.17.c.

¶Quomodo descendit imber & nix de cœlo & illuc vltra nõ reuertitur: sed inebriat terram & infundit eam & germinare eam facit / & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo. Non [s] reuertetur ad me vacuũ / sed faciet quæcunq; volui: & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Esaie.55.c.

¶Indurauerunt filij Hierusalem facies suas supra petram: & noluerunt reuerti. Ego autem dixi. Forsitan [t] pauperes sunt & stulti: ignorantes viã domini / & iudicium dei sui. Ibo ad optimates & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam domini: & iudiciũ dei sui. Et ecce magis hi simul cõfregerunt iugum: ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de sylua: lupus ad vesperam vastauit: pardus vigilans super ciuitates eorum. Omnis qui egressus fuerit ex eis capietur: quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum / confortatæ sunt auersiones eorum. Hier.5.a. b

¶Nunquid qui cadit non resurget (dicit dominus) & qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? Apprehenderunt mendaciũ: & noluerũt reuerti. Attendi & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo: dicens. quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum / quasi equus impetu vadens in prælium. 8.b.&.c.

¶Cætera in verbis Amicus. Prouer.3.c. Canis. Prou.26.b. Derelinquere. Esaie.55.b. Formidare.1.Corin.7.a. & Magi. Matth.2.b.

Reus. ¶Audistis quia dictũ est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis [v] qui irascitur fratri suo / reus erit iudicio. Qui [x] autem dixerit fratri suo / racha: reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. Matth.5.c.

¶Dixerunt Iudæi de Christo: reus [y] est mortis. Matth.26.f.

¶Cætera in verbis Lex Iacobi.2.b. Et Manducare.1.Corinth.11.f.

Rex. ¶Cum ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi / & possederis eam: habitaueris q; in ea / & dixeris: cõstituam super me regem sicut habent omnes per circuitum nationes: eum [z] constitues quẽ dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non [a] poteris alterius gentis hominẽ regẽ facere qui non sit frater tuus. Cumq; fueris Deu.17.c.d

præcesserint: quia tunc officio iudicis succurritur / dato q alias sit metus / qui non cadat in constantem virum Ita vult Bar. in l. 1.§. quę onerandę. ff. quarum re. ac. non datur. & est bo. text. & ibi Bar. in l. Ad inuidiam. C quod me. cau. Et ideo matrimoniũ non impedit reuerentia paterna. l. Si patre cogente. ff. de ri. nup. quod procedit in matrimonio carnali. Secus est in matrimonio spirituali. glo. est in ca. Præsens. in verbo patre. in fi. 23. quæsti. 1. & videtur esse bo. tex. in c. Cum virum. in fi. de regula. quem ad hoc alleg. Alex. in d. l. 1.§. q onerandę. in addi. magna. Panor. tñ ibi col. fi. dicit q etiã in matrimonio spirituali non sufficit sola reuerẽtia paterna / sed requirit q præcesserint minę vel verbera. Anto. vero. de Butrio ibidẽ tenet q immo impediat: ex quo in pfessione non sufficit voluntas simpliciter / sed requiritur q sit spõtanea. nec ob. q etiã in carnali matrimonio spontanea volũtas requirat: qa in matrimonio non tractat de tãta asperitate negocij / sicut in matrimonio spirituali siue in ingressu religiõis. Ad qd facit quod no. Panor. in c. Significatum in .3. no. in d. c. Cum virum. col. 3. in c. Postulasti. in fi. de regula.

r ¶Reuertere / reuertere Sunamitis &c. Declara hanc sententiam vt declaraui in verbo Dilectus. Canti.2. post Archi. in c. Agite. in princ. de pœni. distinc. 1.

s ¶Non reuertet ad me vacuũ. Tex. est eiusdẽ sententię in c. 1. 35. q. 10. Paulo post princip.

t ¶Forsitan pauperes sunt. Require annotationẽ in verbo Pauper.

v ¶Omnis q irascitur fratri suo &c. Pro declaratione huius triplicis dicti: Recurre ad verbũ Irasci Ecclesiastici. 11.

x ¶Qui dixerit fratri suo racha. Reqre specialẽ huius dicti annotationẽ in verb. Conciliũ.

y ¶Reus est mortis. Iure humano inspecto Christus licet nichil ei posset obijci criminis quod morte dignũ esset: tñ considerata maleuola eũ accusantiũ psecutiõe reus mortis dici poterat quia eius mors petebat. Reus nãq; a re q petitur nuncupat. quia quis cõscius sceleris nõ sit / reus tñ dicit qdiu in iudicio mors eius petit. pro hoc est bo. tex. in c. Forus. §. in omni quoq; negocio de verbo. signi.

z ¶Eum constitues quem dominus deus tuus elegerit. Idest eum constitues qui habeat spiritum dei in semetipso & præcepta dei in conspectu eius sint. Ita hæc verba Declarantur per textum in capi. Si ergo. in fi. 8. quæsti. 1. de quo text. satis diffuse dictum est in verbo Iesus. in .2. annota. vnde & dicitur q regia potestas instituta est: vt per regis probitatem mali a malo coerceantur & boni quiete inter malos viuant. c. Non frustra. 23. quæsti. 5. Et ideo debet deũ blasphemantes punire 24. quæsti. 4. c. Non inuenitur. §. 1. in auctẽ. vt non luxu. cõtra na. & iudiciũ & iustitiã facere ac oppressos releuare. c. Regũ. c. Rex. 23. q. 5. q si a veritate rectę vitę / & pceptorũ diuinorũ obseruatione rex recedat: nomen veri regis perdit. c. Scelus. 2. quęsti. 1. Vnde a bene regendo dictus est rex. 21. distin. c. Cleros. versi. pontifex.

a ¶Non poteris alterius gentis hominẽ facere qui non sit frater tuus. Cũ hodie regna non per electionẽ

sed per successionē deferātur: vt notat in c. Licet. de voto. ad succededū in regno is solus regulariter admittitur qui est de sanguine regio. vnde (vt dicit Cosmas Guymier.) Liberis non existētib9 consanguinei regis defuncti succedūt in regno Franciç sc̄dm ordinē gradus/ videlicet ꝙ pximior in gradu est potior ad obtinendū regnum iure hęreditario. Qꝫ si moreret tota dom9 regia/ & extaret vnus de antiquo sanguine & nō esset alius pximior. Esto ꝙ esset in millesimo gradu iure sanguinis & perpetuę consuetudinis succederet in regno Frāciç: quia licet

constitutus nō multiplicabit [b] sibi equos/ nec reducet [c] populum in Aegyptum: equitatus numero subleuatus prçsertim cum dominus præceperit vobis: vt nequaꝗ amplius per eandem viam reuertamini. Non [d] habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius: neqꝫ [e] argenti & auri immēsa pondera. Postꝗ autem sederit in solio regni sui/ describet sibi deuteronomium legis huius in volumine: accipiensqꝫ exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus: & habebit secum/ legetqꝫ illud omnibus diebus vitę suę: vt discat [f] timere dominū deū suum & custodire verba & cęrimonias eius quę in lege prçcepta sunt: nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos/ neqꝫ declinet in partem dexteram vel sinistram: vt longo tempore regnet ipse & filij eius super Israel.

1.Reg.8.a.b ¶ Congregati vniuersi maiores natu Israel venerunt ad Samuelem in Ramatha dixeruntqꝫ ei. Ecce tu senuisti & filij tui non ambulant in vijs tuis. Constitue nobis regem vt iudicet nos sicut & vniuersę habent nationes. displicuitqꝫ sermo in oculis Samuelis: eo ꝙ dixissent da nobis regem vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad Samuelem. Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerūt sed me/ ne regnē super eos iuxta omnia opera sua quę fecerunt a die qua eduxi eos de Aegypto vsqꝫ ad diem hanc: sicut dereliquerunt me & seruierunt dijs alienis sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi veruntamen contestare eos & prędic eis ius regis qui regnaturus est super eos.

1 Re.8.b.cd ¶ Dixit Samuel omnia verba domini ad populum qui petierat a se regē & ait. Hoc [g] erit ius regis qui imperatur9 est vobis. Filios vestros tollet & ponet i curnb9 suis/ facietqꝫ sibi equites & prçcursores quadrigarū suarū:

in aliorū bonorū successionibus admittatur fiscus post. 10. gradum/ tamen in regno fiscus non succedit: sed ipse sanguis qui perpetuus est. vt no. Bal. in ca. 1. de feu. mar. co. & du. colla. 10. Immo hoc regnū Franciç tā nobile clarumqꝫ est vt in eo nunꝗ fœmina succedat/ licet bene in regno Nauarræ. vt no. Pe. Iaco. titu. de cau. ex qui. vassal. sicut nec in regno Angliç/ sed in regno Apuliç succedit fœmina non extantibus masculis. vt no. Bal. in c. 1. de succes. feu. de iure autē nō debet succedere fœmina in regno nisi aliud habeat consuetudo. facit c. 1. §. hoc aūt. qui feu. da. pos. & c. dilecti. de arbi. & notāt Imola. & Domi. in c. Grandi. de supplen. negli. p̄la. li. 6. Hæc autē q̄stio de regni successiōe respectu fœminę orta fuit in regno Frāciç post mortem Philippi Pulchri regis Francorū: qui vnā filiā habuit nominē Isabellam & tres filios. Quā Isabellam Edouard9 Angliç rex duxit in vxorem & ex ea filiū habuit/ patris noīe vocatū: qui successit in regno Angliç Defuncto autem dicto Philippo Francorum rege tres eius filij fuerunt ordine successiuo Frāciç reges. qui tandē sine liberis decesserūt quib9 successit in regno Frāciç Philippus filius Karoli de Valesio fratris dicti Philippi/ de consensu & approbatione. 12. parīū Franciç. qui dictæ Isabellç aut eius filio Edouardo regnū dare noluerūt Vnde ortę sunt magnę cōtentiones bellicę inter reges Franciç/ & reges Angliç/ sed iniuria. Sicut enim regis filia non succedit regno Franciç: sic nec eius filius. excluso enim ascēdente excludūtur descendentes ex persona ascendentis l. fi. C. de natu. libe. l. si viua. C. de bo. mater.

b ¶ Non multiplicabit sibi equos. Maiorem ꝗ eum deceat pompam appetēs. & ita in vano suo fastu/ a suo regno pecuniā exhauriens: sicqꝫ exhausto regni thesauro/ regnū ipsum reddens debilius in aduersis. Vnde & legitur ꝙ interest principis subiectos habere locupletes §. cogitatio. in Auctē. vt iudi. sine quoquo suffra. & de hære. & falci. circa prin. colla. 1

c ¶ Nec reducet populū in ęgyptum. Non debet rex in ægyptum/ idest in tenebras peccatorū populū adducere. Non adducet autem si quorūlibet sordes criminū sua pro virili studuerit declinare. Alioqui suo exemplo populus a recto viuendi tramite facillime deuiabit. Si quidē scriptū est. Regis ad exemplū totus componitur orbis. notat glo. in c. Ex merito. 6. q. 1. & Hostien. in c. Cum dilecti. de accu.

d ¶ Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animū eius. Hac ratione quia scꝫ quidam Frāciæ rex dissolutus erat cū mulieribus: Romanus pontifex eū a regno deposuit/ & Pipinum Karoli imperatoris patrem in eius locum substituit: oēs francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. Tex. est cum glo. in verbo Inutilis in c. Alius. 15. quæsti. 6. & notat Panor. in c. Venerabilem. col. 2. in fi. de elec. Archi. autē in d. c. Alius. pro huius declaratione historię dicit ꝙ quidam ex Franciæ regib9 effœminatus fuit/ & cū mulierib9 dissolute viuens: qd videns quidam princeps militię eius. s. Pipinus Caroli pater/ papę hoc significauit: qui ei & alijs dedit licentiā vt illum eijcerent aliumqꝫ eligerent/ quod & fecerūt. & eo eiecto aliū scꝫ Pipinum patrem Karoli: qui postea fuit pater Karoli magni regem fecerunt. Hæc Archid.

e ¶ Neqꝫ argenti & auri immensa pondera. Vt sic auaritię studens accumulandis nimia solicitudine pecunijs inuigilet. & a se liberalitatem repellat: quam tamē ex officio sibi incūbēte debet præ cęteris amplexari. c. 1. de dona. & notat in c. Grādi. de sup. negli. p̄la. in 6. Nō potest tamen nec debet donare vel aliter alienare bona quæ sunt de proprio patrimonio regni sui. Alioqui poterunt alienata reuocari: etiam si alienata essent cum iuramento. tex. est & ibi plene per doc. in c. Intellecto. de iureiu. Nec etiam castra aut villas inuitis earum habitatoribus potest donare secundum Bal. in capi. in generali. Si de feu. defuncti contro. fuerit. & disputauit magis late in proœ. feudorum. in versi. sed expectata diffinitione feudorum. & ita etiam tenet Hostien. in cap. dilecti. de maio. & obed. & est glosa idem tenens in l. inuitus. in glo. 1. ff. de fideicom. liberta.

f ¶ Vt discat timere dominum deum suum. Vide quod dictum est in Prima annotatione.

g ¶ Hoc erit ius regis/ filios vestros tollet & c. Hæc sunt iura regis/ exigēte publica vtilitate seu (& verius) necessitate. Potest enim rex eo casu a priuatis dominiū aliquarum rerum suarum auferre/ & subleuandę necessitati publicę coaptare. Alioqui non prout est communis canonistarum conclusio in cap. Quæ in ecclesiarum. de

conſti. & Bar. & aliorū in l. ſi. C. Si contra ius vel vti. publi. Et dictum eſt in verbo Achab. yy.
h ¶ Et ſecundo loco ſedebit a Dario. Et ſic habebitur tanꝗ vicerex/ vnde in regis abſentia vt rex hono rabitur. c. Pręcipimus. 93. diſtinc. c. Sane. 2. de offi. delega. c. Nobiliſſimus. 97. diſtinc. & facit quod no. Bar. in l. filius. & in l. vicarius. ff. de legati. i ¶ Seducit mentē. Itemqꝫ regis & orphani facit mentem vanam &c. Vide quod ſatis ample dictum eſt in verbo Ebrietas in. 1. anno. k ¶ Rex ſuper omnia præcellit & dominatur eorū. Hæc de imperatore / inſpecta primaria eius origine: dici poſſent. Eſt em̄ imperator ſuper omnes reges. 7. q. 1. c. In apibus & oēs nationes ſunt ſub eo. it. quæſti. 1. §. ſed ſi qs. verſi. volum⁹. Vnde & dicitur mūdi princeps & dn̄s. l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de iac. & omnia dicūtur eſſe in ſua poteſtate. l. bene a zenone. C. de quad. pſcrip. & oēs potentię regum fluxerūt ab imperio velut riuuli a flumine vt per Bal. in c. 1. Quis dicat dux. & notat Panor. i c. Venerabilē. poſt glo. ibi in verbo In Germanos. de elec. Sed aduerte quia quicquid ſit de aliȷs regibus/ rex Francię nō ſubiȷcitur imperatori. Neminē em̄ in temporalib⁹ ſuperiorem recognoſcit teſte Papa Inno. in c. Per venerabilē. §. inſup. Qui filiȷ ſint legi. & eſt bo. gl. in. §. 1. inſti. de pa. po. & Ita etiā expſſe tenet Io. faber in rub. ſup proœ. inſti. in verbo Francus. & notat Innocēti⁹ quartus in d. c. Per venerabilem. in verbo Recognoſcat. merito igitur dicit̄ rex regū. vt per do. Cardi. in cle. 1. in princi. de imu. eccle. Hinc eſt ꝙ cōtra regis Franciæ decorē. j. prima vexilla inuictiſſimi regis Francorum nullus pręſumat honorē vt formaliter inquit Bal. in. 1. cōſilio/ incipiente. Ego puto. in prin. Vnde refert Guido papę in deci. delphi. deci. 239. ſi. ſe audiuiſſe a nobili Gabriele de Bernicȷs domino de Targe: ꝙ ipſe ſemel vidit regem Franciæ Karolum ſeptimum & imperatorē ſimul incedentes & tranſeuntes p eādē portam: ſed imperator Frāncię regem nō preibat ſed lateri cie trāſibāt indifferenter. Et dicit Coſmas Guymier ꝙ Franci nunꝗ fuerūt ſubiecti in tēporalib⁹ imperatori: quia vt probatur ex antiquis hiſtorȷs poſt euerſionem Troiæ magna Troianorū copia ad Pānonię partes puenit vbi ciuitatē ſicambriam cōſtituētes manſerūt vſqꝫ ad Valētiniani imperatoris tempora: ſemper infeſti Ro. imperio. Expulſi vero ab imperatore prędicto: ideo ꝙ Romanis inſtar aliarū nationū tributa nolebāt exſoluere/ habitauerūt iuxta Rhenū fluuium in confinio Alamanię & Germanię: quos cū multis pręlȷs idē Valētinian⁹ ſubiugare ſibi tētaſſet/ nec aliquatenus potuiſſet/ appellauit eos Frācos. j. fe-

& conſtituet ſibi tribunos & cēturiones: & aratores agrorum ſuorum: & meſſores ſegetum: & fabros armorū & curruū ſuorum. Filias quoqꝫ veſtras faciet ſibi vnguētarias & focarias & panificas. Agros quoqꝫ veſtros & vineas & oliueta optima tollet & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras & vinearū redditus addecimabit. vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros & ancillas & iuuenes optimos & aſinos auferet & ponet in opere ſuo. Greges quoqꝫ veſtros addecimabit: voſqꝫ eritis ei ſerui. Et clamabitis i die illa a facie regis veſtri quē elegiſtis vobis: & nō exaudiet vos dn̄s in die illa: quia petiſtis vobis regem. Noluit aūt populus audire vocē Samuelis: ſed dixerunt. Nequaꝗ. Rex enim erit ſuper nos & erimus nos quoqꝫ ſicut om̄es gentes: & iudicabit nos rex noſter: & egredietur ante nos & pugnabit bella noſtra pro nobis. Et audiuit Samuel oīa verba populi. Et loquutus eſt ea in auribus dn̄i. Dixit aūt dn̄s ad Samuelem. Audi vocem eorum & conſtitue ſuper eos regē &c.

¶ Meſa rex Moab nutriebat pecora multa & ſoluebat regi Iſrael centū millia agnorum & centum millia arietum cum velleribus ſuis &c. 4. Reg. 3. a.

¶ Tres iuuenes corporis cuſtodes qui cuſtodiebāt corpus regis: dixerunt alter alteri: dicamus/ vnuſquiſqꝫ noſtrum ſermonem qui præcellat: & cuiuſcunqꝫ apparuerit ſermo ſapientior alterius: dabit illi rex Darius dona magna/ purpura cooperiri & in auro bibere/ & ſuper aurū dormire & currum aureo freno & cydarim biſſinā & torquem circa collum: & ſecundo loco [h] ſedebit a Dario propter ſapientiam ſuam: & cognatus Darij vocabitur. Tūc ſcribentes ſinguli ſuū verbū/ ſignauerūt & poſuerunt ſubtus ceruical Darij regis & dixerunt. Cumqꝫ ſurrexerit rex dabimus illi ſcripta noſtra: & quodcūqꝫ iudicauerit rex & trib⁹ & magiſtrat⁹ Perſidis quoniā verbū eius ſapientius eſt. Ipſi dabitur victoria ſicut ſcriptū eſt. Vnus ſcripſit. Forte eſt vinū. Alius ſcripſit. Fortior eſt rex. Tertius ſcripſit. Fortiores ſunt mulieres. Super omnia aūt vincit veritas. Et cum ſurrexiſſet rex: acceperūt ſcripta ſua & dederunt illi & legit. Et mittens vocauit omnes magiſtratus Perſarum & Medos & purpuratos & prætores & præfectos: & ſederunt in concilio & lecta ſunt ſcripta omnia ipſis. Et dixit vocate adoleſcentes/ & ipſi indicabunt verba ſua. Et vocati ſūt & introierūt. Et dixit illis. Indicate nobis de his quæ ſcripta ſunt. Et cœpit prior qui dixerat de fortitudine vini & dixit. Viri ꝗ præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud. Seducit [i] mentē/ itemqꝫ regis & orphani facit mentem vanam. Itemqꝫ ſerui ac liberi pauperis ad diuitis: & omnem mentē conuertit in ſecuritatem & iocunditatem: & non meminit omnem triſtitiam & debitum/ & omnia præcordia facit honeſta: & non meminit regē nec magiſtratum: & omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt amicitiam nec fraternitatem: ſed nō multum poſt ſumūt gladios & cum a vino emerſerint & ſurrexerit/ non meminerunt quę geſſerunt. O viri num præcellit vinum? Quis ſic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto. Et inchoauit ſequens dicere qui dixit de fortitudine regis. O viri num pręcellunt homines qui terram & mare obtinēt & omnia quæ in eis ſunt: rex autem [k] ſuper omnia præcellit & dominatur eorum: & 3. Eſdre. 3. b. c. d. et 4. a. b. c. d. et e.

omne[l] quodcunq; dixerit illis faciunt. Et si miserit illos ad bellandū vadunt & demoliunt montes & muros & turres. Iugulantur & iugulant: & regis verbum non prætereūt. Nam si vicerint[m] afferunt regi omnia quę cūnq; prædati fuerint. Similiter & alij omnes. Et quotquot non militant nec pugnant sed colunt terram rursum cū fuerint metentes afferunt[n] tributa regi. Et ipsę vnus solus si dixerit occidite/occidunt. Dixerit remittite/remittūt: dixerit percutite/percutiūt: dixerit exterminate/extermināt: dixerit ædificate/ædificant: dixerit excidite/excidunt.: dixerit plantate/plantāt. & omnis plebs & virtutes eū obaudiunt: & sup hoc ipse recūbit & bibit & dormit. Hi autē custodiunt in circuitu eum: & nō possunt ire singuli & facere opera sua/sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri quomodo non præcellit rex qui sic diffamatur? & tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate: hic est Zorobabel/cœpit loqui. Viri/ nō magnus rex & multi homines nec vinū præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorū? Nonne mulieres[o] genuerunt regē & omnē populū qui dominatur mari & terræ: & ex illis nati sunt? Et ipsi educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit: & ipsæ faciunt stolas omniū hominū: & ipsæ faciūt gloriam hominibus: & non possunt homines separi a mulieribus. Si congregauerint aurum & argentū & omnē rem speciosam: & viderint mulierem vnam bono habitu & bona specie: omnia hæc relinquentes in eam intendunt & aperto ore conspiciūt/& eam alliciunt magis q̄ aurum & argentū & omnē rem preciosam. Homo patrem suū relinquit qui enutrijt illum & suam regionē: & ad mulierē se coniungit. Et cum muliere remittit aiam: & neq; patrē meminit/neq; matrem/neq; regionē. Et hanc oportet vos scire qm̄ mulieres dominātur vestri. Nōne doletis? Et accipit homo gladiū suū. Et vadit in viam facere furta/& homicidia/ & mare nauigare/& flumina & leonem videt/& in tenebris ingreditur. Et cū furtū fecerit & fraudes & rapinas/amabili suæ affert. Et iterū diligit homo vxorem suam magis q̄ patrem cum matre. Et multi dementes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas: & multi perierunt & iugulati sunt & peccauerunt propter mulieres. Et nunc credite michi quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum. Videbā tamē Apemen filiam Bezaci murifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram & auferentem diadema de capite eius: & imponentem sibi & palmis cædebat regem de sinistra manu. Et super hoc aperto ore intuebatur eam. Et si arriserit ei/ridet. Nam si indignata fuerit: ei blanditur donec reconcilietur in gratiam. O viri cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra & excelsum est cœlum quæ ista agunt. Et tunc rex & purpurati intuebantur in alterutrum: & inchoauit loqui de veritate. O viri: nonne fortes sunt mulieres? magna est terra & excelsum est cœlum/ & velox cursus solis conuertit in gyro cœlū in locum suum in vna die. Nonne magnificus est qui hæc facit? & veritas magna & [p] fortior prę omnibus. Omnis terra veritatem inuocat: cœlum etiam ipsā benedicit & omnia opera mouentur & tremunt eam: & non

voces. & demum Galliam togatam habitantes/eamq; Francā appellantes Romanis noluerūt esse subiecti. Et si tamē q; aliqn̄ subiecti fuissent/tn̄ pscriptione tanti tāti tēporis cuius initij memoria non existit/pscripserūt cōtra imperatorē & titulū libertatis cōtra eū acquisierūt. c. Super quibusdā. de verb. signi. notat Henri. in c. Si diligenti. de prescrip. Et istud firmat Egidius de Roma disputatione de potestate ecclesiæ quę incipit. verum dignitas pontificalis. vbi dicit q; reges Franciæ iusto titulo & sine recognitione cuiusq; superioris in temporalibus possederunt & possident regnum Franciæ & hoc probat. Primo scdm eundē Cosmā Gutmier: vnctio sacra diuinitus missa qua reges Franciæ semper oportunis tēporibꝰ inunguntur. Secūdo arma & lilia Francię regi Clodoueo cœlitus demissa. Tertio aperta miracula vniuerso orbi notorie manifesta. Vnde & iure meritoq; potest Frāciæ rex in eum euangelicum sermonem prorumpere. Si michi non vultis credere/ operibus credite. Quarto. Claritas famæ/deuotionis feruor/ synceritas fidei Christianæ: quæ semper in regibus nostris viguit & in regno Franciæ præ cęteris huius mundi regnis & regibus. Et licet Bonifacius octauus per suā constitutionem missam Regi Philippo Pulchro declarauerit regnū Frācorum eidem subesse in temporalibus. tamē Clemens. 5. eius successor eā reuocauit: prout liquet ex eius extrauagan. Meruit. de qua vide. s. i verbo Gallus.

l ❡ Omne quodcūq; dixerit illis faciūt. Quia vt dicunt aliqui principis volūtas habetur pro iusta causa. glo. est reputata singularis in l. Relegati. ff. de pe. quam pro singulari allegat Panor. in c. Quæ in ecclesiarū. de constitu. in. 6. colum. sed contrariū tenent ibidem communiter moder. & preceptor meus Decius in cap. Adhęc. in vlti. colū. de rescrip. immo etiā non crederetur principi asserenti causam subesse. vt cōcludit Decius in d. c. quę in ecclesiarum. colum. 17. Vnde non omni regis præcepto obediendum. c. Iulianus. cū multis seq. 11. quæstio. 3. l. Si vindicari. C. de pœnis. c. Si qn̄. de rescrip.

m ❡ Si vicerint/ afferūt regi quęcūq; prędati fuerint. Declara per ea quæ dicta sunt in verbo Bellum. 1. Macha. 4. m. in fi.

n ❡ Afferunt tributa regi. Recurre ad dicta in verbo princeps. Annotando illa verba. Qui violenter tollitis pelles eorum.

o ❡ Nonne mulieres &c. Require pro annotationibus eorum quæ hic dicuntur de mulieribus. Scripta in verbo Mulier.

p ❡ Veritas magna & fortior præ omnibus. De veritatis commēdatione reseruo dicendum in verbo Veritas. vbi locus accommodatior.

q ¶ Seruite dño in timore: & exultate ei cum tremore. Declara hanc sententiã vt in verbo Exultare.

r ¶ Et iustitiam tuam filio regis. Filius regis primogenitus cui de consuetudine iure approbata debetur regnum. cap. Licet. de voto. Vsq; adeo certam habet spem in regia patris dignitate/ q; etiã in vita patris potest appellari rex tex. est & ibi glo. in c. fi. 24. quæst. 1. & no. Bal. in l. in suis. ff. de libe. & posthu. An autem ille possit appellari filius primogenitus regis qui natus est ante adeptam per patrem suum regiã dignitatem. vide qđ dictũ est in verbo Filius.

est cum ea quicq̃ iniquũ. Vinũ iniquũ/ iniquus rex/ iniquæ mulieres: iniq; omnes filij hominum/ & iniqua illorum omnia opera: & non est in ipsis veritas: & in sua iniquitate peribunt: & veritas manet & inualescit in æternũ & viuit & obtinet in secula seculorũ. Nec est apud eam accipere personas neq; differentias: sed q̃ iusta sũt facit oibus iniustis ac malignis: oẽs benignãtur in operib⁹ eius. Et nõ est in iudicio eius iniquũ: sed fortitudo & regnum & potestas & maiestas omnium æuorum. Benedictus deus veritatis. Et desijt loquendo: & omnes populi clamauerunt & dixerũt. Magna est veritas & præualet. Tunc rex ait illi. Pete si quid vis amplius q̃ quæ scripta sunt/ & dabo tibi secundum q; inuentus es sapientior proximis: & proximus mihi sedebis & cognatus meus vocaberis.

¶ Nunc reges intelligite/ erudimini qui iudicatis terrã. Seruite [q] domino in timore: & exultate ei cum tremore. Psal no. 2. d

¶ Attollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens: dñs potens in prælio. Attollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 23. b

¶ Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam [r] filio regis. 71. a.

¶ Reges Tharsis & in sulę munera offerent: reges Arabum & Sabba dona adducent/ & adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperẽ a potẽte/ & pauperẽ cui non erat adiutor. 71. b. et. c.

¶ Sicut rugitus leonis: ita [s] & tremor regis. qui prouocat eum peccat in animam suam. Prou. 20. a

¶ Rex qui sedet in solio iudicij/ dissipat omne malum intuitu suo. 16. b.

¶ Dissipat [t] impios rex sapiens: & incuruat super eos fornicem. 20. d.

¶ Sicut diuisiões aquarum: ita cor [v] regis in manu domini/ quocunq; voluerit inclinabit illud. 21. a.

¶ Gloria dei [x] est cælare verbum: & gloria regũ inuestigare sermonem. Cœlum sursum/ & terra deorsum: & cor regum inscrutabile. 25. a.

¶ Aufer impietatem de vultu regis: & firmabitur iustitia thronus eius. 25. a.

¶ Rex iustus erigit terram: vir auarus destruet eam. 29. a

¶ Rex qui iudicat in veritate pauperes: thronus eius inæternũ firmabit. 29. c

¶ Væ tibi [y] terra cuius rex puer est & cuius principes mane comedunt. Ecclẽs. 10. d

Leuitici. 21.

pulum suum & ad deos suos: vade cum ea. Quæ respōdit. Ne aduerseris michi vt relinquam te & abeam: quocunq̧ eni perrexeris pergam; & vbi morata [t] fueris & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus: & deus tuus deus meus. Quæ te terra moriētem susceperit in ea moriar: ibi q̧ locū accipiam sepulturę. hęc michi faciat deus & hoc addat si non sola mors me & te separauerit. Videns ergo Noemi q̧ obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere: aduersari noluit/ nec ad suos vltra reditum persuadere. Profectæ simul sunt & venerunt in Bethleem.

Ruth.1.i f. ¶ Venit Noemi cum Ruth Moabitidę nuru sua de terra peregrinatiōis suæ: ac reuersa est in Bethleem quando primum hordea metebantur.

2.a.b.c.d. ¶ Dixit Ruth Moabitis ad socrum suam. Si iubes/ vadam in agrū & colligā spicas quæ fugerint manus metētium: vbicunq̧ clementis in me patrisfamilias reperero gratiā. Cui illa respondit. Vade filia mi. Abijt itaq̧ & colligebat spicas/ post terga metētium. Accidit autē vt ager ille haberet dominū nomine Booz qui erat de cognatione Elmelech. Et ecce ipse veniebat de Bethleem: dixitq̧ [v] messoribus. Dominus vobiscū. Qui responderunt ei. Benedicat tibi dominus. Dixitq̧ Booz iuueni qui messoribus preerat: cuius est hæc puella? Cui respondit: hæc est Moabitis quæ venit cum Noemi de regione Moabitidæ: & rogauit vt spicas colligeret remanentes sequens messorū vestigia: & de mane vsq̧ nunc stat in agro: & nec ad momētum quidem domū reuersa est. Et ait Booz ad Ruth. Audi filia ne vadas in alterum agrum ad colligendum: nec recedas ab hoc loco/ sed iungere puellis meis: & vbi messuerint sequere. Mādaui enim pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris vade ad sarcinulas & bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt. Quę cadens in faciem suam & adorans super terram: dixit ad eum. Vnde michi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos: & nosse [x] me dignareris peregrinā mulierem? Cui ille respondit. Nunciata sunt michi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & q̧ reliqueris parentes tuos & terram in qua nata es & veneris ad populum quem antea nesciebas. Reddat tibi dominus pro opere tuo & plenam mercedem recipias a domino deo Israel ad quem venisti/ & sub cuius confugisti alas. Quæ ait. Inueni gratiam coram oculis tuis domine mi qui consolatus es me: & loquutus es ad cor ancillæ tuæ quæ [y] non sum similis vnius puellarum tuarū. Dixitq̧ ad eam Booz. Quando hora vescendi fuerit/ veni huc & comede panem: & intinge bucellam tuā in aceto. Sedit itaq̧ ad latus messorum & congessit polentam sibi comeditq̧ & saturata est: & [z] tulit reliquias atq̧ inde surrexit vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis: dicens. Etiā si vobiscum metere voluerit: ne prohibeatis eam. & de vestris quoq̧ manipulis proijcite de industria: & remanere permittite vt absq̧ rubore colligat: & colligētem nemo corripiat.

Ruth.2.d. ¶ Collegit Ruth in agro vsq̧ ad vesperam & quæ collegerat virga cędens & excutiēs inuenit hordei quasi ephi mēsurā id est tres modios: quos portans reuersa est in ciuitatem & ostendit socrui suę: insuper protulit & dedit ei de reliquijs cibi sui quo saturata fuerat. Dixitq̧ ei socr⁹ sua. Vbi hodie collegisti & vbi fecisti opus. Sit benedictus qui misert⁹ est tui: indicauitq̧ ei apud quem esset operata: & nomen dixit viri q̧ Booz vocaretur. Cui respondit Noemi. Benedictus [a] sit a domino quoniam eandē gratiā

si destruentibus non resistat. Quia tñ sunt aliqui rustici fastu superbiaq̧ tumētes: rusticatio seu rusticitas sumit q̄nq̧ ꝑ superbia. tex. est cū glo. 1. in ca. de liguribus. 23 quæst. 5. t ¶ Vbi morata fueris & ego pariter morabor. Qui promittit vel alias tenetur cum alio morari/ non tenetur in eadē domo sed in eadē ciuitate morari: si in obligatione morandi fuerit facta mentio ciuitatis vt quia dictum est morabor tecum in ciuitate Parisieñ. casus est reputatus singularis in l. qui concubinā. §. vxori. ff. de lega 3. Secus si ciuitatis seu loci mentio facta nō fuerit. vt quia dictum est. Morabor tecū. tūc eñi in eadē domo debet morari. tex. est singularis in l. Si quis ita. ff. de cōdi. & de. quos textus allegat singulares. & per eos ita decidit Ludo. Ro. in singularibus suis. singulari. 178. An autem qui debet cum alio morari & propterea pręmium cōsequitur teneatur ei operari: vide p Albe. Angel. Saly. & Iaso. in l. 1. C. de lega. v ¶ Dixitq̧ messorib⁹. Dn̄s vobiscū. Hinc dicit glosa i c. Hoc quoq̧. de cōse. dist. 1. q̧ hęc verba q̄ in missis nō epalib⁹ dici solent p sacerdotem celebrātem: sumpta sunt ex veteri testamento. Et subiūgit q̧ ep̄s cū primo populū salutat non dicit dn̄s vobiscū/ sed pax vobis: quia hæc fuit prima vox Christi ad discipulos ergo vt se ostendat vicarium Christi ideo sic dicit. post vero dicit dominus vobiscum: vt sic ostēdat esse de numero aliorū sacerdotū. Hęc glo. x ¶ Et nosse me dignareris peregrinam mulierē. Cum sit deo gratū quod omnibus exhibetur obsequium/ est tamē deo gratissimū quod peregrinis impēditur. facit tex. in Auctē. omnes peregrini. C. communia. de succes. & dictum est vbertim in verbo Peregrinus. y ¶ Quæ nō sum similis vni⁹ puellarū tuarū. Ex humilitate dicit: q̄ vt hominū parit/ ita & multomagis dei gratiā. glo. est no. in cle. 1. in verbo Humilitatis. de religio. domi. z ¶ Tulit reliquias. Quia cibis alicui datis/ ipsorū reliquę seu fragmēta videntur esse donata. gl. est in cle. 2. in fi. de celeb. & adhoc est ibi bo. text. dum præmisso q̧ episcopis visitantibus cibaria danda sunt. subiungit. Nec inconueniens reputamus si fragmenta quæ de mensis ipsorum ep̄orū & suorum familiariorū colligūtur/ per ipsorum ep̄orum eleemosynarios pauperibus erogentur. a ¶ Benedictus sit a dn̄o qm̄ eandē gratiā &c

Vt in viuos ita in mortuos debem⁹ nos beniuolos ac officiosos ostēdere. Neq̧ eñ solis possumus(obsequijs nostris)viuis ꝓdesse/sed & mortuis.c. Non estimem⁹.13.quæsti.2.& dictum est in verbo Defunctus.
b ℂNe in alieno agro qsq̄ resistat tibi. Et id qdē nō iiuria saltē iure humano:qa nedū i alieno agro spicas colligere/sed etiā p altū agrū q seruitutē nō debet ire vel agere/vicino minime licet:dicit tex.in l. per agrū. C. de serui.& aqua. c ℂLauare igit & vngere & induere cultiorib⁹ vestimētis. Vide qd dictū est i ver. Cōpositio.h. & in verb. Ornamentū.vbi actū est de ornamētis mulierū.
d ℂViuit dñs.Viuit dñs:erat iuramētū in veteri testamēto ad cōdēnationē mortuorū deorum quos iurauit omnis idolatra.c. Et iurabunt.in fine.22.quæsti.1.
e ℂCedo iuri ꝓpinquitatis. Iuri ꝓpinqtatis pōt ꝓxim⁹ in fauorē alteri⁹ ꝓximi cedere/in fauorē aūt extranei ꝑiudicādo alteri ꝓpinquo nō videtur ꝙ posset cedere:qa lex ista suscitādi semē ꝓpinquo ꝑdefūcto videt introducta nedū in fauorē defūcti:vt sez habeat filiū legalē/sed etiā in fauorē supstitis ꝓpinqui/vt habeat filiū naturalē c.Hismael.cū glo.50.dist. Vñ etiā in simili dicimus/ꝙ. ꝑsupposita consuetudine quę in plerisq̧ locis est:ꝙ ꝓximior de genere possit rem ꝓpinqui ab eo vēditā retrahere infra annū. Nō pōt ille ꝓximior ius retrahēdi cedere extraneo.vt no. Io. Fab. isti. de acq.ꝑ arro. & Cy. i l. ad officiū. C.cōi diui.qa dictū priuilegiū retrahēdi dat fauore generis. & talia nō trāseunt ad extraneos/sicut nec iura sepulchrorū.l.qa perinde. ff.ad Trebel.ꝓximior tñ cedens ius ꝓpinquitatis alteri extraneo ꝑdit ius qd habet. & transferi in aliū ꝓpinquū. Pro hoc ē bo.tex.in l.si vsufruct⁹. Paulo post pri.ff.de vsufruc.vbi dicitur.dixim⁹ vsumfructū a fructuario cedi non posse / nisi dño ꝓprietatis. Et si extraneo cedat.j.ei q ꝓprietatem non habebat/nichil ad eum trāsire sed ad dominum proprietatis reuersum vsumfructum.
f ℂTu meo vtere priuilegio &c. Recurre ad verbum Priuilegiū.
g ℂSoluebat homo calciamētū eius. Fratris aūt nolentis semen fratri defuncto suscitare/soluebatur calciamentū de pede ei⁹/ & i ei⁹ faciē spuebatur.c. Olim.8.q.1. de quo in ver. Frater. Deute.25.b.
h ℂQꝫ Possederim omnia tradente Noemi.

quam prębuerat viuis:seruauit & mortuis.Rursumq̧ ait.Propinquus noster est homo.Et Ruth.Hoc quoq̧(inquit)præcepit michi:vt tādiu messoribus eius iungerer:donec omēs segetes meterentur. Cui dixit socrus. Melius est filia mi.vt cum puellis eius exeas ad metēdum:ne [b] in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaq̧ puellis Booz:& tādiu cum eis messuit/donec hordea & triticum in horreis conderentur.

ℂPostq̄ reuersa est Ruth ad socrū suā:audiuit ab ea. Filia mi quęrā tibi Ruth.3.a.b
requiē/& prouidebo vt bene sit tibi. Booz iste cuius puellis in agro iuncta es/propinquus noster est in hac nocte areā hordei vētilat. Lauare [c] igitur & vngere & induere cultioribus vestimentis:& descende in aream:nō te videat homo donec esū potūq̧ finierit. Quādo aūt ierit ad dormiendū. Nota locū in quo dormit.Veniesq̧ & discoperies pallium quo operitur a parte pedum:& proijcies te & ibi iacebis.Ipse aūt dicet tibi quid agere debeas.Quę respondit.Quicquid præceperis faciam. Descenditq̧ in areā & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus sua.

ℂCū comedisset Booz & bibisset & fact⁹ esset hilarior:issetq̧ ad dormiē 3.b.c.
dū iuxta aceruū manipulorū.venit Ruth abscōdite & discooperto pallio a pedib⁹ eius se proiecit. Et ecce nocte iā media expauit homo & cōturbatus est.viditq̧ mulierē iacētē ad pedes suos:& ait illi.Quę es? Illaq̧ respondit. Ego sū Ruth ancilla tua.Expāde palliū tuū super famulā tuā: quia propinquus es. Et ille.Benedicta(inquit) es a dño filia & priorē misericordiā posteriore superasti:quia non es sequuta iuuenes pauperes siue diuites. Noli ergo metuere. Sed q̄cquid dixeris michi faciā tibi. Scit oīs populus q habitat intra portas vrbis meę mulierē te esse virtutis.Nec abnuo me ꝓpinquū/sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte & facto mane si te voluerit ꝓpinquitatis iure retinere bene res acta est:sin autē ille noluerit/ego te absq̧ vlla dubitatiōe suscipiā. Viuit dominus [d]. Dormi vsq̧ mane. Dormiuit itaq̧ ad pedes eius vsq̧ ad noctis abscessum.

ℂSurrexit Ruth anteq̄ homines se cognoscerēt mutuo & dixit Booz ad 3.d.
Ruth.Caue ne quis nouerit ꝙ huc veneris. Et rursū.Expāde iquit palliū tuū quo operiris & tene vtraq̧ manu.Qua extendente & tenente mensus est sex modios hordei:& posuit super eā.Quæ portans ingressa est ciuitatem:& venit ad socrū suam.Quæ dixit ei.Quid egisti filia. Narrauitq̧ ei omnia quæ sibi fecisset homo.Et ait.Ecce sex modios hordei dedit michi:& ait.Nolo vacuā te reuerti ad socrū tuā.Dixitq̧ Noemi. Expecta filia donec videamus quē res exitū habeat:neq̧ enim cessabit homo / nisi compleuerit quod loquutus est.

ℂAscēdit Booz ad portā & sedit ibi. Cūq̧ vidisset ꝓpinquū præterire de 4.b.c.
quo prius sermo habitus est:dixit ad eum. Quando emeris agrū de manu Noemi mulieris:Ruth quoq̧ Moabitidē q̄ vxor Maalon defūcti fuit debes accipere:vt suscites nomē propinqui tui in hęreditate sua. Qui respōdit. Cedo [e] iuri ꝓpinquitatis. Neq̧ enī posteritatē familiæ meę delere debeo.Tu [f] meo vtere priuilegio/quo me libēter carere ꝓfiteor.Hic autē erat mos ātiquit⁹ i Israel iter ꝓpinquos vt si qñ alter alteri suo iuri cedebat/vt esset firma cōcessio:soluebat [g] homo calciamētū & dabat ꝓpinquo suo.Hoc erat testimoniū cessiōis in Israel. Dixit ergo ꝓpinquo suo Booz. Tolle calciamētū.Quod stati soluit de pede suo. At ille maioribus natu & vniuerso populo. Testes(vos inquit)estis hodie/ꝙ possederim [h] omnia

Circa hæc verba notandus est bo.tex.in simili in capi.2.de consue. dum ibi dicitur. Si aliquis possessiones aliquas claustris vel alijs religiosis locis in bona valitudine vel vltima voluntate/ pro suorum vult remedio peccatorum conferre: hanc conferendi formam esse proponis: q in huiusmodi donationibus modicum terræ consueuit in manum accipere: vel in extremitate pallij/ quod manu prælati ecclesię sustinetur/ aut super altare ponendum est sub testimonio videntium & audientium: sub dicta forma quæ scotatio vulgariter appellatur. Vnde mandamus q donatiões eorum quæ sub obtentu consuetudinis prædictę/ claustris/ ecclesijs/ vel quibuslibet locis religiosis pie conferuntur/ vel etiã sunt collata: facia tis irreuocabiliter obseruari cum huiusmodi signum/ quod scotatio dicitur nõ tam factæ donationis q̃ traditę possessiõis sit euidens argumẽtũ. Hęc ibi.

i ¶ Vt deficeret successor familiæ tuæ. Ecce ergo q natus ex propinquo suscitante semẽ/ nedum suscitãtis sed & defuncti filius censebatur. prout etiam dicit glo.in d. capi. Ismaei.50. distinct.

quæ fuerunt Elimelech & Chelion & Maalon tradente Noemi/ & Ruth Moabitidẽ vxorem Maalon in coniugium sumpserim: vt suscitẽ nomẽ defuncti in hæreditate sua/ ne vocabulũ eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur. Vos (inquam) huius rei testes estis. Respondit omnis populus qui erat in porta & maiores natu. Nos testes sumus. &c.

Ruth.4.c.d ¶ Tulit Booz Ruth & accepit vxorem: ingressusq; est ad eam/ & dedit illi dominus vt conciperet & pareret filium. Dixerũtq; mulieres ad Noemi. Benedictus dominus qui non est passus vt deficeret [i] successor familiæ tuę & vocaretur nomen eius in Israel: & habeas qui consoletur animã tuam & enutriat senectutem. De nuru enim tua natus est qui te diliget: & multo tibi melior est q̃ si septem haberes filios. Susceptũq; Noemi puerũ posuit in sinu suo: & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinę autẽ mulieres congratulantes ei & dicentes. Natus est filius Noemi. Vocauerunt nomen eius Obed. Hic est pater Isay patris Dauid.

Matth.1.a. ¶ Booz genuit Obed ex Ruth.

¶ Finis literæ R.



3.Esdrę.vl.f **Sabaoth.** ¶ Cum absoluisset Esdras legem: oms erecti steterũt/ & benedixit Esdras dominũ deũ altissimũ/ deum sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus: Amen.

Exodi.20.b. **Sabbatum.** ¶ Memento [k] vt diẽ sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua. Septimo autẽ die sabbatũ domini dei tui est. Nõ facies omne opus in eo tu & filius tuus/ & filia tua: seruus tuus & ancilla tua: iumentũ tuũ & aduena q est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt. Et requieuit die septimo. Idcirco benedixit dominus diei sabbati/ & sanctificauit eum. Et habetur similis sententia Deuteronomij.5.b.

31.c.&.d. ¶ Loquutus est dominus ad Moysen dicẽs. Loquere filijs Israel: & dices ad eos. Videte vt sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis/ quia ego dominus qui sanctifico vos. Custodite sabbatum [l] meum. Sanctum erit vobis. Qui polluerit illud morte moriatur. Qui fecerit in eo opus/ peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus: in septimo sabbatũ est requies sancta domino. Omnis qui fecerit opus in hac die morietur. Custodiant filij Israel sabbatũ: & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternũ inter me & filios Israel. Signumq; perpetuũ. Sex enim dieb9 fecit dominus cœlum & terram: & in septimo ab omni opere cessauit.

2.Esd.vl.b.c ¶ Vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato portantes aceruos & onerantes super asinos vinum & vuas & ficus & omne onus. Et inferentes in Hierusalem in die sabbati. Et contestatus sum eos vt in die qua vendere liceret venderent: & Tyrij habitauerunt in ea: inferentes pisces & omnia venalia: & vendebant [m] in sabbatis filijs Iuda & Hierusalẽ: & obiurgaui

k ¶ Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Circa sanctificationem diei dñicę q̃ hodie loco sabbati successit/ vt statim dicet: vide quod dictũ est in verbo Dies. Leuitici.23. in.2 anno. & in verbo Festum. Exo.23.in.2.anno. & Osee.9.in.1. anno. & quod dicetur.j. eodem Matth.12.

l ¶ Custodite sabbatum meũ. Qui polluerit illud/ morte moriat. Hic posset addubitari an obseruatio diei dñicę succedat loco sabbati in veteri testamẽto? & an sit ei9 diei dñicę tã arcta obseruatio/ sicut erat diei sabbati? In qua gemina dubietate dicit Archi. post S. Tho. in ca. Ieiunia. in fi. de consecra. distinc.3. q dies dñica loco sabbati successit non quidẽ ex vi pcepti legis/ sed ex ecclesiæ cõstitutione & cõsuetudine populi Christiani. Ideo nõ est tam arcta prohibitio operandi in die dominico/ sicut in die sabbati fuit. sed quędam opera concedũtur in die dominica quæ in die sabbati prohibebant & etiã in quibusdã operib9 phibitis facilius dispẽsatur in noua/ q̃ dispensaretur in veteri lege. Hęc. Arch.

m ¶ Et vendebant in sabbatis filijs Iuda &c. Iure etiam humano mercatũ festis diebus/ & pręsertim diebus dñicis est inhibitũ. c.1. in prin. de ferijs vbi dicũt Hostien. & Panor. consuetudinem in contrariũ non valere:

tum quia difficile est inter emētes & vendentes nō interuenire peccatum. de pœni. dist. 5. c. Qualitas. tū q a abstrahūtur hoies a contēplatiōe & seruitio sui creatoris. fatētur tñ Panor. ꝙ ex causa posset mercatū his diebus permitti. An. i c. Licet. de ferijs. n ℭ Si auerteris a sabbato &c. Istud est quod dieb9 festis exerceri potissimū debet pia. s. sui ipsius solicitudo. j. a quolibet mortiferi criminis inquamēto cautela. de quo vide in verbo festū. Oseę. 9. o ℭ Cœperūt vellere spicas & manducare. Qz spicas segetū manibus confricant &

optimates Iuda: & dixi eis. Quæ est hæc res mala quā vos facitis & prophanatis diem sabbati? Nūquid nō hęc fecerunt patres nostri: & adduxit deus noster super nos omne malum hoc & super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel/ violando sabbatum. Factum est aūt cum quieuissent portę Hierusalem in die sabbati/ dixi & clauserunt ianuas/ & prȩcepi vt non aperirent eas: vsꝗ post sabbatū. Et de pueris meis cōstitui super portas vt nullus inferret onus in die sabbati. Et māserunt negotiatores & vendentes vniuersa venalia foris Hierusalem semel & bis: & contestatus sum eos & dixi eis. Quare manetis ex aduerso muri? Si secundo hoc feceritis manū mittā in vos. Itaꝗ ex illo tempore nō venerūt in sabbato. Dixi quoꝗ Leuitis vt mūdarentur & venirent ad custodiēdas portas: & sanctificandam diem sabbati. & pro hoc ergo memento mei deus meus: & parce michi secundum multitudinē miserationū tuarū. &c. Et est similis sententia Hieremiæ. 17. c. d.

ℭ Si auerteris [n] a sabbato pedem tuum/ facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaberis sabbatum delicatū/ & sanctū domini gloriosū: & glorificaueris eum dū nō facis vias tuas: & non inuenitur volūtas tua vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino/ & sustollam te super altitudines terræ/ & cibabo te hȩreditate Iacob patris tui. Os enim domini loquutum est. Esaię. 58. a

ℭ Abijt Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt [o] vellere spicas & manducare. Pharisei autem videntes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nū [p] legistis quid fecerit Dauid quando esurijt: & qui cum eo erant quomodo intrauit in domum dei: & panes propositionis comedit? quos nō licebat ei edere: neꝗ his qui cum eo erant/ nisi solis sacerdotibus. Aut nū legistis in lege: quia sabbatis [q] sacerdotes in templo sabbatum violant & sine crimine sunt? Dico autem vobis: quia templo maior est hic. Si enim sciretis quid est. Misericordiam volo & non sacrificium: nunꝗ cōdēnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis/ etiam sabbati. Matth. 12. a Marci. 2. d

ℭ Vnū opus feci (ait Christus ad Iudæos) & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionē: nō quia ex Moyse est sed ex patribus. Ioā. 7. b.

in eisdem consolātur vitæ austerioris indicium est. Non prȩparatas epulas sed simplicē cibū quęrētiū. hoc dictū Hieronymi est. circa quod vidēd9 est tex. eiusdē Hiero. hāc vitę austeritatē suadētis in c. Nec tales. in prin. de consecra. dist. 5.
p ℭ Non legistis qd fecerit Dauid &c. Recurre ad verbum Dauid.
q ℭ Sabbatis sacerdotes sabbatū violant & sine crimine sūt. Pro sanctificatiōe sabbati & eorum operū q in ipsis aut phibētur fieri aut pmittunt/ facili cognitiōe aduertēdū ē ꝙ opus seruile quod phibet die festiuo pōt sumi tripliciter. vel scilicet a seruitute peccati/ vel a seruitute dei/ vel a seruitute hois. & secūdum hāc triplicē seruitutem sint tres cōclusiōes. Prima ꝙ loquēdo de operib9 seruilib9 a seruitute peccati/ magis phibent i lege noua die dñica vel festiua: ꝗ in lege veteri in sabbato. Lex em noua pfectis regulat & componit hoiem ꝗtū ad act9 iteriores a quib9 actus exteriores habēt ratione peccati vel bonitatis: ꝗ lex vet9. vñ Matth. 5. Inquit Christus. Audistis quia dictū est antiquis. nō occides. Ego autē dico vobis/ qa ōis qui irascit fratri suo reus erit iudicio. Ex quo patet ꝙ lex noua nedū vetat actus exteriores inordinatos: sed etiā interiores. Secūda conclusio/ opera seruilia dicta a seruitute dei quibus vacatur spūalib9/ & colitur de9: multo ampli9 iubētur fieri in lege noua dieb9 dñicis & festis ꝗ in veteri die sabbati: quia lex noua est spūalis. Io. 6. Verba quę ego loquor vobis/ spūs & vita sunt. Lex vero vetus in cōparatione nouę carnalis dicit. Vnde in lege noua prȩstantiorib9 virtutib9 colitūr de9/ sacratiorib9 cęrimonijs/ maiorib9 & meliorib9 sacrificijs/ altioris pfectionis & sanctimonię exercitijs. Tertia cōclusio. Opera seruilia a seruitute/ qua homo homini seruit non ita phibētur in lege noua die dñica sicut in veteri in die sabbati. Patet ex his ꝗ dicta sunt. §. eodē in. 2. anno. Et qa lex noua est leuior ꝗ vet9. Vnde de noua dicit Matth. 11. Iugū meū suaue est/ & onus meū leue. De onere aūt importabili veteris legis inquit Petr9 apostolus Actuū. 15. Quid tētatis denuo imponere iugū super ceruices discipulorū/ qd nec patres nostri nec nos portare potuimus. Cōcedūtur aūt in lege noua multa opera corporalia quæ possunt fieri in die festo/ maxime in tribus casibus. Prim9 est cū vrget necessitas. Vnde dñs Matth. 12. excusat discipulos suos qui colligebāt spicas in die sabbati propter necessitatē. c. Discipulos. de cōse. distin. 5. & ideo propter necessitatē concedit lauacrū die dñico. c. Peruenit. de cōse. dist. 3. Concedit piscatio pisciū. c. Licet. de ferijs. Concedit bellare. c. Si nulla. 23. q. 8. Concedūtur ꝗ ad conseruationē salutis corporalis pertinēt: vt decoctio ciborū & similia. Concedit agricultura/ collectura frugū/ putatio vinearū. Vindemiatio earū cū propter tempestatē aut hostes alijs dieb9 fieri non potest ne occasiōe momēti pereat cōmoditas/ cœlesti prouisiōe cōcessa. l. oēs. C. de ferijs. & breuiter omne opus seruile alias de se licitū/ indulget die festo propter necessitatē. Secūd9 casus est cū hoc requirit cultus religionis. Vnde concedit pulsatio campanarū/ incēsio lampadū/ oblatio sacrificiorū/ administratio sacramētorū & alia huiusmodi multa/ ꝗ ad ornamentū ecclesię & executionē diuinorū officiorū & ad diuinū cultū ordinātur. Et de hoc dicit dñs Matth. 12. Sabbatis sacerdotes in templo sabbatū violant: j. corporaliter in sabbato operantur & sine crimine sunt. Et sic etiam in sabbato circūferentes Arcam sacerdotes non transgrediebantur prȩceptum domini de obseruantia sabbati. Tertius casus est cum pietas suadet. Vñ propter pietatem conceduntur multa opera corporalia fieri die festo: vt cura infirmorum. Vnde dominus increpans phariseos ait. Michi indignamini: quia totum hominē saluum feci in sabbato. Item cura aut liberatio

rerū ab imminētib⁹ periculis. vnde dñs ait Matth.12. Quis erit ex vobis homo qui habet vnā ouē & ceciderit in foueā/ nonne tenebit & leuabit eā? Item colere agros pauperū/ pro eleemoſyna & intuitu dei: licet minorib⁹ feſtiuitatib⁹ ſicut. ſ. octauas paſchę & ſimilib⁹. ſecūdū cōnſuetudinē tñ regionis quā ſcit epiſcopus & non reprobat diebus aūt dñicis aut pcipuis feſtiuitatib⁹ non liceret. Et eodēmodo circa ędificationē eccleſiarum licet operari: niſi phibitū ſit a ſuperiore vel conſuetudini loci contrariū. Ita tñ q labor non ſit vſq ad vltimā defatigationē. Nec pter hoc dimittantur diuina. Et etiā in illo caſu de cultura agrorū pauperū q nō fiat pter ſpem remunerationis tēporalis/ ſed pter deū: & q paupertas illius cuius ager colitur hoc exigere videat. Pręmiſſa ſunt Ioā. de Turre cremata. in d. ca. Peruenit. verſ. ad ſecundū. de conſecra. diſtinc.3.

Et in ſabbato circuncidítis hominem. Si circuncisionem accipit homo in ſabbato: vt non ſoluatur lex Moyſi: michi cur [r] indignamini/ quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate.

actuū.15.d. ❡Moyſes a temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eū prædicent in ſynagogis: vbi [s] per omne ſabbatum legitur.

❡Cætera in verbis Fuga. Matth.24.b. Ieſus. Matth.12.a.& Ioan.19.f. Manna. Exodi.16.f.g.& Matathias,1.Mach.2.e.

Leuiti.21.a & b. **Sacerdos.** ❡Dixit dominus ad Moyſen. Loquere ad ſacerdotes filios Aaron: & dices ad eos. Ne [t] cōtaminetur ſacerdos ī mortibus ciuiū ſuorū/ niſi tantū in cōſanguineis ac propinquis: ideſt ſupra patrem & matrē & filiū & filiā: fratrē quoq & ſororē virginem quę non eſt nupta viro: ſed nec in principe populi ſui cōtaminabitur. Non radēt caput nec barbā: neq ī carnibus ſuis faciēt inſciſſuras. Sācti erūt deo ſuo/ & nō polluēt nomē eius. Incēſum ei domini & panes dei ſui offerēt/ & ideo ſancti erūt. Scortū & vile pſtibulū nō ducet vxorē: nec eā q̄ repudiata eſt a marito: qa cōſecratus ē deo ſuo/ & panes ppoſitionis offert. Sit ergo ſāctus: qa & ego ſanctus ſū/ dñs q ſanctifico vos.

Deut.17.c. ❡Qui [v] ſuperbierit nolēs obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille/ & auferes malum de Iſrael. Cunctuſq populus audiens timebit: vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

4.regū 12. a in fi. & b. & c. ❡Dixit Ioas ad ſacerdotes. Omnē pecuniam ſanctorū quæ illata fuerat in tēplū domini a pretereūtibus/ q̄ offertur p precio animę: & quā ſpōte & arbitrio cordis ſui inferunt in tēplū domini: accipiāt [x] illam

r ❡Michi cur indignamini &c. Vide ſuperiorē proximā annota.

s ❡Vbi per omne ſabbatū legitur. Hic aduerte q poſſum⁹ conſiderare ſabbatū dupliciter. vnomodo ſcdm qd dicit ſanctificationē ſiue vacationē ſeu deputationem cultui diuino: & q̄tū ad hoc/ pręceptū de ſabbato ſanctificādo eſt morale. Aliomodo ſcdm qd dicit circūſtantiā certi temporis ſcdm qd ſeptim⁹ dies ſabbatū eſt & præceptū obſeruari ab operib⁹ ſeruilibus. Et q̄tum adhoc eſt cęrimoniale. Q̄tū ad primū quod eſt morale/ currit ſemper pręceptum de obſeruatione ſabbati .ſ. de vacatione diuino cultui. Hoc eñ ſemp dñs ab hoīe reqrit/ vt homo ſibi habitaculum cordis pręparet/ & ſibi aliqñ vacet ſcdm illud. vigilate. Q̄tū vero ad ſecundū ſcʒ determinationē temporis. ſ. diei ſeptimi & in eo vacationis ab operibus ſeruilibus ceſſauit pceptū de obſeruantia ſabbati. Sicut & alia cęrimonialia. Et ſic inq̄tum eſt morale manet in lege noua: inq̄tum vero cęrimoniale eſt/ euacuatum eſt veritate adueniente: ideo hodie dies ſeptimus nullo in eo feſto indicto ab eccleſia interueniente non eſt colendus: niſi velimus eſſe antichriſti imitatores qui eū colendū ſtatuet. d.c. Peruenit. de pœni. diſt.3 Nec ob. quod habet Exo.31. Cuſtodite ſabbatū meū. pactum eñ ſempiternū erit inter me & filios veſtros in generationib⁹ ſuis: quia reſpōdetur dupliciter iuxta ſanctū Tho. Primo q ſempiternū ibi accipit pro ſancto quod habet finē ſed nō eſt determinat⁹ nobis. Secūdo dicit q ſabbatū fuit pactum ſempiternū q̄tum ad ſuū ſignificatū qd eſt vacare ab orationib⁹ & operibus ſpiritualib⁹. Ita iſtam materiam declarat apud canoniſtas. Io. de Turrecremata. in d.ca. Peruenit col.3. de pœni. diſtin.3.

t ❡Ne cōtaminet ſacerdos &c. Hac ſentētia ſacerdotibus inhibet ne mortuos lugeant niſi ex naturali qnadam affectione moueātur: vt qa mortuus eſt pater aut mater &c. Quo tñ caſu adhuc immodice lugere non debent/ ac ſe pluſq̄ par ſit anguſtiare. & hoc eſt qd ſubiūgitur. Non radent barbam &c. Vnde aduerte q nedū ſacerdos/ ſed nec etiā aliquis fidelis debet amicorum mortē grauiſſime ferre. Primo pter ſpem reſurrectionis: mors eñ ſanctorū vt dicit Damaſcenus. lib.4. ſomnus eſt magis q̄ mors. Et Paulus 1. ad Theſſa.4. Nolumus vos ignorare fratres de dormiētibus vt non contriſtemini ſicut & cęteri qui ſpē non habent. Vnde Chryſ. ſuper Matth. Timor mortis nichil aliud eſt q̄ deſperatio vitę poſt mortē. Temperandus eſt ergo dolor de morte ne videamur de numero eorū qui futurę reſurrectionis & alteri⁹ vitę ſpem non habent. Q̄ ſi amici defuncti mali erāt: dolendū eſt p eis/ quia mors peccatorū peſſima. & p nobis gaudendū quia potuiſſent nos puertere: cū ſcriptū ſit. Cū puerſo puerteris. De tēperādo aūt luctu pro mortuis & ipſo humanitatis ſeu naturalis affectiōis affectu ītuitu aſſumēdo loquēs Seneca: dicit. Nec ſicci ſint oculi tui nec oīno fluāt. Eodē animo fer mortē amici quo tuā expectas. Si naturalis infirmitas te inuitat ad planctum/ tempera luctum nec luctu tradas animū. Non phibemus lachrymas quas naturalis neceſſitas exprimit/ quas infirmitas humana expellit: qa hę cadūt nobis nolētibus. lachrymæ non ſuffocent animū. Doloris affectum non arguo/ ſed doloris exceſſum. Pręmiſſa ſunt de mēte Io. de Turre cremata. in c. Q̄ prępoſterū. col.2. 13. quęſti.2.

v ❡Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio &c. Cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum ad iudiciū eſt ſedis apoſtolicę recurrendū cuius ſentētiā qui ſuperbiēs cōtēpſerit obſeruare/ mori pręcipitur. ſ. per excommunicationis ſentētiā: velut mortuus a cōione fideliū ſeparari. Ita dicit tex. hinc ſumptus. in c. Per venerabilē. paulo ante fi. Qui filij ſint legi.

x ❡Accipiant illam ſacerdotes. Solis ſacerdotibus ex officio debētur oblationes/ quę deo offerūtur/ non ſolū vt eas in ſuos vſus conuertant: verūetiā vt eas fideliter diſpenſent: partim quidē expendēdo eas in his q̄ pertinēt ad diuinū cultum/ partim vero in his quę pertinēt ad pprīū victū: qa qui altario deſeruiūt/ de altari participant. partim etiam in vſus pauperū/ qui q̄ntum fieri pōt de rebus

ecclesię sustentandi sunt. & quia dn̄s in vsus pauperū loculos habebat. Ita Io. de tur. cre. in c. Quia sacerdotes. versi. Respondeo dicendum. 10. quęsti. 2. Cętera dic vt in verbo Oblatio.

y ℂ Instaurent sartatecta domus. Ad quos de iure humano spectet ecclesiarū reparatio/ breuiter dici pōt: q̄ si fabrica ecclesię portionē suam habeat deputatā: ab eo qui eā percipit est ecclesia reparanda. Legitur em̄ in concilio Toletano vnio nostrę congregatiōis decreuit atq; instituit vt tertias quas antiqui canones de parrochijs suis habere episcopos censuerūt: si eas exigendas crediderint/ ab ipsis epis diruptæ ecclīæ reparentur. Si vero eas maluerint cedere ab earum cultorib9/ sub cura & solicitudine sui pontificis reparatio eisdem ē adhibenda basilicis. Ita dicit tex. in ca. Vnio. 10. quęsti. 3. & idē pbat in c. decernim9. 10. q. 1. Qz si fabrica non sufficit/ tunc rector. s. sacerdos qui ei preest/ cōtribuet reparationi & similiter beneficiati i ecclesia/ habita ratiōe eius emolumenti qd ab ecclesia percipiūt/ conferēt. c. 1. de eccle. ędif. & c. de his. eo. ti. & c. Si monach9. 16. q. 1. In qbusdā tn̄ regiōibus laici hoc faciūt expēsis suis de cōsuetudine laudabili/ ad qd cōpelli possunt. c. Ad apostolicam. de simoni. Nam & ipsorum interest cum ibi percipiāt ecclesiastica sacramenta & missas audiāt. & maxime hoc erit obseruādū vbi male soluunt decimas secūdū Hostien. in summa tituli de eccle. ędif. & Hēri. Bouhic in d. c. 1. eodē ti. scdm quē cōclude q̄ primo recurrēdū est ad consuetudinē/ secundo ad portionem fabricę deputatā: & tertio ad sacerdotes. Et ita etiā cōcludit Archid. 12. q. 2. c. Quatuor.

z ℂ Quia sacerdotum erant. An aūt oblationes possint p sacerdotes laicis vendi dicit Archi. in c. Sanctorū. 10. q. 2. q̄ siue hoc fiat iure et put videt pbari ex his q̄ habē

sacerdotes iuxta ordinē suum: & instaurent [y] sartatecta domus si quid necessarium viderint instauratione. Igitur vsq; ad vicesimum tertium annū regis Ioas non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex Ioas Ioadam pontificem & sacerdotes: dicens eis. Quare sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinē vestrum: sed ad instaurationem templi reddite eam. Prohibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam a populo: & instaurare sartatecta dom9 Et tulit Ioiada pontifex gazophilatium vnum/ aperuitq; foramē desuper & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum domini: mittebant q; in eo sacerdotes qui custodiebāt ostia omnem pecuniā/ quæ deferebatur ad templum domini. Cumq; viderēt nimiam pecuniam esse in gazophilatio: ascendebat scriba regis & pontifex: effundebantq; & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo domini: & dabant eam iuxta numerum atq; mensuram in manu eorum qui preerant cementarijs domus domini. Qui impēdebāt eam in fabris lignorum & in cemētarijs his qui operabantur in domo domini/ & sartatecta faciebant: & in his qui cædebant saxa/ & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur instauratio domus domini in vniuersis quæ indigebant expensa ad muniendam domum. Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ tēpli domini & fuscinule & thuribula & tubæ: & omne vas aureum & argenteum de pecunia quæ inferebatur in templum domini. His enim qui faciebāt opus dabatur/ vt instauraretur templū domini: & non fiebat ratio his hominibus qui accipiebant pecuniā vt distribuerent eam artificibus: Sed in fide tractabant eam. Pecuniam vero pro delicto & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum domini: quia [z] sacerdotum erat.

ℂ Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es [a] sacerdos inęternum secundum ordinem Melchisedech. psal. 109.a.

ℂ Sacerdotes [b] tui (dn̄e) induantur iustitiam: & sancti tui exultent. 131.b

ℂ Erit sicut populus sic sacerdos. Esaie. 24. a.

ℂ Sacerdotes [c] & prophetę Ephraim nescierūt præ ebrietate: absorpti sūt a vino: errauerūt i ebrietate/ nescierūt videntem/ ignorauerūt iudiciū. Oēs enim mensę repletę sunt vomitu/ sordiumq; t ita vt non esset vltra locus. 28.b.

ℂ Vos sacerdotes domini vocabimini [d] ministri dei nostri: dicetur vobis. 61.b.

tur in c. Querelā. ne p̄la. vi. suas. siue facto tm̄: hoc fit quotidie etiā ab epis: immo ab ipso dn̄o papa. Nō debent
tn̄ ipsę oblatiōes q̄uis laicis vēditę/ ab ipsis laicis de altari recipi: sed debet ibi esse clericus qui accipiat de altari
& det eis. Nā manus pphanę & nepharię non debēt cōtingere sacra. ar. 12. q. 2. c. Aurū. & de cōse. dist. 1. c. Ligur.
& c. Nemo. Hęc Archi. Inualuit tn̄ cōsuetudo in cōtrariū/ etiā in oblatiōib9 nō vēditis. Nā recipiūtur persępe
a manib9 laicorū. Et ita fit in Parisieū totius orbis celeberrimo pientissimoq; xenodochio seu hospitali.

a ℂ Tu es sacerdos inęternū scdm ordinē Melchisedech. Ex hoc dicto infert Io. de Turre cremata in c. Sacerdos. col. 1. de conse. dist. 2. q̄ Christo cōuenit esse sacerdotē. Pro quo diffusi9 ostēdēdo dicit esse aduertēdū secūdum Tho. q̄ propriū sacerdotis est esse mediatorē inter deū & populū/ inqtū sc3 diuina populo tradit. Vnde sacerdos dicit quasi sacra dans scdm illud Mala. 2. Legē requirēt ex ore eius/ sc3 sacerdotis. Et iterū inqtum preces populi deo offert & p eorū peccatis deo aliqualiter satisfacit. Vn̄ apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis pōtifex ex hominib9 assumpt9/ pro hoib9 constituit in his q̄ sunt ad deū/ vt offerat dona & sacrificia p p̄cis. Hoc aūt maxime cōuenit Christo. Nā p ipsum dona hominib9 sunt collata scdm illud. 2. pe. 1. p quē sc3 Christū maxima & p̄ciosa nobis pmissa donauit vt p hoc efficiamini diuinę cōsortes naturæ. Ipse etiā humanū genus recōciliauit secūdū illud ad Colos. 2. In ipso sc3 Christo cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare/ & per eū recōciliare oia. &c. Hæc de Tur. crema. qui respōdet quibusdam rationibus quę in contrarium adduci possent vt ibi per eum.

b ℂ Sacerdotes tui induātur iustitiā. De iustitia qua p̄cęteris indui debet sacerdotes est amplus textus Isidori in c. His igitur. 23. distin. de quo vide in ver. Presbyter. a.

c ℂ Sacerdotes & ppheta nescierūt prę ebrietate. Recurre ad verbum Ebrietas.

d ℂ Vocabimini ministri dei. Hic aduerte q̄ sacerdos varijs nominib9 vocat in scriptura & colligūtur ex textu Gregorij in c. 1. 43. dist. Vocat em̄ pastor/ canis/ ppheta/ angelus/ veritas sacerdotij veteris testamēti/ habēs locū apostolorū/ & p̄co. Quia pastor est dū lupū videt veniētē

non debet aufugere. j. loquenda tacere/& sic aliorū vitia palpare. Quia canis est latratu prædicationis debet lupos arcere a gregibus/ne cadat super eos illud opprobriū Esa.55. Canes muti non valētes latrare. Quia ꝓpheta est ministeria scripturę populis exponere debet: hoc est eñ ꝓphetare vt notat glo. 1.co.14. Quia etiā angelus est debet ministrare populo eloquia dei. Vnde Mala.3. Labia sacerdotis custodiūt sciētiā & legē requirūt ex ore eius: quia angelus dñi exercituū est. Quia veritas est sacerdotij veteris testamēti debet tintinabula habere in vestibus: vt vitæ viam cum linguę sonitu ipsa quoq sacerdotis opera clament. vestimēta eñ sacerdotis sūt opa scdm illud. Sacerdotes tui induātur iustitiā. Quia locum apostolorū obtinet debet spm̄sanctum accepisse in igne & linguis. Greg. Quia nimirū quos spiritussanct⁹ repleuerit de se protin⁹ loquētes facit. Et quia pręco est incessanter clamare debet. Esa.58. Clama/ne cesses. Vñ Grego. Pręconis officiū suscipit/qsqs ad sacerdotium accedit. Pręmissa probant per textū q Gregorij est i d.c. Sit rector. & ordināt per de Turrecremata.43. dist. in summa. in versi. Hęc aūt.

Fortitudinē gentium comedetis/& in gloria eorum superbietis &c.

Hiere.6.b. In fine. ¶A minore quippe vsq ad maiorē omnes auaritię student: & a ꝓpheta [e] vsq ad sacerdotem/cuncti faciunt dolum.

18.c. ¶Nō peribit lex a sacerdote/neq consiliū a sapiēte: nec sermo a ꝓpheta.

Eze.44.d.e ¶Sacerdotes leuitæ filij Sadoch qui custodierunt cærimonias sanctuarij mei: cū errarent filij Israel a me ipsi accedent ad me vt ministrent michi & stabunt in conspectu meo vt offerant michi adipem & sanguinem: ait dominus deus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum/& ipsi accedent ad mensam meā vt ministrent michi & custodiant cærimonias meas. Cūq ingredientur portas atrij interioris/vestibus lineis [f] induentur: nec ascendet super eos quicq̄ laneū quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Vittæ lineæ [g] erunt in capitibus eorum & fœminalia [h] linea erunt in lumbis eorum: & non [i] accingentur in sudore. Cumq egredientur atrium exterius ad populum/exuent [k] se vestimentis suis in quibus ministrauerant: & reponent ea in gazophilacio sanctuarij: & vestient se

Cōclusio Archid. aūt in c. Quisquis.24.q.3. dicit q sacerdotes qñq vocātur Christi. j. vncti/qñq dij & qñq angeli: vt in c. Sacerdotib⁹.11. quęsti.1.& qñq vicarij seu ministri dei.33.q.5.c. vl. qñq successores apostolorū.c. Absit. 11. quęsti.3.& qñq successores discipulorū c. Coepiscopi.68. distin. e ¶A propheta vsq ad sacerdotē cūcti faciunt dolum. De auaricia ac dolo seu malicia sacerdotū notabiliter loquit Cosmas Guymier in suo commento. in verbo Consciētijs. dicens q conscientia pura secundum dei timorē olim in pręlatis vigens ecclesiam Christi laudabiliter vita & exēplo rexit & prouexit. Deinde successu tēporis cū iam ecclesia temporalibus abūdare cœpisset/oblita quodāmodo con: sciētia quę inflare solet.c. Nisi cū pridē.§. Ne pro defectu. de renū. multos in ecclesia pręsidere fecit qui sacrā scripturā diuersis versutijs pallian tes: iustitias dñi rectas q cor lętificare consueuerūt: propter delicias carnis falsificare nō timebāt. Multas hęreses & sectas seminabant & plura beneficia pinguia per papā dispensando cumulabant. Verūtñ aliqui licet pauci consciētiā cū scientia retinentes/multos ad iustitiā erudierūt: qui iam quasi splendor firmamēti in æterna felicitate rutilare credūtur. Sed heu nephandis his tēporib⁹ iam con & sci/de consciētia abrasis: solum entia sponsam Christi gubernare videmus: psonas scʒ cōscientia/sciētiaq carētes: & velut entia insensibilia deū nec sanctos eius verentes/beneficia sup beneficia/epat⁹/super epatus/abbatias sup abbatias sibi accumulare. Regularia beneficia q bonis religiosis vitę sanctitate munitis dicata sunt: seculares clericos subcōmēdę velamēto sibi vsurpare. Videmusq vilissimos quosq laicos epatus/abbatias/parrochias & monasteria. & (qd nefas est dicere) oblationes altariū admodiare. Hinc patrimoniū Christi solis ei⁹ ministris deputatū & pauperib⁹ distribuendū in vsus venit tyrānorū atq meretricū. Et quod nō accipit Christus tollit fiscus. Hinc etiā guerrę mortiferæ/destructiones ciuitatū & regnorū: & mortes innocētiū lamētabiles ꝓuenīūt: q omnia ex pompa epōrū & insatiabili auaritia prelatorū detestāda prouenisse cognouim⁹. hæc Guymier. Et facit qd dicit Hiero. in c. trāsferūt. in fi.24. quęsti.3. vbi dicit. Veteres scrutans historias inuenire nō possum aliquos alios scidisse ecclesiam/& de domo dñi populos seduxisse/pter eos qui sacerdotes a deo positi fuerant: & ꝓphetę. j. speculatores. Per quod dictum Hiero. dicit glo.3. in ca. Et purgabit.50. distinc. q omnia mala a sacerdotib⁹ processerunt. De auaritia etiā sacerdotū presertim prelatorū est ampl⁹ tex. Hiero. in superiorib⁹ trāscriptus in c. Diaconi. sunt.93. distinc. f ¶Vestibus lineis induentur/nec ascendet super eos quicq̄ laneū. Moraliter sacerdos ministraturus vitę puritate virtutūq candore induatur/& omne laneū. j. omne peccati inquinamentū relinquat.c. qui scelerate.c. Timorem. de conse. dist.2. Qz si post ministrationē iam cœptam & factā consecrationē/recordet sacerdos alicuius mortalis peccati: conterat & doleat/proponatq confiteri: & sic non indigne sed fructuose pōt sumere sacrificiū & missam explere. & idē si recordaret se manducasse vel esse excōicatū: debet eñ assumere ꝓpositū absolutionē petendi: & sic per inuisibilē pontificē Christum Iesum absolutionē cōsequit/q̄tū adhuc actū q perficiat diuina mysteria. Si vero ante cōsecrationem alicuius prędictorū sit memor tutius reputarem maxime in casu māducationis & excōicationis: q missam incœptam deserat/nisi graue scandalū timeretur. Ita post. S. Tho. dicit de Turrecremata in c. Nichil. col.2. versi. Item. quæritur.7. quæsti.1. g ¶Vittę lineę erunt in capitibus eorum. Idest omnē suā iustitiā capiti suo. j. Christo ascribentes: de ea nullatenus glorientur/scientes qm̄ in conspectu eius nō iustificabitur omnis viuens.c. fi. in fi. de pœni. distinc.2. h ¶Fœminalia linea erunt in lumbis eorum. Declara per ea quæ dicta sunt in verbo Fœminalia. in.1. anno. i ¶Et non accingentur in sudore. Idest studebūt ne inuiti bonū continētię videātur obseruare: & in sudore vultus sui comedere panem: sed pręceptū dñi implere volūtate. In bonis eñ quę agimus spiritualis hilaritas est requirenda: quia bonū quod agitur/deo reddit accepti⁹. c. Non mediocriter. de consecra. distinc.5. vnde apostolus cū ad eleemosynas Corinthios hortaret ait. Vnusqsq det ꝓut destinauit i corde suo: nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē eñ datorē diligit de⁹.c. fi.§. ex his.23. q.6. k ¶Exuent se vestimentis suis. Sacerdotes celebraturi/vestimēta accipiūt ecclesiastica q sacrata esse debēt & honesta: nec alijs vsibus applicari q̄ ecclesiasticis & deo dignis officijs. Vnde & expleta celebratione relinqui debēt.c. Vestimēta. in princi. de cōse. dist.1. Ratio aūt accipiendorū a sacerdotib⁹ celebraturis aliorū vestimentorū pōt assignari multiplex. Primo quia hoc in veteri lege ita obseruatū legitur. pręcipit eñ dñs Moysi/vt faceret Aaron sacerdoti & filijs suis vestes sanctas in gloriā & decorē: vt non nisi loti & sacris vestib⁹ induti sacerdotio fungerētur: sicut habet Exo.28.&.31. & hoc quia per vestes sacerdotales virtutes quib⁹ ornari debent sacerdotes designātur.c.1.43. distin. Sacerdotes aūt nouę legis maioris debent esse pfectionis q̄ sacerdotes veteris

legis: cũ potiora sint sacramẽta q̃ per eos tractãtur. Merito igit institutũ est vt sacratis vestib⁹ induerẽtur. Secũdo vt det intelligi q᷑ cum conscientia munda & virtutum vestibus ornata/domini sacramenta tractãda sunt. Tertio ad designandum q᷑ singulariter pręalijs debẽt sacerdotes vita & exemplo splendere. Et quarto ad ornatum & decorem ecclesię: de quo dicit psal. Dñe dilexi decorem domus tuæ. Has rationes congerit de. Turrecremata: vbi de hac materia multo diffusius loquitur in c. Concedimus. colum.1. de conse. distinc.1.

vestimentis alijs/& non sanctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum [l] non radent: neq̨ comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua.

¶ Vinum non bibet [m] omnis sacerdos quando ingressurus est atrium interius. Et viduam [n] & repudiatam non accipient vxores: sed virgines de semine domus Israel. Sed & viduam [o] quæ fuerit vidua a sacerdote accipient. Et [p] populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum/ & inter mundum & immundum ostendent eis. Et cum fuerit controuersia stabunt in iudicijs meis: & iudicabunt leges meas & præcepta mea: in omnibus solennitatibus meis custodient: & sabbata mea sãctificabũt. Et ad mortuum [q] hominem non ingredientur: ne polluantur/nisi ad patrem & matrem & filium & filiam: & fratrem & sororem quæ alterum virum non habuit: in quibus contaminabuntur. Et postq̃ fuerit emundatus septem dies numerabuntur ei: & in die introitus sui in sanctuariũ ad atriũ interius: vt ministrent michi in sanctuario offeret pro peccato suo: ait dominus deus. Non erit autem eis hæreditas eorum. Et possessionem non dabitis eis in Israel: ego enim possessio eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorũ/ & omnia libamenta ex omnibus quę offerũtur sacerdotum erunt. Et primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti: vt reponat benedictionem domui suæ. Omne morticinium [r] & captum a bestijs de auibus & de pecoribus/non comedent sacerdotes. — Eze.44.f.g

¶ Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini: & dicent. Parce domine/parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes &c. — Iohelis.2.d

¶ Ad vos o sacerdotes qui despicitis nomẽ meum. Et dixistis. In quo despeximus nomen tuum? Offertis [s] super altare meum panem pollutum. Et dicitis in quo polluimus te? In eo quia dicitis: mensa domini despecta est. Si [t] offeratis cœcum ad immolandum nonne malum est? Et si offeratis claudum & languidum nonne malum est? Offer illud duci tuo si placuerit ei: aut susceperit faciem tuam: dicit dominus exercituum. Quis [v] est in vobis qui claudat ostia & incẽdat altare meum gratuito? Non [x] est michi voluntas in vobis dicit dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra &c. — Mala.1.b.c

l ¶ Caput suum nõ radent neq̨ comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. Idest habitus sacerdotalis neq̨ sit nimiũ vilis nec nimis exquisitus: vt sic nec affectatas sordes/nec exquisitas delicias sacerdos amare videatur: sed ea sit simplicitate honestateq̨ decorus: habita sui status & aliorum suæ pfessionis ratione: vt interioris exhibeat honestatis argumẽtum. c. Parsimonia. & c. si.41. distinc.

m ¶ Vinum nõ bibet omnis sacerdos. Vide quod dictum est in ver. Ebrietas. Esa.28.

n ¶ Viduã & repudiatam &c. Idest iudæorum & hęreticorum pertinacium cõsortia familiaria deuitabunt sacerdotes. Vt sic eorum deuitandorum exemplum cæteris præbeant. quia sæpe malorũ consortia etiã bonos corrumpunt. cap. sæpe. in princip.28.q.1.

o ¶ Viduam q̃ fuerit vidua a sacerdote &c. Idest eam personam quã a dei cultore viderit edoctã: & fragilitate lapsam nec in suo errore pertinacem/humaniter suscipient: neq̨ ei redeũti gremium suum claudent. capi. Sup eo. de hęreti. li.6.

p ¶ Docebunt populum meum. &c. Facit tex. in ca. Ignorantia. in princip.38. distin. dũ ibi dicitur. Ignorantia mater cunctorum errorum/ maxime in sacerdotibus dei deuitanda est: qui docendi officium in populo dei susceperũt. Cętera dicantur vt in verbo Eps. in annotationibus incipientibus. Prudentẽ & doctorẽ.

q ¶ Et ad mortuum nõ ingredietur. Declara per ea quę dicta sunt. s. eodem in.2. anno.

r ¶ Omne morticiniũ & captũ a bestia &c. Pręcipit hęc sententia vt sacerdotes præ cęteris ab auiditate gulę quæ viles cibos a preciosis non secernit: sed tantum ventris studet impletioni. c. delitiæ. & cap. Quod dicit dominus.41. distinc. se temperent: prout etiam eis pręcipitur.44. distinct. in princip. & in cap. A crapula. cum similibus. de vita & honest. cleri.

s ¶ Offertis super altare meum panem pollutum. Illi offerunt deo panem pollutum: qui in vitiorum manentes sordibus/ad altaris sacrificium psumunt accedere. c. illi offerunt.1. quæst.1. An autem illorum missa sit comẽnenda/seu non audienda: dixi in verbo Concubina.

t ¶ Si offeratis cęcum ad immolandum: nonne malum est. Declara per textum in. capit. si.45. distinct. de quo vide in verbo Cęcus.

v ¶ Quis est in vobis qui claudat ostia mea gratuito. Require annotationem in verbo Ostium.

x ¶ Non est michi voluntas in vobis &c. Hinc dicit Gregorius in c. Oportet. circa fi.81. distin. Omnimodo cauendum est ne fallamus populũ: vt illud prophetę dictũ impleatur in nobis. Sacerdotes mei cõtaminãt sancta & reprobãt legẽ. Quos & alias ppheta increpauit dicens. O vos sacerdotes qui fallitis nomen meũ: & dixistis in qua re fallimus nomẽ tuum? Quibus responsum est: offerẽtes ad altare meum panes pollutos. Non est michi voluntas in vobis: dicit dominus. Et sacrificium non accipiam de manibus vestris: quia polluti estis. Hæc ibi. An autem orationes factæ a malis sacerdotibus prosint/vel noceant his pro quibus fiunt: vide quod diffuse dicit Ioan. de Turrecrema. in c.1. colum.1. & .2.49. distinc.

y ¶ Dispergam super vultũ vestrum stercus solẽnitatum vestrarũ. Tex.est similis.sentẽtię in ca. Odi & piecl.24.q.1. z ¶ Labia sacerdotis custodiũt scientiã.&c. Vide qd dictũ est in verb.Episcopus.super verb.Prudentem. a ¶ Quia angelus dñi exercituum est.De varijs sacerdotũ nominibus.dixi ĩ.eõ.d. b ¶ Vos aũt recessistis de via:& scandalizastis plurimos in lege. Ex pctõ eñi sacerdotis (prę sertim publi-co) tria mala oriũt. Prio aliorũ (maxĩe laicorũ) corda scãdalizant. Scdo vituperat officiũ ecclasticũ. & tertio p̃statur alijs materia/seu occasio peccãdi.c. Si mala.2.q.5.c.Significasti.de adulte.&.c.magnę.de voto. Ita dicit Panor.in d.c.Significasti.in .2.no.

¶De prudētissimo Salomonis iudicio inter duas meretrices ex animaduersione pietatis maternę: lato vide. 3. Reg. 3. c. d. Et supra ī verbo Meretrix.

4.a. ¶Erat Salomon regnans super omnem Israel: & hi principes [v] quos habebat. Azarias filius Sadoch sacerdotis. Helioreph/ & Ahia filij Sesa scribæ. Iosaphat filius Ahilud acōmentarijs. Banaias filius Ioiadæ super exercitum. Sadoch autem & Abiathar sacerdotes. Azarias filius Natham/ super eos qui assistebāt regi. Sabud filius Natham sacerdos amicus regis: & Abiazar præpositus domus: & Adoniram filius Abda super tributa. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel/ qui præbebant annonā regi & domuī eius. Per singulos enim menses in anno/ singuli necessaria ministrabant.

4.c. ¶Salomon erat in ditione sua habēs omnia regna secum a flumine terræ vsq̧ ad terminum Aegypti: offerentium sibi munera & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius.

4.c.& d. ¶Erat cibus Salomonis per dies singulos triginta chori simile: & sexaginta chori farinæ: decem boues pingues/ viginti boues pascuales & centum arietes/ excepta venatione ceruorum: caprearum atq̧ bubalorum & auium altiliū. Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumē quasi a Tharsa vsq̧ ad Gazam: & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacē ex omni parte in circuitu. Habitabatq̧ Israel absq̧ timore vllo vnusquisq̧ sub vite sua & sub ficu sua a Dan vsq̧ Bersabeæ cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomō quadraginta millia p̄sepia equorum currilium & duodecim millium equestrium. Nutriebantq̧ eos supradicti regis præfecti: sed & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingēti cura præbebant in tempore suo. Hordeum quoq̧ & paleas equorum & iumentorum deferebant [x] in locum vbi erat rex iuxta constitutū sibi.

4.d. ¶Deus dedit sapientiam Salomoni: & prudentiam multam nimis [y] / & latitudinē cordis: quasi arenam quę est in littore maris. Et pręcedebat sapientia Salomonis sapientiā omnium orientalium & Aegyptiorum. & erat sapientior cūctis hominibus. Sapientior Etham Ezraite & Heman & Calchal & Dardal filijs Maol: & erat nominatus in vniuersis gentib⁹ per circuitum.

4.d. ¶Loquutus [z] est Salomon tria millia parabolas: & fuerūt carmina eius quinq̧ millia. Et disputauit super lignis a cedro quæ est in Libano vsq̧ ad hysopum quę egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscib⁹. Et veniebāt de cūctis populis ad audiendā sapiētiā Salomonis: & ab vniuersis regibus terræ qui audiebant sapientiam eius.

5.a. & .b ¶Misit Hyram rex Tyri seruos suos ad Salomonem. Audiuit enim q̧ ipsū vnxissēt regem super Israel pro patre eius: quia amicus fuerat Hyrā Dauid omni tēpore. Misit aūt Salomō ad Hyrā dicens. Tu scis volūtatē Dauid patris mei: & quia non poterat ędificare domū nomini dn̄i dei sui/ ꝑpter bella imminentia per circuitū: donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius. Nunc autem requiem dedit deus meus michi per circuitum: & non est Sathan neq̧ occursus malus. Quamobrem cogito [a] ædificare tēplum nomini domini dei mei/ sicut loquutus est Dauid patri meo dicēs. Filius tuus quē dabo pro te super soliū tuum: ipse ædificabit domū nomini meo. Præcipe igitur vt præcidant michi serui tui cedros de Libano: & serui mei sint cum seruis tuis. Mercedem [b] autem seruorū tuorum dabo tibi quancumq̧ petieris. Scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij.

tex. in d. c. Si em̄. versi. Salomon. de pœ. dist. 2.

v ¶Et hi principes quos habebat. Rex quilibet multos vt plurimum secū principes seu nobiles habet. tex. ē no. & ibi gl. & doc. in l. omnium. in princip. C. de testa.

x ¶Deferebant in locum vbi erat rex. In loco vbi rex est ibi & curia esse censetur seu nobiliū ac potentum multitudo. d. l. omnium. in princi. C. de testa. sicut etiam dicimus q̧ vbi papa est ibi curia dicitur esse. Nā vbi papa ibi Roma. notant doc. in capi. Ego. de iureiu. Archi. 7. quæsti. 1. c. Scire. in c. Pręsenti. de pręben. in. 6.

y ¶Nimis. Idest valde & ita etiam sumitur quandoq̧ in iure humano: vt dictū est in verbo Nimis. vbi vide.

z ¶Locutus est Salomon tria milia parabolas. Dicit etiam Ioseph⁹ lib. 8. capi. 2. q̧ Salomon inuenit cōiurationes cōtra dæmones. Et de hoc est tex. apud canonistas. 21. distinc. in princip. in versi. porro. Salomō. vbi dicitur. Salomon quendam modum exorcizandi inuenit quo dæmones adiurati ex obsessis corporibus pellebātur.

a ¶Cogito ędificare templum &c. De ędificatione templi per Salomonem est tex. in cap. 1. de conse. distin. 1. de quo statim dicetur.

b ¶Mercedem seruorum tuorum dabo tibi quancūq̧ petieris. Iure humano hęc. Conuentio nulla esset. Pretiū em̄ seu merces sicut in contractu venditionis: ita nec in contractu locationis potest in alterius ex contrahentibus arbitriū conferri. text. est cum gl. ma. in versicu. Tu dicas in l. in vendentis. C. de contrahen. emp. in alterius autem arbitrium dici potest secūdū eandem glo. quam doc. sequūtur. q̧ si conferatur in arbitrium alterius innominati non valet. l. Si merces. ff. loca. Si autem nominati valet si ipse fuerit arbitratus/ alias nō: nec recurrit ad arbitriū boni viri. l. fi. in fi. C. de contrahen. emp. Si autē arbitretur sed male/ re-

¶Cum audisset Hyram verba Salomonis lætatus est valde & ait Bene= 3.Reg.5.b.c
dictus dominus deus hodie: qui dedit Dauid filium sapiẽtissimum super
populum hunc plurimũ. Et misit Hyram ad Salomonẽ dicens. Andiui
quæcunq; mandasti michi. Ego faciam omnẽ voluntatẽ tuam in lignis
cedrinis & abiegnis. Serui mei deponent ea de Libano ad mare / & ego
componam ea in ratibus in mari vsq; ad locum quẽ significaberis michi
& applicabo ea tibi: & tu tolles ea. Præbebisq; necessaria michi vt detur
cibus domui meæ. Itaq; Hyram dabat Salomoni ligna cedrina & ligna
abiegna: iuxta omnem voluntatẽ eius. Salomon autem præbebat Hyrã
viginti milia choros [c] tritici in cibum domui eius: & viginti choros puris
simi olei. Hæc tribuebat Salomon Hyram per singulos annos.
¶Dedit dominus sapientiã Salomoni sicut loquutus est ei. Et erat pax 5.c.l fi.c.d.
inter Hyrã & Salomonẽ: & percusserunt ambo fœdus. Elegitq; rex Salo
mõ operarios de omni Israel: & erat [d] indictio triginta millia virorũ Mit
tebatq; eos in Libanum decẽ millia per menses singulos vicissim: ita vt
duobus mẽsibus essent in domibus suis. Et Adoniram erat super huiusce
modi indictionem. Fuerunt itaq; Salomoni septuaginta millia eorum
qui onera portabant: & octoginta millia latomorũ in monte / absq; præ=
positis qui preerant singulis operibus: numero triũ milliũ & trecentorũ
præcipientium populo / & his qui faciebant opus. Præcepitq; rex vt tolle=
rent lapides grandes / lapides preciosos in fundamentum templi: & qua
drarent eos quos dolauerunt cemẽtarij Salomonis & cemẽtarij Hyram.
Porro biblij pręparauerunt ligna & lapides ad ædificandum domum.
¶Mense secundo regni Salomonis ipse ædificare cœpit domũ domino. 7.a.
Domus autem quam ædificabat rex Salomon domino / habebat sexagin
ta cubitos in lõgitudine & viginti cubitos in latitudine & trigita cubitos
in latitudine. Vbi diffusius de hac domo & de ea quã filiæ Pharaonis
suæ vxori ædificauit.
¶Misit rex Salomon & tulit Hyrã de Tyro filium mulieris viduæ de tri 7.b.
bu Neptalim / patre tyrio / artificẽ ærariũ & plenũ sapientia & intelligen=
tia / & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad re=
gem Salomonem fecit omne opus eius: & finxit duas colũnas æreas decẽ
& octo cubitorum altitudinis colũnam vnã: & linea decem cubitorũ am
biebat colũnam vtrãq; &c. Vbi diffusius de operibus cura Salomo
nis constructis.
¶Fecit Salomon omnia vasa in domo domini: altare aureum / & mensã 7.g.
super quã ponerentur panes propositionis auream &c. Et perfecit omne
opus quod faciebat Salomon in domo domini: & intulit quæ sanctifica=
uerat Dauid pater suus: argentum & aurum & vasa: reposuitq; in thesau
ris domus domini.
¶Cõgregati sunt omnes maiores natu Israel / cum principibus tribuum / 8.a &.b.
& duces familiarũ filiorũ Israel ad regem Salomonem in Hierusalem:
vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid: id est de Syon. Cõ
uenitq; ad regem Salomonem vniuersus Israel in mense Bethanim in so
lenni die. ipse est mensis septimus. Veneruntq; cuncti senes de Israel & tu
lerunt [e] archam sacerdotes: & portauerunt / arcam domini & tabernacu=
lum fœderis: & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo: & fere=
bant ea sacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomon & omnis multitudo
Israel quæ conuenerat ad eum / gradiebatur cum illo ante arcã: & immo=
labant oues & boues absq; ęstimatione & numero. Et intulerunt sacerdo
tes arcam fœderis domini in locum suum in oraculum templi / in sanctũ
sanctorum / super alas cherubin. Si quidem cherubin expendebant alas

currit ad arbitriũ boni viri. vt. ff. pro socio. l. Si ita coita. & l. societatẽ. hęc glo.

c ¶Choros tritici. Chor⁹ hoc loco sumitur pro mẽsura: prout etiam nonnũq̃ sumitur in iure humano vt notatur per gl. in l. Cum eiusdem. in ver. Chor⁹. ff. de ędi. edic.

d ¶Et erat indictio triginta millia virorũ. Indictio sumitur hic pro summa seu multitudine extraordinaria: ita q; hic virorũ numer⁹ ordinarijs seruis Salomonis p ędificatiõe tẽpli erat adiectus. vnde & apud legistas indictionem vocam⁹ qñ supra munera ordinaria tam mixta q̃ realia additur aliquid soluẽdũ extraordinarie ad beneplacitũ dñi indicẽtis secũdũ emergentes necessitates. Et hęc indictio vocat alio noie superindictum. de quo loquit tit. C. de superindic. lib. 10. Est aũt hęc indictio vt plurimũ lustralis: quia imponitur super tributa ordinaria per singula lustra. vt notatur per glo. ru. C. de indic. li. 10. Ex qua indictione lustrali colligitur indictio quã tabelliones ponũt in instrumẽtis: a qua sola Romani cõputabãt annos. dñi. Hebræi vero a diluuio: Gręci a ludo Herculis. Christiani a natiuitate dñi simul cũ indictiõe. Et aliq vt Pisani ab incarnatiõe dñi. Ita Io. de Pla. in d. Rubrica. C. de indictio. lib. 10

e ¶Tulerũt archã sacerdotes. In hoc quo degimus tempore gratię sacerdotes eucharistiã ad eos quib⁹ ministrãda venit ferre debent nec alijs ferendã possunt committere. c. Peruenit. 2. de cõse. dist. 2. vnde dicit Hosti. in c. Sane. versi. Sacerdos. de celebra. missi. Sacerdos frequenter doceat plebem suam: vt cũ in celebratiõe missarum eleuatur hostia salutaris se reuerẽter inclinet: idẽ faciens quum eam defert presbyter ad infirmum. quam in decẽti habitu superposito mũdo velamine ferat / & referat manifeste ac honorifice ante pectus cum omni reuerẽtia & timore / semper lumine pręcedente cum sit candor lucis ęternę, vt ex

hoc apud omnes fides & deuotio augeat. Hęc tex. vbi dicit Hostien. & post eũ Archid. in d.c. Peruenit. ꝙ presbyter debet ire munitus eucharistijs ne vacuus reuertat. ne homines ipso reuertẽte decipiãtur adorando creaturã & nõ creatorem. Qꝫ si propter multitudinẽ infirmorũ totum qd tulerat expenderit: cesset sonitus campanellę cõsuet⁹/ vel extinguat lumẽ. vel aliud signũ fiat quo parrochiani certificẽt/ ne inaniter seu idolatice inclinẽt. Hęc Arch. Et ꝓbat dictũ. c. Peruenit. Etiã diacono nõ esse licitũ Eucharistiã ad populũ deferre. Cui⁹ cõstitutiõis rationẽ assignat ibidem Io. de Turrecremata triplicẽ. Prima est: quia ipse cõsecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suũ in cœna: Ita & alijs sumendũ dedit. Vñ sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi: ita & ipsius dispẽsatio. Secũdo quia sacerdos cõstituitur medius inter deum & populum. Vnde sicut ad eũ ptinet dona populi deo offerre: ita ad eũ pertinet dona sanctificata populo dispẽsare. Tertio: quia in reuerentiã hui⁹ sacramẽti nulla re cõtingitur nisi sacrata. Vñ & corporale & calix consecrãtur: similiter etiã manus sacerdotis ad tangẽdum hoc sacramẽtũ. Vnde nulli alij ꝙ presbytero licet tangere hoc sacramentũ nisi in necessitate: puta si caderet in terrã. Hęc Io.

f ¶ Tu non ędificabis michi domũ &c. Glo. in c. 1. In ver. Prohibit⁹. de cõse. di. 1. dicit. ꝙ licet Dauid fuerit ĩ veteri testamẽto: fuit tñ ꝑfigurator noui. Ideo in futura hui⁹ tẽporis dictũ est ei. Non ędificabis &c. & est argu. a minori. qa si propter homicidiũ repulsus fuit a cõstructiõe multo potius a ministerio. Sed aduertẽdũ est qa scdm de Turre cre. Ibi dicta glo. non videt rationabiliter loqui. Primo quidẽ: quia non dicit Dauid ꝓhibit⁹ ędificare domũ propter simplex homicidium/ sed propter multũ sanguinẽ effusum p eũ. Et ita glo. non videt notasse illam circũstãtiam ꝙ ꝓhibitus erat ꝑpter multã sanguinis effusionẽ. Secũdo qa aliud est de ędificatione illius templi famosi: qd erat tñ vnũ in tota ecclesia tũc/ & aliud de ędificatione tẽplorũ seu ecclesiarũ particulariũ nũc. Respectu eñ illius ędificãdi ꝑpter aliquã significationẽ & singularitatẽ excellẽtię/ poterat qs ꝑpter homicidiũ prohiberi qui nõ ꝓhibet de ędificando aliquã domũ/ seu ecclesiã particularẽ. Possunt aũt hui⁹ ꝓhibitionis factę Dauid duę mysticę rationes assignari scdm eundẽ de Turre cre. Prima. quia ecclesia cui⁹ figura fuit templũ materiale/ maxime in vnitate charitatis & pace fraternę societatis consistit: scdm illud ad Ephe. 4. Solicitæ seruate vnitatẽ spirit⁹ in vinculo pacis. Vnde vna est columba mea: vna est pfecta mea. Cantico. 6. Et de primis lapidibus primitiuę ecclesię dicit. Erat eis cor vnũ & anima vna in dño. Actuũ. 4. & in psal. dicitur. Qui habitare facit vnanimes in domo. vnde in huius rei signum voluit deus ꝙ prima structura tẽpli fieret in Hierusalẽ ꝙ interpretat visio pacis: & ꝙ fieret per virũ non effusorem sanguinis: non bellatorẽ sed pacificũ & quietũ/ cuiusmodi fuit rex Salomon. Scda ratio huius ꝓhibitionis sumitur ex gl. or. hic videlicet ad significandũ ꝙ sanguinolenta opera nõ possunt spũale ędificiũ dño pręparare. Hęc. Ioan.

g ¶ Et manus expanderat in cœlum. Manuũ in cœlũ eleuatio plurimũ videt habere momenti si cũ animi

super locum arcæ: & protegebant arcam & vectes eius desuper. Cũqꝫ eminerent vectes & apparerent sũmitates eorum foris sanctuarium ante oraculum non apparebant vltra extrinsecus: qui & fuerunt ibi vsqꝫ in pręsentem diem. In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideę quas posuerat in ea Moyses in Oreb: quando pepigit dominus fœdus cum filijs Israel: cum egrederentur de terra Aegypti.

3. Regũ. 8. b ¶ Factum est cum exissent sacerdotes de sanctuario: nebula impleuit domum domini: & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon. Dominus dixit vt habitaret in nebula. Aedificans ædificaui domũ in habitaculum tuũ. Firmissimũ solium tuum in sempiternũ. Conuertitqꝫ rex faciem suam & benedixit omni ecclesię Israel. Omnis enim ecclesia Israel stabat. Et ait Salomon. Benedictus dominus deus Israel qui loquutus est ore suo ad Dauid patrem meũ & in manibus eius perfecit: dicens. A die qua eduxi populum meum Israel de Aegypto: non elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel: vt ædificaretur domus/ & esset nomen meũ ibi. Sed elegi Dauid vt esset super populũ meũ Israel. Voluitqꝫ Dauid pater meus ædificare domum nomini domini dei Israel. Et ait dñs ad Dauid patrem meum. Quia cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo: benefecisti hoc ipsum mente tractans. Veruntamen tu nõ [f] ędificabis michi domũ: sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis ipse ędificabit domũ nomini meo. Confirmauit dominus sermonem suũ quem loquutus est. Stetitqꝫ pro Dauid patre meo: & sedi super thronum Israel: sicut locutus est dominus: & ædificaui domũ nomini domini dei Israel: & constitui ibi locum arcæ in qua fœdus domini est quod percussit cum patribus nostris: quando egressi sunt de terra Aegypti.

¶ Stetit Salomon ante altare domini in conspectu ecclesiæ Israel: & expãdit manus suas in cœlum. & orationem diffusam fudit ad dominum pro orantibus in templo: de qua habetur. 3. Regum. 8. c. d. e. & f.

8. f. ¶ Factum est cum complesset Salomon orans dominum omnem orationem & deprecationem hanc: surrexit de conspectu altaris domini. Vtrũqꝫ enim genu in terram fixerat/ & manus [g] expãderat in cœlum. Stetit ergo & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna: dicẽs. Benedictus dñs deus qui dedit requiem populo suo Israel iuxta omnia quæ locutus est. Non cecidit ne vnus quidem sermo ex oĩbus bonis quæ loquutus est per Moysem seruum tuũ. Sit dominus deus noster nobiscum sicut fuit cũ patrib⁹ nostris. non derelinquẽs nos neqꝫ proijciens. Sed inclinet corda nostra ad se vt ambulemus in vniuersis vijs eius: & custodiamus mandata eius & cærimonias eius/ & iudicia quęcunqꝫ mandauit patribus nostris: & sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram domino/ appropinquan

simplicitate iungaẽ ad exauditionẽ precū. Vnde & sacerdos principalẽ suā in missę sacrificio orationẽ facturus eleuat vtrasq; man⁹ in cœlū: instar Moysi qui orans manus eleuasse scribitur. Ita Archi. in c. fi. 36. distinc.

h ❡ Fecit holocaustū ibi & sacrificiū. Ex istis & sequētib⁹ verbis infert text⁹ in c. 1. §. qualiter. de cōsecra. dist. 1. Iudęi loca in qb⁹ sacrificabāt dn̄o / diuinis habebāt supplicationib⁹ cōsecrata: nec in alijs q̄ deo dedicatis locis munera deo offerebāt. Si em̄ iudęi q̄ vmbrę legis deseruiebāt hoc faciebāt: multomagis nos qb⁹ veritas patefacta / & gratia p Iesum Christū data est: templa dn̄o ędificare & ꝓut meli⁹ possum⁹ / ornare: eaq; diuinis p̄cibus & sanctis vnctionib⁹ / suis cū altaribus & vasis / vestibus quoq; & reliquis ad diuinum cultū explendū vtēsilib⁹ deuote & solēniter sacrare. & non in alijs q̄ dn̄o sacratis ab ep̄is (nisi summa exigēte necessitate) missas celebrare / nec sacrificia dn̄o offerre debem⁹. hæc textus. vbi iñ dicit Io. de Turrecremata post. S. Tho. ꝙ omissis illis de quib⁹ in d. textu. Nichilominus fieret consecratio dummodo adessent quæ sunt de essentia sacramenti / scilicet ordo & intentio ex parte consecrantis: & materia & forma ex parte consecranti. grauiter tamen peccat q̄ aliter facit & degradandus esset. Hęc de Turrecre. Qui nichil allegat sed ꝓ eo est bo. tex. i c. fi. de cele. mis. vbi ab officio & beneficio deponi debet p̄sbyter q̄ sine aqua & igne / vel i pane fermētato / vel in vase ligneo sacrificat. igitur &c.

i ❡ Apparuit ei domin⁹. Vide qd scriptū ē. 3. Regū. 3. in annotatione. signata. s.

k ❡ Dedit Salomō Hyrā viginti oppida. An rex bona seu ciuitates regni sui possit donare: vide tex. ꝓbantē ꝙ non. & ibi p Panor. & alios in c. Intellecto. de iureiu. & dixi in verbo Rex.

l ❡ Et nō placuerūt ei. Si ꝓpterea inferri possit ꝙ oppidorū donationem non acceptauit: clare sequitur dictam donationem non valuisse. donatio enim ex persona acceptātis vires assumit l. Absenti. ff. de dona. l. qui absenti. ff. de acqui. poss. Et ideo regulatur secundum acceptationē / non autem secūdū verba donantis. Ita sentit Barto. in l. 1. i fi. ff. de acqui. pos. & domi. meus Iason in l. 1. §. si stipulanti. in 1. col. ff. de verb. obliga.

m ❡ Dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Pharaonis. Recurre ad verbum Dos.

tes domino deo nostro die ac nocte: vt faciat iudicium seruo suo & populo suo Israel per singulos dies: vt sciant omnes populi terrę quia dominus ipse est deus: & nō est vltra absq; eo. Sit quoq; cor nostrum perfectum cū domino deo nostro: vt ambulemus in decretis eius: & custodiamus mandata eius: sicut & hodie.

❡ Rex Salomon & omnis Israel cum eo immolabant victimas corā do- 3 Regū. 8. g.
mino. Mactauitq; Salomon hostias pacificas quas immolauit domino: boum viginti duo millia / & ouiū centum viginti millia: & dedicauerunt templum domini rex & filij Israel. In die illa sanctificauit rex mediū atrij quod erat ante domum domini. Fecit [h] quippe holocaustum ibi / & sacrificium & adipem pacificorum: quoniam altare æreum quod erat coram domino minus erat: & capere non poterat holocaustum / & sacrificium & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrē: & omnis Israel cū eo multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuū Aegypti corā dn̄o deo nostro / septē dieb⁹ & septē dieb⁹: id est quatuordecim diebus: & in die octaua dimisit populos. Qui benedicentes regi ꝓfecti sunt in tabernacula sua lætantes: & alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid seruo suo: & Israel populo suo.

❡ Factum est cum perfecisset Salomon ædificium domus domini: & ædi- 3. Regū. 9. a
ficium regis / & omne quod optauerat & voluerat facere. Apparuit [i] ei dominus secundo: sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq; dominus ad eū. Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam quam deprecatus es coram me. Sanctificaui domum hanc quam ędificasti: vt ponerem nomē meum ibi in sempiternum: & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris coram me / sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi & iudicia mea & legitima mea seruaueris: ponā thronum regni tui super Israel in sempiternum: sicut locutus sum Dauid patri tuo dicens. Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel &c.

❡ Expletis annis viginti postq̄ ædificauerat Salomon duas domos: id est 9. b. c.
domum domini & domum regis: Hyram rege Tyri præbente regi Salomoni ligna cedrina & abiegna & aurū iuxta omne quod opus habuerat. Tunc dedit [k] Salomon Hyram viginti oppida in terra Galilęæ. Et egressus est Hyram de Tyro vt videret oppida quæ dederat ei Salomon: & [l] nō placuerunt ei: & ait. Hęccine sunt ciuitates quas dedisti michi frater? Et appellauit eas terram Chabul vsq; in diem hanc. Misit quoq; Hyram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa expensarum quam obtulit rex Salomoni ad ædificandam domum domini & domū suā: & Mello & murū Hierusalē & Heser & Mageddo & Gazer.

❡ Pharao rex Aegypti ascendit & cœpit Gazer succēditq; eā igni & Cha
naneū qui habitabat in ciuitate interfecit: & dedit eā in dotem [m] filię suæ 9. c.
vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer & Bethorō inferiorē & Baalad & Palamirā in terra solitudinis. Et oēs vicos qui ad se pertinebāt: & erāt absq; muro. Muniuit & ciuitates curruū & ciuitates equitū: & quodcūq; ei placuit vt ędificaret in Hierusalē & in Libano & in omni terra potestatis suæ. Vniuersum populū qui remanserat de Amorreis & de Etheis & Pherezeis & Eueis & Iebuzeis: qui non sunt de filijs Israel. Horum qui remanserant in terra / quos scilicet non potuerant filij Israel

exterminare: fecit Salomon tributarios vsq; in diem hanc.

3.Regū.9.d. ¶De filijs Israel non constituit rex Salomon seruire quēquam: sed erant viri bellatores & ministri eius & principes & duces & praefecti currūū & equorum. Erant autem principes super omnia opera Salomonis praepositi quingenti quinquaginta qui haberent subiectum populum: & statutis operibus imperabant. Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domū suā quam aedificauerat ei Salomon. tunc aedificauit Mello.

9.d. ¶Offerebat [n] Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta & pacificas victimas super altare quod ędificauerat dño: & adolebat thymiama coram domino. perfectumq; est templum.

9.in fine. ¶Classem fecit rex Salomon in Asiongaber/quae est iuxta Hailam in litore maris rubri/in terra Idumeae. Misitq; Hirā in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris cum seruis Salomonis. Qui cum venissēt in Ophir/sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum: detulerunt ad regem Salomonem.

10.a. ¶Regina Sabba [o]: audita fama Salomonis/in nomine domini venit tentare eum in ęnigmatibus. Et ingressa Hierusalem multo cum comitatu & diuitijs/camelis portantibus aromata & aurū infinitum nimis/& gemmas preciosas: venit ad regem Salomonem/ & locuta est ei vniuersa quae habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba quae proposuerat. Non fuit sermo qui regem posset latere/& non responderet ei.

10.a.b.et c. ¶Videns regina Sabba omnem sapientiam Salomonis & domum quam aedificauerat & cibos mensae eius & habitacula seruorum/ & ordines ministrantium/vestesq; eorum & pincernas & holocausta quae offerebat in domo domini: nō habebat vltra spiritum: dixitq; ad regem. Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis: & super sapientia tua/& non [p] credebam narrantibus michi: donec ipsa veni & vidi oculis meis: & probaui q̄ media pars michi nunciata non fuerit. Maior est sapiētia & opera tua q̄ rumor quem audiui. Beati viri tui/& beati serui tui: qui hic stant coram te semper: & audiunt sapientiam tuam: Sit dñs deus tuus benedictus cui complacuisti & posuit te super thronum Israel: eo q̄ dilexerit dominus Israel in sempiternum: & constituit te regem vt faceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo regi [q] cētum viginti talēta auri & aromata multa nimis & gemmas pretiosas. Non sunt allata vltra aromata tā multa q̄ ea quae dedit regina Sabba regi Salomoni. Sed & classis Hirā q̄ portabat aurū de Ophir attulit ex Ophir ligna tina multa nimis: & gemmas ꝓtiosas. Fecitq; rex de lignis tinis fulcra domus dñi: & domus regiae & cytharas lyrasq; cantoribus. Non sunt allata huiuscemodi ligna tina: neq; visa vsq; in praesentem diem. Rex autem Salomon dedit reginę Sabba omnia quae voluit & petiuit ab eo exceptis his quae vltro obtulerat ei munere regio. Quae reuersa est/& abijt in regionē suā cum seruis suis.

10.c. ¶Erat pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos sexcētorum sexaginta sex talētorum auri: excepto eo quod offerebant viri qui super vectigalia erant & negotiatores: vniuersiq; scuta vendentes: & cēs reges Arabiae ducesq; terrae.

10.c. ¶Fecit rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius: & trecentas peltas ex auro ꝓbato. Trecentaeq; minae auri vnā peltam vestiebant. Posuitq; eas rex Salomon in

n ¶Offerebat Salomon tribus vicib9 per annos singulos. Sic olim pręcipiebatur laicis tribus vicib9 per singulos annos. i. tribus cuiuslibet anni festiuitatib9 cōicare: scȝ in paschate/penthecoste & natiuitate dñi. ca. Etsi non frequētius. de cōse. distin. 2. Et hoc ita institutū erat iuxta legem dñi. Exo. 23. quę dicit: q̄ omne masculinū tribus vicibus per annū in conspectu dñi appareat: scȝ in pascha/in penthecoste & scęnophegia/ qd interpretatur fictio tabernaculorū. & in quolibet horū festorū fiebat oblatio deo. vbi nō vacuū q̄ (vt dicit gl. in d. c. Exo. 23.) per tres vices in quibus iubet dñs sibi solēnitates celebrari intelligit fides trinitatis. & pertinēt ad tres personas. Pascha ad filiū: penthecoste ad spiritum sanctū. Scęnophegia/ad patrē. hanc eñ festiuitatem celebrāt in memoriam/ qa educti fuerūt ab Aegypto vbi patris potentia fuit ostensa. Et nos similiter istas solēnitates obseruamus: pascha/pēthecosten & scęnophegiā: loco cui9 subijt natiuitas dñi. & hę sunt principales solēnitates in anno. Et sicut scęnophegia ita & natiuitas pertinet ad patrē. non q̄ pater incarnatus sit/ sed quia misit filiū suū in carnem. Bene etiam conuenit natiuitati interpretatio hui9 nominis scęnophegia/ q̄ interp̄tatur fictio tabernaculorum: quia tūc posuit pater tabernaculū i mūdo scȝ i filio suo corpus humanū: de quo psal. In sole posuit tabernaculū suū. Hęc Io. de Turrecre. in d. c. Et si frequentius. verū. Secūdū quod hic quęritur

o ¶Regina sabba audita fama Salomonis &c. Huius textus meminit textus in ca. Vereor. 8. quaesti. 1.

p ¶Et nō credebā narrantibus michi &c. An quis in eis quae audit credendis facilem se debeat exhibere: dixi satis plene in verbo Credere/ super illud. Innocēs credit omni verbo.

q ¶Dedit ergo regi centū viginti talēta &c. Illustrissimū etiam Frācię regem karolum septimū visitatura venit Ioāna Subulca puella/ quae eidē regi non auri argētiue talēta dedit: sed rē auro quouis ꝓtiosiorem donauit/ liberū scȝ inclytissimi sui regni Francię principatū: ab eo Anglos qui ipsum longo iam tēpore possidebant diuina virtute foemineo animo adiuncta nō sine infamię nota deturbans: put sentit Guymier in procemio & Nicolaus Boeri9 in tit. de consuetu. retrac. §. 7. in glo. 1. colū. fi. vbi dicit

domo saltus Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem & vestiuit eum auro fuluo nimis/ qui habebat sex gradus. Et summitas throni rotũda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atq; inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas: & duodeci leunculi stantes super sex gradus hinc atq; inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis.

¶Omnia vasa de quibus potabat rex Salomon erant aurea: & vniuersa 3. Reg. 10. d.
suppellex domus saltus Libani de auro purissimo. Non [r] erat argentum nec alicuius precij putabatur in diebus Salomonis: quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis / deferens inde aurum & argentum & dentes elephantorum & simias & pauos.

¶Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ / diuitijs & sa- 3 Regũ. 10. d
pientia: & vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis/ vt audiret sapiẽtiam eius quã dederat deus in corde eius. Et singuli deferebãt ei munera: vasa argentea & aurea: vestes & arma bellica / aromata quoq; & equos & mulos per annos singulos.

¶Congregauit Salomon currus & equites: & facti sunt ei mille quadrin 3. Reg. 10. e
genti curruũ & duodecim millia equitum: & disposuit eos per ciuitates & cum rege in Hierusalem. Fecitq; vt tanta esset abũdantia argenti in Hierusalem quanta & lapidum & cedrorum: præbuit multitudinem quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus. Et educebantur equi Salomoni de Aegypto & de Choa. Negotiatores enim regis emebãt & de Choa & statuto precio perducebant. Egrediebatur autẽ quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti & eques centum quinquaginta. Atq; in hunc modum cuncti reges Etheorum & Syriæ equos venundabant.

¶Rex Salomõ adamauit mulieres alienigenas multas: filiã quoq; Pha- 11. a.
raonis & Moabitidas/ & Ammonitidas/ Idumęas & Sydonias & Cetheas de gentibus: super quibus dixit dominus filijs Israel. Nõ ingrediemini ad eas/ neq; de illis ingredientur ad vestras. Certissime enim auertent corda vestra: vt sequamini deos earum. His itaq; copulatus est Salomon ardentissimo amore. Fueruntq; ei vxores quasi reginæ septingentæ & concubinę trecentę. Et auerterũt [s] mulieres cor eius. Cumq; iam esset senex deprauatum est cor eius per mulieres: vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum domino suo sicut cor Dauid patris eius.

¶Colebat [t] Salomon Astarthen deam Sydoniorum & Chamos deum 11. a. & b.
Moabitarum/ & Moloch idolum Ammonitarũ. Fecitq; Salomon quod non placuerat coram domino: & non adimpleuit vt sequeretur dominũ sicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon phanũ Chamos idolo Moab in monte qui est contra Hierusalem: & Moloch idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis quę adolebant thura & immolabant dijs suis.

¶Iratus est dominus Salomoni q; auersa esset mens eius a domino deo 11. b. & c.
Israel: qui apparuerat ei secundo & præceperat de verbo hoc/ ne sequeret deos alienos: & non custodiuit quæ mandauit ei dominus. Dixit itaq; dominus Salomoni. Quia habuisti hoc apud te: & non custodisti pactuũ meum & præcepta mea quæ mandaui tibi: disrumpens scindam regnum tuum/ & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciã propter Dauid patrem tuum. De manu [v] filij tui scindam illud: nec totum regnum auferam/ sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum/ & Hierusalem quam elegi. Suscitauit autem dominus aduersariũ Salomoni Adad Idumęum de semine regio/ qui erat in Edom.

¶Voluit Salomon interficere Hieroboam. Qui surrexit & aufugit in 11. g.

de hac materia diffusius videndum esse per Gangui. in chronica karoli septimi.

r ¶Non erat argentum &c. Require annotationẽ in ver. Argentum.

s ¶Et auerterunt mulieres cor eius. Hic dicit Gregorius in c. Salomon. 32. quæsti. 4. Salomon imoderato vsu atq; assiduitate mulierum ad hoc vsq; perductus est: vt templum idolis fabricaret. & qui prius templũ construxerat deo assiduitate libidinis & perfidię substract9/ idolis templa construere non timuit. Hæc text. Vnde propter hanc Salomonis per mulieres deprauationẽ quidam tenent q; damnatus est. Alij vero q; saluatus. & sic cum nichil certi habeam9/ & opiniones sint variæ: potest quilibet eã amplecti opinionem quã voluerit. Ita dicunt Hostien. & Panor. in capi. Ne innitaris. de consti. dicit tamen ibi Fely. Audio q; Hiero. in sua apologia appellat Salomonem sanctum: ita dicens quibusdam fuisse reuelatum. Et ita videtur sentire glo. in d. capi. Salomon. sed Archi. & Io. de Turrecre. ibi dicunt incertum esse an Salomon pœnituerit. & sic an salu9 sit: licet quędam scripturæ apocriphæ testentur contrarium: quia vt ibi dicit de Turrecre. Peccatum eius legitur/ pœnitentia non legitur. vnde Augusti. 22. contra Faustum dicit. De Salomone quid dicam: quem vehementer scriptura sancta redarguit ac condẽnat/ nichilq; de eius pœnitentia atq; indulgentia commemorat.

t ¶Colebat Salomon &c. Huius idolatrię Salomonis meminit textus in cap. si. versi. Salomon. 3. q. 7. dicens. Salomon cum amore muliercule deos gentilium coleret: tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicia confluebat.

v ¶De manu filij tui scindam illud. Temporaliter ergo punit filius nonnũq; pro patris crimine/ sed æternaliter nũq;. Ea enim quæ perennis est malorum pœna/ suos auctores sequitur. Non autẽ alios quospiam cru-

Aegyptum ad Sesac regem Aegypti. & fuit in Aegypto vsq; ad mortem Salomonis.

I. Regũ.11.g ¶Reliquum verborum Salomonis & omnia quæ fecit/& sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.

11.g. ¶Dies quos regnauit Salomon in Hierusalem super omnem Israel quadraginta anni sunt. Dormiuitq; Salomon cum patribus suis: & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui. Regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

Eccl. 47.c. ¶Salomon imperauit in diebus pacis: cui subiecit deus omnes hostes vt conderet domum in nomine suo: & pararet sanctitatem in sempiternum quemadmodum eruditus est in iuuentute sua. Et impletus est quasi flumen sapientia: & terram retexit anima sua. Et replesti in cõparationibus ænigmata: ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum: & dilectus es in pace tua. In cãtilenis & prouerbijs & comparationibus & interpretationibus miratæ sunt terræ: & in nomine domini dei/cui [x] est cognomẽ deus Israel. Collegisti quasi auricalchum aurum/ & vt plumbum cõplesti argẽtum: & inclinasti fœmora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua: & prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos: & in cæteris stultitiam tuam: vt faceres imperium bipartitum: & ex Ephraim imperare imperium durum.

47.d. ¶Finem habuit Salomon cum patribus suis. Et reliquit post se de semine suo gentis stultitiam: & minutum a sua prudentia Roboam: qui [y] auertit gentem consilio suo: & Hieroboam filium Nabath qui peccare fecit Israel: & dedit viam peccandi Ephraim/ & plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valde enim auerterunt illos a terra sua. Et quæsiuit omnes nequitias vsq; dum perueniret ad illos defensio: & ab omnibus peccatis liberauit eos.

9.a. **Saltatrix.** ¶Cum saltatrice [z] ne assiduus sis: nec audias illam/ne forte pereas in efficacia illius.

I Regũ.14.a **Saluare.** ¶Non est dño difficile saluare vel in multis vel in paucis.

17.f. ¶Nouerit vniuersa ecclesia hæc: quia nec in gladio nec in hasta saluat dominus.

Psal.32.d. ¶Non saluabitur [a] rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.

32.d. ¶Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.

Matth.18.b ¶Venit filius hominis saluare quod perierat.

Lucę.9.g. ¶Filius hominis [b] non venit animas perdere sed saluare.

13.e. ¶Ibat Iesus per ciuitates & castella docens: & iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam. Domine si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem ait ad illos. Contendite intrare per angustam portam: quia multi (dico vobis) quærent intrare & non poterunt.

¶Cætera in verbis Homo. Psalmo.35.c. Humilis. Psalm.33.c. Iustus. I. Petri.4.d. Mulier. I. ad Timotheum. 2. in fine. & Ouis. Ioannis.10.b.

Esaie.43.b. **Saluator.** ¶Ego sũ: ego sũ dominus & non est absq; me saluator.

I. Ioan.4.c. ¶Pater misit filium suum saluatorem [c] mundi.

¶Cætera in verbis Iesus. Lucæ. 2.b. Ioseph. Genesis.41.f. & Pauper. Zachariæ.9.b.

Psalm.7.e. **Saluus.** ¶Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit rectos corde.

16.b. ¶Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.

---

ciare sinitur. prout diffuse dixi in verb. Anima Ezech.18.

x ¶Cui est cognomen deus Israel. Israelitici populi & patrũ eius deus specialiter vocatus est deus. Vnde & frequẽtissime legitur. Deus Abraham/deus Isaac/deus Iacob. de quo reddit causã beatus Augustinus.12. cõtra Faustum ca.12. dicẽs. Ideo esse: quia ad istos singulariter facta est pmissio/q in semine eorũ benedicturus esset oẽs gentes. Ait enim ad Abrahã: in semine tuo benedicentur omnes gentes. Gene. 22. Dictum est etiam ad Isaac. Gene.26. & ad Iacob Gene. 28. Huguitio vero dicit. Deus Abrahã .i. sperantium. deus Isaac .i. credentium. & deus Iacob. i. diligentium. sed melius dixisset. deus Abraham. i. credentium: quia ad Ro.4. dicitur Credidit deo Abrahã &c. Hæc ponit de Turrecre. in c. Recurrat. col.1.32.q.4.

y ¶Qui auertit gẽtem cõsilio suo. Recurre ad scripta in ver. Roboã.

z ¶Cum saltatrice ne assiduus sis. Mystice prohibet hæc sententia frequentem cum hæreticis conuersationem. Ipsi enim saltatricis appellatione merito comprehenduntur: quia eloquentiæ suæ fuco & dialecticis argutijs alios in varios trahant errores/ vt meretrix suauiloquentia sua. facit bo. text. in capi. Omnem vim.37. distinct.

a ¶Non saluatur rex per multam virtutẽ. Tex. est eiusdem sententiæ & ibi glosa psalmistã citat in l.1. in princip. C. de vete. iu. enucleã.

b ¶Filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Hinc ipse dixit. Nolo mortẽ peccatoris. ca. Agnouimus. in princi.26. quęsti.6.

c ¶Saluatorẽ mundi. Vere saluator mundi Iesus Christus deus noster: quia vt inquit Ambrosius in homilijs super Lucã. Immemor iniuriæ/memor clementię/ nunc docendo/nunc liberando/nunc sanãdo/plebis corda demulcet. Ita post Amb. dicit Archi. in ca. Quia clemens. de pœni. distinc.1.

d ℭ Vult omnes homines saluos fieri. Facit d.c. Agnouimus.26.q.6. e ℭ Longe a peccatoribus salus. Quia iustificationes tuas &c. Nedũ peccatoribꝰ peccato actuali: qui dñi iustificationes nõ exquirũt, sed etiam a peccatoribꝰ peccato originali: etiã si iustificationes dñi exquirere non potuerunt, longe salus est. Nulla eñ preter baptismũ.j. sine baptismate quo tollitur originale peccatum salus promittitur infantibꝰ: quia infantes si per sacramentũ qđ adhoc est diuinitus institutũ in credentiũ numerũ non transeũt, sed in tenebris manent nõ saluãť. tex. est Aug. in c. Nulla. de cõse. distinc.4. Vnde dicit idẽ Agustinꝰ & habetur in c. Adhoc. eadẽ dist. Ad hoc baptismus valet: vt baptisati Christo incorporentur, & membra eius habeantur & consepeliant, & oblati per sacramentũ charitatemq; fideliũ recõcilientur deo: vt in eo viui, salui, liberati, redẽpti, illuminati fiãt. Hæc ibi. Et istud dicit de Turrecre. in d.c. Nulla. versi. Ad secundũ. esse verum etiam si infantes morerẽtur dum ad ecclesiã deferrentur baptisandi: qa nichilominꝰ non esset ei salus, saltẽ de cõmuni lege nostra: q̃uis misericordia dñi magna sit & potens eos saluare si velit. Generaliter nãq; dictum est. Nisi quis renatus fuerit & capi. Maiores. de baptismo. ad rationẽ q̃ adduci posset ĩ cõtrariũ de paralitico dum deferretur sanato ꝑpter fidem eũ deferentiũ: respondet theologice ꝑfatus de Turrecre. vt ibi per eum. Et facit bo. tex. in c. Non vt apponeres de baptis.

f ℭ Dñs autẽ salutẽ tribuet. Vide tex. in d.l. 1. C. de vete. iu. enucle.

g ℭ Nec retineas verbũ in tẽpore salutis. Idest verbũ quod alterius salutẽ opari põt noli reticere. ne tacẽdo pdas, quẽ loquẽdo lucrari poteras. d.c. Si rector.43. distin.

ℭ Domine deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus. Psal.79.I.

ℭ Adiuua me domine, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. 118.p.

ℭ Saluator noster deus omnes [d] homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. I.Timo.2.

Salus.

ℭ Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo. Psal.26.a.

ℭ Longe [e] a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. 118.b

ℭ Nolite confidere in principibus: neq; in filijs hominũ in quibus non est salus. 145.a.

ℭ Vbi non est gubernator populus corruet: salus aũt vbi multa consilia. Prouer.11.b

ℭ Equus paratur ad diem belli: dominus [f] autem salutem tribuet. Proue.21.

ℭ Fili ne reuerearis proximum tuum in casu suo: nec [g] retineas verbum in tempore salutis. Eccli.4.c. in fine.

ℭ Virtus dei est in salutem omni credenti: Iudæo primũ & Græco. Ad rom.1.b.

ℭ Hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus q̃ cum credidimus. Nox præcessit dies autem appropinquauit. 13.d.

ℭ Quomdo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Ad heb.2.a.

ℭ Cætera in verbis Homo. Psalmo.59.d. Longanimitas.2. Petri.3.d.& Medium. Psalmo.73.c.

Salutare et Salutatio.

ℭ Amant scribæ & Pharisei (ait Iesus ad discipulos) primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis: & salutationes [h] in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Matt.23.a.

ℭ Ite: ecce ego (ait Christus ad discipulos) mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neq; peram neq; calciamẽta: & neminem [i] per viam salutaueritis &c. Luc.10.a

ℭ Salutate [k] Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu: qui ꝑ anima mea suas ceruices supposuerunt. Quibus non solum ego gratias ago: sed & cunctæ ecclesiæ gentium: & domesticã ecclesiã eorũ. Salutate Ad ro.16.a.

h ℭ Amant salutationes in foro. Salutationes nimia honoris ambitione seclusa possunt amari. Est enim salutatio argumentum seu signum beneuolentię. Vnde salutatio, prioris operatur remissionem iniuriæ. glo. est no & ibi bo. tex. in c. Cum Adrianus in fi.63. distinc. & in c. Cum super. de offi. dele. vbi etiã notatur q̃ econuerso non salutans presumitur inimicus. quod est verum si solitus erat salutare alias non. Ita Panor. in capi. Adhęc. cl.1. de appella. & in d.c. Cum super. Et in c. Repellantur. de accusa. Aduertendũ tamen est circa id quod dictum est salutationem esse signum amicitię & iniuriæ remissionem operari: quia duplex reperitur salutatio. Quędam est specialis, & hęc tollit iniuriam. Ita loquitur d.c. Cum Adrianus. sed non tollit excõmunicationẽ: etiam si esset facta scienter ab eo qui poterat absoluere. tex. est in clemẽ. Si summus. de sen. excõ. & notat Perusinus in proœ. sexti. Alia est salutatio generalis, & hęc nec excommunicationem tollit nec iniuriam: quia generalis salutatio non extenditur ad odiosos. vt in c. Alma. §. quia vero. & §. illis. de sen. excom. in.6. & in l. Luciꝰ. ff. de leg.2. Notat Bar. in l. Si quis in graui. §. Si ex stipulatu. ff. ad Sylleia.

i ℭ Neminem per viam salutaueritis. Non dicit simpliciter. Neminẽ salutaueritis: cum sit vsus humanitatis alios salutare: sed addidit per viam: quia (scdm glo. or.) non salutationis sedulitas aufertur sed obstaculum impediendę deuotionis aboletur: vt quando diuina mandantur paulisper, sequestrentur humana: put etiã suadet Hiero. in c. Nũq̃. circa princi. de conse. distinc.5. Aliam declarationem ad hanc sententiam sentit Specula. in ti. de cautelis & officio aduocati actoris. in princip. vbi dicit ad officium aduocati actoris spectat laborare vt cito reus condemnetur. vnde iuxta preceptum domini dicentis apostolis. Neminem in via salutaueritis. j. non implicetis vos alijs non necessarijs vel inutilibus, ne impediatur iter vestrum seu negocium differatur. In principio, medio & fine, tam in proponendo q̃ in concipiendo libellum, & in formando exceptiones & alia: sit breuiloquus & non concionator Italicus. k ℭ Salutate Mariam & Priscam adiutores meos. Hic notare potes, q̃ papa salutando episcopos vocat eos fratres quasi adiutores suos seu in partem solicitudinis secũ vocatos. ca. Ad honorem. de aucto. & vsu pal. Reges autem & principes ac ceteros laicos, & clericos inferiores episcopis: appellat filios, prout hęc probantur in c. Q̃ graui. de cri. fal. & in salutatione non ponunť hęc verba in Christo. puta, venerabili in Christo fratri vel filio: alioqui ꝓsumptio falsitatis oriret contra literas papales

talem ſalutationem continentes.d.c.ꝗ graui.qd verum eſt niſi ſcribatur abbatiſſæ aut monialibus.quia tunc bene apponitur in Chriſto:cap.Cum dilecta.de reſcrip.& cap.Cum dilecta.de confir.vti.vel inuti.& de exceſ.prælа.capi.dilectæ. Et niſi quando ſcribit regibus vel reginis:quia tunc ponitur in Chriſto.cap.Chariſſimis.de conuer.coniuga. Item in ſalutatione non ponitur noſtro:puta venerabili fratri aut filio noſtro.niſi forte ſit familiaris domini papæ.tunc enim dicitur dilecto filio tali capellano noſtro/vel ſubdi.noſtro ſalutem.Ita dicit Specula.vbi plura dicit de ſalutatione papali:quæ videri poſſunt in titu. de reſcrip.preſentatiõe.in verſi.Quomodo ĩpugnatur reſcriptũ ratione formæ.circa prin. Et de hac ſalutatiõe papali notanter etiã loquitur Anto. Corſetus.In addi.ad Panor.in proœ.Gregori.in.2.colum.in verb.Salutatio.

Ephenetum dilectum mihi:qui eſt primitiuus eccleſiæ Aſiæ in Chriſto Ieſu.

ad ro.16.a.i.fi ¶Salutate(ait Paulus) Mariam quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & cõcaptiuos meos:qui ſunt nobiles in apoſtolis/qui & ante me fuerunt in Chriſto Ieſu. Salutate Ampliatum dilectiſſimum michi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu & Stachin dilectum meum. Salutate Apellem probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Narciſci domo qui ſunt in domino. Salutate Triphenam & Triphoſam qui laborant in domino. Salutate Perſidam chariſſimam:quæ multum laborauit in domino. Et ſubſecutiue habetur de pluribus qui Pauli noïe ſalutandi iubentur.
¶Cætera in verbo.Maria virgo.Lucæ.1.d.

1.Regũ.1.c. **Samuel.** ¶Cognouit Helcana Annam vxorem ſuam:& recordatus eſt eius dominus:& factum eſt poſt circulum dierũ concepit[l] Anna & peperit filium:vocauitꝗ nomen eius Samuel/eo ꝙ a domino poſtulaſſet eum &c.vt ſupra in verbo Anna mater Samuelis.

1.d. ¶Anna[m] lactauit Samuelem filium ſuum donec amoueret eum a lacte. Et adduxit[n] eũ ſecũ poſtꝗ ablactauerat in vitulis tribus/& tribꝰ modijs farinæ & amphora vini:& adduxit eum ad domũ domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus. Et immolauerunt vitulum & obtulerunt puerum Hely &c.vt in dicto verbo Anna mater Samuelis.

2.b. ¶Samuel puer erat miniſter in conſpectu domini/ante faciem Hely ſacerdotis.

2.d. ¶Samuel miniſtrabat aute faciem domini puer accinctus ephoth lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua:quam afferebat ſtatutis diebus/aſcendens cum viro ſuo:vt immolaret hoſtiam ſolennem & votum ſuum.

2.d.in fine. ¶Magnificatus eſt puer Samuel apud dominum.

2.e. ¶Puer Samuel proficiebat atꝗ creſcebat:& placebat tam deo ꝗ hominibus.

3.a.b. ¶Puer Samuel miniſtrabat domino coram Hely:& ſermo domini erat pretioſus.In diebus illis non erat viſio manifeſta. Factum eſt ergo in die quadam/Hely iacebat in lectulo ſuo:& oculi eius caligauerant/nec poterat videre lucernam dei anteꝗ extingueretur. Samuel autẽ dormiebat in templo domini vbi erat arca dei. Et vocauit dominus Samuel. Qui reſpondens ait. Ecce ego. Et cucurrit ad Hely & dixit. Ecce ego. Vocaſti enim me. Qui dixit. Non vocaui te fili. Reuertere & dormi. Et abijt & dormiuit. Et adiecit dominus rurſum vocare Samuel. Conſurgenſꝗ Samuel abijt ad Hely & dixit. Ecce ego/quia vocaſti me. Qui reſpõdit. Non vocaui te fili mi. Reuertere & dormi. Porro Samuel necdũ ſciebat dominũ:nec reuelatus fuerat ei ſermo domini. Et adiecit dominus & vocauit adhuc Samuel tertio. Qui conſurgens abijt ad Hely:& ait.

l ¶Concepit & peperit filium. Vere peperit filium.quia filium habuit ſuperſtitem/& ſuperſtes ipſa manſit:quibus interuenientibus mulier proprie dicitur parere/alioqui nõ. vt eſt bonus tex.in l.Anniculus.in fi.& in l.Qui mortui.ff.de verb.ſignifi.& dictum eſt ſupra.in verbo Parturire.

m ¶Anna lactauit Samuelem &c.Pro annotationibus huius ſententiæ Recurre ad verbũ Anna mater Samuelis.

n ¶Et adduxit eũ ſecum poſtꝗ ablactauerat. Mirũ videt eẽ puerũ bimũ quaſi nouiter ablactatũ adductum eſſe ad miniſtrãdũ in tabernaculo.propterea dicũt quidam tres eſſe ablactationes. Prima eſt mãmillę:quę ſit anno tertio. Secunda quæ fit a lacte infantiæ/anno ſeptimo. Et tertia quæ fit a lactæ pueritiæ anno duodecimo. Et ſic primo amouetur puer a nutrice in anno tertio.a pędagogo in ãno ſeptimo & tertio a timore in anno duodecimo. Dicunt ergo quidam Samuelem adductum poſt ſecundam ablactationem ad imbuendum litteris.vnde legitur ꝙ ſingulis annis mater mittebat ei tunicam paruam. Alij dicunt ꝙ poſt tertiam ablactationem:quaſi iam idoneum ad miniſtrandum.vnde dicitur. Puer autem erat miniſter in cõſpectu domini. Ita in iſta materia loquitur Archid.in capt. Quicunꝗ 20.quæſtio.1.ſed Ioan.de Tur.crema.ibi duas tantum ablactationes diſtinguit.alteram dicit eſſe abſtractionẽ a lacte mãmillæ/& iſta fit circa principiũ tertij anni.vel circiter. alia eſt ablactatio quando abſtrahitur puer a lacte pueritiæ:quando incipit vti cibis communibus & lacticinijs non vtitur amplius. Et hoc fit circa decimum annum vel circiter:& de hac ablactatione loquitur hæc ſentẽtia:quia ante decimum annum vel circiter pueri nõ ſunt apti ad faciendum aliquod officium in templo domini:ſed ex tũc poſſunt aliqua parua officia facere/vt accendere candelas & huiuſmodi/& ſic paulatim aſſueſieri ad maiora.Hæc Ioan.de Tur.cre.

o ¶Loquere domine: quia audit seruus tuus. Vt ergo domini mereamur sermonē/precum. s. nostrarū exauditionē/ oportet paremus auditum mentis/ & ab exterioribus nos secludentes: solicitam custodiendorū interiorum nostrorū curam geramus: ne. s. varijs ea occupari cogitationibus friuolis/ orationū nostrarum tēpore permittamus. Ita enī fiet vt efficaciores reddantur & id consequendo quod petiuimus/ dñi sermonē promeruisse videamur. De hoc tamen: an. s. in oratione attētio seu vagarum cogitationum cessatio semper adesse debeat: vide quod dictū est in verb. Laus. super illud. Septies in die laudem dixi tibi. post ino. in ea. Dolentes. de celebra. missa.

p ¶Ibat per singulos ānos &c. Permulta q̄ superiori puinciā cui preest/ vel aliquas ipsius ciuitates circumeunti aut visitanti/ vel de nouo ingredi volenti/ incumbunt facienda: declarant Iulianus & Vlpianus iurecōsulti in l. Obseruare. §. proficisci. versi. anteq̄. iuncta l. si in aliquam. & l. Nec quicq̄. §. circa aduocatos cum. §. sequen. ff. de offi. procon. sic inquientes. anteq̄ fines puincię decretę sibi proconsul ingressus sit: edictū debet de aduētu suo mittere/ continēs cōmendationē aliquā sui si quæ ei familiaritas sit cū prouincialibus vel coniunctio/ & maxime excusans ne publice vel priuatim occurrāt ei. Est enī congruēs vt vnusquisq; in prouincia sua eum excipiat. Recte autem & ordine facit si ædictum decessori suo miserit significetq; qua die fines sit ingressurus. plerunq; enim incerta hęc & inopinata turbant prouinciales & actus impediūt. ingressus etiam hoc eum obseruare oportet vt per eam partem prouinciam ingrediatur/ per quā ingredi moris est/ siue in quam primum ciuitatē veniat vel applicet. magni enī faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem istā & huiusmodi ꝓrogatiuas. Q; si in aliquam celebrem ciuitatem vel prouinciæ caput aduenerit: pati debet cōmēdari sibi ciuitatē/ laudesq; suas cum grauamine audire: cum honori suo prouinciales id vendicent. Et ferias secundum mores & cōsuetudinem quæ retro obtinuit dare: ędes sacras & opa publica circuire inspiciēdi gr̃a: an sarcta tectaq; sint/ vel an aliqua refectiōe indigeant: & si qua cepta sunt vt cōsumanꝰ prout vires eius reip. permittunt/ curare debet. Curatores quoq; operum diligentes solenniter proponere. ministeria quoq; militaria si opus fuerit ad curatores adiuuandos dare. Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet sed cum ingenio/ ne contemptibilis esse videatur: nec adeo dissimulare si quos causarum cōcinnatores vel redemptores deprehēdat/ eosq; solos pati postulare/ quibus per ædictum eius postulare permittitur. de plano aūt potest expedire hoc vt obsequium parentibus & patronis liberisq; patronorum exhiberi iubeat. comminari etiam & terrere filium a patre oblatum: qui non vt oportet conuersari dicatur. poterit de plano similiter & libertum non obsequentem emendare aut verbis aut fustium castigatione. Obseruare itaq; eum oportet/ vt sit ordo aliquis postulantium: scilicet vt omnium desideria audiantur/ ne forte dum honori postulantium datur/ vel improbitati redditur: mediocres desideria sua nō proferant: quia aut omnino non adhibuerunt aduocatos aut minus frequentes/ neq; in aliqua dignitate positos aduocatos sibi perspexerunt. aduocatos quoq; petentibus debebit indulgere. plerunq; fœminis vel pupillis vel alias debilibus/ vel his qui suę mentis non sunt/ si quis eis petat: vel si nemo sit q petat vltro eis dare debebit. Sed & si qs per potentiā aduersarij nō inuenire se aduocatū dicat: æque oportebit ei aduocatū dare. Cæterū opprimi aliquē per aduersarij sui potentiā non oportet. hoc enim etiā ad inuidiā eius q puinciæ preest spectat: si quis tā potenter se gerat/ vt oēs metuant aduersus eū aduocationē suscipere. Hęc ibi. q ¶Acceperūt mūera &

Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Hely/ quia dominus vocaret puerum. Et ait ad Samuel. Vade & dormi. Et si deinceps vocauerit te: dices. Loquere [o] domine: quia audit seruus tuus. Abijt ergo Samuel & dormiuit in loco suo.

¶Venit dominus & stetit & vocauit sicut vocauerat secundo: Samuel/ Samuel. Et ait Samuel. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Et dixit dominus ad Samuel. Ecce ego facio verbum in Israel: quod quicunq; audierit: tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo aduersum Hely omnia quæ loquutus sum super domum eius. Incipiam & cōplebo &c. 1.Re.3.b.c.d.

¶Creuit Samuel & dominus erat cum eo: & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuersus Israel a Dan vsq; Bersabee: q fidelis Samuel ppheta esset domini. Et addidit dominus vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo iuxta verbū domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli. 3.d.

¶De quibusdam Samuelis sermonibus ad populum Israel/ & populi ad Samuelem: & de ipsius oblatione/ deq; Philistinorum prælio in filios Israel: & ipsorum Philistinorum debellatione/ lapideq; per Samuelem posito in argumentum victoriæ: habetur. 1. Regum. 7. a. b. c.

¶Facta est manus domini super Philisteos cunctis diebus Samuelis: & redditæ sunt vrbes quas tulerant Philistijm ab Israel Israeli: ab Accarō vsq; Geth & terminos suos. Liberauitq; Israel de manu Philistinorum. Eratq; pax inter Israel & Amorreum. Iudicauit quoq; Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ: & ibat [p] per singulos annos circuiens Bethel & Galgala & Masphat: & iudicabat Israelem in supradictis locis. Reuertebaturq; in Ramatha: ibi enim erat domus eius/ & ibi iudicabat Israelem. Aedificauit etiam ibi altare domino. 7.d.

¶Factū est cum senuisset Samuel: posuit filios suos iudices super Israel. Fuitq; nomen filij eius primogeniti Iohel: & nomē secūdi Abia iudicū in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: sed declinauerūt post auariciam: acceperuntq; [q] munera & peruerterunt iudicium. 8.a.

¶Cōgregati vniuersi maiores natu Israel/ venerūt ad Samuelē i Ramatha: dixerūtq; ei. Ecce tu senuisti: & filij tui nō ābulāt i vijs tuis. Cōstitue nobis regē vt iudicet nos: sicut & vniuersę habēt natiōes. Displicuitq; sermo in oculis Samuelis: eo q dixissēt. Da nobis regem vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dñm. Dixit aūt dñs ad Samuelē. Audi vocē populi 8.a.b.

in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt sed me ne regnem super eos &c. Vt supra Rex.

1. Regũ. 9. c. ¶ Cum ambularent Saul & puer eius in medio vrbis / apparuit Samuel egrediens obuiã eis: vt ascenderet in excelsum. Dominus aũt reuelauerat auriculam Samuelis/ante vnã diem q̃ veniret Saul: dicens. Hac ipsa hora quæ nunc est cras/mittam virum ad te de terra Beniamin: & vnges eũ ducem super populum meum Israel. Et saluabit populum meum de manu Philistinorũ: quia respexi pplm̃ meũ. Venit [r] enĩ clamor eorũ ad me.

9. c. ¶ Cum aspexisset Samuel Saulem: dominus dixit ei. Ecce vir quem dixeram tibi. Iste dominabitur populo meo. Accessit aũt Saul ad Samuelẽ in medio portæ: & ait. Indica oro michi vbi est domus videntis. Et respõdit Samuel Sauli: dicens. Ego sum videns. Ascende ante me in excelsum vt comedas mecum hodie. Et dimittam te mane: & omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi &c. vt infra Saul.

10. a. ¶ Tulit Samuel lenticulam olei & effudit super caput Saulis/& deosculatus est eum: & ait. Ecce vnxit [s] te dominus super hæreditatem suam in principem: & liberabis populum suum de manibus inimicorũ eius / qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum: quia vnxit te dominus in principem &c. vt infra Saul.

10. d. ¶ Loquutus est Samuel ad populum Israel legem regni: & scripsit in libro & reposuit coram domino: & dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suam.

12. a. ¶ Dixit Samuel ad vniuersũ Israel. Ecce audiui vocẽ vestrã iuxta omia quæ loquuti estis ad me: & constitui super vos regem. Et nunc rex graditur ante vos. Ego autem senui & incanui. Porro filij mei vobiscum sunt. Itaq̧ cõuersatus coram vobis/ab adolescentia mea vsq̧ ad hanc diẽ: ecce præsto sum. Loquimini de me coram domino & corã christo eius: vtrũ bouem cuiusq̃ tulerim aut asinũ. Si quẽpiam calũniatus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusq̃ munus accepi: & contẽnam [t] illud hodie/restituãq̧ vobis. Et dixerunt. Non es calũniatus nos/neq̧ oppressisti/ neq̧ tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitq̧ ad eos. Testis est dñs aduersũ vos: & testis christus eius in die hac: quia non inueniretis in manu mea quippiam. Et dixerunt. Testis. Et subsequuntur pleraq̧ verba Samuelis ad populum quæ videri possunt.

15. f. ¶ Samuel (increpatione Sauli facta/q̧ dñi præcepto de ineũdo cõtra regẽ Amalech prælio: delendisq̧ vniuersis q̃ habebat nõ obtẽperans / pepercisset Agag regi Amalech & optimis gregib⁹ ouiũ & armẽtorũ vestib⁹ & arietib⁹ & vniuersis q̃ pulchra erãt: put habet. 1. Re. 15. a. b. c. d. & e & . 3. Saul) Dixit adducite ad me Agag regẽ Amalech: & oblat⁹ est ei Agag pinguissim⁹ tremẽs. Et dixit Agag. Siccine separat amara mors? Et ait Samuel. Sicut fecit absq̧ liberis mulieres gladi⁹ tu⁹: sic absq̧ liberis erit inter mulieres mater tua: & ĩ frusta [v] cõcidit eũ Samuel corã dño in Galgalis.

15. in fine. ¶ Abijt Samuel in Rhamatha: Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa: & non vidit Samuel vltra Saul vsq̧ ad diem mortis suæ. Veruntamen lugebat Samuel Saul: quoniam dominum [x] pœnitebat q̧ constituisset regem Saul super Israel.

16. b. ¶ Dixit dñs ad Samuelẽ. Vsq̧quo tu luges Saul? cũ ego proiecerim eum ne regnet super Israel. Imple cornu tuũ oleo/& veni vt mittam te ad Isai Bethleemitẽ. Prouidi enĩ in filijs eius michi regem. Et ait Samuel. Quo vadam? Audiet enim Saul & interficiet me. Et ait dominus. Vitulum de armento tolles in manu tua & dices. Ad immolandum domino veni. Et vocabis Isai ad victimam. Et ego ostendam tibi quid facias: & vnges [y]

peruerterũt iudiciũ. Vide quod dictum est in verbis Exenia & iudex. Ecclesiastici. 20. d.

r ¶ Venit enim clamor eorũ ad me. Nota verbum clamor. Ex eo enĩ innuitur non vnam tantum sed plures populi ad dominum petitiões interuenisse c. Qualiter & quando. le. 2. de accusa.

s ¶ Ecce vnxit te dominus &c. De vnctione regum dictũ est in verb. Dauid circa princip.

t ¶ Et contemnam illud hodie restituamq̧ vobis. Inno. & communiter doct. in capi. Quia plerįq̧. de immu. eccle. sentiunt q̧ iudices exigentes a partibus aliquid indebitum vel etiam recipiẽtes: tenentur ad restitutionem in foro animæ. Et pro hoc allegant bo. tex. Augusti. in capi. fi. 14. quæst. 5. Et idem videtur ĩ foro contentioso. autẽt. Nouo iure. C. de pœna iudi. qui ma. iudica.

v ¶ Et in frusta concidit. Cum legunt quidam in scripturis q̧ sancti nulli hostium parcãt/dicunt eos crudeles: nec intelligunt in his verbis obumbrata mysteria: vt pugnantes scilicet aduersus vitia nullum penitus relinquam⁹. Si enĩ pepercerimus/reputabitur nobis in culpam: sicut Sauli qui regem Amalech viuum reseruauit. Sancti vero sicut Samuel/nullũ peccatum dimittunt impunitũ. pro hoc dicto glosæ ordi. est textus clarus in superioribus scriptus in cap. Sunt qui arbitrãtur. in princip. de pœni. dist. 1.

x ¶ Dominum pœnitebat &c. Declara per ea quæ dicta sunt in verb. Pœnitere. super illud Gene. pœnitet me fecisse hominem.

y ¶ Et vnges quemcunq̧ monstrauero tibi. Monstrauit dominus non maiorem ex filijs Isai/ sed minimum ex omnibus: vt habetur hoc capite & §. in verb. Dauid. Et sic reprobatis maioribus filijs Isai minimus ad regnum eligitur: quia spreto iudaico sacerdotio & regno prioris populi / Christus caput minoris populi: qui se minimum reddidit/rex & sacerdos eligitur. cap. Translato. de constitu.

z ¶Et post hęc dormiuit. Samuel vt sancte vixit ita sancte dormiuit/seu sancte de hac vita exiuit: dicit textus in c. Nec mirum. circa med. 26. quęst. 5.

a ¶Viuus & sanus confiteberis. Recurre ad verbū Confiteri. Et adde q̄ si qs confessionis remediū non sanus/sed tunc tm̄ quando se cognouit infirmū expetierit: non ideo abijciendus est/sed audienda patienter est eius confessio. Absolutioq; impendenda. c. penul. versi. Salutem. 26. quęst. 6. infirmo tamen cuius mors p̄sumitur/non est pœnitentia iniungenda: quia verisimiliter eam explere non posset. sed est innotescenda/ tum ad cognoscendam grauitatem peccati vt doleat & ingemiscat: sed nihilominus manifestanda est ei diuinę misericordiæ abundantia: vt speret & cōfidat in domino. & sic manifestans pœnitentiā/non inducit in desperationem: sed magis veram cōtritionem parat. Tum secundo ē innotescenda pœnitentia: vt procuret per amicos: & religiosos eam explere. Tū tertio: vt eius complendæ propositum habeat si euadat. Ita dicit Ioan. de Turcre. in capi. 1. colum. 3. versi. Ad tertium de pœniten. distin. 7.

b ¶Somnus sanitatis in homīe parco. Require annotationem in verb. Parcus.

c ¶Sanitas est anīæ & corporis sobrius potus. Recurre ad scripta in verb. Crapula. Aduertatur tamē vlterius q̄ simpliciter loquēdo de sanitate: intelligitur de sanitate corporis / non autem de sanitate animi. tex. est in l. 1. §. sed sciendū ff. de ædi. ædic. nō adest autē tametsi adesse videatur corpori sanitas multifariā. Si cui enī lingua abscisa sit/ hic nō videbitur esse san⁹. mutum namq; morbosum esse Sabinus ait. Offilius etiam ait si homini digit⁹ sit abscissus/mēbri ve quid laceratum: q̄uis consanauerit/ si tamē ob eam rem eo minus vti possit/non videri sanum esse. tex. est in l. si cui lingua. cū l. seq. & pri. seq. ff. de edi. edic. an autē is cui os oleat sanus sit/q̄situm est. Et Trebatius ait nō esse morbosum os alicui olere veluti hircosum strabonē: hoc enim ex ingluuie oris accidere solere: si tamen ex corporis vitio id accidit: veluti q̄ iecur vel pulmo aut aliud quid simile oleat: morbosus est. Item claudus / morbosus est. Mulier etiam quæ semper mortuos parit: si vuluę vitio id accidat/morbosa est. l. Qui clauum. §. si. cum l. seque. & princip. seq. ff. eodem. Si quis etiam digitis coniunctis nascatur/non dicitur sanus esse: sed ita demum si incommodatus ad vsū manus. mulierem preterea ita arctam vt mulier fieri non possit / sanam non videri constat. Et similiter quæ bis in mense purgatur/sana non est. Item & quæ non purgatur nisi per ætatem id accidit. tex. est in d. l. quęritur. §. si quis digitis. cum l. seq. ff. eodem ti. Vltimo. Qui tertiana aut quartana febre aut podagra vexarentur. Qui ve comitialem morbum haberent nec quidem his diebus quibus morbus vacaret recte sani dicentur. l. Qui tertiana. ff. eodem.

quēcunq; monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei dominus &c. Et supra Dauid.

¶Samuel mortuus est: planxitq; eum omnis Israel/& sepelierūt eum in Ramatha vrbe sua. 1. Regū. 28. a

¶Dilectus a domino deo suo Samuel propheta domini: renouauit imperium & vnxit principes in gente sua. In lege domini congregationem iudicauit: & vidit deum Iacob. Et in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in verbis suis fidelis: quia vidit deum lucis. Et inuocauit dn̄m omnipotentē in oppugnādo hostes circunstantes vndiq;: in oblatione viri inuiolati. Et intonuit de cœlo dominus / & in sonitu magno auditam fecit vocem suam. Et contriuit principes Tyriorum & omnes duces Philistijm. Et ante tempus finis vitæ suæ & seculi testimonium præbuit in conspectu domini & christi. Pecunias & vsq; ad calciamenta ab omni carne non accepit. Et non accusauit illum homo. Et [z] post hęc dormiuit/& notum fecit regi: & ostendit illi finem vitę suæ: & exaltauit vocem eius de terra/in prophetia delere impietatem gentis. Eccli. 46. c. d

Sanare Sanus et Sanitas.

¶Nō est sanitas in carne mea a facie irę tuę: nō est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Psalmo. 37. a

¶Confiteberis viuens: viuus [a] & sanus confiteberis: & laudabis deum & gloriaberis in miserationibus illius. Eccli. 17. d.

¶Vigilia & cholera & tortura viro infrunito: somnus [b] sanitatis in homine parco. Vbi latius. 31. c.

¶Sanitas [c] est animæ & corporis: sobrius potus. 31. d.

¶Frustra [d] multiplicas medicamina (o Aegypte) sanitas non erit tibi. Hiere. 46. c.

¶De his quos sanauit redemptor noster Iesus Christus: quos Petrus & quos Paulus: vide in verbis suis.

¶Cætera in verbis Abraham. Genesis. 20. prope finem. Contritio. Psal mo. 59. a. & Psalmo. 146. a. Diues. Ecclesiastici. 30. c. Infirmitas. Psal. 102. a. Inuidia. Prouerbiorum. 14. a. Legatus. Prouerbior. 13. c. Lingua. Prouer. 12. c. & Medicus. Ecclesiastici. 38. a.

Sanctimonia.

¶Confessio [e] & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Psalmo. 95. b

¶Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam [f]: sine qua nemo videbit deum &c. ad heb. 12. e.

Sanctus et Sanctum.

¶Locutus est domin⁹ ad Moysem Leuitici. 19. a

d ¶Frustra multiplicas &c. Aegyptus: idest peccator/peccandi propositum non deserens & ad eadem semper peccata rediens: frustra orationum eleemosynarum ieiuniorum: aliorumq; id genus spiritualium medicaminū multiplicationem requirit. nichil enim ieiunare/orare/aliaq; facere pietatis opera prodest: nisi mens ab iniquitate reuocetur cap. Nichil prodest. de consecra. distin. 5.

e ¶Confessio & pulchritudo &c. Require annotationem in verb. Magnificentia.

f ¶Et sanctimoniam. Idest sanctitatem. Sanctitas enim & sanctimonia sunt synonyma. Notat Archi. in cap. Victor. in princip. 93. distin.

g ¶Sancti estote. Omnes hac sententia ad amplexandã vitæ mũdiciem monentur: præ cęteris tamen sacerdotes/ p̃ut est textus hanc sententiã citans in c. Tenere.31.dist. in c. Proposuisti. paulo post princi. & in c. Plurimos.82.dist. De quibus anno. proxi. h ¶Sancti erunt deo suo &c. Hinc dicit textus in c. Tenere. in princ.31.dist. Tenere debet ecclesia vt omnino sacerdotes & leuitę cum vxoribus suis non misceantur: quia in misterij diuini quotidianis necessitatibus occupãtur. scriptum est eñ. Sancti estote/ qm̃ ego sanctus sum. Et idem statuitur in c. Proposuisti.82. dist. vnde dicit Syricius papa in c. Plurimos ead. dist. Plurimos sacerdotes Christi atq; leuitas post longa consecratiõis suę tẽpora/ tam de coniugijs p̃prijs q̃ etiam de turpi coitu sobolem didicim⁹ procreasse/ & crimẽ suum hac præscriptiõe defendere. q̃a in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat michi nũc quisquis ille est sectator libidinum/ præceptor uitiorum: si ęstimat q; in lege Moysi passim sacris ordinibus/ a deo nostro relaxata sũt frena luxuriæ. Cur eos quib⁹ cõmittebãtur sancta sanctorum pręmonet: dicens. Sancti estote: quia ego sanctus sum dñs deus vester? Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suæ in templo habitare iussi sunt sacerdotes? hac videlicet ratione: ne vel cum vxorib⁹ suis possint carnale exercere cõmercium: vt cõscientię integritate fulgẽtes munus acceptabile deo offerrent: quibus expleto deseruitionis suæ tempore/ vxoris suæ vsus solius successionis causa fuerat relaxatus (saltem principaliter) quia non ex alia nisi ex tribu leui quisq̃ ad dei ministerii iussus fuerat admitti. Hæc ibi.

dicens. Loquere ad omnem cœtũ filiorũ Israel: & dices ad eos. Sancti [g] estote: quia ego sanctus sum/ dominus deus vester.

Leuiti.21.a. ¶Dixit dominus ad Moysem. Loquere ad sacerdotes filios Aaron: & dices ad eos. Sancti [h] erunt deo suo/ & non polluent nomen eius. Incẽsum enim domini & panes dei sui offerent: & ideo sancti erunt.

21.b. ¶Sit [i] sacerdos sanctus: quia & ego sanctus sum/ dñs qui sanctifico vos.

2.Regũ.22.c. ¶Cum sancto sanctus eris/ & cum robusto perfectus. Et cũ electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.

Iob.5.ĩ prin. ¶Voca si est qui tibi respondeat: & ad [k] aliquem sanctorum conuertere.

15.b. ¶Ecce inter sanctos domini nemo immutabilis: & cœli non sunt mũdi in conspectu eius: quantomagis abominabilis & inutilis homo: qui bibit quasi aquam iniquitatem.

Psalmo.4.a. ¶Scitote qm̃ mirificauit dñs sanctum suũ: dñs exaudiet me cum clamauero ad eum.

15.c. ¶Non derelinques animam meam in inferno: nec [l] dabis sanctum tuũ videre corruptionem.

29.a. ¶Psallite dño oẽs sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis ei⁹ &c.

30.g. ¶Diligite dominum omnes sancti eius/ quoniam veritatem requiret dominus: & retribuet abundanter facientibus superbiam.

33.b. ¶Timete dominũ omnes sancti eius: qm̃ nõ est inopia timẽtibus eum.

67.in fine. ¶Mirabilis [m] deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ.

78.a. ¶Posuerunt morticina seruorum tuorum/ escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum/ bestijs terræ.

85.a. ¶Custodi animam meam/ quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.

144.d. ¶Iustus dominus in omnibus vijs suis: & sanctus in oibus operib⁹ suis.

149.b. ¶Exultabunt [n] sancti in gloria/ lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus/ increpationes in populis.

i ¶Sit sacerdos sanctus. Vide priorem annotationem. Et sanctus hoc loco & superioribus sententijs sumitur pro mundo. Ita sentit Archid. in d. cap. Tenere. in verb. Sancti.31. distin.

k ¶Ad aliquem sanctorum conuertere. Postulanda sunt a nobis sanctorum suffragia/ & ad ipsos colendos cor nostrũ conuertendum: quia multipliciter nos adiuuant. Primo per eas quas pro nobis ad deum fundunt orationes. vnde.2. Macha. vlt. dicitur de Hiere. Hic est qui multum orat pro populo & sancta ciuitate Hierusalem. Item per sua merita. vnde cantat ecclesia. adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt scelera. Item per exempla. vnde Iaco.6. dicitur. Exemplũ accipite fratres mei patientiæ prophetas. Et secundum hoc dicuntur Carbones iuxta illud. Sagittæ potentis acutę: cum carbonibus desolatorijs. Declarando vt dictũ est in verb. Sagitta. Item per doctrinam. vnde in illo versi. Leuaui oculos meos in montes. exponit glo. spirituales/ ad sanctos/ vnde veniet auxilium michi: quia de scripturis eorum auxilium habemus in hac vita. Item adiuuant nos per fructum quem fecerunt in ecclesia: qui adhuc apparet per quem firmatur fides in nobis/ & alię virtutes. Præmissa ponit Archid. in c. Sacrosancta. in princ.23. dist.

l ¶Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hęc sententia de Christo solet intelligi: & bifariam exponi potest. Primo vt velit homines criminibus corruptos/ dei visione nullo vnq̃ tempore fruituros. Secundo q; tametsi omniũ corpora sint in cinerem conuertenda/ non tamen Christi corpus. Hanc duplicem declarationem sentit glo. in capi. Et hoc diximus. in verbo. Descendo.16. quæsti.7.

m ¶Mirabilis deus in sanctis suis. Et si in omnibus sanctis suis mirabilis sit dominus: non omnibus tamen ęqualia confert pręmia meritorum. Gloriosus namq; deus in sanctis suis & in maiestate mirabilis: cuius ineffabilis altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus/ nullis terminis comprehensa: recti censura iudicij cœlestia pariter & terrena disponit. Etsi cunctos eius ministros magnificet/ altis decoret honoribus/ & cœlestis efficiat beatitudinis possessores. Illos tamen vt dignis digna rependat/ potioribus attollit insignijs dignitatum & pręmiorum vberiori retributione prosequitur: quos digniores agnoscit & commendat ingentior excellentia meritorum. Ita dicit textus. in capi. Vnico. in princip. de reliq. & vene. sancto. in.6.

n ¶Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis &c. .i. Sancti de bonis eorum operibus lętabuntur intus in conscientia/ non autem in populari fauore. Sic inq̃ lętabuntur in cubilibus & gutture. .i. in corde & lingua: vt non sibi tribuant q; boni sint/ sed deo a quo acceperunt quod sunt. put ista (quæ sunt glo. ordina. & interli.) satis probantur in alle. cap. Cauendum. de pœni. distin.3. & in c. Vide q̃tum.1. quæst.1.

❡Vt faciant in eis iudiciū conſcriptū. Qa ſancti cum dño iudicabunt: intelligēdo vt dictū eſt in verb. Dies poſt Archid. in c. Vereor. 8. quæ. 1. p ❡Laudate dominū in ſanctis eius. An dominū ſic in eius ſanctis debeamus laudare: vt ipſorum feſta ſint a nobis pie deuoteq; celebranda. tex. eſt probans ꝙ ſic. in c. 1. de conſe. diſt. 3. & in c. Conqueſtus. de Ferijs. Huius autē inſtitutiōis celebrandorū. ſ. feſtorum de ſanctis / ſex dantur rationes ſecundū Io. de Tur. cre. in d. c. 1. col. 5. verſi. Ad ſecundū. de conſe. diſt. 3. Prima eſt propter honorem diuinę maieſtatis. Cum enim ſanctis honorē impendimus / deum in ſanctis honoramus: & ipſum in eis mirabilē prædicamus: qa qui ſanctis honorem tribuit / illū ſpecialiter honorat qui eos ſanctificauit. Secūda eſt ꝑpter auxilium noſtrę īfirmitatis: quia enī per nos ſalutem habere nō poſſumus / ideo ſanctorum interceſſionibus indigem⁹ a quib⁹ vt adiuuari mereamur: merito ipſos honorare debem⁹. Legit̄ enī tertij reg. 1. ꝙ Berſabee quę īterpretatur pute⁹ ſatietatis. ſ. eccleſia triūphans / filio ſuo. ſ. eccleſię militanti regnū ſuis ꝓcibus obtinuit. Tertia eſt propter augmentum nr̄æ ſecuritatis / & ad ſpei noſtrę ſubleuationē: vt per ſanctorū gloriam q̄ nobis in eorum feſtiuitate pręponitur / noſtra ſpes & ſecuritas augeatur. Si enī homines mortales nobis ſimiles potuerunt ita per ſua merita ſublimari: conſtat quia nos ſimiliter poterim⁹ / cū non ſit breuiata dñi man⁹. Quarta eſt ꝑpter exemplū noſtrę imitationis. Cū enī eorum feſtiuitates recēſentur / ad eorum imitationem ꝓuocamur: vt ſcilicet eoꝝ exemplo terrena contēnamus / & cœleſtia deſideremus. Quinta eſt propter debitū mutuæ viciſſitudinis. Sancti enī de nobis in cœlo feſtum faciūt: quia gaudium eſt angelis dei & animabus ſanctis / ſuper vno peccatore pœnitentiā agente. Sexta eſt propter procurationē noſtri honoris. Cū enim ſanctos honoramus tunc noſtram rem agimus / & noſtrorum honorē procuram⁹: qa eorū feſtiuitas eſt noſtra dignitas. Nā cū honoram⁹ fratres nr̄os / honoram⁹ nos ipſos. Hęc Ioā. q ❡Qui iuſtus eſt / iuſtificetur adhuc. ſ. augmētum gratiæ maioris ei conferatur / per quam ad exercenda maiora iuſtitiæ opera moueatur. Hanc declarationem ſentit Archi. in c. q̄uislibet. in ſi. 47. diſt. r ❡Sanctus ſanctificetur adhuc. Circa hęc verba notari poteſt qd dicit Ioan. de Tur. cre. in c. Si baptiſata. col. 2. verſi. Ad quaſtam reſponde. de conſ. diſt. 4. q. ſ. etiā illi qui ſanctificati ſunt in vtero / baptiſandi ſunt. Et ſic ſancti ſanctificandi. Et hoc triplici ratione. Prima: quia licet tales ſanctificati in vtero gratiam conſequantur emundantē a peccato originali: nō tamen ex hoc conſequūtur characterē quo Chriſto configurant̄ & cōnumerantur in populo dei. Secundo vt per baptiſmi ſuſceptionem paſſioni Chriſti etiam corporaliter conforment̄. Tertio propter bonum obedientiæ. quia præceptum de baptiſmo omnibus datum eſt / & etiam ab omnibus impleri debet. hæc Ioan. s ❡Sabbatū meum cuſtodiatis. De cuſtodiendo ſabbato dixi ſatis diffuſe in verb. Sabbatū. Adde tñ videndū. Io. de Tur. cre. in c. 1. col. 3. verſi. Circa quartum. de cōſ. diſt. 3. vbi ponit tres ratiōes ꝑpter quas loco diei ſabbati inſtituta eſt fidelibus dies dñica celebranda. t ❡Sāctificat̄ enī per verbū dei & orationē. Tex. in ca. Nō liceat. 44. diſt. dicit cibū ante ei⁹ aſſuptionē eſſe bñdicendū. Et Archi. ibi. Et Ioan. de Tur. cre. dicit rationē eſſe: quia iuxta apoſtolū ſanctifica̅t cibus & pot⁹ per verbū dei & orationem. v ❡Sicut ꝑ pctō ita & ꝑ delicto. De dña inter delictū & pctm̄ / vide ī verb. Delictū. x ❡Sctā ſctoꝝ. Eccleſię pſa

Ad alligādos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt [o] faciāt in eis iudiciū cōſcriptū gloria hęc eſt oībus ſāctis ei⁹.

❡Laudate [p] dominū in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Et ſupra Laudare. Pſal. 150. a.

❡Non didici ſapientiam / & noui ſcientiam ſanctorum. Proue. 30. a

❡Quæ communicatio ſancto homini ad canem: aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Eccli. 13. c.

❡Cum viro ſancto aſſiduus eſto: quęcunq; cognoueris obſeruantem timorem dei / cuius anima eſt ſecundum animam tuam. 37. c.

❡Clamabant ſeraphim alter ad alterum & dicebant. Sanctus / ſanctus / dominus deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius. Eſaie. 6. b.

❡Michi oīm ſanctorū minimo (ait Paulus) data eſt gratia hæc in gētib⁹ euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti &c. Vbi latius. Ad ephe. 3. b

❡Qui [q] iuſtus eſt / iuſtificetur adhuc: & ſanctus [r] ſanctificetur adhuc. Apo. vlti. c.

❡Cætera in verbis Aaron. Exodi. 28. a. Canis. Matthęi. 7. a. Defunct⁹. 2. Macha. 12. in fine. Ieſus. Matthæi. 27. f. Ioſue. Ioſue. 5. d. Moyſes. Eccleſiaſtici. 45. a. Mulier. Eccleſiaſtici. 26. c.

Sanctificare.

❡Loquutus eſt dominus ad Moyſen: dicēs. Loquere filijs Iſrael: & dices ad eos. Videte vt ſabbatū [s] meum cuſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis / quia ego dominus qui ſanctifico vos &c. Exodi. 31. c.

❡Omnis creatura dei bona eſt: & nichil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur [t] enim per verbum dei & orationē. 1. Tim. 4. b

❡Qui ſanctificat & qui ſanctificatur ex vno omnes. Ad heb. 2. c.

❡Cætera in verbis Flumen. Pſalmo. 45. a. Fornicatio. 1. ad Theſſalon. 4. a. Hieremias. Hieremię. 1. b. Mundus. Ioannis. 17. c. Mulier. 1. Corinthios. 7. c.

Sanctaſanctorum.

❡Sicut [v] pro peccato / ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet hoſtia. Sanctaſanctorum eſt. Leui. 14. b.

❡Intulerunt ſacerdotes arcam fœderis domini in locū ſuū / in oraculum templi in ſanctumſanctorum ſubter alas cherubin. 3 Regū. 8. a.

❡Tabernaculum factum eſt primum / in quo erant candelabra & menſa & propoſitio panum quæ dicitur ſancta. Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum quod dicitur ſanctaſanctorum [x]: aureum habens thuribulum &c. Et infra Tabernaculum. Ad he. 9. a.

Sanctitas et Sanctitudo.

❡Quis ſimilis tui ī fortib⁹ domine? Quis ſimilis tui? (ait Moyſes) Magnificus in ſanctitate / terribilis Exodi. 15. d.

& potior pars est ea quæ est prope maius altare/& cancellis solet includi. vocaturq; quandoq; sacrarium. Quandoq; presbyterium/& quandoq; sancta sanctorũ. Ita dicit Panor. in c. 1. col. 1. de vita & ho. cleri.

y ¶ Domũ tuam decet sanctitudo. Recurre ad verbum Domus.

z ¶ Sanctuarium meum metuite. Ne scilicet indigni seu mortales habentes conscientiam peccati/ad sacra ministranda accedatis. d. capi. Qui scelerate. & capi. Timorem. de consecra. distinct. 2.

atq; laudabilis: faciens mirabilia.

Psal. 92. fi. ¶ Domum [y] tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

Leuiti. 19. f. **Sanctuarium.** ¶ Sabbata mea custodite/& sanctuarium [z] meũ metuite: ego dominus.

26. a. ¶ Custodite sabbata mea & pauete ad sanctuariũ meũ. Ego dominus.

1. Para. 22. fi ¶ Consurgite & [a] ædificate sanctuarium domino deo: vt introducatur arca fœderis domini/& vasa domino consecrata in domum quæ ædificatur nomini domini.

Psalm. 72. c ¶ Existimabã [b] vt cognoscerem: hoc labor est ante me. Donec intrem sanctuarium dei: & intelligam in nouissimis eorum.

Ezechi. 9. c ¶ Omnem super quem videritis tau/ne occidatis: & a sanctuario [c] meo incipite.

Sandalia. ¶ Recurre ad verbum Iesus. Marci. 6. b.

Gene. 9. a. **Sanguis.** ¶ Quasi olera virẽtia tradidi vobis oĩa (dixit dominus Noe & filijs eius) Excepto q; carnẽ cũ sanguine nõ comedetis. Sanguinẽ enim animarũ vestrarũ requirã de manu cũctarũ bestiarũ & de manu hominis: & de manu viri & de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanum sanguinem: fundetur [d] sanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus est homo.

Psalmo. 50. c ¶ Libera me [e] de sanguinibus deus deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

78. c. ¶ Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est introeat in cõspectu tuo gemitus compeditorum.

Pro. 30. a. fi ¶ Qui [f] vehementer emũgit/elicit sanguinem.

Eccli. 11. d. ¶ A scintilla vna augetur ignis: & ab vno doloso augetur sanguis. Homo vero peccator sanguini insidiatur.

Esaie. 33. c. ¶ Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem: & claudit oculos suos: ne videat malum. Iste in excelsis habitabit. munimenta saxorum sublimitas eius.

Ezechi. 35. b. ¶ Viuo ego dicit dominus deus/quoniã sanguini tradam te: & sanguis te persequetur. Et cum sanguinem oderis: sanguis persequetur te.

ad heb. 9. e. f ¶ Lecto omni mãdato legis a Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorum/cum aqua & lana coccinea & hysopo: ipsũ quoq; librum & omnem populum aspersit: dicẽs. Hic [g] est sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secũdũ legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.

Actuũ. 20. e. ¶ Contestor vos hodierna die (ait Paulus ad Iudæos) quia [h] mundus sũ a sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annunciarem

a ¶ Aedificate sanctuariũ. Sanctuariũ siue sacrarium sumitur in iure humano p ea parte altaris maiori vicina: in qua diaconus ministrat sacerdoti. vnde & diaconium quandoq; appellatur: prout est textus in cap. Non oportet. 23. distin. & notatur in c. 1. de vi. & hone. cleri.

b ¶ Existimabã vt cognoscerem &c. Declara vt in verb. Existimare.

c ¶ A sãctuario meo incipite. Vide textum in c. Et purgabit. 50 dist.

d ¶ Fũdetur sanguis illius. Vide qd diffuse dictum est in verb. Homicida in. 2. Annotatione.

e ¶ Libera me de sãguinibus. i. de peccatis. Ita exponit Archi. in c. Ephesus. in princi. 43. distin. & in verb. liberare/allegata a glo. eandem expositionem ponens.

f ¶ Qui vehementer emũngit/elicit sanguinem. His verbis nimia superiorum in subditis corrigendis seueritas improbatur. Debent enim peccatoribus cõpati & misericordiam seueritati miscere. c. Disciplina. 45. distin. tum primo quia & ipsi peccatores sunt. tum secũdo: quia sic Christus fecit qui Petrũ nõ aspere correxit sed oculo respexit & fructuosius sanauit. tum tertio: quia a suis superioribus sic sibi fieri vellent. Has rationes ponit Cardi. d. c. & de Turrecre. in c. Licet plerũq;. eadẽ dist. Cætera vide in verb. Corripere super illud psal. Corripiet me iustus in misericordia.

g ¶ Hic ẽ sanguis testamẽti qd mãdauit ad vos deus. Hic nota q; sanguis Christi dupliciter est hominibus exhibitus. Primo quidem in figura: qd pertinet ad vetus testamentum & ideo apostolus ibidem concludit. vnde nec primũ testamentum sine sanguine dedicatum est. Et patet ex hoc quod dicitur Exo. 24. lecto omni mandato legis a Moyse omnẽ populũ aspersit: dicens. Hic est sanguis testamenti quẽ mandauit ad vos deus. Secundo autem est exhibitus in rei veritate: quod pertinet ad nouum testamentum. Et hoc est quod apostolus præmittit: dicens. Ideo noui testamenti mediator est Christus: vt morte intercedente remissionem accipiant/qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Dicitur ergo hic sanguis noui testamenti: quia iam non in figura/sed in veritate exhibetur. Præmissa (quæ huius sententiæ annotationem concernunt) ponit Io. de Tur. cre. in capi. Panis est in altari. colum. 7. versi. Ad quartum dicendum q; testamentum. de conse. disti. 2.

h ¶ Mũdus sũ a sãguine oĩm. Nõ enĩ subterfugi &c. Mũdus ergo a sanguine eorũ nõ esset si eis dei cõsiliũ ãnũciare noluisset

omne conſilium dei vobis.
¶Scitote ꝙ non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana vestra conuerſatione paternę traditionis: ſed ꝑtioſo[i] ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti: præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem: manifeſtati autem nouiſſimis temporibus ſuis &c. 1.Petri.1.c.
¶Si in luce ambulamus ſicut & ipſe pater eſt in luce/ſocietatē habemus ad inuicem: & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni pctō. 1.Ioã.1.b.& ſi
¶Cætera in verbis Achab.3.Regum.21.e.& 22.in fine. Agnus. Exodi. 12.a. Audax. Eccli.8.b. Caro. Ioannis.6.f. Cōbuſtio. Eſaię.9.b. Defraudare. Eccli.34.d. Doloſus. Pſalmo.5.b. & Pſalmo.54.in fine. Domus.1. Paralipo.28.f. Epiſcopus. Actu.20.e. Fluxus. Leuiti.15.c.d. Lauare. Pſalmo.57.in fine. Luna. Iohe:2.g. Maledictus. Hiere.48.b. Mercenarius. Eccli.34.d. Odire. Prouerbiorum.6.c. Petrus. Matthæi.16.c.& Videre. Apocalypſis.6.d.7.d.8.c.14.d.& 16.c.

Sanſon. ¶Erat quidam vir de Saraa & de ſtirpe Dā nomine Manue/habēs vxorem ſterilem: cui apparuit angelus domini: & dixit ad eā. Sterilis es & abſqꝫ liberis: ſed concipies & paries filium. Caue ergo ne bibas vinum ac ſiceram/nec immundum quicq̄ comedas: quia concipies & paries filium: cuius non tanget caput nouacula. Erit enim[k] nazareus dei ab infantia ſua & ex matris vtero: & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum. Quæ cū veniſſet ad maritum ſuum dixit ei. Vir dei venit ad me habens vultum angelicum/terribilis nimis. Quem cum interrogaſſem quis eſſet/& vnde veniſſet/& quo nomine vocaretur: noluit michi dicere. Sed hoc reſpondit. Ecce concipies & paries filium. Caue ne vinum bibas nec ſicerā: & ne aliquo veſcaris imundo. Erit enim puer nazareus dei ab infantia ſua/& ex[l] vtero matris ſuæ vſqꝫ ad diem mortis ſuæ. Orauit itaqꝫ Manue dominum & ait. Obſecro domine vt vir dei quē miſiſti: veniat iterum & doceat nos quid debeamus facere de puero qui naſciturus eſt. Exaudiuitqꝫ dominus deprecantem Manue. Et apparuit rurſum angelus domini vxori eius ſedenti in agro. Manue autē maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidiſſet angelum feſtinauit & occurrit ad virum ſuum/nūciauitqꝫ ei dicens. Ecce[m] apparuit michi vir quem ante viderā. Qui ſurrexit & ſecutus eſt vxorē ſuam: veniēſqꝫ ad virum dixit ei. Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit: ego ſum. Cui Manue. quando inquit ſermo tuus fuerit expletus: quid vis vt faciat puer/aut a quo ſe obſeruare debebit? Dixitqꝫ angelus domini ad Manue. Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ abſtineat ſe: & quicquid ex vinea naſcetur nō comedat: vinum & ſiceram non bibat: nullo veſcatur immūdo. & quod ei pręcepi adimpleat atqꝫ cuſtodiat. Dixit itaqꝫ Manue ad angelū dñi. Obſecro te vt acquieſcas precibus meis/& faciamus tibi hedum de capris. Cui reſpondit angelus. Si me cogis non comedam panes tuos: ſi autem vis holocauſtum facere offer illud domino. Et neſciebat Manue ꝙ angelus domini eſſet: dixitqꝫ ad eum. Quod eſt tibi nomen: vt ſi ſermo tuus fuerit expletus honoremus tę. Cui ille reſpondit. Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile? Tulit itaqꝫ Manue hedum de capris & libamenta & poſuit ſuper petram offerens domino qui facit mirabilia. Ipſe autē & vxor eius intuebantur. Cumqꝫ aſcenderet flamma altaris in cœlum/angelus domini pariter in flamma aſcendit. Quod cum vidiſſet Manue & vxor eius/proni ceciderunt in terram: & vltra eis non apparuit angelus dñi. Statiqꝫ intellexit Manue angelum domini eſſe: & dixit ad vxorem ſuam. Morte

Iudicum.13. a.b.c.&.d.

Ita ex hac ſentētia Pauli infert textus in capi. Per.43. diſtinct.

i ¶Sed pretioſo ſanguine. Aduerte hoc loco/ꝙ effuſio ſanguis Chriſti ad tria principaliter ordinatur. Primo quidem & principaliter ad adipiſcendam æternam hereditatem: ſecundum illud ad He.b.11. Habem⁹ fiduciā in introitū ſanctorum per ſāguinem eius. Et adhoc ſignificandum dicitur in verbis conſecratorijs ſanguis Chriſti, Noui & æterni teſtamenti. Secundo ad iuſtitiam gratię/quæ eſt per fidem: ſecundū illud ad Roma.3. Quem prępoſuit de⁹ propitiatorem/per fidem in ſanguine eius: vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eū qui ex fide eſt Ieſu Chriſti & q̄tum ad hoc ſubditur ī dictis verbis cōſecratorijs, myſterium fidei. Tertio ad remouendum impedimenta vtriuſqꝫ prædictorum/ſcilicet peccata ſecūdum illud ad Hebr.10. Sanguis Chriſti emūdabit conſciētias noſtras ab opib⁹ mortuis.i.a peccatis. & q̄tum adhoc ſubiungitur in dictis verbis. Qui pro vobis & pro multis effundetur ī remiſſionem peccatorum. Iſta ſunt Ioan.de Tur.cre. in d.c. Panis eſt in altari, colum.6. verſi. Ad quartum dicendum. iuxta Petrum de Palude. d: conſe. diſtin.2.

k ¶Erit enim Nazareus. Vide de Nazareis qd dictum eſt in verb. Nazareus: vbi præcepta quæ eis fiebant ethice declarata ſunt.

l ¶Et ex vtero matris ſuæ. Non eſt per hoc intelligendum (dicit Nico.de Lira) ꝙ Sanſon fuerit in vtero ſanctificatus: quia de talibus ſanctificatis tenetur ꝙ non peccauerunt mortaliter/immo(ſi credam⁹ glo. In capi.1.in verbo Miraculo. de conſe. diſt.4.) ꝙ mortaliter peccare non poſſunt.

m ¶Ecce apparuit michi vir quem ante videram. Quia angelus in hominis forma dicit hic apparuiſſe pro Sanſonis annunciāda natiuitate: poſſet hoc loco dubitari/an ſi ita angelus in hoc gratiæ tempore appareret/an puerum ab eo prænunciatum baptizare poſſet: vel aliquā potuerit a tpe baptiſmi

moriemur quia vidimus dominum. Cui reſpondit mulier. Si [n] dominus nos vellet occidere / de manibus noſtris holocauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet: nec oſtendiſſet nobis hæc omnia: neq; ea quæ ſunt ventura dixiſſet. Peperit itaq; filium & vocauit nomen eius Sanſon. Creuitq; puer: & benedixit ei dominus. Cœpitq; ſpiritus domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraas / & Eſthaol.

Iudicū.14.a ¶Deſcendit Sanſon in Thānata: videnſq; ibi mulierem de filiabus Philiſtijm: aſcendit & nunciauit patri ſuo & matri ſuæ: dicens. Vidi mulierē in Thānata de filiabus Philiſtinorum: quam [o] quæſo vt michi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater & mater ſua. Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum / & in omni populo tuo: quia vis accipere vxorem de Philiſtijm qui incircuncisi ſunt? Dixitq; Sanſon ad patrē ſuum. Hanc michi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius neſciebant q res a domino fieret: & quæreret occaſiones contra Philiſtijm. Eo enim tempore Philiſtijm dominabantur Iſraeli.

14.a: § fi. & b ¶Deſcendit [p] itaq; Sanſon cū patre ſuo & matre in Thānata. Cūq; veniſſent ad vineas oppidi apparuit catulus leonis ſęuus & rugiens: & occurrit ei. Irruit autem ſpiritus domini in Sanſon: & dilacerauit leonem quaſi hedum in fruſta decerperet: nichil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Deſcenditq; & locutus eſt mulieri quę placuerat oculis eius. Et poſt aliquod dies reuertens vt acciperet eam: declinauit vt videret cadauer leonis & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quem cum ſumpſiſſet in manibus comedebat in via: veniēſq; ad patrem ſuum & matrem dedit eis partem: qui & ipſi comederunt nec tamen eis voluit indicare q mel de ore leonis aſſumpſerat. Deſcendit itaq; pater eius ad mulierem: & fecit filio ſuo Sanſoni conuiuium. Sic enim iuuenes facere conſueuerant.

14.c.d. ¶ Cum ciues loci illius vidiſſent Sanſonem: dederunt ei ſodales triginta qui eſſent cum eo. Quibus loquutus eſt Sanſon. Proponam vobis problema: quod ſi ſolueritis michi intra ſeptem dies cōuiuij: dabo vobis triginta ſindones & totidem tunicas. Sin autē non potueritis ſoluere: vos dabitis michi triginta ſindones & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei. Propone problema vt audiamus. Dixitq; eis. De comedēte exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propoſitionē ſoluere. Cūq; adeſſet dies ſeptim⁹ dixerūt ad vxorem Sanſon. Blandire [q] viro tuo: & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet problema: quod ſi facere nolueris: incendemus [r] te & domum patris tui. An idcirco

inſtituti? In hac dubietate breuiter dici poteſt. Primo q non ad angelos ſed ad ſolos homines pertinet diſpēſatio baptiſmi & aliorū ſacramētorū. tum ex eo quod habetur ad Heb.5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumpt⁹ / ex hominibus conſtituitur in his q̄ ſunt ad deū: ſed boni angeli vel mali non ſunt ex hominib⁹ / ergo ipſi non cōſtituūtur miniſtri in his q̄ ſunt ad deū. i. in ſacramētis. Secūdo q pſertim angelo malo nullomodo cōuenit baptiſare. ideo ſi immergeret aliquē aqua / etiam cū debita verborū prolatiōe non baptiſare credendus eſt. Tum quia (vt dictū eſt) diſpēſatio ſacramētorū non eſt cōceſſa niſi hominib⁹. tū quia tanta eſt peruerſitas intentionis dęmonis / q nullomodo intenderet procurare ſalutem hominis baptiſati / quę eſt ſpiritualis regeneratio: ſed faceret ſpiritu decipiēdi cum ſit pater mendacij. Tertio q quis angelis non ſit cōceſſa regulariter diſpenſatio ſacramēti baptiſmi. Nichilominus ſi angelus bon⁹ aliquem baptiſaret: talis non eſſet rebaptiſandus: dūmodo conſtaret q bonus angelus eſſet. quia de⁹ virtutem ſuā non alligauit ſacramentis quin poſſit ſine ſacramētis effectū ſacramētorū conferre. Ita etiā virtutē ſuā nō alligauit miniſtris eccleſię / quin etiā angelis poſſet tribuere poteſtatē miniſtrādi in ſacramētis. Et quia angeli ſunt nūcij veritatis: ſi aliquod ſacramētale miniſteriū a bonis angelis perficeretur eſſet ratū habendum. Conſtaret enim q hoc fieret volūtate diuina. ſicut q̄dam tēpla dicūtur angelorū miniſterio conſecrata. Ita in hac materia concludit de Tur. cre. in c. Roman⁹. col. 2. de conſe. diſt. 4.

n ¶Si dn̄s nos vellet occidere &c. Require annotationē in ver. Angelus.

o ¶Quęſo vt michi accipiatis vxorem. Iure ciuili filijfamilias ita demū nuptias iuſtas ſeu vxores ducere poterūt: ſi cōſenſum habeant parentū in quorū poteſtate ſunt. Nā hoc fieri debere & ciuilis & naturalis ratio ſuadet: intantū / vt iuſſus parētis pręcedere debeat. tex. eſt ita dicēs. inſti. de nup. in prin. & in l. Nec filiū. in fi. C. eodē. Sufficiebat tamē conſenſus tacit⁹ nec requirebatur expreſſus. l. Si vt propoſuis. in prin. C. eodē tit. Sed iure canonico nec expreſſus nec tacit⁹ conſenſus parentum eſt neceſſarius. c. Sufficiat. in prin. 27. quęſti. 2. c. Cum locum. de ſponſa. cum ſi. quod verum videtur etiā ſi cōſuetudo patrię eſſet in contrariū vt eſt bo. tex. in c. 1. de ſponſa. & idē videtur in ſtatuto ſaltē p laicos facto: quia hęc materia non eſt de foro ſeculari ſed eccleſiaſtico. c. Tuam. de ordi. cogni. De hoc tamē videatur diffuſius per Deciū in c. Eccleſia. col. 16. 17. & 18. de conſti.

p ¶Decendit Sanſon cum patre ſuo & matre. Per Sanſonē qui perrexit ad accipiendā ſibi gentilē vxorē / allegorice ſignatur Chriſtus: qui in primitiua eccleſia coniunxit ſibi per fidem ipſam gentilitatē Iudęa pro maiori parte incredula remanente. d. c. Cum igitur. §. his itaq;. 35. quæſti. 10.

q ¶Blandire viro tuo & ſuade ei &c. Vt blandicijs mulierū mariti / ſic & maritorū blandicijs mulieres ad aliqua facienda nōnūq̄ alliciūtur. q̄ tamē eo ptextu irrita reddi nō poſſunt. tex. eſt in l. ſi. C. Si quis omiſ. cauſa teſta. & in l. ſi. ff. eod.

r ¶Incendemus te & domum patris tui. De pœna incendiariorum ſecūdū ius humanū eſt bo. tex. in l. Si quis dolo. ff. ad l. cor. de ſic. vbi dicitur. Si quis dolo malo inſulā meam exuſſerit: capitis pœna plectetur quaſi incendiarius. Et in l. L. eodē ti. dicitur. Lege cor. de ſicarijs. tenetur cuius dolo malo incendiū factū erit. Et in l. fi. ff. de incendi. rui. nau dicit text. Qui data opera in ciuitate incendiū fecerint: ſi humiliori loco ſint / beſtijs ſubijci ſolēt: ſi in aliquo gradu exiſtētes id fecerint / capite puniūtur aut certe in inſulam deportantur. Et in l. qui ędes. ff. eodē dicitur q incendiarius vinctus verberatuſq; igni necari iubetur. De quibus etiam incendiarijs puniēdis emiſſa eſt conciliaris conſtitutio. de qua habetur in c. Peſſimā. 28. q. 8. vbi dicitur. Peſſimā & depopulatricē & horrēdā incendiariorū maliciā / auctoritate dei & beatorū apoſtolorū Pe-

vocastis[s] nos ad nuptias vt spoliaretis? Quę fūdebat apud Sāsonē lachrymas & q̄rebatur: dicēs. Odis me & nō diligis: idcirco ꝓblema quod ꝓposuisti filijs populi mei nō vis michi exponere. At ille respōdit. Patri meo & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septē igitur diebus cōuiuij flebat ante eum: tandemq̃ die septimo cū [t]ei esset molesta exposuit. Quę statim indicauit ciuibus suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum. Quid dulcius melle: & quid forti⁹ leone? Qui ait ad eos. Si nō arassetis in vitula mea, nō inuenissetis propositionem meam. Irruit itaq̃ in eū spiritus dn̄i: descenditq̃ Ascalonem & percussit ibi trigintaviros: quorum ablatas vestes dedit his qui problema soluerant. Iratusq̃ nimis ascendit in domum patris sui: vxor autem eius accepit maritum vnū de amicis eius & pronubis.

❡Post aliquantulū autem temporis cum dies triticeæ messis instarent venit Sanson, inuisere voleus vxorem suam: & attulit ei hedum de capris. Cumq̃ cubiculum eius solito vellet intrare: prohibuit illum pater illius: dicens. Putaui ꝙ odisses eam & ideo tradidi illam amico tuo. Sed habet sororem quæ iunior & pulchrior illa est: sit tibi pro ea vxor. Cui Sanson respondit. Ab [v] hac die non erit culpa in me cōtra Philisteos. Faciam enī vobis mala. Perrexitq̃ & cœpit trecentas vulpes, caudasq̃ earum iunxit ad caudas & faces ligauit in medio, quas igne succendens: dimisit vt huc illucq̃ discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Quibus succensis & comportatæ iam fruges & adhuc stantes in stipula concrematæ sunt: intantum vt vineas quoq̃ & olivueta flamma consumeret. Dixeruntq̃ Philistijm. Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est Sanson gener Tannathei: quia tulit vxorem eius & alteri tradidit hæc operatus est. Ascenderuntq̃ Philistijm & combusserunt tam mulierem q̄ patrē eius. Quibus ait Sanson. Licet hæc feceritis: tamen adhuc ex vobis expectam vltionem: & tunc quiescam. Percussitq̃ eos ingenti plaga: ita vt stupentes suram fœmori imponerent. Et descendens habitauit in spelunca petrę Ethan. Iudic.15.a.b

❡Ascendentes Philistijm in terram Iuda castrametati sunt in loco qui postea vocatus est Lechi. i. maxilla vbi eorum fusus est exercitus. Dixeruntq̃ ad eos de tribu Iuda. Cur ascēdistis aduersum nos? Qui responderunt: vt ligemus Sanson venimus: & reddamus ei quæ in nobis operatus est. Descenderunt ergo tria millia virorum de Iuda ad specum silicis Ethan: dixeruntq̃ ad Sanson. Nescis ꝙ Philistijm imperēt nobis: quare ergo hoc facere voluisti? Quibus ille ait. Sicut fecerunt michi sic feci eis. Ligare (inquiūt) te venimus & tradere in manibus Philistinorū. Quib⁹ Sanson. Iurate ait & spondete michi: ꝙ non occidatis me. Dixerunt: non te occidemus, sed vinctū trademus. Ligauerūtq̃ eum duobus nouis funibus: & tulerunt eum de petra Ethan. Qui cum venisset ad locū maxillę. Et Philistijm vociferantes occurrissent ei: irruit spiritus domini in eum: & sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita vincula quibus Iudi.15.b.c.d

& Pauli omnino detestamur & interdicimus. Si quis ergo post huius nostræ prohibitionis promulgationem malo studio siue pro odio siue pro vindicta ignē apposuerit vel apponi fecerit, aut appositoribus cōsiliū vel auxiliū scienter tribuerit: excōicetur. Et si mortuus fuerit incēdiarius, christianorū careat sepultura: nec absoluatur nisi prius dāno cui intulit resarcito. & iuret se vlterius ignē nō appositurū. Pœnitētia aūt ei detur vt Hierosolymis aūt in Hispania in seruitio per annum integrū permaneat. Si quis aūt archiep̄s vel episcopus hoc relaxauerit, dānum restituat: & per annum ab officio ep̄ali abstineat. Sane regibus & principibus faciēdę iustitiæ facultatē, consultis archiep̄is & ep̄is, non negamus. Hęc ibi. Et sic ex ꝑmissis liquet ꝙ de iure ciuili incendiarij quādoq̃ morte, & quādoq̃ leuiori pœna plectūtur: cōsiderata scilicet locorū exustorū, & locorū in quib⁹ factū est incendiū: & ipsorū incendiariorum qualitate: prout hęc consideranda dicit Albe. in l. data opera. C. Qui accu. nō pos. de iure aūt canonico sunt excōicandi & ecclesiastica sepultura priuandi. vt in d. c. Pessimā. nisi forte sint incēdiarij ecclesiarum: quia tūc ipso facto sunt excōicati: & a solo papa possunt absolui: nisi in mortis articulo. tex. est in cap. Tua nos. de sen. excō. iuncto. c. In litteris. de rapto.

¶Deus patrũ meorũ/ & domine misericordię: q fecisti omnia verbo tuo & sapientia constituisti hominẽ: vt dominaretur creaturæ quæ a te facta est vt disponat orbẽ terrarũ in æquitate & iustitia/ & in directione cordis iudiciũ iudicet: da michi sediũ tuarum assistricem sapiẽtiam. & noli me reprobare a pueris tuis: quoniã seruus tuus sum ego/ & filius ancillæ tuæ: homo infirmus & exigui temporis: & minor ad intellectum iudicij & legũ. Et si [h] quis cõsũmatus erit inter filios hominum: si ab illo fugerit sapientia tua in nichilum computabitur. Tu autem elegisti me regem populo tuo: & iudicem filiorum tuorum & filiarum. Et dixisti me ædificare templum in mõte sancto tuo: & in ciuitate habitationis tuæ: altare similitudinem tabernaculi sancti tui/ quod præparasti ab initio: & tecum sapientia tua quæ nouit opera tua: quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres: & sciebat quid esset placitũ oculis tuis/ & quid directum in præceptis tuis. Mitte illam de cœlis sanctis tuis: & a sede magnitudinis tuæ/ vt mecũ sit & mecum laboret. Et sciam quid acceptũ sit apud te. Scit enim illa omnia & intelligit/ & deducet me in operibus meis sobrie: & custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea: & disponam populum tuum iuste: & [i] ero dignus sedium patris mei. Sapie.9.a.b.c

¶Sapientia illũ qui primus formatus est a deo pater orbis terrarũ cum [k] solus esset creatus custodiuit & eduxit illum a delicto suo. Et eduxit illũ de limo terre: & dedit illi virtutem continendi omnia. Ab hac vt recessit iniustus in ira sua: per [l] iram homicidij fraternitas deperijt. Propter quod cum aqua deleret terram: sanauit iterum sapientia per con- Sap.capu.10

temptibile lignum/iustũ gubernans. Hæc & in cõsensu superbiæ cum se nationes extulissent sciuit iustum/& conseruauit sine querela deo: & in filijs mĩa fortẽ custodiuit. Hæc [m] iustum a pereuntibus impijs liberauit fugientem/descendente igne pentapoli: quibus in testimoniũ nequitiæ fumigabũda cõstat deserta terra: & in certo tẽpore fructus habẽtes arbores: & incredibilis animę memoria stans figmentũ salis. Sapientiã enim ꝑtereuntes/nõ tantũ in hoc lapsi sunt/vt ignorarẽt bona: sed & insipiẽtię suę reliquerunt hoibus memoriã: vt in his quę peccauerũt nec latere potuissent. Sapiẽtia autem hos qui se obseruãt a doloribus liberabit. Hęc [n] aũt profugũ irę fratris. Iustũ deduxit per vias rectas: & ostendit illi regnũ dei: & dedit illi scientiã sanctorũ: honestauit illum in laboribus: & compleuit labores illius. In fraude circũuenientiũ illi affuit & honestũ fecit illũ. Custodiuit illũ ab inimicis: & a seductoribus tutauit illũ. Et certamẽ forte dedit illi/ vt vinceret: & sciret quoniã oim potẽtior est sapiẽtia. Hęc [o] venditũ iustũ non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eũ: descenditq; cũ illo in foueã: & in vinculis nõ dereliquit illũ: donec afferret illi sceptrũ regni: & potentiã aduersus eos qui eũ deprimebãt: & mẽdaces ostẽdit qui maculauerũt illũ/& dedit illi claritatẽ æternã. Hæc populũ iustũ & semẽ sine q̃rela liberauit a natiõibus q̃ illũ opprimebãt. Intrauit in aĩam serui dei: & stetit cõtra reges horrẽdos i portẽtis & signis. Et reddidit iustis mercedẽ laborũ suorũ/& deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamẽto diei: & in luce stellarũ per noctẽ. Et trãstulit illos ꝑ mare rubrũ: & trãsuexit illos per aquã nimiã. Inimicos aũt illorũ demersit in mare: & ab altitudine inferorũ eduxit illos. Ideo [p] iusti tulerũt spolia ĩpiorũ. & decantauerunt: dñe nomẽ sanctũ tuũ: & victricẽ manũ tuã laudauerunt pariter. Quoniam sapiẽtia aperuit os mutorũ/& linguas infantiũ fecit disertas.

Eccli.1.I prl. ¶Omnis [q] sapientia a dño deo est: & cũ illo fuit semper / & est ante æuũ.

1.a.b. ¶Sapientiã dei ꝑcedẽtẽ oĩa quis inuestigauit? Prior oim creata est sapiẽtia & intellect⁹ prudẽtię ab æuo. Fõs sapiẽtię verbũ dei in excelsis: & ingressus illius mãdata ęterna. Radix sapiẽtię cui reuelata est: & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapiẽtię cui reuelata est & manifestata: & multiplicationẽ ingressus illi⁹ qs intellexit? Vn⁹ est altissim⁹ creator omniũ/ oĩpotẽs & rex potẽs & metuẽdus nimis: sedẽs sup thronũ illi⁹ & dñans de⁹. Ipse creauit [r] illam spiritu sancto: & vidit & dinumerauit & mẽsus est. Et effudit illam super omnia opera sua; & super omnem carnem secundum datum suum præbet illam diligentibus se.

1.b. ¶Initiũ sapientiæ timor domini: & cum fidelibus in vulua concreatus est: & cum electis fœminis graditur: & cum iustis & fidelibus agnoscetur.

Eccl.1.c. ¶Plenitudo sapientiæ timere deum: & plenitudo a fructibus illius omnem domum illius implebit a generationibus: & receptacula a thesauris illius.

1.c. ¶Corona sapientię timor dñi/replens pacem & salutis fructum: & vidit & dinumerauit eam. Vtraq; autem sunt dona dei.

1.c. ¶Sapientiam & intellectum prudentiæ: sapentia compartietur: & gloriã tenentium se exaltat. Radix sapiẽtię est timere dñm: & rami illus longęui. In thesauris sapientię intellectus/ & scientię religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia.

1.d. ¶In thesauris sapientiæ/significatio disciplinæ: execratio [s] autem peccatori cultura dei.

1.d. ¶Fili concupiscens sapientiã/conserua iustitiã: & deus ꝑbebit illã tibi. Sapiẽtia eñ & disciplina timor dñi: & quod beneplacitũ est illi/fides & mansuetudo: & adimplebit thesauros illius.

4.b.c. ¶Sapiẽtia filijs suis vitã ĩspirat/& suscipit exq̃rẽtes se & ꝑibit i via iustitiæ. Et q illã diligit/diligit & vitã: & q vigilauerit ad eã/cõplectẽtur placorem ei⁹. Qui tenuerit illã: vitam hęreditabũt & quo introibunt benedicet deus. Qui seruiunt ei/obsequentes erunt sancto: & eos qui diligunt illam/ diligit deus. Qui audit illam/ iudicabit gentes: & qui intuetur illam permanebit confidens. Si crediderit ei / hæreditabitur illam: & erunt in confirmatione creaturæ illorum: quoniã in tẽtatione ãbulat cum eo/& imprimis elegit eũ. Timorẽ [t] & metũ & ꝑbationẽ inducet

m ¶Hæc iustũ a ꝑtereũtib⁹ impijs. Loq̃tur de Loth & eius vxore q̃ retro respiciens versa est i statuã salis. vnde videãtur iura allegata in verb. Loth.

n ¶Hæc ꝑfugũ irę/ &c. Loq̃tur de Iacob q a facie fugit Esau fratris sui.

o ¶Hæc venditum iustum &c. Loquitur de Ioseph filio Iacob filij Isaac.

p ¶Iusti tulerũt spolia ĩpiorũ. Tex est circa hęc verba notãd⁹ ĩ c. Si de reb⁹ §. si qua iã ꝑcisi. 23. q. 7. de quo vide in verb. Labor. 1.

q ¶Omĩs sapiẽtia a dño deo est. Hic liber q ecclesiastic⁹ vocat/& incipit. oĩs sapiẽtia a dño deo ẽ: est Iesu filij Sirach. Ita dicit gl. 1. ĩ c. In eccl'iastico. 13. q. 2.

r ¶Ipse creauit illã spũsancto. Christ⁹ q sapiẽtia dicit dei pr̃is d. c. Si iuxta creat⁹ est scdm hũanitatẽ opatiõe spũssctĩ/ & nichilomin⁹ a tota trinitate dr̃ incarnatus. d. c. 1. de sum. tri.

s ¶Execratio aũt peccatori cltura dei. De hoc dicto ẽ tex. clar⁹ ĩ c. 1. 21. q. 4.

t ¶Timorẽ & metũ & ꝑbationẽ inducet sup illũ. i. sapiẽtia inhabitãs nõnunq̃ eũ quẽ inhabitat varijs sinit ꝑbari tentationũ stimulis/ergo & varijs tribulatiõib⁹ cõcuti: vt sic ꝑbat⁹ ad futurę vitę possit gaudia peruenire. Neq; enim est aliunde beata perseuerantia/q̃ a virtute patiẽtię: qm̃ scdm apostolicã ꝑdicationẽ oẽs qui pie volũt viuere in Christo ꝑsecutionẽ patient

d. cap. Suggestum est. versi. vnde namq. 7. quæsti. 1

v ℭ Et tradet eum in manus inimici. Qui namq; Christi non est/ Antichristi est. c. Qui eniam vetus. in fine. 24. quæsti. 1. l. Cœlicolarum. C. de Iudæis.

x ℭ Et vsq; ad canos inuenies sapientiam. Q; si ante canos non fuerit excepta doctrina / sepositc quocunq; verecundię timore/ & caniciei consideratiõe seclusa ad eam nanciscẽdam anheletur. nulla siquidem ætas sera est ad discẽdum. capi. si. cum glo. ibi. 38. dist.

y ℭ Inuestiga illam/ & manifestabitur tibi. Neq; enim sapiẽtia reperit nõ quæsita. sicut nec alia pleraq; dei dona haberi solent nõ petita. c. Voluissent. §. Christus quoq;. de pœni. disti. 1.

z ℭ Et in iustitia sua meditabitur. Diligenter & quæ facit & quę loquitur circunspiciens: & si qua viderit aut perperam facta aut contra veritatem prolata reuocabit: neq; vllam infamiæ notam se propterea incursurum pertimescet. sed considerabit potius magnæ sapientiæ esse reuocare hominem quod male locutus est/ vt est sentẽtia Augusti. in capi. Magnæ. 22. quæst. 4. vbi Archid. dicit q; cum Tullius dixisset de Catone volens laudare eum. Nunq̃ vllum verbum quod reuocare vellet emisit. Dicit Augusti. hæc laus/ licet honestissima videatur: tamen credibilior est de nimio fatuo q̃ de sapiente perfecto.

a ℭ Et non est sapientia nequitię disciplina. Vide quod dictum ẽ supra eodem super illud prouer. Verba mea detestabuntur impium.

b ℭ Sapientia absconsa &c. Facit vulgatum illud adagium. Scire tuum nichil est/ nisi te scire hoc sciat alter. pro quo satis facit sæpe allegatum cap. Reuertimini. 16. quęst. 1.

c ℭ Sapiẽtia laudabit animam suam. &c. Tota hæc sentẽtia declarari solet de sapientia increata. j. Christo. de quo nõ abre dictum est q; laudaret animã suam. j. se ipsum laudabilem ostenderet: & verbo & exemplo perfectę viã vitæ vnicuiq; demonstrans d. cap. Exijt qui seminat. §. porro. versi. Nec quisq̃. de verbo. significa. libr. 6. vel laudaret animam suam. j. se ipsum vnum cum patre demonstraret/ verbis dicẽs expressis. Ego & pater vni sumus. cap. 1. circa. medi. de summa tri.

d ℭ Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam &c. Ostenditur hoc loco æterna Christi gñatio seu ipsum, cum patre coæternũ esse. vel d. c. 1. de summa trinita.

super illũ: & cruciabit illũ in tribulatiõe doctrinę suæ: donec tentet eum in cogitationibus suis/ & credat animæ illius. Et firmabit illum: & iter ducet directũ ad illum: & lętificabit illũ/ & denudabit absconsa sua illi: & thesaurizabit super illum scientiam/ & intellectum iustitię. Si autem oberrauerit/ derelinquet eũ: & tradet eũ [y] in manus inimici sui.

ℭ Fili a iuuẽtute tua excipe doctrinã: & vsq; [x] ad canos inuenies sapiẽtiã. Eccli. 6. b. &
Quasi is q arat & q seminat accede ad eã: & sustine bonos fruct⁹ illi⁹. In opere enim ipsius exiguũ laborabis/ & cito edes de generationibus illius.

ℭ Q; aspera est nimiũ/ sapiẽtia indoctis hoĩbus: & nõ permanebit in illa 6. c. d
excors. Quasi lapidis virtus ꝓbatio erit in illis: & nõ demorabũtur proijcere illam. Sapientia enim doctrinę secundũ nomen est eius: & non est multis manifesta: Quibus aũt agnita est permanet vsq; ad cõspectũ dei. Audi fili & accipe consiliũ intellectus: & ne abijcias consiliũ meũ. Inijce pedẽ tuũ in cõpedes illius & i torques illi⁹ collũ tuũ. Subijce hũerũ tuũ & porta illã: & ne accidieris vinculis ei⁹. In omĩ anĩo tuo accede ad illã: & in omĩ virtute tua cõserua vias eius. Inuestiga [y] illã & manifestabiť tibi: & continens factus ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiẽ in ea & cõuertetur tibi in oblectationẽ. Et erũt tibi compedes eius in protectionẽ fortitudinis: & bases virtutis: & torques illius in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa: & vincula illius alligatura salutis. Stola gloriæ indues eam: & coronã gratulationis superpones tibi. Fili si attenderis michi disces eam: & si accommodaueris animũ tuum/ sapiens eris.

ℭ Beatus vir qui in sapiẽtia morabitur: & qui [z] in iustitia sua meditabiť: 14. d.
& in sensu cogitabit circunspectionẽ dei. Qui excogitat vias illi⁹ i corde suo: & in abscõsis illius intelligẽs: vadẽs post illã quasi inuestigator/ & in vijs illius cõsistẽs. Qui respicit per fenestras illius & i ianuis illi⁹ audiẽs. Qui requiescit iuxta domum illius: & in parietibus illius figẽs palum. Statuet casulam suã ad manus illius: & requiescent in casula illius bona per ęuũ. Statuet filios suos sub tegmine illius/ & sub ramis illi⁹ morabiť. Protegetur sub tegmine illius a feruore: & in gloria illius requiescet.

ℭ Omnis sapientia/ timor dei: et in illa timere deum: et in omni sapiẽtia 19. c.
dispositio legis. Et non [a] est sapientia nequitiæ disciplina: et non est cogitatus bonus peccatorum prudentia. Et prudẽtiæ nequitia: et in ipsa execratio: et est insipiens qui minuitur sapientia.

ℭ Sapientia [b] absconsa/ et thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisq;? 20. d.

ℭ Melior est qui celat insipientiam suam/ q̃ homo qui abscondit sapientiam suam. 20. in fine.

ℭ Sapiẽtia [c] laudabit animam suam/ et in deo honorabitur: et in medio 24. a. b. c. & d
populi sui gloriabitur: et i ecclesijs altissimi aperiet os suũ/ et in cõspectu virtutis illius gloriabitur: et in medio populi sui exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur/ et in multitudie electorum habebit laudem: et inter benedictos benedicetur: dicens. Ego [d] ex ore altissimi prodiui: primogenita ante omnẽ creaturã. Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens. Et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui: et thronus meus in columna nubis. gyrum cœli circuiui sola: et profundum abyssi penetraui: et in fluctibus maris ambulaui: et in omni terra steti. Et in omni populo: et in omni gente primatũ habui: et oĩm excellentium et humiliũ corda propria virtute calcaui: Et i his omnibus

requiem quæsiui & in hæreditate domini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator oim: & qui creauit me requeuit in tabernaculo meo: & dixit michi. In [e] Iacob inhabita: & in Israel hæreditare: & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum: & vsq ad futurũ seculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Syon firmata sum: & in ciuitate sanctificata/ similiter requieui: & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi [f] cedrus exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Syõ quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plantatio rosę in Hiericho. Quasi oliua speciosa in cãpis: & quasi platanus exaltata sũ iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi mirrha electa dedi suauitatem odoris: & quasi storax & galbanus & vngula & gutta: & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam: & quasi balsamum non mixtum/ odor meus. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos: & rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris: & agnitionis & sanctæ spei. In me omnis gratia vitæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. Trãsite ad me oẽs qui cõcupiscitis me: & a gñationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & hęreditas mea super mel & fauũ. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me/ adhuc esuriẽt: & qui bibunt me/ adhuc sitient. Qui audit me/ non confundetur: & qui operantur in me/ non peccabunt. Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Hæc omnia liber vitæ/ & testamentum altissimi/ & agnitio veritatis. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum: & hęreditatem domui Iacob & Israel promissiões. Posuit [g] Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum: & in throno honoris sedentem in sempiternũ. Qui implet quasi Physõ sapientiã: & sicut Tigris in dieb9 nouorũ. Qui implet quasi Euphrates sensum. Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem: & assistens quasi Geon in die vindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam: & infirmior non inuestigabit eam. A [h] mari enim abundabit cogitatio eius: & consilium in abysso magna. Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio. Ego quasi fluuius Dorix: & sicut aquæ ductus exiui de paradiso. Dixi. Rigabo hortum plantationũ: & inebriabo partus mei fructũ. Et fact9 est michi trames abũdãs & fluuius meus appropiquauit ad mare. Qm̃ doctrinã quasi ante lucanũ illumio oibus: & enarrabo illã vsq ad lõginquũ. Penetrabo oẽs inferiores partes terræ: & inspiciã oẽs dormientes: & illuminabo oẽs sperãtes in dño.

Eccl.25.a. ¶ Qz speciosa veteranis sapientia: & gloriosus intellectus & consilium.

25.b. ¶ Qz magnus qui inuenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem dominum.

38.c. ¶ Sapiẽtiã scribe i tẽpore vacuitatis: & q minorat [i] actu/ sapientiã pcipiet: qa sapiẽtia replebit.

39.a.b ¶ Sapientiã oim antiquorũ exquiret sapiẽs: & in pphetis vacabit. Narrationẽ virorũ noiatorũ cõseruabit: & in versutias parabolarũ simul introibit. Occulta puerbiorũ exquiret: & in abscon ditis parabolarũ cõuersabitur. In medio magnatorũ ministrabit: & in cõspectu præsidis apparebit. In terrã alienigenarũ gentiũ pertransiet. Bona eni & mala in oibus tẽtauit. Cor suũ tradet ad vigilãdũ diluculo ad dñm q fecit illũ: & i cõspectu altissimi depcabitur. Aperiet os suũ i oratiõe/ & p delictis suis depcabit. Si ei dñs magn9 voluerit: spũ intelligẽtię replebit illũ: & ipe tãq imbres emittet eloqa sapiẽtię suę: & i oratiõe cõfitebit dño. Et ipe diriget cõsiliũ ei9 & disciplinã: & i abscõditis suis cõsiliabitur. Ipse palã faciet disciplinã doctrinę suę: & i lege testamẽti dñi gloriabit. Collaudabũt multi sapiẽtiã ei9: & vsq i seculũ nõ delebit. Nõ recedet memoria ei9: & nomẽ ei9 reqret a gñatiõe i gñationẽ. Sapiẽtiã ei9 enarrabũt gẽtes: & laudẽ ei9 enũciabit ecclesia. Si permanserit nomẽ ei9 derelinquet plusq mille: & si requieuerit/ proderit illi.

e ¶ In Iacob inhabita/ & in Israel hęreditare &c. Incarnatione saluatoris specialiter iudæis vt cõcessum est/ & specialiter ad Iudæos venit. vnde nõ sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel. vnde per Iacob figurantur Iudęi per Israel vero gentiles ad quos/ Iudęis in infidelitate relictis: transiuit. d. cap. Cũ igitur. §. hac itaq. versi. deus enim sic ab initio. & versi. deinde. 35. quęst. 1.

f ¶ Quasi cedr9 exaltata sũ in Libano &c. Declara hæc & sequẽtia vt per glo. ordin.

g ¶ Posuit Dauid puero suo &c. Hic agitur de temporali Christi generatiõe ex virgine quę Christi generatio trahitur a Dauid. c. Dñs noster. 56. dist.

h ¶ A mari abũdabit cogitatio eius. Mare significat pfunditatẽ sapientiæ inęstimabilẽ & incõprehẽsibilẽ esse: quoniã nemo penetrare põt nisi vnus & solus deus/ pater & filius & spũssanct9: qui se ipsũ vere nouit & consiliũ suũ: & dat tantũ noscere creaturæ suæ qtum expedit. Non autem exacte cognoscere cuiq permittit proptereaq vt omnibus conuenit/ ita omnes opz cum Paulo dicere. Qz inscrutabilia sũt iudicia ei9: & inuestigabiles vię ei9. d. c. Si ex bono. de pœ. dist. 4.

i ¶ Qui minoratur actu sapiẽtiã pcipiet. Hinc est q eis quos pre cæteris opz inuigilare sapiẽtię: qles

sunt monachi & clerici omnes/præcipitur secularibus negocijs mentem ab indipiscenda sapientia reuocantibus abstinere. de quo videat quod satis diffuse dictum est in verb. Negociū. super illud Pauli. nemo militans deo implicat se secularibus negocijs &c.
k ℭ Non in sapiētia verbi. Facit bo. tex. in cap. Marchion. 1. q. 1. de quo in annotatiōe iiterū verborū dictū ē ī verb. Euāgelizare.
l ℭ Virtus dei est. Recurre ad verbum Crux.
m ℭ Placuit deo per stultitiā prædicationis saluos facere credētes. Vide tex. et ibi Hostiē. citantē Bernardū in c. Venerabilis. de prębē. de quo ī superioribꝰ dixi.
n ℭ Si enim cognouissent &c. Require annotationē ī verb. Cognoscere.
o ℭ Qꝫ si zælum amarū habetis: & cōtentiones sint in cordibꝰ vestris &c. i. (dicit glo. interli.) si zęlū dei habētes bona facitis: & ex cōsciētia bonorū operū amari erga pximos estis/ & eos despicitis/ & indignātibus verbis deturpatis. Nolite gloriari. i. ne putetis vos gloriam habituros pro his quæ ex superbia & ad aliorum depressionem facitis. hoc enim facere proprium est superborum & arrogantium. neq; dei sapientia hęc est sed animalis & diabolica. at contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitiū fugit p cognitionem/ q̄to ardentiꝰ verborū suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequit̄. Cauet eñ ne eum elatis moribꝰ pdicet/ quem in cordibus audientiū sacris sermonibꝰ insectatur. Ite tex. in c. 1. in fi. 46. dis.
p ℭ Anima saturata calcabit fauū. Declara hanc sentētiā vt ī verb. Esuriēs.

ℭNon misit me Christus baptisare (ait Paulus) sed euangelizare: nō in sapientia [k] verbi / vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem qui salui fiunt / id est nobis: virtus [l] est dei. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientiū: & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens: vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiā deum: placuit deo [m] per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt & Græci sapientiam quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidem scandalum / gentibus autem stultitiā: ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei / sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei / fortius est hominibus. 1. Cori. 1. c. d.

ℭSapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi / neq; principum huius seculi: qui destruuntur. sed loquimur dei sapientiam in mysterio / quæ abscondita est: quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram: quam nemo principū huius seculi cognouit. Si enim [n] cognouissent: nunq̄ dominum gloriæ crucifixissent. 2. b. c.

ℭQuis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona cōuersatiōe operationē suā in mansuetudine sapientię. Qꝫ si [o] zęlum amarum habetis: & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia de sursum descendēs a patre luminū: sed terrena / animalis / diabolica. Vbi enim zęlus & contentio: ibi inconstantia & omne opus prauū. Quæ autem de sursum est sapientia: primū quidem pudica est / deinde pacifica / modesta / suadibilis / bonis consentiens: plena misericordia & fructibus bonis: iudicans sine simulatione: fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacē. Iacobi. 3. d.

ℭCætera in verbis Abscondere. Ecclesiastici. 4. d. Antiquus. Iob. 12. b. Caro. ad Romanos. 8. a. Consiliū. Prouerbiorum. 21. d. Derisor. Prouer. 14. a. Dimittere. Prouerb. 29. c. Disciplina. Eccli vlti. d. Diuitiæ. Ecclēs 7. b. Doctrina. Prouer. 1. a. Domus. Prouerb. 24. a. Facies. Prouer. 17. d. Fatuus. Ecclesiastici. 21. c. Ferrum. Ecclesiastes. 10. b. Fides. Iacobi. 1. a. Homo. Ecclesiastes. 8. a. Humilitas. Prouerbiorū. 11. a. Lætificare. Eccli. 40. c. Lex. Psalmo. 18. b. Ociosus. Ecclesiastes. 2. c. Operari. Ecclesiastes. 9. c. Opera. Psalmo. 103. c. Prædicatio. 1. Corinthios. 2. a. Prudentia. Prouerbiorum. 2. a. b. & 3. b. c. & 4. a. & 7. a.

Sarai et Sara. ℭRequire sententias in verbis Abram Genesis. 16. a. b. c. Abraham. Genesis. 17. c. 18. a. b. 20. a. d. 21. a. b. 23. a. & d. Mulier. 1. Petri. 3. a. & Tobias. Tobiæ. 3. b. c. d. 4. c. 7. b. & d. & 8. a.

Sarcina. ℭRecurre ad verbum Dauid. 1. Regum. 29. c.

Sathā et Sathanas. ℭReqre sentētias ī verbis Angelꝰ. 1. Cori. 11. e. Blasphemare. 1. Cor. 1. g. Iesus. Zach. 3. a. & Mat. 4. b. & 16. c. Iob. Iob. 1. b. c. & 2. a. b. c. & Videre. Apo. 20. a.

Satiare et Satiatus. ℭRecurre ad verba Abundare ad Philippēses. 4. c. Cupidus. Ecclesiastici. 14. b. Egestas. Prouer. 30. b. Gloria. Psal. 16. in fine. Laborare. Ecclēs. 4. b. Mel. Prouerbiorum. 25. b. & Operari. Pouerbiorum. 12. b.

Satisfactio. ℭVide sententias in verbis Aaron. Leuiti. 10. d. & Ratio. 1. Petri. 3.

Saturare Saturatus et Saturitas. ℭCū comederint & saturati crassiq; fuerit: auertētur ad deos alienos / & seruiēt eis: detrahentq; mihi / & irritum faciēt pactū meum. Deutero. 31. c

ℭAnima [p] saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Prouer. 27. a.

¶Cætera in verbis Beatus. Matthæi.5.a. Hierusalem. Ezechielis.16.f. Honorare. Prouerbior.3.b. Murmurare. Psal.58.c.& Pauper. Psal.21.f.

1.Regū.9.a.b.c. **Saul.** ¶Erat vir de Beiamī noīe Cis filiꝰ Abiel filij Seor filij Bechor filij Sareth filij Alphia filij viri Iemini fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul/electus & bonus: & non erat vir de filijs Israel melior illo: ab humero & a sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asinæ Cis patris Saul. Et dixit Cis ad Saul filium suum. Tolle tecū vnū de pueris: & consurgens vade & quere asinos. Qui cū transissent per mōtem Ephraim & per terram Salisa/& non inuenissent: transierunt etiam per terram Salim/& non erant: sed & per terram Iemini: & minime repererunt. Cum autem venissent in terram Zuph & non inuenissent: dixit Saul ad puerum qui erat cum eo. Veni & reuertamur ne forte dimiserit pater meus asinas/& sollicitus sit pro nobis. Qui ait ei. Ecce vir dei est in ciuitate hac/vir nobilis: omne quod loquitur sine ābiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc: si forte indicet nobis de via nostra propter quā venimus. Dixitq̧ Saul ad puerum suū. Ecce ibimus. Quid feremus ad virum dei? Panis deficit in sistarcijs nostris & sportulā non habemus vt demus homini dei: nec quicq̄ aliud. Rursum puer respondit Sauli: & ait. Ecce [q] inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini dei vt indicet nobis viam nostram. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq̧ vadens consulere deum. Venite & eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie: vocabatur olim vidēs. Et dixit Saul ad puerum suum. Optimus sermo tuus. Veni eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir dei. Cumq̧ ascenderent cliuum ciuitatis: inuenerūt puellas egredientes ad hauriendam aquā & dixerunt eis. Num hic est vidēs? Quæ respondentes: dixerunt illis. Hic est. Ecce ante te. Festina nūc. Hodie enim venit in ciuitatem: quia sacrificium est hodie populi in excelso Ingredientes vrbem statim inuenietis eum: anteq̄ ascendat excelsum ad vescendum. Neq̧ enim comesturus est populus donec ille veniat: quia ipse benedicet hostiæ & deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite: quia hodie reperietis eum. Et ascenderūt in ciuitatem. Cumq̧ illi ambularent in medio vrbis. apparuit Samuel egrediens obuiam eis/vt ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnā diē/q̄ veniret Saul: dicēs. Hac ipsa hora quæ nūc est/cras mittā virū ad te de terra Beniami: & vnges eū ducē super populū meū Israel. Et saluabit populū meū de manu Philistinorū: quia respexi populū meū Venit enim clamor eorū ad me. Cūq̧ aspexisset Samuel Saulē: dn̄s dixit ei. Ecce vir quē dixerā tibi: iste dominabitur pplō meo.

9.c.d ¶Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ: & ait. Indica oro michi vbi est domus videntis. Et respondit Samuel Sauli: dicens. Ego sum videns. Ascende ante me in excelsum vt comedas mecum hodie: & dimittam te mane: & omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti ne solicitus sis: quia inuentæ sunt: & cuius erunt optima quæq̧ Israel. Nonne tibi & omni domui patris tui? Respondit autem Saul & ait. Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel: & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beiamin? Quare ergo loquutꝰ es michi sermonē istū? Assumens itaq̧ Samuel Saulē & puerū eius: introduxit eos in triclinīū: & dedit eis locū in capite eorū qui fuerant inuitati. Erant enī quasi trigīta viri. Dixitq̧ Samuel coquo. da partē quā dedi tibi: & pręcepi vt reponeres seorsū apud te. Leuauit [r] autē coquus armū & posuit ante Saul. Dixitq̧ Samuel. Ecce quod remāsit pone ante te & comede: quia de industria seruatū est tibi: quando populū vocaui Et comedit Saul cū Samuele ī die illa: & descēderūt de excelso ī oppidū: & loquutꝰ est cū Saule in solario: strauitq̧ Saul ī solario/ & dormiuit. Cūq̧ mane surrexisset/& iā dies lucesceret: vocauitq̧ Samuel Saulē ī solario dicēs. Surge & dimittā te & surrexit Saul. Egressiq̧ sunt ambo: ipse videlicet & Samuel.

[q] ¶Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti. Quarta pars stateris. i. quarta pars sicli. Stater enī & siclus idē sūt. Siclus autē. 20. obolos habet. Quarta ergo pars sicli quinq̧ sunt oboli. Hęc declaratio est de Lira: & ante eū est Hiero. in Michea propheta. & habetur in c. Iudices. versi. Nec moueat. 1. q. 1. vbi vlterius dicit Hiero. Ex hoc loco sumendū non esse argumentū donū pphetiæ vel aliud spirituale vendi posse. Non enim scriptū est q̧ Samuel quicq̄ de hac quarta parte stateris acceperit/aut q̧ ei quicq̄ oblatum fuerit: quin potius Saul & puer eius a Samuele pastū habuerunt. Sed fac eum accepisse: non tamen in precium prophetiæ accepisset/sed in stipitem. i. sustentationem necessitatis tabernaculi & ministrorum eiꝰ. quia talia non accipiuntur a bonis viris intuitu prophetię/sed in vsus necessarios templi & ministrorū. vnde non est probabile q̧ tam sanctus propheta corruptus esset tā modico precio: scilicet. 5. obolorū: vt prophetiā vendere intenderet. Et facit: q̄a modicitas mūeris accepti excludit p̄sūptionē simoniæ. tex. est in c. Etsi q̄stiōes. & ibi per Panor. & alios. de simonia.

[r] ¶Leuauit autem coquus armū & posuit ante Saul. Prīcipes a Christi tēpore (saltē vt frequētiꝰ) nō vnguntur in capite/sed in brachio siue in hūero vel in q̄bus principatus congrue

Cũq; descenderent in extrema parte ciuitatis/Samuel dixit ad Saul. Dic
puero vt antecedat nos & transeat. Tu autem subsiste paulisper : vt indi-
cem tibi verbum domini.
¶Tulit autem Samuel lenticulam olei: & effudit super caput Saulis: & 1 Re.10.a.b.c
deosculatus est eum: & ait. Ecce vnxit te dominus super hæreditatē suā/
in principem: & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius
qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum: quia [s] vnxit te dominus in
principem. Cumq; abieris hodie a me / inuenies duos viros iuxta sepul-
chrum Rachel in finibus Beniamin in meridie: salientes magnas foueas
dicentq; tibi. Inuentæ sunt asinæ ad quas ieras perquirendas : & inter-
missis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis: & ait quid faciam de filio?
Cumq; abieris inde/& vltra transieris & veneris ad quercum Thabor :
inuenient te ibi tres viri ascendentes ad deum in Bethel. vnus portās tres
hedos: alius tres tortas panis/& alius portans lagenam vini. Cumq; te sa-
lutauerint: dabunt tibi duos panes & accipies de manu eorum. Post hæc
venies in collem domini vbi est statio Philistinorum. Et cum ingressus
fueris ibi vrbem: obuium habebis gregem prophetarum descendentium
de excelso: & ante eos psalterium & tympanum: & tibiam & citharam:
ipsosq; prophetantes: & insiliet in te spiritus domini/& prophetabis cum
eis & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hæc om
nia tibi: fac quæcunq; inuenerit manus tua: quia dominus tecum est. Et
descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendā ad te: vt offeras obla
tionē & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis donec ve
niam ad te & ostendam tibi quid facias. Itaq; cum auertisset Saul hume-
rum suum vt abiret a Samuele immutauit ei deus cor aliud: & venerunt
omnia signa hæc in die illa. Veneruntq; ad prædictum collē & ecce cune
us prophetarum obuius ei. Et insiluit super eum spiritus domini: & pro-
phetauit [t] in medio eorum. Videntes autē omnes qui nouerant eū heri &
nudiustertius q̄ esset cum prophetis & prophetaret: dixerūt ad inuicem.
Quænam res accidit filio Cis? Nū & Saul inter prophetas? Responditq;
alius ad alterū: dicēs. Et Cis pater eius. Propterea versū est in prouerbiū.
Nū & Saul inter ꝓphetas. Cessauit aūt prophetare & venit in excelsum.
¶Dixit patruus Saul ad eum & ad puerum eius. Quo abistis? Qui re- 10.c.
sponderunt. Quærere asinas: quas cum nō reperissemus/venimus ad Sa-
muelē. Et dixit ei patruus suus. Indica michi quid dixerit tibi Samuel.
Et ait Saul ad patruum suū. Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ.
De sermone autē regni non indicauit ei quē loquutus fuerat ei Samuel.
¶Conuocauit Samuel populum ad dominum in Masphat: & ait ad fi- 10.c.d
lios Israel. Hęc dicit dominus deus Israel. Ego eduxi Israel de Aegypto:
& erui vos de manu Aegyptiorū & de manu omniū regū qui affligebāt
vos. Vos autē hodie proiecistis dominum deū vestrum qui solus saluauit
vos de vniuersis malis/& tribulationibꝰ vestris: & dixistis. Nequaq̄. Sed
regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vē
stras & per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel: & cecidit
sors super Beniamin. Et applicuit tribū Beniamin & cognationes eius :
& cecidit super cognationem Metri/& peruenit vsq; ad Saul filium Cis.
Quæsierunt ergo eum & non est inuentus illic. Et consuluerunt post
hæc dominū vtrum nam venturus esset illuc. Respōditq; dominus. Ecce
absconditus est domi. Cucurrerunt itaq; & tulerunt eum inde. Stetitq;
in medio populi: & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Et
ait Samuel ad omnē populū. Certe [v] videtis quē elegit dominus: quoniā
non [x] sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus: & ait.

designatur. iuxta illđ quod legitur. Factus est principatus super humerum eius. Ad quod etiam significandum Samuel fecit poni armū ante Saul : cui dederat locum in capite ante eos q̄ fuerant inuitati. Ita dicit textus in ca. Vnico. §. vnde in veteri testamento. de sacra. vnctio.

s ¶Quia vnxit te deus in principem. His verbis aperte videtur innui q̄ Saul fuerit a domino electus in regem : sed contrarium legitur Osee. 8. Dum ibi dicitur. Fecerunt sibi regem/& non per me: & principem / & non per consiliū meum. Quod dictum solet itelligi/de Saule primo rege filiorum Israel. Dici potest q̄ licet dominus Saulē elegerit & regem fieri iusserit (vt hic & secunda superiori sententia) nichilominus (quia non secundū voluntatem dei/ scilicet spontaneam sed populi clamoribus petentis sibi regem hominē dari extortā) dicitur non voluntate diuina aut consilio constitutus. vnde Samuel rep̄hendens populum illū q̄ regem sibi dari petierat: dixit. 1. reg. 12. ca. nunc pręsto est rex vester quem elegistis. Vbi dicit de Lira: q̄ licet Saul fuerit electus a deo: tamē ista electio imponitur populo: eo q̄ ad petitionem populi facta fuit. Præmissa sunt Archidiaconi & Ioan. de Turrecre. in c. Audacter. 8. q̄st. 1. De hac aūt vnctione Saulis per Samuelē est textꝰ cū gl. in verb. Exemplo. in c. 1. 75. distin.

t ¶Et prophetauit in medio eorū. Prophetauit Saul & alio tempore cum iam domini ab eo spiritus abscessisset: Cum. s. sanctum Dauid persequeretur. Nō ergo se iactent q̄ forte sine charitate habent sanctum munus dei. sed videant qualem rationē sint habituri cum deo qui sanctis non sancte vtuntur. c. Prophetauit. in prin. 1. q. 1.

v ¶Certe videtis quē eligit dn̄s. Recurre ad s. dam superiorē annota.

x ¶Quoniā nō sit similis illi in omni populo. Hinc elici pōt regem debere subditos suos morū honestamento pręcellere. Vilissimus namq; censendus est qui p̄cellit dignitate: nisi & morum honestate pręcellat. capi. Vilissimus. 1. quæst. 1.

Viuat rex. Loquutus est autem Samuel ad populum legem regni: & scripsit in libro & reposuit coram domino: & dimisit Samuel omnem populum/singulos in domũ suam. Sed & saul abijt in domũ suam in Gabaa. Et abijt cum eo pars exercitus: quorũ tetigerat deus corda. Filij vero Belial dixerũt? Nũ saluare nos poterit iste. Et despexerunt eum: & non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire.

1 Re.11.a.bc. ¶ Victoria per Saulẽ cõtra Ammonitas habita: habetur. 1. Reg. 11. a. b. c.

11.d. ¶ Dixit Samuel ad populũ. Venite & eamus in Galgala & innouemus ibi regnũ. Et perrexit omnis populus in Galgala: & fecerunt ibi regem Saul corã domino in Galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino. Et lætatus est ibi Saul/& cuncti viri Israel nimis.

13.a. ¶ Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset. Duobus autẽ annis regnauit super Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel. Et erant cũ Saul duo milia in Machmas & in monte Bethel. Mille autem cum Ionatha in Gabaa Bẽiamin. Porro cæterum populum remisit vnũquemq; in tabernacula sua. Et percussit Ionathas stationem Philistinorũ q̃ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philistijm: Saul cecinit buccina in om̃i terra: dicens. Audiant Hebræi. Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam. Percussit Saul stationem Philistinorũ. Et erexit se Israel aduersus Philistijm. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala.

13.b.c. ¶ Cũ adhuc esset Saul in Galgala: vniuersus populus perterritus est qui sequebatur eum. Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis & non venit Samuel in Galgala. Delapsusq; est populus ab eo. Ait ergo Saul. Afferte michi holocaustum & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumq; cõplesset offerens holocaustum: ecce Samuel veniebat. Et egressus est Saul obuiam ei vt salutaret eum. Loquutusq; est ad eum Samuel. Quid fecisti? Respondit Saul. Quia vidi q; populus dilaberetur a me/ & tu non veneras iuxta placitos dies. Porro Philistijm congregati fuerant in Machmas: dixit. Nunc descendent Philistijm ad me in Galgala & faciem domini non placaui. Necessitate compulsus obtuli holocaustum domino. Dixitq; Samuel ad Saul. Stulte [z] egisti/nec custodisti mandata domini dei tui quæ præcepi tibi. Quod si non fecisses/iam nũc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaq̃ re-

y ¶ Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset. Idest Saul humilis erat velut paruulus & lactens in sui principatus initio: & aliquo tempore in ea morum probitate regnauit. sed postea cor suum auertit a domino & vias suas deprauauit. Vnde rex malus dici solet nulla boni sui principij consideratione habita. tex. est in d. c. Prophetauit. in verbo Saul rex malus. 1. quæsti. 1. & ita appellat eum de Turre cre. in c. Multi. in prin. eadem cau. & quæsti.

z ¶ Stulte egisti: nec custodisti &c. Hoc loco satis aperte probatur ea ministeria q̃ spectant ad clericos non esse a laicis vsurpanda/etiam necessitate suadente. An aũt istud sit indistincte verum/aduertas breuiter/ faciendo regulam in hac materia: q; scilicet de spectantibus ad clericos/illud solum licet laico qd reperitur sibi expresse concessum. Hanc regulã ponit Inno. in c. Quanto. de consuetudine. & originaliter glos. finalis. in fi. in c. fi. 24. quæsti. 1. Quę autẽ sint expresse laicis concessa tempore necessitatis: dic q; sacramentũ pœnitentiæ. Nam tempore necessitatis potest quis confiteri laico: non tamen per istum potest absolui: sed ex contritione & obediẽtia ex tali confessione cognita/ est dignus venia: vt est tex. no. Augustini. de pœni. distin. 1. c. Quem pœnitet. versicu. Tanta vis. Et idẽ (q; scilicet licitum sit confiteri laico in necessitate) tenet glo. in ca. Pastoralis. §. Preterea. de offi. ordina. glo. in c. 2. de pœni. & re. in. 6. & in ca. A nobis. 2. in verbo Potuerit. de sent. excõ. Quod est verum etiã respectu mulieris. Necessitatis enim tempore potest quis cõfiteri peccata sua etiã mulieri. Notat Hostiẽ. in summa. ti. de pœni. & remis. §. Cui confitendũ. versi. 7. pro tempore necessitatis. Aduerte tamẽ q; talis cõfessio laico facta non diminuit de pœna purgatorij: vt faceret cõfessio facta sacerdoti secutã eius absolutiõe secũdũ Tho. in. 4. distinct. 20. quæsti. 1. Arti. 1. Et hinc est etiam q; finito periculo debet confessio facta laico reiterari sacerdoti secũdum Tho. in. 4. distinct. 17. q. 3. Arti. 3. hæc dicta Thomę refert & sequitur Fely. in d. c. Pastoralis. §. pręterea. col. fi. Secũdo aduerte q; confessio facienda laico est de consilio non de pręcepto: vt in summa Pisana. in verbo Confessio. in. §. vtrum licet confiteri laico. Contrarium tenet Domi. in ca. Vnum orariũ. §. Criminis. 25. distinc. per c. Qui vult. & d. c. quẽ pœnitet. in verbo confitearis laico. de pœni. distinc. 1. Item propter verecundiam q̃ fuit causa inducendi confessionem sacramentalem q̃ ratio secundũ ipsum militat respectu laici sicut respectu sacerdotis. Sed considera q; licet ista sit opinio tutior/tamen pręcedens videtur benignior: quia laicus audiens confessionem non astringitur ad celationem per pœnam. d. c. Omnis. de pœ. & remis. loquentis de sacerdote licet peccet mortaliter reuelãdo vt per Ricar. in. 4. dist. 21. q. 5. Arti. 4. sed q; ibi cadat sigillum confessionis non reperio scriptum. vnde asperum videtur astringere quem inuitum ad reuelanda peccata sua homini/ad omnimodã celationem non obligato. Nam cõtingere potest q; productus in testem cogeretur id testificari: quia solus sacerdos dicitur scire vt deus. & non sufficit dicere. dico tibi in pœnitẽtia/nisi sit ibi potestas clauium. Vnde non est mirum si glo. & doc. de hac materia loquentes vtũtur verbo potest/ & nõ verbo tenetur. Nec ob. d. ca. Quem pœnitet: quia verba ipsius potius sunt permissiua q̃ obligatiua. Ita in hac materia loquitur Fely. in d. c. Pastoralis. §. pręterea. colũ. fi. Panor. tamen in d. c. Quanto. dicit q; in necessitate si non inueniatur copia sacerdotis quis potest & debet confiteri laico. Sed istud nullo iure cauetur. Vnde opi. Fely. verior videtur. Secundo licet laico cõferre sacramentum baptismi tempore necessitatis/etiam si sit mulier. c. Mulier. de conse. distinct. 4. & c. Quod quidam. 1. q. 1. vbi fortius probatur q; q̃uis laicus extra casum necessitatis non debeat baptisare: si tamen baptisauerit tenet baptismus: & ipse laicus puniendus est. quia vsurpauit officium clericis deputatum. Tertio dicunt quidam q; sacramentum eucharistię potest necessitatis tempore (vt quia de alicuius vita dubitatur/ & sacerdos non reperitur) per laicum conferri. Nec ob. c. fi. 24. quæsti. 1. quia loquitur de hęretico/a quo non est licitum recipere Eucharistiã/etiam necessitatis tempore: quinimmo dixerunt plerique q; tempore necessitatis potest quis per seipsum illud sacramentum recipere. Sed Inno. collecta. & Panor. in d. c. Quanto. dicunt q; nedũ laico/sed nec etiam diacono licet illud sacramentum attentare. Et hoc per regulam. s. positam. Non enim istud inuenitur laico concessum. igitur &c. Et eadem ratiõe dicit ibidem Panor. extremã vnctionem per laicũ necessi-

gnum tuum vltra conſurget. Quæſiuit dominus ſibi virū iuxta cor ſuū: & pręcepit ei dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum: eo ꝙ non ſeruaueris quæ præcepit dominus.

¶Adiurauit[a] Saul (contra Philiſteos pugnaturus) populum: dicēs. Maledictus vir qui comederit panem vſqꝫ ad veſperum: donec vlciſcar de inimicis meis. Et non manducauit vniuerſus populus panē. Omniſqꝫ terrę vulgus venit in ſaltum in quo erat mel ſuper faciē agri. Ingreſſus eſt itaqꝫ populus ſaltum / & apparuit fluens mel: nulluſqꝫ applicuit manum ad os ſuum. Timebat enim populus iuramentum. Porro Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum. Extenditqꝫ ſūmitatem virgæ quā habebat in manu: & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum ſuā ad os ſuum. Et illuminati ſunt oculi eius. Reſpondenſqꝫ vnus de populo ait. Iureiurando conſtrinxit pater tuus populum: dicens. Maledictus vir qui comederit panem hodie. Defecerat autē populus. Dixitqꝫ Ionathas. Turbauit pater meus terram. Vidiſtis ipſi quia illuminati ſūt oculi mei: eo ꝙ guſtauerim paululum de melle iſto. quanto magis ſi comediſſet populus de pręda inimicorū ſuorū, quam reperit. Nonne maior plaga facta fuiſſet in Philiſtijm. Percuſſerunt ergo in die illa Philiſteos a Machmis vſqꝫ in Hailon. Defatigatus eſt aūt populus nimis: & verſus ad prædam tulit oues & boues & vitulos: & mactauerunt in terra. Comeditqꝫ populus cum ſanguine. Nunciauerunt autem Sauli: dicentes ꝙ populus peccaſſet domino comedēs cū ſanguine. Qui ait. Præuaricati eſtis. Voluite ad me iam nūc ſaxum grande. Et dixit Saul. Diſpergimini in vulgus & dicite eis: vt adducat ad me vnuſquiſqꝫ bouem ſuum & arietem: & occidite ſuper iſtud: & veſcimini. Et non peccabitis domino comedentes cū ſanguine. Adduxit itaqꝫ omnis populus vnuſquiſqꝫ bouem in manu ſua vſqꝫ ad noctem. Et occiderunt ibi. Aedificauit autē Saul altare domino. Tuncqꝫ primū cœpit ędificare altare domino. Et dixit Saul. Irruamus ſuper Philiſteos nocte: & vaſtemus eos vſqꝫ dū illuceſcat mane / nec relinquamus ex eis virum. Dixitqꝫ populus. Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis / fac. Et ait ſacerdos. Accedamus huc ad deum: & conſuluit Saul dominū: dicens. Num perſequar Philiſtijm? Si trades eos in manꝰ Iſrael. Et non reſpondit ei in die illa. Dixitqꝫ Saul. Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. Viuit[b] dominus ſaluator Iſrael: quia ſi per Ionatham filium meū factum eſt / abſqꝫ retractione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuerſum Iſrael. Separamini vos in partem vnam: & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Reſponditqꝫ populus Iſrael ad Saul. Quod bonum tibi videtur in oculis tuis / fac. Et dixit Saul ad dominum deum Iſrael. Domine deus Iſrael da iudiciū: quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodie. Si in me aut Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc. Da oſtenſionē. Aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo: da ſanctitatem. Et deprehenſus eſt Ionathas & Saul: populus autem exiuit. Et ait Saul. Mittite ſortē inter me & inter Ionatham filiū meū: & captus eſt Ionathas. Dixit autem Saul ad Ionathā. Indica michi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas: & ait. Guſtans guſtaui in ſūmitate virgæ quæ erat in manu mea paululum mellis: & ecce ego morior: & ait Saul. Hæc faciat michi deus / & hæc addat: quia morte morieris Ionatha. Dixitqꝫ populus ad Saul. Ergo ne Ionathas morietur: qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? Hoc nephas eſt? Viuit dominus ſi ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cum deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionathā: vt nō moreretur. Receſſitqꝫ Saul nec perſecutꝰ

1. Regū. 14. d. e. f. g.

tatis tempore conferri non poſſe. Et ex conſequēti nec alia clericis attributa. Niſi laicis expreſſe reperiantur permiſſa.

a ¶Adiurauit Saul populū dicens &c. An Saul hanc adiurationem faciendo peccauerit / Nicolaus de Lira hic late diſputat. Et eiꝰ reſolutio eſt ꝙ ſic: quia caſum neceſſitatis non excluſit / nec verbo nec itellectu / quod patet ex hocꝙ Ionatham filium ſuū qui in neceſſitate poſitus / modicum mellis comedit voluit occidere. Caſus vero neceſſitatis ab omni lege vel pcepto excipi debet: ſi non verbo ſaltem intellectu. facit capi. Si propter neceſſitatem. de fur. igitur &c. Et ita etiam Saulem ſcilicet peccaſſe tenet Io. de Turrecre. in c. fi. in fi. 22. queſti. 2.

b ¶Viuit dominus ſaluator Iſrael: quia ſi p Ionatham &c. Hoc iuramētū videtur illicitum. Nō enim Ionathas contra patris pręceptum comedendo / debuit mori: triplici ratiōe. Primo quia (vt ſuperius dicit) patris pręceptum ignorauit. c. Cognoſcentes. de conſtitu. Secundo: quia in neceſſitate poſitus comedit. Ex labore etiam prælij & ieiunio & calore ſolis ita erat fatigatꝰ ꝙ oculi eiꝰ & alij ſenſꝰ erāt depreſſi: propter qd dicitur ꝙ melle guſtato illuminati fuerūt eius oculi: quia corde confortato & reſumptis viribꝰ facies fuit exhilarata & viuacitas ſenſuū rediijt. Tertio quia pręceptū patris neceſſitatem non excludēs / fuit temerarium & iniquū. Vnde etiam peccauit Saul. Ita de Turrecre. in d. c. fi. §. fi. 22. queſti. 2. Dicunt tamē quidamꝙ Saul iuſte voluit interficere filiū ppter tranſgreſſionē pcepti: tum quia non parens duci belli debet mori / etiam ſi res proſpere ſucceſſerit. l. 3. §. in bello. ff. de re mili. tum quia edictū ſiue pręceptum Saulis fuerat publice factū. vnde non videtur excuſandus. c. 1. de poſtula. pla. tū quia neceſſitas ſua non videtur fuiſſe vrgēs. quia modico mellis non fuiſſet reſtituta. Et pro hac opinione videt eſſe bo. tex. in d. c. fi. §. fi. dum ibi dicitur. Epiſcopus de quo agitur / & ſi falſum iurauit: tamen quia ream linguam nō facit niſi rea mens / nequaꝗ reus periurij habetur. Probatur hoc exemplo Saulis: qui cum eſſet in caſtris pu

g naturus cōtra Philisteos/iurauit se interfecturū quicūq; ante solis occasum comederet. Ionathas aūt filius eius non audito regis iuramento: cū pugnando magnā hostium stragem dedisset/ & salutē fecisset in Israel/ fame laborans vidit fauū mellis quem regia virga quā gestabat in manibus accepit & comedit: statimq; oculi quos fere fames clauserat aperti sunt: & facies eius exhilarata est: quo comperto Saul voluit eum dari neci/sed precibus & pia populi supplicatione placatus: mortis reuocauit sententiam/ne interficeretur ille per quem salus data erat in Israel; & quo pugnante de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsū iurauit: quia qd iurādo se facturū decreuit/ precibus populi prouocatus nō fecit. Nec tñ periurij reus arguitur: quia q̄tum in ipso fuit quod iurauit impleuit dum sententiam mortis in filiū dedit: quam non carnali affectu/sed populi supplicatione reuocauit. Hæc tñ pondera q̄ Saul excusatur a periurio: quia iuramentū implere voluit sed nequiuit. Sequit̄ ergo q̄ iuramentum fuit licitū: alias ipsum non implendo/etiā voluntarie nō incurrisset periuriū: quia nō est obligatoriū contra bonos mores præstitum iuramentū. Vulgato c. Non est. de regu. in. 6. immo adimplēdo peccasset. ca. fi. Est etiā. c. Vnusquisq; cū simi. lib9. 22. q. 4. Sed verior videtur præcedens opinio: q̄ licet Saulis iuramentū fuerit illicitū/ saltē si Ionathæ filij sui necessitatē cognouerit. Erat em̄ satis vrgēs vt probatur in d. c. fi. ibi. quos fere fames clauserat. Et esto q̄ omnino nō fuisset vrgēs? tamē debuit excusari: si nō a toto saltem a tanto: prout est bo. tex. & ibi notatur in d. c. Si propter necessitatē. de fur. debuit etiā tñ excusare ignorantia licet fuerit publice propositū p̄ceptū: quia absens erat/prout legitur ī hoc capitulo circa princip. quia ignorantia præcepti etiam publice propositi excusat. c. fi. Qui ma. accu. sa. pos. Non ob. tex. in d. c. fi. quia licet ibi dicant̄ q̄ excusatur Saul a piurio: quia iuramētū voluit seruare & ꝓpter populi supplicationē nō potuit: nō tñ ꝓpterea sequitur q̄ incurrisset periurium si sponte noluisset seruare: quia illud ex dicto. §. fi. elici non potest: nisi argumento sumpto a contrario. Argumētū autē a contrario nunq̄ sumi debet vbi resultat absonus intellectus. ca. Cum apostolica. de his que sunt a præla. igitur &c.

est in Philistijm. Porro Philistijm abierunt in loca sua. At Saul cōfirmato regno super Israel: pugnabat per circuitū aduersum omnes inimicos eius/contra Moab & filios Ammō & Edom: & reges Soba & Philisteos: & quocūq; se verterat superabat. Cōgregato exercitu percussit Amalech & eruit Israel de manu vastatorum eius. Fuerunt autem filij Saul Ionathas & Iesui & Melchisua: & nomina duarum filiarum eius. Nomē primogenitæ Merob/ & nomen minoris Michol: & nomen vxoris Saul Achinoem filia Achimas. Et nomen principis militiæ eius Abner filius Ner patruelis Saul. Porro Cis fuerat pater Saul: & Ner pater Abner filius Ahiel. Erat autē potens bellum aduersum Philisteos omnibus diebus Saul. Nam quēcunq; viderat Saul virum fortem & aptum ad prœliū sociabat eum sibi.

1. Re. 15. a. b. ¶ Dixit Samuel ad Saul. Me misit dominus: vt vngerem te in regem super populum eius Israel. Nunc ergo audi vocem domini: Hæc dicit dominus exercituum. Recensui quæcunq; fecit Amalech Israeli: quemodo restitit ei via cū ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade/ & percute Amalech: & demolire vniuersa eius. Non parcas ei: & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierem: & paruulum & lactentem: bouem [bb] & ouem/ camelū & asinū. Præcepit itaq; Saul populo & recensuit eos quasi agnos ducenta milia peditum/ & decem milia virorum Iuda. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalech: tetendit insidias in torrente. Dixitq; Saul Cineo. Abite/recedite atq; discedite ab Amalech: ne forte inuoluā te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cū omnibus filijs Israel/cum ascenderent de Aegypto. Et recessit Cineus de medio Amalech. Percussitq; Saul Amalech ab Euila donec venit ad Sur quæ est in regione Aegypti. Et apprehēdit Agag regem Amalech viuū. Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus Agag: & optimis gregibus ouium & armentorum/vestibus & arietibus: & vniuersis quæ pulchra erant: nec voluerunt disperdere ea. Quicquid vero vile fuit & reprobum hæc demoliti sunt.

ff. b. c. d. e. f. ¶ Factum est autem verbum domini ad Samuel: dicens. Pœnitet [c] me q̄ constituerim Saul regem: quia dereliquit me: & verba mea opere non impleuit. Contristatusq; est Samuel: & clamauit ad dominū tota nocte. Cumq; de nocte surrexisset Samuel vt iret ad Saul mane: nunciatum est Samueli: eo q̄ venisset Saul in Carmelum: & erexisset sibi fornicē triūphalem: & reuersus transisset/descendissetq; in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul: & Saul offerebat [d] holocaustū domino de initijs prædarū quę attulerat ex Amalech. Et cū venisset Samuel ad Saul: dixit ei Saul. Benedictus tu domino. impleui verbum domini. Dixitq; Samuel. Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis: & armentorū quā

bb ¶ Bouem & ouem & camelum & asinū. Peccato Amalechitarū animalia eorū iussa sunt interfici. quibus quia Saul pepercit: audiuit a Samuele. Nescis quia peccatū ariolandi est repugnare/ & quasi scelus idolatrię nolle acquiescere. Peccato quoq; ciuium/thesauri Hiericho anathematizati leguntur: sed hęc causa sacramenti facta sunt. Hiericho enim luna interpretatur. & significat mundum istum. Amalechitę interpretantur lingētes sanguinem: & significant cupidos/auaros & dęmones. Israelitę interpretantur viri videntes deum: & significant multitudinem sanctorum. Lapides ergo & thesauri Hiericho anathematizantur. Animalia Amalechitarum interfici iubentur: ad examinandam cupiditatem Israelitice plebis. & vt significaretur/q̄ muri vitiorum/ & huius mundi thesauri: qui per lapides & thesauros Hiericho designantur/irrationales quoq; vitiorum motus; qui per animalia Amalechitarum intelliguntur/non debent transire in sortem sanctorum. tex. est de p̄missis in c. Ecclesia. 1. & 2. Rñ. Iuncto. §. his ita respondet. versi. Causa sacramenti. 1. q. 4.

c ¶ Pœnitet me q̄ constituerim Saul regem. Recurre ad verbum Samuel.

d ¶ Offerebat Saul holocaustū domino de initijs p̄darū. Nō vult dominus rapinā in holocaustū. ca. Nō mediocriter

in fi. de conse. distinc. 5. Hæc aũt pda/rapina erat: quia deo prohibente accepta. c. Meretrices. 32. quęsti. 4. igitur &c.
e ¶Nonne cum paruulus esses in oculis tuis &c. Paruulum se Saul prius vidit/sed elatus potentia iam se paruulũ non videbat. Sed cum apud se paruulus/apud deum magnus. Cum apud se magnus/apud deum paruulus fuit. Deo enim humilitas semper amica: superbia vero semper exosa fuit. Notatur per glo. in cle. I. in verbo Humilitatis. de relig. domi.
f ¶Melior est obedientia q̃ victimæ. Declara vt in verbo Obedientia. g ¶Neq; enim homo est vt agat pœnitentiam. Huic sententię cõtrarium videtur quod dicit domin9 ad Hieremiã. Repẽte loquar aduersus gẽtem/ & aduersus regnũ: vt eradicem & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo/agam & ego pœnitentiã a malo quod cogitaui vt facerem eis. Dici potest post S. Tho. q volũtas dei cum sit causa prima & vniuersalis/ nõ excludit causas medias/ingrum virtuales sunt vt aliqui effectus producantur: sed quia omnes causæ non adęquant virtutẽ causę primę. Multa sũt in virtute & scientia & volũtate diuina/ quæ non cõtinentur sub ordine causarum inferiorum: sicut resuscitatio Lazari. Vnde aliquis respiciẽs causas inferiores dicere poterat. Lazarus non resurget. Et vtrunq; horum de9 vult scilicet q aliquid quandoq; sit futurũ secũdũ causas inferiores: quod tamen non sit futurum secundũ causam superiorem & econuerso: sic igitur dicendum est q aliquando deus pronũciat aliquid futurum secũdũ quod continetur in ordine causarum inferiorum: vtputa secundũ dispositionem naturæ vel meritorũ quod tamen non fiet: quia aliud est in superiori causa diuina/ sicut prędixit regi Ezechiæ. Dispone domui tuæ: quia morieris & non viues. Nec tamen ita euenit: quia aliter ab æterno fuit in scientia & volũtate diuina. propter quod dicit Gregorius. Deus mutat sententiam sed non consilium. Quod ergo dicit pœnitentiam agã/ intelligitur metaphorice dictum. s. habita relatione ad opinionem hominum. Nam homines quando nõ implẽt qd comminati sunt/ pœnitere videntur. Ita. Io. de Turrecremata: in ca. Immutabilis. colum. I. versic. Ad secundam respondetur. 22. quæsti. 4.

ego audio? Et ait Saul. De Amalech adduxerunt ea. Pepercit enim po-
pulus melioribus ouibus & armentis: vt immolarẽtur domino deo tuo:
reliqua vero occidimus. Ait autem Samuel ad Saul. Sine me: & indica-
bo tibi quæ loquutus sit dominus ad me nocte. Dixitq; ei loquere. Et ait
Samuel. Nonne [e] cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Is-
rael factus es? Vnxitq; te domin9 in regem super Israel: & misit te dñs in
viam: & ait. Vade & interfice peccatores Amalech: & pugnabis contra
eos vsq; ad internetionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domi-
ni? sed versus ad prædam es: & fecisti malum in oculis domini? Et ait Sa-
ul ad Samuelem. Immo audiui vocem domini: & ambulaui in via per
quam misit me dominus: & adduxi Agag regem Amalech: & Amalech
interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorum
quæ cæsa sunt: vt immolet domino deo suo in Galgalis. Et ait Samuel.
Nunquid vult dominus holocausta aut victimas / & non potius vt obe-
diatur voci domini? Melior [f] est enim obedientia q̃ victimæ: & ausculta-
re/magis q̃ offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi
est repugnare: & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo q
abiecisti sermonẽ domini: abiecit te dominus ne sis rex. Dixitq; Saul ad
Samuelem. Peccaui: quia pręuaricatus sum sermonem domini: & verba
tua/timens populum & obediens voci eorum. Sed nũc porta quæso pec-
catum meum & reuertere mecum vt adorem dominum. Et ait Samuel
ad Saul. Non reuertar tecũ: quia proiecit te dominus ne sis rex in Israel.
Et conuersus est Samuel vt abiret. Ille autem apprehendit summitatem
pallij eius/quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel. Scidit dominus regnũ
Israel a te hodie: & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triũpha-
tor in Israel non parcet: & pœnitudine non flectetur. Neq; [g] enim homo
est vt agat pœnitentiam. At ille ait. Peccaui. Sed nũc honora me coram
senioribus populi mei & coram Israel: & reuertere mecum vt adorem do
minum deum tuum. Reuersus ergo Samuel sequutus est Saulem. Et ado
rauit Saul dominum.
¶Abijt Samuel in Rhamatha. Saul vero ascendit in domum suam in 1. Regũ. 15. g.
Gabaa: & non vidit Samuel vltra Saul/vsq; ad diem mortis suæ. Verun-
tamen lugebat Samuel Saul: quoniam dominum pœnitebat q consti-
tuisset regem Saul super Israel.
¶Dixit dominus ad Samuelem. Vsq;quo tu lugebis Saul/cum ego pro- 16. a.
iecerim eum ne regnet super Israel. Et supra Samuel.
¶Spiritus domini recessit a Saul: & exagitabat eum spiritus nequam [h] 16. d.
à domino. Dixeruntq; serui Saul ad eum. Ecce spiritus domini malus
exagitat te. Iubeat dominus noster rex: & serui tui qui corã te sunt / quę-
rant hominem scientem psallere cythara: vt quãdo arripuerit te spiritus
domini malus/psallat [i] manu sua: et leuius feras. Et ait Saul ad seruos su-
os. Prouidete ergo michi aliquem bene psallentem/et adducite eũ ad me.

h ¶Spiritus neq̃ a domino. Grego. Diabol9 licet afflictionem iustorum semper appetat. c. Nulli. 3. quæsti. I. tamen si a deo potestatem non accipit/non conualescit. Ex se eñ tentare appetit/sed eos qui tentandi sunt/ & prout tentandi sunt deus iuste tentari permittit. Ideo idem spiritus & domini appellatur/ & nequã seu malus. Domini: per licentiam iustæ potestatis. malus: per desiderium iniustę voluntatis. Formidari ergo non debet/qui nichil nisi permissus valet. q̃uis enim malignitas a domino non sit/potestas nisi a deo non est. capit. Nec mirum. colum. 2. 26. quęsti. 5. i ¶Psallat manu sua & leuius feras. Apprehensa Dauid cythara/Sauli sedabat insaniam. Per Saulem/potentes: per Dauid/vita sanctorum signatur. Cũ ergo Saul ab immũdo spũ arripitur: Dauid canente eius vesania tẽperatur. Quia cũ sensus potentũ per elationẽ in furorẽ vertit dignũ est vt ad salutẽ mẽtis quasi dulcedine cytharę/locutionis nostrę tranquillitate reuocetur. tex. est quo hęc sentẽtia glo. or. pbat inc. Recedite. 45. distinc.

Et respondens vnus de pueris ait. Ecce vidi filium Isai Bethleemitẽ scientem psallere/et fortissimum robore:et virum bellicosum et prudẽtem in verbis/et virum pulcrhum:et domin⁹ est cũ eo. Misit ergo Saul nuncios ad Isai:dicens. Mitte ad me Dauid filium tuum qui est in pascuis. Tulit itaq; Isai asinũ plenũ panibus et lagenam vini/&hedũ de capris vnum et misit per manũ Dauid filij sui Sauli. Et venit Dauid ad Saul et stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis:et factus est eius armiger. Misitq; Saul ad Isai:dicens. Stet Dauid in conspectu meo. Inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur quãdocũq; spiritus domini mal⁹ corripiebat Saul Dauid tollebat cytharam:et percutiebat manu sua:et [k] refocillabatur Saul et leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.

1. Reg.19. d. ¶ Misit Saul lictores in Rhamatha vt raperent Dauid. Qui cũ vidissent cuneũ prophetarum vaticinantiũ:& Samuelẽ stantem super eos:factus [l] est etiam spiritus dñi in illis:& prophetare cœperũt etiam ipsi. Quod cũ nunciatũ esset Sauli:misit & alios nuncios/pphetauerunt aũt & illi. Et rursum misit Saul tertios nuncios qui & propheuauerunt. Et iratus iracundia Saul/abijt etiã ipse in Ramatha:& venit vsq; ad cisternã magnã/ quæ est in Socchot:& interrogauit & dixit. In quo loco sunt Samuel & Dauid. Dictũq; est ei. Ecce in Naioth sũt in Ramatha. Et abijt i Naioth in Ramatha. Et factus est etiam super eũ spiritus domini:& ambulabat ingrediens:& prophetabat vsq; dum veniret in Naioth in Ramatha. Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis:& prophetauit cum cæteris coram Samuele:& cecinit nudus tota die illa et nocte. Vnde et exiuit prouerbium. Num et Saul inter prophetas?

¶ (Saul Dauid cõtra Goliath Philisteũ pugnare volẽtẽ suis voluit armis contegere:vt habetur.1.Regũ.17.et supra in verbo Dauid)

¶ (Goliath Philisteo per Dauid percusso: impẽsaq; sibi mulierum cantu ea gloria/quæ Saulis obtenebrare gloriam videbatur) factus est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Et abhinc varijs eũ concutere persecutionibus cœpit:put hæc videri possunt.1.Regũ.18. et sequentib⁹ capitib⁹ vsq; ad septimũ &vicesimum. Et compẽdiose habetur supra in verbo Dauid.

28.a.b.c.d. ¶ Saul abstulit magos et hariolos de terra:et interfecit eos qui phytones habebãt in vẽtre. Cõgregatiq; sunt Philistijm:et venerũt & castrametati sũt in Sunã. Cõgregauit aũt et Saul vniuersũ Israel:et venerũt in Gelboe. Et vidit Saul castra Philistijm.et timuit et expauit cor eius nimis. Consuluitq; dominum:et non respondit ei neq; per somnia neq; per sacerdotes neq; per prophetas. Dixitq; Saul seruis suis. Quærite michi mulierẽ habentem phytonẽ/et vadam ad eam:et suscitabor per illam. Et dixerũt serui eius ad eum. Est mulier phytonem habens in Endor. Mutauit ergo habitum suũ:vestitusq; est alijs vestimentis: et abijt ipse et duo viri cum eo. Venerũtq; ad mulierem nocte:et ait illi. Diuina michi in phytone:et suscita michi quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum. Ecce tu nosti q̃ta fecerit Saul:et quomodo eraserit magos et hariolos de terra. Quare ergo insidiaris animæ meæ vt occidar? Et iurauit ei Saul in domino: dicens. Viuit dominus:quia nõ eueniet tibi quicq̃ mali propter hanc rẽ. Dixitq; ei mulier. Quem suscitabo tibi? Qui ait. Samuelem michi suscita. Cũ aũt vidisset mulier Samuelem:exclamauit voce magna/et dixit ad Saul Quare imposuisti michi? Tu es enim Saul. Dixitq; ei rex. Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul. Deos vidi ascendentes de terra. Dixitq; ei. Qualis est forma eius? Quæ ait. Vir senex ascendit et ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul q; Samuel esset:et inclinauit se super faciem suam in terra:et adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul. Quare [m]

k ¶ Refocillabat Saul & leuius habebat. Recurre ad superiorẽ annotationẽ.

l ¶ Factus est etiam spirit⁹ dñi in illis &c. Quomodo qui missi erãt ad hominẽ tenendũ/ & ad necem ducendum: pphetalis spiritus participes eẽ meruerũt. & similiter ipse Saul q̃rens sanguinem innocẽtem? Sed & Balaã pphetauit: & multi dicẽt in illa die. Domine/ dñe: nonne in nomine tuo prophetauimus? &c. Quib⁹ dicetur. Nõ noui vos vnq̃: discedite a me qui operamini iniquitatẽ. non ergo mirũ homines reprobos trãsitorie prophetasse. d.c. Prophetauit.1.quæst.1.

m ¶ Quare inquietasti me vt suscitarer? Quidã querendũ putant quomodo scriptura narrat phytonissam/prophetã suscitasse ad colloquium Saulis impijssimi regis: si phytonica diuinatio errori magicæ artis deputãda sit? quibus ita responderi potest. Indignum omnino facinus esse si secũdum verba historiæ cõmodet assensus: quomodo eñ poterat fieri vt arte magica attraheretur vir a natiuitate sanctus/ & operibus vitę iustus. aut si non attractus est cõsensit? Quod vtrunq; de iusto credere aduersum est. Nullum enim suffragiũ habet iustitia/ si attractus aut voluntarius consensus amisit meritũ spirituale: qd positus in carne quæsierat: quod valde absurdũ est: q2 qui hinc iustus recedit/ permanet iust⁹. Porro hoc pręstigiũ sathanæ quo vt plurimos fallat & bonos habere in potestate se confingit qd apostolus inter cetera ostendit: dicẽs. Ipse sathanas trãsfigurat se in angelum lucis; vt em̃ errorẽ faceret in quo glorificaret/ in habitu viri iusti & nomine se subornauit: vt nichil proficere speciẽ quã prędicebant dei cultores/ mentiretur: quando hinc exeũtes iustos finxit in sua potestate esse. Sed hoc quosdam fallit q; de morte Saulis & filij eius nõ sit mẽtitus. quasi magnũ sit diabolo ante occasum mortẽ corporis præuidere. cum signa quędã soleãt apparere morituris: quippe a quibus dei protectio mota videtur. q̃to magis a diabolo quẽ angelica potestate sublimẽ prophetica oracula fuisse testantur: de cuius magnitudine apostolus ait. An ignoratis altitudinem sathanæ? Quid

inquietasti me: vt suscitarer? Et ait Saul. Coarctor nimis. Siquidē Philistijm pugnant aduersum me: & deus recessit a me: & exaudire me noluit: neq̧ in manu prophetarum neq̧ per somnia. Vocaui ergo te vt ostēderes michi quid faciam. Et ait Samuel. Quid interrogas me: cum dn̄s recesserit a te: & transierit ad æmulū tuū? Faciet enim tibi dominus sicut locutus est i manu mea: & scindet regnū tuū de manu tua: & dabit illud proximo tuo Dauid: quia non obedisti voci domini: neq̧ fecisti iram furoris eius in Amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie: & dabit dominus etiam Israel tecum in manu Philistijm. Cras autē tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet dominus in manus Philistijm. Statimq̧ Saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis & robur non erat in eo: quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaq̧ mulier illa ad Saul. Conturbatus enim erat valde. Dixitq̧ ad eum. Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ: & posui animam meam in manu tua: & audiui sermones tuos quos loquutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ: & ponam coram te buccellā panis: vt comedēs conualescas/ & possis iter agere. Qui renuit/ & ait. Nō comedam. Coegerunt autem eum serui sui & mulier: & tandem audita voce eorū/ surrexit de terra: & sedit super lectū. Mulier autē illa habebat vitulum pascualem in domo: & festinauit & occidit eum. Tollensq̧ farinam miscuit eam. Decoxit azima/ & posuit ante Saul & ante seruos ei⁹. Qui cum comedissent/ surrexerūt & ambulauerunt per totā noctem illam.

¶Irruerunt Philistijm in Saul & in filios eius: & percusserunt Ionathā/ & Abinadab/ & Melchisue filios Saul: totumq̧ pondus prælij versum est in Saul. Et consequuti sunt eum viri sagittarij: & vulneratus est vehemēter a sagittarijs. Dixitq̧ Saul ad armigerum suū. Euagina gladiū tuū & percute me: ne forte veniant incircuncisi isti/ & interficiant me illudentes michi. Et noluit armiger eius. Fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit [n] itaq̧ Saul gladium suum & irruit super eum. Quod cum vidisset armiger eius: videlicet q̧ mortuus esset Saul. Irruit etiam ipse super gladium suum: & mortuus est cum eo. Mortuus [o] est ergo Saul & tres filij eius: & armiger illius & vniuersi viri eius in die illa pariter &c. 1.Re.vl.a.b.

¶Facta die altera venerunt Philistijm: vt expoliarent interfectos: & inue 1.Re.vlt.c.d

mirum ergo si imminentē prope mortē potuit præuidere? cū hoc sit vsi fallit/ & se in dei potestate vult adorari. Nā tanta hebetudine demens effectus est Saul/ vt ad phytonissam confugeret. deprauatus enim causa peccati ad hoc se contulit quod dānauerat. Sed si quis propter historiam ea quę verbis expressa sunt putet non prętermittenda: ne ratio historię inanis sit. Recte facit quidem: si tamen istud minime ad viri rationem rapiat/ sed ad visum & intellectum Saulis. Neq̧ enim reprobus fact⁹/ bonum intellectum poterat habere. Historicus enim mentem Saulis & statum Samuelis exhibuit: & ea q̄ dicta & visa sunt exprimens/ prętermittens si vera an falsa sint. Intellexit (inquit) hūc Samuelē esse: quid intellexit retulit. & qa non bene intellexit: contra scripturam alium adorauit q̄ deum. & putans Samuelem: adorauit diabolum: vt fructum fallacię suæ haberet sathanas. Ad hoc em̄ innititur/ vt adoraretur quasi deus. Si em̄ Samuel ille vere apparuisset/ non vtiq̧ vir iustus permisisset se adorari: qui prædicauerat dominum solum esse adorandū. Et quomō homo dei q cū Abraham in refrigerio erat diceret ad virum pestilentiæ/ dignum ardore gehennę. Cras mecum eris? His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ ꝑdidit improuid⁹ sathanas: quia & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis contra legem: & virum peccatis pressum/ cum magna distātia peccatorum & iustorum sit/ cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest dici: verū potest videri si de Samuelis nece taceatur. quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim transmigrauit quem adorauit. Semper ergo diabolus sub velamine latens/ prodit se dum ea confingit quę hærent personis p quas fallere nititur. Pręmissa oīa huius declarationem historiæ concernentia: habentur in capi. Nec mirum. §. propterea quidem (& est Aug. textus.) 26. quęst. 5. Ex quo liquet Samuelem nō fuisse per phytonissam vere suscitatum: sed diabolum in specie Samuelis apparuisse. Tum primo: quia aut Samuel fuit arte magica tractus non voluntarius sed coactus: quod de tantæ sanctitatis viro credendum non est. vt scilicet vir tam eximię religionis arte fuerit diaboli coactus ad huius miserę vitæ exilium redire. Aut voluntarius fuit/ & perdidit meritum spirituale voluntati consentiens dęmoniacę: quod credendum non est. cūm iusti mortui sic confirmentur vt in sua perpetuo manere iustitia credantur. Tum secundo: quia hæc est fallacia dęmonis vt fingat in sua se potestate iustos habere vt sic reuerentiam & honorem possit ab imperitis obtinere/ est enim talis glorię percupidus vnde Matth. 4. dixit Christo. hęc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tertio quia diabolus qui tenebrarū est angelus/ vt lucis angelus crederetur & habitu & nomine sancti viri se ostendit. Apostolo namq̧ teste se solet in lucis angelum transfigurare. Quarto quia si verus Samuel suscitatus fuisset: se a Saule adorari non permisisset. Et quinto: quia Samuel sciens Saulem virum perditum & dānatum/ non dixisset cras mecum eris. cum Samuel in sinu esset Abrahę: & Saul esset in inferno sepeliendus. Non ob. q̧ hic dicatur. Cum vidisset mulier Samuelem: quia respōdetur q̧ phytonissa non vidit Samuelem/ sed diabolum in specie & similitudine Samuelis: quem ipsa credidit Samuelem. Et ideo Samuelem simpliciter appellat scriptura. quia & imagines suarum rerum nominibus solent appellari. Ita de Turre crema. in d. c. Nec mirū. colū. pe. in. 4. quæsti. versi. Quibus habitis.

n ¶Arripuit itaq̧ Saul gladium suum & irruit super eum. Peccauit Saul qui etiam indubie statim moriturus se occidit. Neq̧ enim suipsius occisio aliquo casu licita est. c. Non est nostrum. c. Si non licet. 23. quæsti. 5. de quo in verbo Desperatio.

o ¶Mortuus est ergo Saul &c. Samuelis ergo imago Sauli ꝓsentata/ verum prędixit. Non ideo tamen minus sacrilegia illa quibus ipsa Samuelis imago oblata est/ execranda sunt. ca. Illud. versi. Non enim quia imago. 26. quę. ti. 3. Permissu namq̧ dei fit/ vt nonnūq̄ vera quędā fiant aut dicantur a magis: vt ipsi qui hoc audiunt vel vident probentur: & appareant qua fide sint vel deuotione erga deum. d. c. Nec mirum. in fi. 16. quæsti. 5.

p ¶ Et præciderunt caput Saul. Hic dubitari potest: Quid si clericus caput hominis mortui præscindat: an efficiatur irregularis? Et breuiter dici potest quod non: quia faciens actum in persona hominis mortui: qui factus in persona hominis viui induxisset mortem, non inducit irregularitatē. Ita notanter sentit cardinalis in cle. vnica. in fi. de homici. Et facit: quia irregularitas non inducitur nisi in casibus a iure expressis. c. Is qui in princi. de sen. excom. in. 6. Secundo facit quod notat Panor. in c. Sicut. in fi. de homi. vbi tenet quod dans causam abortioni non efficietur irregularis si anima nōdum erat imissa: quia hec tunc fit homicidiū. igitur &c.

nerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboe. Et [p] præciderūt caput Saul. & expoliauerunt eum armis: & miserunt in terram Philisthinorum per circuitum: vt annunciaretur in templis idolorū & in populis. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth. Corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan. Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad: quęcunque fecerant Philisthijm Saul. Surrexerunt omnes viri fortissimi: & ambulauerunt tota nocte & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan. Venerūtque viri Iabes Galaad: & combusserunt ea igni: & tulerunt ossa eorum: & sepelierunt in nemore Iabes & ieiunauerunt septem diebus.

¶ De Dauid qui Saulis & Ionathæ mortem planxit & plangendam decreuit: vide. 2. Regum. 1. & supra Dauid.

Saulus. ¶ Vide de Saulo in verbo Paulus.

Scabellum. ¶ Require sententias in verbis Adorare. Psalmo. 98. a. et Dextræ. Psalmo. 109. a.

Leuitici. 22. c **Scabies.** ¶ Si [q] cæcum fuerit quod offertur in holocaustum: si fractū si cicatricem habens: si papulas aut scabiem aut impetiginem habens: non offeretis ea domino, nec adolebitis ex eis super altare domini.

¶ Cætera in verbis Lepra. Leuitici. 13. b. et Macula. Leuitici. 21. b.

Scandalizare Scandalizatus et Scandalū.

Eccli. 32. d. ¶ Non credas te viæ laboriosæ: ne ponas animę tuæ scandalum.

Matth. 11. a. ¶ Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me (ait Christus)

15. b. ¶ Accedentes discipuli Iesu ad eum: dixerunt ei. Scis quia [r] Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt. At ille respondens: ait. Omnis plantatio

q ¶ Si cæcum fuerit &c. Hęc moraliter declarari possunt per ea quę dicta sūt in verbo Macula. post celebrem textū Gregorij in ca. 1. 49. distinc. Respectu aūt scabiei aduerte, quod scabies dicitur luxuria. qui ergo scabiosus est. i. luxuriosus esse deprehenditur, gratum deo famulatū nō exhibet: quia oblationem de se factam, vitæ suæ turpitudine deturpat. facit d. c. 1. versic. iugē. Ad literā aūt: an scabiosus prohibeatur offerri deo. i. promoueri ad ordines? dicēdum est quod nō: nisi nimiam induceret deformitatem: vt quia leprosus esset: quia talis nedū impeditur promoueri, sed etiam iam promotus deijcitur. c. Tua nos. de cleri. ęgro. nisi esset episcopus: quia tunc non deijceretur sed daretur sibi coadiutor. c. De rectorib9. eod. tit.

r ¶ Scis quia pharisei &c. Sinite illos &c. Quia per hanc Christi ad discipulos, phariseorum scandalū allegantes responsionem: videtur probari, de malorum hominū scandalo non esse curandum. Cum tamē Matthæi. 18. dicatur. Vę homini illi per quem scandalum venit. Aduertēdum est imprimis & inuestigādum quidnam sit scandalum. secūdo. vnde dicatur. tertio. An sit peccatum. & quarto: an & quando sit euitandum. Circa primum dic quod scandalum est dictum vel factum minus rectum prębens alteri occasionem ruinę. Hæc diffinitio sumitur ex glo. Matthæi. 18. & eam refert & sequitur Henri. Bouhic in ca. Cum ex iniuncto. §. super eo. in prin. de no. ope. nū. & Archidia. in capi. Licet. in fi. 45. distinc. Circa secundū, vnde dicatur scandalum: dici potest quod dicitur a scādalon græce quod est offensio, ruina vel passio pedis latine, secundū Hiero. hic: quem citat & sequitur Henricus in d. §. super eo. Contingit enim quādoque quod aliquis obex ponitur alicui in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam. & talis obex dicitur scandalum. sic in processu vię spiritualis cōtingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem, per dictum vel factum alterius: inquantum scilicet aliquis sua ammonitione aut inductione vel exemplo alterum trahit ad peccandum: & hoc proprie dicitur scādalum. Nichil aūt secūdū propriam rationem disponit ad spiritualē ruinam, nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis. quia id quod est perfecte rectum: magis munit hominem contra casum, quam ad ruinam inducat. Et in his concor. Tho. in. 4. sententiarum. distinc. 38. & Pet. & Ray. titu. de scandalo. circa princi. & frater Io. in summa confes. ti. de scandalo. quæsti. 1. & G. de monte Lau. in cle. vnica. de offi. ordi. quos allegat & sequitur Henri. in d. §. super eo. Circa tertium an sit peccatum? dicit Tho. in sum. quæsti. 43. Arti. 2. & frater Io. in d. ti. de scan. quæsti. 2. quod duplex est scandalum: scilicet passiuum. i. in eo qui scādalizatur, & actiuum in eo qui scandalizat, dans occasionem ruinę. Scandalum passiuum semper est peccatum in eo qui scandalisatur. non enim scandalisatur, nisi inquantum spiritualiter ruit spirituali ruina quæ est peccatum. Potest tamen scandalum passiuum esse sine peccato ei9 ex cui9 facto aliquis scādalisatur: sicut cū aliquis scādalisatur de iustis alteri9 operib9. Similiter etiam scādalū actiuū semp est peccatū in eo qui scādalisat: quia vel opus quod facit est peccatū: vel etiā si saltē habeat speciē mali, dimittēdū est propter proximi charitatē: ex qua vnusquisque conatur saluti proximi puidere. & sic qui nō dimittit, cōtra charitatē agit. Pōt tamen esse scandalum actiuum sine peccato alterius qui scandalisatur: puta cum aliquis inducit verbo vel facto aliū ad peccandum: & ille non consentit. Non tamen semper scandalum passiuum vel actiuum est peccatum mortale: sed aliquando veniale consideratis circunstantijs. Ita Henricus, qui tamen diffusius loquitur, in d. §. super eo. versicu. de tertio. Circa quartum. An scilicet & quando scandalum sit euitandum? Licet in hac materia a diuersis diuersa dicantur. Tu tamen dicas: quod vbicunque in euitatione scandali euitans peccat mortaliter, potius debet peccatum mortale quam scandalum euitare. & sic non est propter scandalum relinquenda veritas. i. filius dei, qui est via veritas & vita. Relinqueretur aūt per peccatum. sic intellige cap. Magnæ. §. pe. de voto. & cap. Qui scandalisauerit. de regu. iur. Si vero euitans non peccat mortaliter scandalum euitando: semper debet scandalum euitari. Ita loquitur cap. Nisi cum pridem. §. pro graui quoque scandalo. de renū. & d. c. Cum ex iniuncto. §. super eo. de no. ope. nū. Quod si dubitetur de peccato, videtur scandalū esse vitandū. dicere enim possum cū Augusti. Tene certū & dimitte incertū. Vnde quamuis triplex veritas, scilicet vitę, iustitię, & doctrinę, nō sit propter scādalū deserēda, vt notatur in d. c. Qui scādalisauerit. Subaudiēdū est omnino vel in toto. Nā & si veritas vitę nulla sit ratiōe dimittēda. Puto tamen quod alia duplex scilicet doctrinę & iustitię. Aliquando ex causa sit dissimulanda vel differēda. Nunquam tamen peruertenda. Ita in hac

quam nō plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos. Cœci sunt et duces cœcorum et c.

℄Qui scandalizauerit [s] vnum de pusillis istis qui in me credunt (ait Iesus) expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris. Matth.18.a.

℄Væ mundo ab scandalis. Necesse est enim vt veniāt scandala. Verumtamen væ homini illi [t] per quem scandalum venit. 18.a.

℄Siquis scādalizauerit vnū ex his pusillis credētibus in me (ait Christus ad discipulos) bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te [v] manus tua, abscide illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam: q̃ duas manus habentē ire in gehennam: in ignem inextinguibilem. vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes [x] tuus te scādalizat, amputa illū. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam: q̃ duos pedes habētem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. vbi vermis eorum nō moritur: & ignis nō extinguitur. Q̧ si oculus [y] tuus scandalizat te: eijce eū. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei: q̃ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. vbi vermis eorū non moritur, & ignis non extinguitur. Marci.9.f.g.

℄Quis scandalizatur (inquit Paulus) & ego non vror? 1. Cori.11.g.

℄Cætera in verbis Esca.1.ad Corin.8.in fi. Iesus. Matthæi.26.c. Lex. Psal.118.x. & Eccli.32.c. & Manus. Matthæi.5.e. Membrū. Matth.5.e.

Scelus.

℄Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea & delicta mea ostende michi. Iob.13.c.in fi.

℄Super tribus [z] sceleribus Damasci & super quatuor non conuertā eū: eo q̧ triturauerunt in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azachel: & deuorabit domos Benadab. Et conterā vectē Damasci & disperdam habitatorem de campo idoli: & tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenem: dicit dominus. Amos.1.a.

quarta dubietate loquitur Hostiē. in d.c. Nisi cum pridem. §. pro graui. Et idem sentit ibidē Henricus & in d.c. Cū ex iniuncto. §. sup eo. in. 1. dis. in fine.

s ℄Qui scandalisauerit vnum de pusillis istis. Pro graui scādalo maiorū ac pusillorum euitando, cum aliter sedari non potest: licet etiam episcopo petere cessionem. Ne plus temporalem honorem q̃ ęternā videatur affectare salutē. memor illius quod dicit apostolus. Si esca scādalisauerit fratrē meū, carnē nō māducabo in ęternū. Sed inter scandalum & scādalum est subtiliter distinguēdum: sicut dominus ipse distinxit. cui cum dixissent apostoli. Scis: q̧ pharisei audito hoc verbo, scandalisati sunt. Respōdit. Sinite illos: cœci sūt & duces cœcorum. Alibi vero dixit. Qui scandalisauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundo maris. Ita tex. in d.c. Nisi cum pridem. §. pro graui. Et facit c.2. in fi. de no. ope. nū. Quęnam aūt sit in euitatione scandali distinctio facienda: dictū est supiore annotatione. in versi. Circa quartum.

t ℄Vę hoī illi p quē scandalū venit. Occurrendū est ergo scādalo: prout iam dictum est: & hac sententia clare demonstratur, quā ad istum effectum citat Inno. in d.cap. 2. in fi. de no. ope. nūci. Vnde vt occurrat scandalo multa fiunt q̃ alioqui facienda nō essent. Primo enī lex: q̄uis videat iniusta, est propter scandalum aliqñ tolleranda: notat Panor. in ca. 1. in. 4. col. de cōsti. Secūdo cū scādalo nō debet quis pfi ci eccl'ię etiā īteruenīēte electione collegij. Panor in c. 1. in. 2. colū. in fi. de elec. vñ hoc casu possūt electores recedere ab electione quam fecerunt. c. Cum non ignores. in fi. de præbē. Tertio propter graue scandalum futurum quod timetur, pōt parpæ certo casu obediētia denegari. Ita Inno. & Panor. in cap. Inquisitioni. de sen. excom. & Panor. in c. Cum teneamur. de pben. Quarto propter scandalum matrimonium quod alias sustineri posset, non sustinetur sed dissoluitur. tex. est cum glo. in ca. Super eo. in verbo Consuetudo. de cogna. spiri. Quinto ratiōe scandali vitandi spoliatus ante omnia non venit restituēdus. Ita Paulus de cas. in l. 2. in fi. C. de edic. di. Adri. tollen. Sexto vt euitetur scandalum, pręsentatus a maiori parte patronorū non debet institui. c. Quoniam de iu. pa. Septimo eadē ratione potest etiam eps priuari suo episcopatu. assignato tamē sibi bono cābio. Ita Inno. in dic. c. Nisi cū pridem. in prin. Octauo propter scandalum potest & debet iudex matrimonium contrahēdum impedire. bo. est tex. & ibi glo. & Panor. in. 1. colū. in c. Cum in tua. de sponsa. Nono propter scandalum vitandū nomina testium sunt reticenda non propalanda. vt est tex. in c. fi. de hęre. in. 6. & notat Panor. in c. Cum. 1. & 2. de re. iudi. Decimo propter scandalum debet circa clericorum personas diligentior haberi consideratio, ne committant illicita. tex. est in cle. 1. de offi. ordi. Vndecimo propter scādalum potest aliquis priuari iure suo sine aliqua sua culpa. c. Tua nos. de ele. ęgro. Duodecimo propter scandalum fit reuocatio legis iam promulgatę. tex. est in cle. 1. in princi. de immu. eccle. Decimotertio propter scandalum fit arctior & expressior prohibitio. cle. 1. in princip. de sen. excom. Decimoquarto propter scandalū, fratres minores tempore interdicti non possunt ad diuina recipere fratres tertij ordinis. s. Francisci etiam si super hoc existāt priuilegiati. tex. est in cle. pe. eodē ti. Vltimo propter scandalum actus etiam de se mali tolerantur, aut saltem non puniunt. vnde propter multitudinem vsurariorum vsuraria prauitas impunita relinquitur. Notat Archi. in c. Hac ratione. in fi. 31. q. 1. & facit c. Non potest. 23. quæsti. 4. & c. latores. cum similibus. de cle. excom. mi.

v ℄Si scandalisauerit te manus tua &c. Vide quod dictum est in verbo Matthæi. 5.

x ℄Si pes tuus scandalizat. Declara vt in verbo Pes.

y ℄Si oculus tuus scandalizat te. Require annotationem in verbo Oculus.

z ℄Super tribus sceleribus Damasci. &c. Hęc sunt verba Amos prophetæ comminantis populo Damasci, & Azaeli regi eius: qui decem tribus Israel grauiter sæpe afflixerat. Et est sensus. Si Azael & populus Damasci semel & bis tantummodo populum meum esset persecutus: forsitan parcerem ei. sed quia diu expectaui ad pœnitentiam, vt conuersus acciperet sanitatem. Et econtra ipse abusus mea patientia, tertio & quarto afflixit. Cogor mutare sententiam vt plagis corripiam delinquentes. Ita hanc sententiam declarat post glo. interli. hic Io. de Turre cre. in c. Super tribus. in fi. de pœni. distinc. 1. vel secundū tropologiam seu secundū ethicum ac moralem sensum huius sententię: dici potest q̧ primum peccatum est mala cogitare: secundū consentire, tertium opere adimplere, & quartum est non pœnitere. Qui in tribus prioribus peccat, si pœnitet conuertit eum dominus ad vultum clementiæ suæ. Si vero non pœnitet, auertitur ab eo

clementiæ suę. De hac declaratione tex. est Hiero. cū glo. fi. in d. c. Super tribus. de pœni. dist. 1. Quia tamen pro primo peccato ponitur cogitare mala. Aduertendū s̄cdm Io. de Tur. cre. ibidē. in prin. q̄ cogitatio de malo seu peccato pōt haberi tripliciter: Primo vt cogitetur quid sit malū culpæ/ & de speciebꝰ eius: & quid operet̄ in homine. & talis cogitatio pōt pertinere ad doctrinā verā & sanā. & sic cogitare de malo non est peccatū aut culpabile sed potest esse meritoriū sicut & cogitare de virtutibus. Nā cogitare de natura viciꝰ oppositi est cogitare de natura alterius: quia contrariorū eadē est disciplina. Secūdo potest haberi cogitatio de peccato/ vt peccatum vitet̄ propter sui turpitudinem & deformitatē: propter quam cogitans declinat a peccato & vt peccatum abominet̄. & sic cogitare de peccato ē laudabile & bonū. Tertio potest haberi cogitatio de malis vt delectatio sumat̄ in eis: & talis cogitatio est mala & peruersa. hoc autē modo cogitare mala est primum peccatum. Vel secundum Tho. peccatū in cogitationibꝰ potest esse dupliciter. vel iniquum cogitationes sunt: & sic non est in eis nisi peccatum vanitatis/ secundum q̄ intellectꝰ debet occupari vtilioribus/ & occupatur inutilibꝰ. nec hoc ī culpam imputatur nisi secundum q̄ actus est interius natus a voluntate vel iniquum cogitationes propter delectationem rei cogitatę quæruntur. sicut est de cogitatione fornicationis: & sic potius est peccatū in ipsa cogitatione rei cogitatæ secundum memoriam vel speciem q̄ in ipsa cogitatione. Hæc Ioan.

a ¶ Super tribus sceleribus Gazę &c. Literalē sensum huius & sequentiū sententiarum declara vt per glo. or. hic. moralis autem is dari potest/ q̄ superiori sententiæ datꝰ est. Semper enī de quatuor pctīs agit̄ q̄ declarent̄ vt in priori annota.

b ¶ Deus scientiarū dominus est. Vnde & sciētia appellatur donum dei. bonus est tex. quem ibi pōderat Panor. in. 4. no. in c. Qualiter. ī fi. de elec. & idē notat Panor. in c. Illo vos. de pigno.

c ¶ Si scientia animæ tuæ placuerit. Debet autem placere: quia sicut anīa informat corpus vt in cle. j. de sum. tri. cum gl. Ita sciētia informat intellectum. vnde videtur q̄ intellectus hominis sine scientia pōt dici sine forma: quasi sit q̄dam materia inutilis. hinc merito dicit Cicero q̄ multi sunt homines & pauci sunt homines. multi sunt homines nomine/ sed pauci re. ad denotandum q̄ prorsus ignari non merentur dici homines sed potius imagines hominū. vnde Laertius refert quendam philosophū cum vidisset indoctum hominem sedentē super lapidem: dixisse. Lapis super lapidem. Pręmissa sunt Panor. & sui additionarij in c. Prudentiam in. 1. nota. de offi. dele. Non omnes tamen quibus scientia placet eūdem sibi finem præfigunt. aliqui enim scientiam quęrunt/ vt sciantur: & ad hoc tendunt rhetorici. & ipsorum finis est vana gloria: quia volunt vocari rabbi ab hominibus & videri. Alij: vt ędificentur. & ad hunc finem & quintum sequentem/ tendunt theologi & boni canonistæ. alij vt sciant & ad hunc tendunt dialectici nimis ibi īmorantes. alij vt lucrentur: & ad hunc tendunt physici & legistæ nolentes in paupertate viuere. alij/ vt ædificent: vt magistri boni/ qui non legunt ad laudem humanam sed dei: & alios instruunt vt ad viam reducant veritatis/ vt Paulus qui fructum laboris sui nolebat recipere in præsenti: & istorum finis est charitas: quia per hoc eleemosynam dicūtur dare proximo. Ita de istis scientiæ finibus loquitur Archid. in capi. Nonne. in princip. 37. distin.

Amos. 1. b. ¶ Hæc dicit dn̄s. Super tribꝰ [a] sceleribꝰ Gazæ & sup quatuor nō cōuertā eū: eo q̄ trāstulerit captiuitatē perfectā vt cōcluderet eā i Idumæa: & mittam ignē in murū Gazæ: & deuorabit ędes eius: & disperdam habitatorē de Azoto: & tenentem sceptrū de Ascalone: & conuertam manū meam super Accharō: & peribunt reliqui Philistinorum: dicit dominus deus.

1. b. prope fi. ¶ Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus Tyri: & super quatuor nō conuertā eū eo q̄ cōclusérint captiuitatē perfectā in Idumea & nō sunt recordati fœderis fratrū. Et mittā ignē i murū Tyri & deuorabit ædes eiꝰ.

1. c. ¶ Hęc dicit dominus. Super tribus sceleribus Edom & super quatuor nō conuertam eum: eo q̄ persequutus sit in gladio fratrem suum: & violauerit miam eius/ & tenuerit vltra furorē suū. & indignationem suam seruauerit vsq̄ in finem. Mittam ignem in Theman: & deuorabit ædes Bosre.

1. d. vsq̄ ad fi. ¶ Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus filiorū Ammon/ & super quatuor non conuertam eum: eo q̄ dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabbaath: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli: & in turbine in die cōmotionis. Et ibit Melchon in ciuitatē/ ipse & principes eius simul: dicit dn̄s.

2. a. ¶ Hęc dicit dn̄s. Sup tribꝰ sceleribꝰ Moab & sup quatuor nō cōuertā eū eo q̄ icēderit ossa regis Idumææ vsq̄ ad cinerē. Et mittam ignē i Moab: & deuorabit ędes Carioth: & moriet̄ i sonitu Moab i clāgore tubę: & disperdā iudicē de medio eiꝰ/ & oēs principes eius interficiā cū eo dicit dn̄s.

2. a. ¶ Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus Iuda/ & super quatuor nō conuertam eum: eo q̄ abiecerit legem domini & mandata eius nō custodierit. Deceperunt enim eos Idola sua: post quæ abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iudā: & deuorabit ædes Hierusalem.

2. b. ¶ Hęc dicit dn̄s. Super tribꝰ sceleribꝰ Israel/ & super quatuor nō cōuertā eū: p eo q̄ vendiderit pro argento iustū/ & pauperē pro calciamentis &c.

¶ Cætera i verbis Iniquitas. Esaię. 53. b. & Multiplicatio. Prouer. 29. c.

Sapien. 6. d. **Sceptrum.** ¶ Si delectamini sedibus & sceptris O reges populi: diligite sapientiā vt in perpetuū regnetis. Et supra Rex & Sapientia.

¶ Cætera in verbis Iuda. Genesis. 49. b. & Rex. Sapientiæ. 6. d.

1 Regū. 2. a. **Sciens et Scientia.** ¶ Recedant vetera de ore vestro: quia deꝰ scientiarum [b] dominus est/ & ipsi præparantur cogitationes.

Iob. 42. a. ¶ Quis est iste qui celet consiliū absq̄ scientia? Ideo insipienter loquutꝰ sum: & quæ vltra modum excedunt scientiam meam.

Psalmo. 53. c. ¶ Prętende miam tuā scientibus te: & iustitiā tuā his q recto sunt corde.

Prouer. 2. b. ¶ Si [c] sciētia aiæ tuę placuerit: cōsiliū custodiet te/ & prudentia seruabit te: vt eruaris a via mala/ & ab homine qui peruersa loquitur.

9. c. ¶ Principium sapientię timor domini: & scientia sanctorum/ prudentia.

d ¶ Sapiẽtes abſcondunt ſcientiã. Sapiẽtes eñ etiam quæ recta ſunt & ex ſe vtilia ꝑ loco & tempore conticenda nouerunt. Fatui autẽ etiam quæ bona ſunt inordinate loquentes mala reddunt. d. c. Sit rector. col. 3. 43. diſtin.

e ¶ Vbi non eſt ſcientia animæ/non eſt bonũ. Scientia ſine anima bona/perniciosa eſt. vnde dicebat beatus Ber. ſicut cibus indigeſtus ſtomachũ corrũpit: ſic ſcientia/animæ adiecta/niſi ſit feruore charitatis decocta: malos mores generat. & Cicero lib. 1. officiorũ. Sciẽtia quæ remota eſt a iuſtitia/calliditas poti⁹ q̃ ſapiẽtia eſt dicẽda. refert Pe. de Ancha. in c. Niſi cũ pridẽ. §. ꝑ defectu. de renũ.

¶ Sapientes [d] abſcondũt ſcientiã: os autẽ ſtulti cõfuſioni proximum eſt. Prouer. 10. b.
¶ Simulator ore decepit amicum ſuũ: iuſti aũt liberabuntur ſcientia. 11. b.
¶ Homo verſutus celat ſcientiam: & cor inſipientiũ prouocat ſtultitiã. 12. d.
¶ Lingua ſapientium ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam. 15. a.
¶ Vbi [e] non eſt ſciẽtia aniæ/nõ eſt bonũ: & q feſtinus eſt pedib⁹ offendit. 19. a
¶ Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectum inquirit ſcientiam. 27. d.
¶ Qui [f] addit ſcientiam: addit & laborem. Ecclẽs. 1. in fi.
¶ Vani [g] ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia dei &c. Sapiẽ. 13. a.
Vbi amplius.
¶ Dedit hominibus ſcientiam altiſſimus: honorari in mirabilibus ſuis. Eccli. 38. a.
¶ Cognouit dñs omnẽ ſcientiã: & inſpexit in ſignũ æui: annũcians quæ pręterierũt & quę ſuperuentura ſunt: reuelans veſtigia occultorum. 42. d.
¶ Ego ſum dominus faciens omnia &c. Cõuertens ſapientes retrorſum: & ſcientiam [h] eorum ſtultam faciens. Eſa. 44. d.
¶ Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua &c. Hierem. 10. c
¶ Conticuit populus meus: eo ꝙ non habuerit ſcientiam. Quia [i] tu ſciẽtiam repuliſti: repellã te/ne ſacerdotio fungaris michi. Et oblita es legis dei tu/obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Oſee. 4. b.
¶ Miam volui & non ſacrificium: & ſcientiam dei pluſq̃ holocauſta. 6. c.
¶ Teſtimoniũ perhibeo illis: ꝙ ęmulationem quidem dei habent ſed nõ ſecundum ſcientiam. Ad ro. 10. a.
¶ Exiſtimo nichil me min⁹ feciſſe a magnis apoſtolis. Nã & ſi imperit⁹ 2. Corin. 11. b.

f ¶ Qui addit ſcientiam/addit & laborẽ. Declara vt in verb. Labor.

g ¶ Vani ſunt omnes hoĩes in quibus non ſubeſt ſcientia dei. Videtur ergo theologiã/quę proprie ſciẽtia dei vocatur: cæteris eſſe digniorem. vnde dicit Hoſtiẽ. in c. Cum ſit ars artiũ circa princ. de ęta. & quali. ꝙ hęc eſt veritas: ꝙ ars artium/eſt diuina lex ſeu theologia. A qua tamen nõ ẽ excludẽda canõica ſciẽtia: ꝓut nec ciuilis. Ciuilis eñ diuina eſt. quia imperatores ad actiões diuinitus ꝑuenerunt. l. fi. C. de pſcrip. lon. tempo. & quia a viua lege. ſ. imperatore/per quẽ deus miſit hominibus legẽ animatã in terris: & ei ipſas leges ſubiecit: vt in auctẽ. de conſu. ante. fi. colla. 4. ſunt leges diuinit⁹ promulgatæ/ſicut dicit Ioan. papa. 16. queſt. 3. c. fi. & imperatoris omne ſtudium ẽ vt crediti ſibi a dño deo bene viuãt & eius inueniãt placationẽ. vt in auten. vt non luxu. contra. na. 1. rñ. col. 6. & quatuor cõcilia approbat & ſacras ſcripturas & regulas ſicut leges ſeruat. vt in auten. de eccle. ti. §. 1. colla. 9. & in auten. quomõ opor. epi. §. ſancim⁹ igitur. colla. 1. de canonica vero lege planũ eſt: vt patet de iure ca. c. 1. §. nos vtiq; & c. Inter corporalia. §. ſed neq; de transla. episco. vnde dicas ꝙ iſtę duę ſcientiæ vnũ ſunt cũ theologia & oẽs ſunt neceſſariæ eccleſię ſanctę dei. Hinc tamen eſt differẽtia inter ipſas: ꝙ ciuilis principaliter tractat de regimĩe tẽporalium/quę neceſſaria ſunt eccleſiæ dei: ſicut corpus animæ. 1. quęſt. 3. ca. Si quis obiecerat. theologia vero de anima. canonica autem/modo de hoc/modo de illo miniſtros eccleſię in multis inſtrues quæ in alijs ſunt obſcura. dicamus ergo ꝙ in regimine eccleſiæ ſanctę dei/theologia locũ capitis obtinet. Ciuilis locũ pedis: canonica vero quę quandoq; ad caput/quandoq; ad pedem ducitur: obtinet locum manus. vt aũt legitur. 1. Co. 12. non poteſt dicere oculus manui: opera tua non indigeo. aut iterum caput pedib⁹: non eſtis michi neceſſarij. Præmiſſa ponit Hoſtien. in d. c. Cũ ſit ars artium. col. 1. & ibidem Anto. de Butrio. colum. fi. de æta. & qua. de hac etiam materia tractat Hoſtien. in c. 1. col. 1. & 2. de ſum. trini.

h ¶ Scientiam eorũ ſtultam faciens. Sunt aliquæ ſcientię ſuapte natura ſtultę. ſ. inutiles & vanæ vt ars ſophiſtica/& cęteræ de quibus in c. Nonne. 37. diſt. ſunt & alię bonę & vtiles: vt ſunt ſeptem artes liberales. de quibus diffuſe loquitur Archid. in c. De quibuſdã. col. 2. eadẽ. diſt. Dicit tamẽ tex. in c. Si quis grãmaticã. 2. ri. ea. diſt. ꝙ Geometria/Arithmetica & muſica: q̃uis in ſe bonę & veritate habentes/tamen non ſunt ſcientię pietatis. Sed nichilominus poſſunt dictæ ſcientiæ & etiam poeticę a viris eccleſiaſticis videri ſeu ſtuderi non ſolũ licite ſed etiam meritorie: vt. ſ. errores gentilium legẽdo deteſtent/& vtilia quę in eis inueniũt ad vſum ſacrę eruditionis cõuertant. c. Turbat. & c. Si qd veri. & c. Qui de mẽſa. ea. diſt.

i ¶ Tu ſcientiã repuliſti a te/& ego te repellã &c. Hinc legitur in ſeptima ſynodo. Cũ cõſecrandus eſt epiſcopus: inquiratur diligenter a metropolitano/ſi in promptu habeat legem ſcrutabiliter & non tranſitorie tã ſacros canones & ſcdm euãgelij q̃ diuini apoſtoli librũ & omnẽ diuinam ſcripturã. Subſtãtia eñ ſummi ſacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita. ſ. vera diuinarũ ſcripturarũ diſciplina: queadmodum magnus perhibet Dionyſius. Qz ſi diſceptauerit. ſ. contradixerit/& ita libenter facere & docere minime ſpopõderit: nullatenus conſecretur. ait eñ prophetę: dicens: Tu ſcientiã repuliſti/& ego repellã te ne ſacerdotio fungaris michi. tex. eſt de præmiſſis in c. Omnes. verſi. inquiratur. 37. diſt. Hinc etiã dicit tex. in c. Niſi cũ pridẽ. §. Pro defectu. de renũ. ꝑ defectu ſcientiæ pleruſq; poteſt quis petere ceſſionẽ. ſ. facultatẽ ſuo epiſcopatui cedẽdi: quia cum ipſa circa ſpiritualiũ adminiſtrationẽ ſit potiſſimũ neceſſaria/& circa curã temporaliũ oportuna: præſul qui cõmiſſam ſibi debet eccleſiã regere/in vtriſq; ſalubriter ei renũciat/ſi ſcientiã in qua ipſa regatur ignorat. Tu eñ (inquit dñs) ſcientiam repuliſti a te/& ego te repellam ne ſacerdotio fungaris michi. hęc de epiſcopis. de ſacerdotibus aũt/ſeu ſcientia ſacerdotib⁹ requiſita: loquens Augu. in c. Quę ipſis. 38. diſt. dicit. Quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcẽdum hęc ſũt. Sacramẽtorũ liber/lectionarius/antiphonari⁹/baptiſteriũ/compotus/canones pœnitẽtiales/pſalteriũ/homilię per circulũ anni in dominicis diebus & ſingulis feſtiuitatis aptæ. Ex quibus omnibus ſi vnũ defuerit/ſacerdotis nomẽ vix in eo conſtabit. Hæc ibi. Vt aũt in hac materia quanta. ſ. eſſe debeat ſcientia epiſcoporũ & aliorũ dignitates aut alia beneficia habentium/cõpendiaria quędã doctrina habeatur: dici poteſt breuiter. ꝙ quędã eſt ſcientia eminens: per quam. ſ. quis ſcit difficillimas quęſtiones explicare & diffinire in promptu ſine reuolutione librorũ. mediocris vero dicitur per quam difficiles quęſtiones deciduntur cũ librorum reuolutione. Et neutra iſtarum eſt ſimpliciter requiſita. Sed alia eſt ſcientia quę vocatur ſciẽtia ſufficiens: per quam. ſ. quis ſcit ſufficienter explere ea quæ neceſſario incumbunt officio ſuo. Et hæc eſt/quæ requiſita ẽ. & conſideratur ſcdm qualitatem officij ſeu beneficij & arbitrio boni viri/ſecundum qualitatẽ loci vbi quis viuere habet & conuerſari. vnde ſpecificæ loquendo/papa debet habere maiorem ſcientiam cæteris cum ſit præpoſitus curæ totius chriſtianitatis. Epiſcopi vero debent habere notitiã noui & veteris teſtamenti. Debent etiã habere ſcientiã iuris canonici/cũ ſcdm

illam debeāt iudicare: præsertim in causis matrimonialib9. Archidiaconi etiā & prępositi debent scire iura si iurisdictionē habeant cōtentiosam. Curati & eorū vicarij scire debent canones pœnitentiales / & ea quæ cōcernunt administrationem sacramentorū. Et breuiter habeat vnusquisq; scientiā administrando suo beneficio vel officio sufficientem. alioqui quisquis est qui dignitatem vel officiū acceptat / & sufficientē scientiam non habet ad ea exercenda q̄ incumbunt illi dignitati vel officio: peccat, hæc est conclusio Inno. Hostiē. & Panor. in cap. Cum in cunctis. in princip. de elec.

sermone [k] sed non scientia.

Luc. 11. b. ¶Væ vobis legisperitis [l]: qui tulistis clauem scientiæ. Ipsi non introistis / & illos qui introibant prohibuistis.

Iacobi. 4. i fi ¶Scienti bonum [m] facere & non facienti: peccatum est illi.

¶Cætera in verbis Arma. 2. ad Corinth. 10. a. Charitas. 1. Corinth. 8. a. &. 1. Corinth. 13. a. & ad Philippē. 1. b. Comparare. Iob. 22. a. Cura. Ecclesiastes. 2. d. Desiderium. 2. ad Timothe. 3. b. Detrimentum. ad Philip. 3. b. Diues. Psalmo. 18. a. Lignum. Genesis. 2. b. Mirabile. Psalmo. 138. b. Operari, Ecclesiastes. 9. Sacerdos. Mala. 2. b. Sapiens. Prouerbiorum. 15 b. & Eccli. 21. b. in fine. & Sapientia. Prouerbiorum. 1. c.

Luc. 10. d. **Scire.** ¶Nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi filius & cui voluerit filius reuelare.

1. Corin. 2. a. ¶Non iudicaui [n] me (ait Paulus) scire aliquid inter vos: nisi Iesū Christum / & hunc crucifixum.

2. c. ¶Quis scit hominum quæ sunt hominis / nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei.

8. a. ¶Si quis se existimat [o] scire aliquid / nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire.

¶Cætera in verbis Benefacere. Eccli. 12. a. Finis. Psalmo. 38. a. Fornicatio. 1. ad Tessalonicē. 4. a. Futurum. Ecclēs. 8. a. Gloriari. Hieremiæ. 9 g. Legislator. Psalmo. 9. d. & Reuelare. Lucæ. 12. a.

1. b. **Schisma.** ¶Obsecro vos fratres per nomen dñi nostri Iesu Christi: vt idipsum dicatis omnes / & non sint in [p] vobis schismata. Sitis autē perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.

Scorpio. ¶Require sententias in verbo Videre. Apocalypsis. 9. a. b.

Scortum. ¶Recurre ad verba Ecclesia. Deuteronomij. 23. a. Precium. Prouerbiorum. 6. b. & Sacerdos. Leuitici. 21. a.

Ioan. 5. in fi. **Scribere et Scriptū.** ¶Si crederetis Moysi (ait Iesus ad Iu-

k ¶Imperitꝰ sermone sed non scientia. Tex. est circa hæc verba notandus in c. Quāuis. §. fi. cum c. sequenti. 38. dist. de quo vide in verb. Doctrina. x. Ille tñ tex. loqui videtur de imperito nedū sermone / sed etiā scientia: moribus tamē atq; conscientiæ dotibus insignito.

l ¶Vę vobis legisperitis / qui tulistis clauē scientię. Habentibus scientię donum imputatur ad demeritum si cæteros nolunt suæ scientię participes efficere. Facit tex. in c. fi. in princi. 43. dist. & notat Archid. in c. Nonne. 37. dist. vt autem quis possit scientiæ alteriꝰ idoneus auditor haberi: caueat ne eodem tempore diuersis sciētijs se dedat: animaduertens q̄ scientia quælibet vult totum hominem dicit Bal. in l. fi. §. 1. C. coīa de le. scdo sit in humilitate obseruanda peruigil. alioq facillime corruet in superbiam. Scientia nāq; vt frequentius reddit hominem superbum. Notat Bal. in tractatu schisma. in vlti. col. sicq; perniciem sibi afferret conquisita scientia non vtilitatem. Notat Petrꝰ de Ancha. in ca. Nisi cum pridem. §. pro defectu. de renū. Tertio solicitus fit in eis diligēter perscrutandis quæ verā notitiam pariunt. Scientia enim est velut thesaurus absconditus qui nō nisi a perscrutantibus inuenitur: vt pulchre dicit Bal. in proœ. digestorum. §. itaq; in sexto notabili.

m ¶Scienti bonum facere & non facienti peccatum est illi. Et ideo sciētia dicitur esse circunstantia aggrauans peccatum vt notat de Tur. cre. in c. Illud. paulo ante fi. 8. quęst. 1.

n ¶Non iudicaui me aliquid scire inter vos / nisi &c. Paulus & quiuis alius vere catholicus de Christi crucifixione veram dici possunt scientiam habere si ipsum crucifixū firmiter credant & fateantur. Neq; enī ea tantum scire dicimur q̄ ipsi vidimus / sed etiam ea quę secluso visu nostro indubitanter nouimus. vnde tametsi Christū crucifigi non viderim: ipsum tamen crucifixū scire dicor. quia crucifixū eū indubitanter agnosco, ita notanter dicit Inno. in c. Cum in causa. de iura. calū. & in c. Ex litteris. de iureiu. qd dictū refert & sequitur Domi. in c. Beati. 2. quęst. 7. & Fely. in c. 1. colū. 1. de sum. tri. & de eo multa scribit Cardi. in cōsi. suis. cōsilio. 56. incipiente. In elucidatiōe p̄missi dubij. col. 2. versi. sed adhoc statim. & col. seq.

o ¶Si quis se existimat scire aliquid &c. Declara vt in verb. Existimare.

p ¶Vt non sint inter vos schismata. Schismatici multifariam dicuntur homines. Quandoq; enim omnes in mortali existentes crimine / schismatici vocantur: cum tales sint extra charitatem. c. Audi denuq;. 11. quæst. 3. Quandoq; omnes excōmunicati. quia sunt extra ecclesiam & cōmunionē fidelium. c. Cum excōmunicato. & c. seq. 11. quæst. 3. Quādoq; omnes qui propriū episcopum abijciunt / aliū sibi episcopū facientes. Et quādoq; omnes qui diuidūt se ab vnitate Romanæ ecclesię cōstituendo sibi ecclesiā vt faciūt Gręci. Et isti proprijssime vocantur schismatici qui reputantur hæretici. c. Inter schisma. 24. quæst. 3. Q2 si non recedant ab vnitate / credant tamen papatū esse apud vnum. cū in veritate sit apud alium. adhuc non excusantur. cum is pro vero & indubitato papa sit habendus / qui a duabus partibꝰ cardinalium fuerit electus. vnde alter qui a minori parte electus est / nichil iuris p̄tendere potest ergo si se gerat pro papa: tam ipse q̄ sibi adhærentes sunt ipso facto excōmunicati. tex. est & ibi Panor. in. 7. not. in c. licet. de vitanda. de elec. Prę missa sunt de mente Panor. in rubri. de schisma. Et Hostien. in cap. 1. colum. 1. eodem titu. Q2 si vterq; prætendat se duas partes habere: & sic vterq; probabilem habeat rationem gerendi se pro papa. videretur vtrūq; & eis adhærentes excusari. nec excōmunicationem vel peccatum incurrere secundum Panor. in d. ru. de schisma. in fi. Et pro decisione istius schismatis esset generale conciliū congregandū: & is p vero papa haberet / qui talis a gñali concilio approbaret. tex. est cū gl. sing. in c. Si duo. 79. dist. & hoc casu spectaret ad cardinales congregare concilium. vt notat Panor. per bonā rationē in capi. Licet. col. 3. de elec. Aliqua alia in materia schismatis

vide apud legistas per Bal. in suo tractatu schismatis/quē posuit ī rubrica. C. si quis aliq. testa. prohibue. de qua etiā materia dixi aliqua pręter ea quae hic dicta sunt in verb. Chorę. An autem valeant gesta per schismaticos/ vide qd satis diffuse scribit Panor. in c. 1. de schismati. q ℭSi illius litteris nō creditis: quomodo verbis meis credetis? Assertioni nāq alteri⁹ pl⁹ credi solet q̄ proprię. vulgata l. exēplo. C. de proba. r ℭQuod scripsi scripsi. Scripturā suā praesertim in alterius fauorē factam nemo debet immutare. hoc eñ indignum est & a prudentia alienum. vnde nec permittendū. l. generaliter. in prin. īūcto versi. Nimis enim. C. de non nume. pe.

s ℭQuaecūq scripta ad nostrā doctrinā scripta sunt. Cum sedm apl̄m quęcunq scripta sunt ad nostrā doctrinā sint scripta: vtile est q legamus/ du tñ intelligamus. alioquin legere & nō intelligere/ negligere ē. Et oñia reuoluam⁹: & vbi inuenerim⁹ qd bene & sufficienter alij scripserint non mutemus. l. minime. ff. de legi. c. Nolite. 11. dist. Ex insufficiētib⁹ vero dictis exēplo beati Augusti. Anglorum apostoli si vnq̄ possumus vnum sufficiens cōponamus. Nā & dulcis mixtura bonorum. 12. dist. c. Noui. & .37. dist. ca. Legimus & c. q de mēsa. & c. siqd veri. ea. dist. Sed errorē ppriū cū apparuerit corrigam⁹. c. Qualiter cl. j. de accusa. Nā & deus nouit mutare sententiā. 22. q. 4. c. Incōmutabilis. c. Nouit. de poe. dist. 1. magni autē viri cautela/ magna nobis instructio eē debet. c. Legit. 81. dis. vnde & ad exēplum imperatoris ab alijs corrigi nō expectemus. §. 1. in auten. de nup. colla. 4. in dubijs aūt gratificemus put aequitas nos mouebit. vel distinguēdo concordemus. Sed nec minorum dicta omino condēnemus. mādantes memorię sapientis consilium: dicentis. Corporis exigui vires cōtēnere noli. Consilio pollet cui vim natura negauit. Et quia saepe deus reuelat minori qd abscondit sapiētibus. c. Esto. in fi. 95. dist. Qz si aliquos q̄tūuis magnos manifeste errasse deprehendamus: ab eorundē erroribus recedamus & ipsos refellam⁹. hoc tamē facere debemus cum quadam reuerentia/ qñ non habemus iura expssa. ar. ff. de iu. immu. l. semper. & vbi mortui sunt (nisi forsan aliquātulum indignemur ex zęlo bono) pper periculum opinionis in exēplū assumptae/ vel quod imminet animab⁹: tunc eñ durius loq possumus: vt est bo. tex. in c. Vnico. versi. verum vnctiōis sacramentum. de sacra. vnct. vnde & Paulus ex hac causa summo apostolorum capiti audacter in faciem legitur restitisse. c. Qui contēpta. 8. dist. Praemissa/ hanc apostoli sententiā citādo ponit Hostien. in d. c. Vnico. col. pe. de sacra. vnct.

daeos) crederetis forsitan & michi. De me eni ille scripsit. Si [q] aūt illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?

ℭScripsit & titulum Pilatus & posuit super crucem. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus rex Iudaeorum. Hunc ergo titulum multi Iudaeorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraice/ graece & latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum. Noli scribere rex Iudaeorum: sed quia ipse dixit. Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus. Quod [r] scripsi/scripsi. — Ioannis. 19. d

ℭQuaecunq[s] scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. — Roñ. 15. a 18

ℭNon scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est &c. — 1. Ioanis. 2. c.

ℭCaetera in verbis Iesus. Lucae vltimo. f. in fine. Ioannis. 8. b. Ioannes Baptista. Lucae. 1. f. Iuda. Hieremiae. 17. a. Liber. Psalmo. 68. f. & 138. c & Ezechielis. 2. d. & Moyses. Exodi. 24. a. & c.

Scriba et Scriptura.

ℭEsdras erat scriba [t] & īgeniosus in lege Moysi &c. — 3. Esdre. 8. a.

ℭOmnis scriba doctus/in regno coelorum similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua & vetera. — Matth. 13. g.

ℭScrutamini scripturas (dicit Iesus ad Iudaeos) quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere. Et illae sunt quae testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me vt vitam habeatis. — Ioannis. 5. f.

ℭOmnis [v] scriptura diuinitus inspirata: vtilis est ad docendum: ad arguendum/ad corripiendum/ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo dei/ad omne opus bonum instructus. — 2. Timo. 3. 18

ℭLonganimitatē fratres salutē arbitramini sicut & charissim⁹ frater nr̄ — 2. Petri. 3. d.

t ℭErat scriba. Scribae vocantur a scribendo quasi publicū scribendi habentes officium. & tales ita etiā & alijs plerisq nominib⁹ vocātur in iure humano. Quādoq eñ vocātur tabularij: quia tabulis cuiusq materię possunt cōficere suas ratiōes & instrumēta. l. 1. in prin. ff. de bo. posse. ta. vocantur serui publici. nō quia serui sint (quia seruus nō potest esse notari⁹. l. generali. C. de tabu. li. 10. sed quia publice seruiūt in scribēdis instrumentis ad requisitionē cuiusq. §. cum autē. insti. de adop. & l. non aliter. ff de adop. alias requisitus & recusans tenetur ad interesse. l. iubemus. C. de defen. ciui. & l. placet. in fi. C. de col. fun. pa. li. 11. nisi sit occupat⁹ vel habeat aliā iustam causam. §. Et non fingāt. in auten. de tabel. colla. 4. item vocant librarij: quia sicut libra debēt fideliter & sine fraude & errore facta hominū scribere. l. si librarius. ff. de regu. iur. itē vocantur tabelliones. catholicani/ scribae/scriptores/libellenses/memoriales/ pgrāmaticales/epistolares/receptores/lolographi/nūerarij/cēsuales/scriniarij & tractatores. Ita Io. de platea: q diffusius loquit in rub. C. de tabula. li. 10. & ibi est bo. gl. v ℭOīs scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū &c. Qz sint vtiles diuinae scripturae q̄taq caeteris praestent auctoritate: declarat Aug. li. 2. de Vnico bap. & habetur in c. Quis nesciat 9. distin. sic inquiens. Quis nesciat sacram scripturā canonicam tam veteris q̄ noui testamenti certis terminis suis contineri eamq posterioribus omnibus episcoporū litteris ita praeponi: vt de illa omnino dubitari & disceptari non possit/ vtrum verum vel vtrum rectum sit quidquid in ea scriptum sit vel constiterit esse. Et in prolo. libr. 3. de trinitate. Et recitatur in ca. Noli. eadem distin. dicens. Noli meis litteris quasi canonicis scripturis deseruire: sed in illis & quae non credebas cum inueneris/ incūctanter crede. In istis autem quod certum non habebas nisi certum intellexeris/ noli firmum tenere. vnde etiam dicit Augstin⁹ in epistola. 8. ad Hiero. & in cap. Ego. eadem dist. Ego solis eis scriptorum qui iam canonici appellātur didici hunc timorē honoremq referre: vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere: aut si aliquid in eis offendero qd videatur contrariū veritatis nichil aliud existimem q̄ mendosum esse codicem/ vel nō esse assecutum interpretem quod dictum est: vel me minime intellexisse non ambigam. alios aūt ita lego: vt q̄talibet sanctitate q̄ta ve doctrina polleant/non ideo verum putem: quia ipsi ita senserunt/ sed quia michi per alios auctores vel canonicas vel probabiles rationes/ quod a vero non abhorret persuadere potuerunt. Et ideo etiam dicebat idem August. in epistola ad Fortunatum. & in cap. penul. eadem distinct. Neq quorumlibet disputationes q̄uis catholicorum & laudatorum hominum veluti scripturas canonicas

babere debemus: vt nobis nō liceat salua honorificentia q̄ illis debetur hominibꝰ aliquid eorum scripturis improbare atq; respuere: si forte inuenerimus ꝙ aliter senserint/q̄ veritas habet diuino adiutorio vel alijs intellecta vel a nobis. Vtilitatē ꝑterea diuinarū scripturarum demonstrans Archi. in c. Omnes. circa me. 38. dist. dicit ꝙ scriptura sacra est gladius/arcus/& clypeus. Gladius: quo resistimꝰ inimicis. arcus: de quo sagittę emittunt acutæ. clypeus: quo tela ignea neqssimi diaboli excipimus. j. tentamenta eius ne nobis noceāt. de primo dicit Paulꝰ in epistola ad Eph. 6. Gladius spūs quod est verbum dei.

Paulus/secundū datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omibus epistolis/loquēs in eis de his in qbus sunt q̄dā difficilia intellectu: q̄ indocti & instabiles deprauāt [x]: sicut & cęteras scripturas/ad suā ipsorū ꝑditionē.
¶ Cętera in verbis Iesus. Lucę. 24. d &. f. Iustitia. Matthæi. 5. c. Lingua. Psalmo. 44. a. & Scribere. ad Romanos. 15. a.

Scrutari. ¶ Require sentētias in verbis. Mandatū. Psal. 118. i. Res. Eccli. 3. c. Scriptura. Ioā. 5. f. Spūs. 1. ad. Col. 3. c. Testimoniū. Psal. 118. a.

Psalmo. 63. b **Scrutiniū.** ¶ Scrutati sūt iniqtates: defecerūt [y] scrutātes scrutinio.

Scurrilitas. ¶ Recurre ad verbū Fornicatio. ad Ephesios. 5. a.

2. Regū. 22. c. **Scutum.** ¶ Eloqū dñi igne examinatū: scutū est oīm sperātiū i se.
2. Para. 9. d. ¶ Fecit rex Salomō trecēta scuta aurea trecētorū aureorū/qbꝰ tegebātur singula scuta. Posuitq; ea rex i armētario: quod erat consitum nemore.
Psalm. 5. in fi ¶ Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ/coronasti nos.

de secundo dicit psal. Sagittæ potentis. j. prædicatoris acutę. & in Iob dr. arcꝰ meꝰ in manu mea instaurabit. de tertio dicit in canticis. mille clypei. j. mille sententię pēdent ex ea oīs armatura fortiū. Hæc Archi. qui ibidē huiꝰ apłi sentētiæ declarationē subiūgens dicit de vtilitate scripturę. dicit apłus: 1. ad Ti. 3. Omis scriptura diuinitus inspirata/ vtilis ē ad docēdū nesciētes & ignorātes: ad arguēdum negligētes/ad corripiēdū i malo ꝑsistētes & ad erudiēdū pœnitētes. Et subiungit periculose. ergo carēt ea ꝑlati quibꝰ ex officio oīa ista incūbunt. vñ nō sufficit eis vitę sanctitas/ nisi & adsit sapientię claritas: vt sic ędificent ecclesiam Christi & luceant in domo dei verbo pariter & exemplo. Hęc Archi.

x ¶ Deprauabāt scripturas. Hi scripturas dici possunt deprauare qui aliquid in eis mendacij etiam officiosi esse dicunt. Si enim ad scripturas sacras admissa fuerint vel officiosa mendacia/quid in eis remanebit auctoritatis? ita dicit Augu. in epistola. 1. ad Hiero. & in c. Si ad scripturas. 9. dist. An aūt & hi dici possint deprauare/ q hebræos aut gręcos codices latinis preferunt. Io. de Tur. cre. in c. vt veterū. 9. dist. sentit ꝙ non. dicit enī ꝙ si codices latini de quibꝰ dubitatur sint veteres & antiqui: ita ꝙ verisimiliter ꝓcesserūt trāslationē in lingua gręca: tunc nō ad codices gręcos/sed ad hebręos esset latinorū codicū certitudo requirenda. Si vero libri latini noui essent/ ex libris gręcis esset certitudo ipsorū sumenda: a quibꝰ immediate videntur traxisse originē. de fonte eñ semper q̄renda ē veritas. c. Ieiuniū. 76. dist. Nec est verū ꝙ Hiero. in. 2. prolo. biblię emendatiora dicat latina exemplaria q̄ gręca. Sed allegat æmulos suos ita dicentes. qd tamē ipse non sequitur sed improbat. vnde Hugo de sancto victore in tractatu suo de sacra scriptura/exponēdo ꝑfatum ꝓlogum Hiero. dicit sic. Postremo si dixeris idcirco magis approbandā esse translationem 70. q̄ hebraicam veritatē: ꝙ veriora sint exemplaria græca q̄ hebręa/& latina q̄ græca. Nichil proficis: cum econtrario veriora sint græca q̄ latina: & hebræa q̄ græca. Hęc Hugo. Sed esto ꝙ hæc mens fuerit Hiero. tamen dicit glo. in d. capi. Vt veterum ꝙ hodie ad græca volumina recurrendum non est tanq̄ ab ipsis græcis vnitatis ecclesiæ non synceris obseruatoribus deprauata. quod vtiq; verum videtur: nisi ad antiqua & quę de primis in lucem emissis esse videteutur/ haberetur recursus. tunc enim maior eis esset q̄ latinis codicibus adhibenda fides. vtpote cum latini ab eis prodierint/ sicq; isti vt riuuli/ illi vt fontes censentur. a quibꝰ longe pręstat aquam haurire q̄ a riuulis. d. c. Ieiunium. 76. dist. Et ita intelligatur quod dixi in verb. Græce. in. 1. annotatione.

y ¶ Defecerunt scrutantes scrutinio. Secundū Augu. loquit hęc sententia de occultis Iudęorū in Christi mortē consilijs. qui q̄to plura fecerūt seu q̄to magis scrutati sunt vias iniquas & peruersas/qbꝰ eius mors posset haberi: eo ampliꝰ deliquerunt. Ita vt tametsi manibꝰ Christū non occiderunt/tamē mors eius eis imputetur & occidisse dicantur. c. Periculose. de pœ. dist. 3. possunt aūt hæc verba accōmodari primo in eū cui ex officio incūbit ꝓmouendos ad ordines episcopo pręsentare/ac dicere. Postulat sancta mater ecclesia hunc diaconū vel subdiaconum ad onus presbyteratus vel diaconaiꝰ assumi. & episcopo interroganti si eū quem ꝓmoueri petit cognouerit esse dignum. Respōdere ꝙ q̄tum humana fragilitas nosse sinit scit & testificat illum ad huiusmōi onus officij esse dignū. Si eñ in tali respōsione contra conscientiā non loquat/non peccat: tametsi indignꝰ is sit cuiꝰ ꝓmotionē petit. quia nō simpliciter illū asserit esse dignū: sed inq̄tum humana fragilitas nosse sinit: cum illū quem indignū esse non nouit/dignū debeat æstimare. Q2 si indignū illū esse cognoscit: ego priusq̄ ad huiusmodi scrutiniū sibi faciēdum veniat/secrete debuit intimare. Alioqui cōtra conscientiā respōdens eum dignū/peccat. & ipse scrutans. j. q prius scrutatꝰ est de dignitate vel indignitate ꝓmouēdi/deficit scrutinio. j. peccat respōdendo eum dignū in scrutinio sibi facto. tex. est in c. Vnico. de scruti. in or. faci. Scdo possunt hęc verba in eos dici q ad ꝓuidēdum per electionē ecclesię pastore viduatę tentatis prius vijs spiritussancti & cōpromissi: viā accipiūt scrutinij. in qua multi etiā viri litterati deficiunt/ignorātes practicā: vt notat glo. in c. Cum expediat. de elec. lib. 6. & Panor. in c. Quia ꝓpter. in prin. col. fi. de elec. Et tunc recte dici pōt. Defecerunt scrutātes scrutinio. Et qm̄ hęc via scrutinij est necessitatis: sic. s. ꝙ ad ꝓcedendum per eā etiā vno solo instāte cæteri necessario astringunt. duę vero alię vię/inspiratiōis. s. & cōpromissi/voluntatis. quia nemo inuitꝰ cogit per easdē ꝓcedere: put hęc dicit Mādagotꝰ in tracta. suo de elec. c. 21. & notat Panor. i d. c. Quia ꝓpter. §. vel saltē. in verb. Vice oīm. Sciēdū est & diligēter memoriæ cōmendādū: ꝙ quędā sunt substātialia in hac forma: qbus omissis electio non ꝓcedit: immo cōiter scdm doc. Hostiē. excepto/ est irrita ipso iure. primū est ꝙ scrutatores aliq assumant ad colligēda. s. sua & aliorum electorum vota. Scdm: ꝙ vota secreto & sigillatim a scrutatoribꝰ inquirātur. Tertiū ꝙ in scriptis vota hmōi redigant. Quartū ꝙ vota ipsa in scriptis redacta mox in cōi/hoc est in capitulo publicētur. Quintū ꝙ collatiōe habita statim cōis electio subsequat. & Sextū: ꝙ is in quē maior & sanior pars eligētiū cōsenserit eligat. si istorū aliqd defuerit/& electio est irrita (vt dictum est) & nichilominꝰ eligētes eligēdi potestate sunt priuādi per sententiā. Hæc substātialia ꝓbant in d. c. Quia ꝓpter. in pri. & ea colligit Manda. in d. trac. de elec. c. 22. Et ꝙ electio aliter facta sit nulla/ ꝓbat in d. c. Quia ꝓpter. versi. Aliter. Q2 aūt aliter. j. ꝑtermisso vno ex ꝑmissis substātialibꝰ nō sint priuati sed priuandi: ꝓbat tex. in d. c. Quia ꝓpter. versi. qui vero. in verb. Pręuenit. & in c. Cuinana. in fi. eodē ti. Circa primum substātiale ē aduertēdum primo: ꝙ sufficit scrutatores esse assumptos per collegium exp̄sse vel tacite. si eñ tres de capitulo cōgregato/alijs vidētibꝰ & tacētibus scrutent: & demū capitulo nō cōtradicēte seruatis omnibus seruādis sequat cōis electio/ videretur electionē valere: quia cū sumꝰ in re fauorabili & meritoria/tacētes ꝓ cōsentiētibꝰ haberi debēt. vt in simili notat glo. in c. Sicut. de elec. li. 6. ita Panor. in d. c. Quia ꝓpter. col. 5. versi. Scdm substātiale. & idē sentit Mādago. in d. trac. ca. 22. in glo. in verb. Aliqui. subiungit tamē ibi Panor. tutum esse vt expresse assumantur per collegium. Scdo aduertat ꝙ scdm aliquos

debent scrutatores esse tres/& non plures nec pauciores: & de collegio non autẽ aliunde sumi. ℞ intellige de collegio eligẽ
tium/non aũt solũ de collegio ecclesiæ vacãtis. Potest eñ esse ꝙ electio spectat ad aliud collegiũ ratione priuilegij vel con
suetudinis: quo casu scrutatores assumi deberent non de collegio vacãtis ecclesiæ sed eligentiũ. Ita Panor. in d.c. quia ꝓpter.
col. 5. versi. Tertiũ. & versi. Quartũ. alij vero vt Vincẽ. & Tan. dicunt scrutatores aliũde q̃ a collegio accipi posse/ & paucio
res vel plures q̃ tres. Tutius tamen est priori opinioni adhęrere cum auctoritate concilij generalis. de quo in d.c. quia pro
pter fulciat. sed si sec⁹ factũ fuerit irritari vel irrita esse ꝓpter/hoc electio nõ debe bit. & ita tenet curia Romana. nam electio monasterij Caleñ. fuit in ipsa cõfirmata/quãq̃ in ipa fuissent assũpti sex scrutatores/ quoꝝ tres erãt de collegio & alij tres aliũde. Ita dicit Mãdago. in d. tractatu de elec. c. 23. §. versũ. Iũcta gl. I verb.

¶Arcum conteret & confringet arma & scuta [z] comburet igni. Psalm. 45.b.
¶Factus est in pace locus eius/& habitatio eius in Syon. Ibi confregit po 75.a.
tentias: arcũ/scutum/ gladium/& bellum.

Secretum. ¶Causam tuam tracta cum amico tuo: & secretum [a] Prouer. 25.b.
extraneo ne reueles: ne forte isultet tibi cũ audierit: & exꝓbrare nõ cesset.
¶Noli regibus dare vinum: quia [b] nullũ secretũ est vbi regnat ebrietas. 31.a.

irritari. Circa secundum substantiale est etiam aduertendũ. Primo/ꝙ cũ secreto & sigillatim sit (vt diximus) vc torũ inqui
sitio facienda: scrutatores cum tabellione ac testibus debent (ne audiri valeant ab alijs) trahere se in partem videlicet ad
angulũ capituli/vel ad locum aliũ condecentẽ: & ibidem (si sint de collegio eligentiũ) anteq̃ procedant ad scrutiniũ aliorũ
debẽt scrutari primo adinuicem vota sua/ne ex votis possint instrui aliorũ in quem debeant consentire. alias si vota sua vl
timo scrutarẽtur/pletũq; in ipsorum existeret potestate ius tribuere cui vellent. Scrutabuntur aũt se adinuicẽ in hunc mo
dũ. Duo eñ scrutabuntur tertiũ: & eo scrutato/ ille scrutat⁹ cũ alio scrutabit̃ scdm. deide illi duo scrutati scrutabũtur tertiũ.
Alij dant alium modũ scrutandi/vt. s. q̃ artus extra collegiũ detur qui scrutetur vota scrutatorũ assumptorũ. sed quod dictũ
est/melius est & cõm uni⁹. Ita Mãda. in d. trac. c. 24. in prin. iuncta glo. in verb. Vota sua. & Panor. in d.c. Quia ꝓpter. col.
3. versi. Quarto quæritur. Secũdo ẽ aduertendũ ꝙ scrutatores scrutatis votis suis/vocare debent illum qui habet in capitulo
primã vocẽ: quo scrutato alios sigillatim scrutari quousq; vota oĩm fuerit inquisita/ita tñ ꝙ nõ duo simul vel plures sed sin
guli singulariter inquirantur. alias electio non teneret. ita Manda. in d.c. 24. §. scrutatis igitur. & Panor. in d.c. Quia. colũ.
5. versi. Quintũ substantiale. & versi. Sextum. Circa tertiũ substantiale est pariter aduertendũ ꝙ vota scrutata scribi debent
per tabellionem si presens fuerit. alioqui per ipsos scrutatores vel vnum ipsorũ de beneplacito aliorũ. vel assument̃ duo viri
idonei ad scribendũ sicut fit in iudicijs cũ tabellio non habetur. Ita Manda. in d. tract. de elec. c. 28. vbi subiungit̃ non refer
re an vota scribantur in prima vel tertia persona. Consulit tamen ꝙ vniuscuiusq; eligentiũ ordo & dignitas scribantur. Et
ita etiã (ꝙ per notariũ vota scribi possint/etiã si laicus sit: vel per alterũ ex scrutatorib⁹) tenet Panor. in d.c. Quia. col. 3. ver
si. qnto. q̃ritur. Circa quartum substantiale aduertatur: ꝙ votis omnibus iuxta ea quæ pręmisimus inquisitis/scrutatores de
angulo capituli vel de alio loco ad quem se in partẽ traxerant: consurgentes ad alios reuertantur / moxq; vota publicent in
cõmuni: legendo. s. coram ipsis intelligibiliter ac distincte scripturã eadem vota continentem. Et licet non sit vis per quem
publicatio ista fiat (dũ tñ facta fuerit in cõmuni) tamen quia conciliũ generale (de quo in d.c. quia) velle videtur ꝙ eam
faciant scrutatores tutius est ipsam fieri per eosdem. Et q̃uis aliqui asseuerent dictam publicationẽ non factam mox / non
vitiare electionem: tamen melius & tutius est ꝙ fiat sine aliquo interuallo. ita Mãda. in d. Tracta. 30. & Pa. in d. ca. quia.
col. 6. versi. nonũ. & versiculo. Decimũ. Circa quintũ substantiale aduertatur primo ꝙ collatio quę publicato scrutinio mox
necessario facienda est. fit primo numeri ad numerũ. vt per eam appareat in quem maior pars capituli direxerit votũ suum.
Secundo zęli ad zęlum: vt videatur quæ pars zęlum habuerit meliorẽ. Et tertio meriti ad meritũ: vt sciatur cui de electis ma
iora merita suffragentur. Et de oĩbus pręmissis est collatio facienda/si duo aut plures fuerint electi. Porro si vnus tñ in scru
tinio noĩatus: q̃uis nõ possit tunc fieri collatio nũeri ad nũerũ/meriti ad meritũ/seu zęli ad zęlũ: fiet tũc nũeri/meriti atq; zę
li. nũeri: q̃a cõferent inter se vtrũ oẽs præsentes fuerint: & vtrũ oẽs citati vel aliq contempti: vel an vox alicuius non sit cõ
putanda: vel quare aliquis non fuit citatus. & ita de singulis quę ad numerũ spectant. meriti. s. vtrum electus sit legitime na
tus/vel excõmunicatus/vel periurus seu alias criminosus/aliove impedimento detentus. Zęli/ vtrum. s. electores bonum
in eo eligendo zęlum habuerint vel malum. Collationẽ vero istam faciant scrutatores si super hoc a capitulo mandatũ ha
buerint speciale/alias suo videntur functi officio si scrutinium est publicatũ. vnde tunc per illum qui habet in capitulo pri
mã vocem/seu per alium aut alios quos capitulũ duxerit deputandos: erit hęc collatio faciẽda. quinĩmo & si per aliquẽ vel
aliquos alijs præsentibus & non contradicentibus collatio ipsa fiat/bene valet licet id non fuerit eis cõmissum. quia in hoc
casu haberetur taciturnitas pro consensu. Hæc est conclusio Manda. in d. trac. c. 31. & Panor. in d.c. Quia propter. col. 4. ver
si. Quinto quæritur. Circa sextũ & vltimũ substantiale/aduertatur primo ꝙ si est aliquis in capitulo/ cui ex officio incũbat
electionẽ cõmunem facere: debebit fieri per eum/alioquin fiet per illum qui habet in capitulo primam vocem: vel aliũ cui
capitulum specialiter duxerit cõmittendum/ vel expresse vel etiam tacite: vt quia eligit alijs præsentibus & non contradicẽ
tibus. dum tamẽ tũc/ quando. s. tacite tantum cõmittitur electio facienda in cõmuni/ipsi vel maior pars eorũ quorum noĩe
facta est eam ratam habeant. si aũt ratam habere noluerint: tunc non valet/ex quo ille mandatum nõ habebat nec id sibi ex
officio cõpetebat. ita Mãda. in d. trac. ca. 34. & glo. in c. Sicut cum per formam. in verb. Per vnum. de elec. li. 6. Secundo ad
uertatur ꝙ hæc electio ideo dicitur cõmunis: quia fit per vnum & per verba singularis nũeri noĩe omniũ de capitulo. vel si
sint plures electi/nomine eorum qui in eum direxerunt vota sua. tex. est cum glo. in d.c. Sicut cum. de elec. in. 6. & in c. Cũ
ab vno. de re iudi. lib. 6. Notandũ tamen est ꝙ siue is eligat qui hoc habet ex officio siue is cui hoc ab alijs est cõmissum/bñ
valet electio: & cõis intelligitur/licet eligens non exprimat ꝙ id facit noĩe capituli vel eorum qui in illum dirigunt vota
sua. tutius tamen est id exprimere q̃ tacere. Cum aũt eligit is cui ex officio id non competit nec mãdatum habet ab alijs eli
gendi: est necesse ꝙ eligens dicat/eligo talẽ nomine eius/seu eorum qui in illum direxerunt vota sua. alioquin cẽsebitur sua
electio singularis/& sic per consequens nulla erit nec ratificari poterit ab alijs: cum capituli vel eorum nomine non sit facta
ideoq; vtilius est & tutius ꝙ quis non eligat nisi specialiter sibi committatur. Ita dicit Mandago. in d.c. 34. §. postremo. Hęc
ideo sub compẽdio scribenda censui: quia versatilis est hęc materia præsertim inter cœnobitas quibus (saltẽ vt frequenti⁹)
nedum iure cõmuni sed etiam ex priuilegio facultas competit eligendi.

z ¶Scuta comburet igni. Hęc sententia citari solet in eos qui suum reatum velare excusationibus quibusdam friuo
lis obnituntur. Circa quos vide quę scripta sunt in verb. Excusare. in. 1. anno.

a ¶Secretum extraneo ne reueles. Secreta fidei nostrę/extraneis. j. hęreticis & paganis vel etiam christianis in eorũ
malicia & errore obduratis reuelanda non sunt: ne ea rideant & contẽptui habeant. d.c. In mandatis: 43. dist. Secreta etiam
qualiacũq; non sunt extraneo. j. homini in fidei suæ integritate non satis nobis cognito promulganda: ne id nobis tandem
qd dicat scribit̃ in c. Voluissent. in fi. de pœ. dist. 1. Tu secrete fecisti ego cũctis manifestabo. Talis tñ secretũ reuelãs fraudu
lẽter & infideliter diceretur agere. c. Qui ambulat. in prin. 5. q. 5. Cętera videant̃ in verb. Arcanum.

b ¶Nullum secretum est vbi regnat ebrietas. Recurre ad verbum Ebrietas.

¶Assumpsit Iesus duodecim discipulos secreto &c. vt supra Iesus.
¶Cætera in verbis Detrahere. Ecclēs. 10. c. & Detrahens. Psalm. 100. a.

Psalmo.89.a **Seculum.** ¶Priusq̄ montes fierent aut formaretur terra & orbis: a seculo & vsq; in seculum tu es deus.
148.a. ¶Dixit/ & facta sunt: ipse mandauit/ & creata sunt. Statuit ea in æternū & in seculum seculi: præceptum posuit & non præteribit.
Mat. vl. in fi. ¶Ecce ego (ait Christus ad discipulos) vobiscum [c] sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.
Ad heb. 1. a. ¶Nouissime diebus istis loquutus est nobis deus in filio: quem consti= tuit hæredem vniuersorum per quem fecit & secula &c.
¶Cætera in verbis Amicus. Iacobi. 4. b. Parabola. ad Romanos. 12. a & Religio. Iacobi. 1. in fine.

2. Ad thi. 2. a **Secularis.** ¶Nemo (inquit Paulus) militans deo [d] implicat se ne= gotijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit.
2. c. ¶Abnegantes impietatem & secularia desideria: sobrie/ iuste & pie viua= mus in hoc seculo &c.

Ecclēs. 4. b. **Secundus.** ¶Vnus est & secundum [e] non habet: non filium non fratrem/ & tamen laborare non cessat: nec satiantur oculi diuitijs: nec re= cogitat: dicens. Cui laboro? & fraudo animam meam bonis? In hoc va= nitas est & afflictio pessima.
¶Cætera in substantiuis habentur.

2. Re.. 22. b& Psalm. 17. c. **Secundum præpositio.** ¶Retribuet [f] michi dn̄s secundū iustitiam meā: & secundum mundiciam manuum mearū reddet michi.
Psalmo. 50. a ¶Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secū= dum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
93. d. ¶Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consola= tiones tuæ lætificauerunt animam meam domine.
Apoca. vlti. c ¶Ecce venio cito (dicit dominus) & merces mea mecum est: reddere vni cuiq; secundum opera sua.

Securis. ¶Require sentētias in verbis Arbor. Matthæi. 3. c. & Glo riari. Esaiæ. 10. d.

2. Para. 20. e. **Securus et securitas.** ¶Credite [g] in domino deo vestro & se curi eritis: credite prophetis eius & cuncta euenient prospera.
Prouea. 11. c. ¶Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo: qui autē cauet laqueos securus erit.
Esaię. 32. d. ¶Erit opus iustitiæ/ pax: & cultus iustitiæ/ silentium: & securitas [h] vsq; in sempiternum.

Psalm. 126. a **Sedere.** ¶Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postq̄ sederi tis qui manducatis panem doloris.
¶Cætera in verbis. Apostolus. Actuum. 2. a. Beatus. Matthæi. 5. a. Ca thedra. Psalmo. 1. a. Dextræ. Psalmo. 109. a. Iesus. Matthęi. 20. c. & Moy ses. Exodi. 18. b.

10. b. **Sedes.** ¶Domin9 in templo sancto suo: dominus in cœlo sedes ei9.
44. b. ¶Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis/ virga regni tui.
88. b. ¶Formetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia & iudicium prę paratio sedis tuæ.

c ¶Vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi. Nobiscum est vsq; ad secu li consūmationē de9 noster in supersacro sui corporis & sanguinis sacramento: & id quidem reali sua & corporali presentia. tex. est hinc sumptus in cle. 1. col. 2. de reli. & vene. san.

d ¶Nemo militans deo &c. Declara vt dictum est diffuse in verbo Nego gotium.

e ¶Vnus est & secun dum non habet. Secundus regulariter dicitur respectu primi/ vt notatur in ru. C. de secun. nuptijs. Et appel latiōe secundi veniunt quā doq; tertij/ quarti/ quīti/ & vlteriores. bo. est tex. in ca. fi. 31. quęst. 1. iuncto c. 1. de secun. nup.

f ¶Retribuet michi domin9 scdm iustitiā meā. Non tamē existimes iusti tiam tuā q̄tacūq; sit/ ęterna dignam esse retributione. Tametsi enim iuste viuen tibus sit dominus eam da turus: tamen non ex meri to condigni/ sed merito cō grui: quia non sunt condi gnę passiones &c. c. Salua tor. 1. q. 3. vnde dictio secū dū/ nō sonat hoc loco ęqua litatē: put nec etiam in iu re humano. Et ideo si quis condemnetur ad soluendos decē francos secundum qđ ipse solit9 est facere vel sui prædecessores: licet pbetur nec ipsum nec pdecessores suos vnq̄ soluisse nisi quq/ tamē ad decē soluendos cō pelletur. ita notabiliter sen tit Bar. in l. eū qui. §. Iulia nus. ff. de consti. pecu. & in extrauagan. ad reprimendū in verb. Prout. Et late Iasō in l. fi. C. de insti. & substi. sub condi. fac.

g ¶Credite in domi no deo vestro & securi eri tis. Expulsis vitiorū anfra ctibus/ virtutū viam com plectamur & securi erim9. nichil enim sic securitatem parit vt vera ac recta synce raq; conscientia. ca. In cun ctis. in princip. 11. quæst. 3. c. Non turbatur. 24. q. 1.

h ¶Et securitas vsq; in sempiternum. Cir ca hæc verba pro iure hu mano dubitari potest: Au securitas alicui data vt ad aliquem locum alioqui si bi prohibitum venire pos sit/ extinguatur per primū suum accessum ad illum lo cū vel secundū aut vlterio rē? an vero talis securitas psit sibi i sēpiternū/ donec

¶Dominus [i] in cœlo parauit sedē suā: & regnū ipsius ī oībus dn̄abitur. Psalm. 102. d

¶Malignitas euertet sedes potentium. Sapiē. 5. in fi.

¶Sedes ducum superborum destruxit deus: & sedere fecit mites pro eis. Eccli. 10. b.

¶Cætera in verbo Iudicare. Matthæi. 19. d.

Seditio. ¶Cum audieritis prælia & seditiones [k] (dixit Christus ad discipulos) nolite terreri &c. vt supra in verbo Aduentus. Mat. 24. a. b. c. Luc. 21. c.

Seges. ¶Si egressus ignis &c. vt supra in verbo Ignis.

¶Si intraueris segetem amici tui: frāges spicas/ & manu conteres: falce [l] autem non metes. Deutero. 23. d

¶Quando messueris segetem in agro tuo/ & oblitus manipulum relique ris: non reuerteris vt tollas eum: sed aduenam & pupillum & viduam au ferre patieris: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere ma nuum tuarum. 24. d.

¶De segetibus in quas Sanson immisit vulpes: vide in verbo Sanson.

Segnis. ¶Cupimus vnūquēq; vestrum eādem ostentare solicitudi nem ad expletionem spei vsq; in finem: vt non segnes [m] efficiamini: verū imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Ad heb. 6. d.

Semel. ¶Quod semel [n] egressum est de labijs tuis: obseruabis & fa cies sicut promisisti domino deo tuo: & propria voluntate & ore tuo lo cutus es. Deutero. 23. d

¶Cætera in verbis Iesus. 1. Petri. 2. d. in fine. Pœnitentia. ad Hæbreos. 6. a. Potestas. Psalmo. 61. c. & Repetere. Iob. 33. b.

Seminare. ¶Sex annis seminabis terram & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam/ & requiescere facies: vt come dant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit edant bestiæ agri. Ita facies in vinea & in olíueto tuo. Exodi. 23. b.

¶Qui [o] obseruat ventum non seminat: & qui [p] considerat nubes nunq̄ metet. Eccles. 11. b.

scilicet fuerit reuocata? Hanc questionē disputauit Oldral. vt refert Bar. in l. 1. col. 1. ff. ad l. Iul. ma. Et breuiter distingui po test post eos: q aut securitas fuit petita & determinate concessa: & tunc standū est determinationi: vtputa/ si dictū fuerit vt veniret semper vel quid simile/ aut fuit determinate petita sed indeterminate concessa: vt quia petita fuit pro decēdio & su perior simpliciter concessit: & tunc cōcessio regulatur a petitione/ & secūdū eā intelligitur. Responsio em̄ regulatur scdm pe titionē seu interrogationē. tex. est in. §. preterea. insti. de inuti. stipula. & in c. Inter dilectos. §. cæterū. de fi. instru. ibi. ex for ma petitionis. aut econtrario fuit petitio indeterminata/ sed concessio determinata & intelligim⁹ securitatem concessam scdm cōcessionem/ non secundū petitionē: quia superior videt restrixisse petitionē. Quod enim dicitur concessionem regulari a petitione: intelligitur quando cōcessio esset indeterminata. Q2 si determinata sit regulabit a sua determinatione. ar. c. Cum dilecti. de dona. aut petitio fuit indeterminate facta & similiter concessio. & tunc extiguitur per primū accessum ad locum. ar. l. boues §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. & in l. hęc conditio ff. de condi. & demon. vbi relictum alicui cum nupserit. Restringitur ad primas nuptias/ & non se extendit ad vlteriores. Hoc verū nisi securitatis concessio esset facta ex certa causa: puta p pace facienda quia duraret q̄diu duraret tractat⁹ pacis p hoc est bo. tex. in c. fi. cū glo. in verb. Existentes. de treuga & pa. vbi Panor. p̄missam distinctionem Bar. refert & sequitur. Cætera q̄ ī materia securitatis hic dici possent vide per Bar. in d. l. 1. & p canonistas in c. Accedēs. 2. vt li. nō cōtesta. & satis plene p Guido. pape ī deci. delphi. deci. 418.

i ¶Dominus in cœlo parauit sedem suam. Vicarij aūt sui sedem parauit seu constituit esse in ciuitate Romana. c. Mutationes 7. q. 1. c. Per venerabilem. Qui filij sint legi. de quo tamen vide quod dictū est in verb. Petrus: annotando illa verba. Tu es Petrus & super hanc petram ędificabo ecclesiam meā. in fine annotationis ibidem factę.

k ¶Seditiones. Seditio proprie fit cōcitando populum ad tumultū/ & pœna eam faciētis est grauissima. l. 1. C. de seditio. & sic videtur esse mors. ar. l. fi. ff. de pœnis. vel melius dici potest q pro qualitate personę eam facientis pœna est cōmensuranda. vnde seditionē faciens quādoq; furca suspenditur/ quandoq; bestijs subijcitur & quādoq; in insulā deportatur. l. si quis aliquid. §. 1. & 2. ff. de pœnis. De iure aūt canonico repellūtur a pmotiōe: & iam pmoti deijciūtur. tex. est in c. Seditionarios. cū gl. 2. 46. dis. Ampliora. in ista materia vide in tractatu de seditio. An aūt seditio sit mortale pctm̄/ dicit Alberi. de Ro. in dictionario suo in verb. Seditio: post S. Tho. in. 2. scdę. q. 42. q seditio opponitur vnitati populi ciuitatis vel regni. Et sic opponit iustitię in cōmuni bono: & ideo ex suo genere est peccatū mortale. & tanto grauius q̄to bonū qd impugnatur per seditionē est maius: q̄ priuatū bonū quod impugnatur per rixā. Peccatum aūt seditiōis primo quidem & principaliter pertinet ad eos qui seditionē procurant q grauissime peccant. Secundo ad illos qui sequunt perturbantes bonū cōmune. illi vero qui bonū cōmune defendunt eis resistētes/ nō sunt dicendi seditiosi sicut nec illi qui se defendūt dicuntur rixosi.

l ¶Falcē mittere nō debes. Scriptum est in lege. Per alienā messem transiēs falcē mittere nō debes: sed manu spicas cōterere & māducare. Falcē em̄ iudicij mittere non potes/ nec debes in eā segetem. j. iurisdictionē q̄ alteri videt esse cōmissa: sed per affectū boni operis frumēta dn̄ica vitiorū expoliare paleis/ & in ecclesiæ corpus admonendo & persuadendo & quasi mandendo cōuertere. Ita dicit tex. qui ē Gregorij in c. 1. 6. q. 1. Solent aut hęc verba generaliter citari in eos qui aliqd vsurpant iuris alieni: prout est tex. qui videri potest in c. Venerabilē. in princip. de elec. & in c. Nullus. de parro.

m ¶Vt nō segnes efficiamini. Hoc studiū superiorib⁹ esse debet: sic. s. subditos regere/ & vt alicui honesto se cōmittant exercitio cōmonere: vt nō segnes efficiant. tex. est in auten. vt liber. de cęte. §. hęc similiter. in prin.

n ¶Quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis. Facit tex. in c. Qualiter. in fi. de pac. & in c. Iuramenti. versi. Et ideo. 22. quæst. 5. de quo in verb. Labia. in. 1. annota.

o ¶Qui obseruat ventum non seminat. j. qui aduersariorum persecutiones plus æquo formidat/ a seminando dei verbo supraq̄ deberet absterretur. d. c. Suggestum. 7. quęst. 1.

p ¶Qui obseruat nubes nūq̄ metet. Qui blādientiū verba cōsiderat nō acqret vitā æternā. d. c. Sunt nōnulli. 46. dist.

Aggei.1.b. ¶Hęc dicit dominus exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum/& intulistis parum &c.

Ab gala.6.b. ¶Quę [q] seminauerit homo/ hęc & metet: quoniam qui seminat ĩ carne sua/de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu/ de spiritu metet vitam æternam.

¶Cætera in verbis Aqua. Esaiæ.32.g. Exultatio. Psalmo.125.a. Mane. Ecclesiastes.11.c. Metere. Eccli.7.a. & Talentum. Matthæi.25.c.

Leuitici.19.d **Semen agri.** ¶Agrum [r] tuum non seres diuerso semine.

Marci.4.c. ¶(Cum turba plurima conueniret Christus ait) Sic [s] est regnum dei: quemadmodum si homo iaciat sementem in terram & dormiat: & exurgat nocte & die: & semen germinet & increscat dum nescit ille. Vltro eñi terra fructificat/primũ herbam: deinde spicam/deinde plenum frumentũ in spica: & cum ex se produxerit fructus/ statim mittit falcem quoniam adest messis.

Lucę.8.a.b.c ¶Cum turba plurima conueniret: & de ciuitatibus properarent ad Iesũ Dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semẽ suum. Et dũ seminant aliud cecidit secus viam/ & conculcatum est: & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit: quia nõ habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: cæteris autem in parabolis: vt videntes non videãt/ & audientes non intelligant. Est auem hæc parabola. Semen/est verbum. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt/deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum: ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tẽpus credunt: & in tempore tentationis recedũt. Quod autem inter spinas cecidit: hi sunt qui audierunt & a [t] solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitę euntes suffocantur: & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent/& fructum afferunt in patientia. Et similis sentẽtia habetur Matthæi.13.a.b.& Marci.4.a.b.c.

2.Corin.9.c. ¶Qui administrat [v] semen seminanti: & panem ad manducãdum pręstabit. Et multiplicabit semen vestrum: & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletati abũdetis in omnẽ simplicitatẽ: quæ operatur per nos gratiarum actionem deo &c.

Psalmo.24.c **Semen hereditariũ.** ¶Anima iusti in bonis demorabitur:

q ¶Quę seminauerit homo/hęc & metet. Vide tex. in c. Cum ex eo. de pœni. & remis. de quo in verbo mendic⁹. Pro literali aũt sensu istorũ verborũ nota tex. in c. Quia tua. 50. distinc. dum ibi dicitur. Quid prodest seminare triticum & fructum eius non tolleret.

r ¶Agrum tuum nõ seres diuerso semine. Idest Ecclesiam tibi commissam pura synceraq; doctrina reges/ne quid ei hęreticę prauitatis immisceatur diligenter pcauens. d. c. Sit rector. versi. Sed cum rector se ad loquendum pręparat. 43. distin.

s ¶Sic est regnũ dei &c. Hac sententia dñs sub messis nomine virtutũ gradus demonstrat. Semen eñi homo iactat in terram/cũ cordi suo bonam intentionem inserit/ & postq̃ semen iactatũ est dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero surgit ac die: quia inter aduersa & pspera proficit. & semen germinat & crescit dũ nescit ille: quia cum adhuc metiri incrementa sua non valet/ semel cõcepta virtus ad perfectum ducitur. & vltro terra fructificat: quia præueniente se gratia/mẽs hominis spontanea ad fructũ boni operis surgit. sed hęc eadem terra primum herbã/ deinde spicam/ deinde plenum frumentum producit in spica. Herbã quippe producere/est inchoationis bonę adhuc teneritudinem habere. Ad spicam vero herba venit/ cum se virtus animo concepta ad perfectum boni operis protrahit. Plenum vero frumentũ in spica fructificat: quando iam tãtum virtus proficit vt esse robusti & perfecti operis possit. sed cum ex se produxerit fructus/ statim mittit falcem: quoniam adest tempus messis. Omnipotẽs eñ deus producto fructu/ falcem mittit & messem suam desecat: quia cum vnũquẽq; ad perfecta opera produxerit ei⁹ temporalem vitam: per emissam sententiam incidit/ vt granum suum ad cœlestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus/semen in terram mittimus. Cum vero operari recta incipim⁹/ herba sumus. Cum aũt ad perfectum boni operis crescimus/ ad spicam peruenimus. Cũq; in eiusdem operationis perfectione solidamur: iam plenum fructum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat: qui passionis tempore per amorem dominũ sequens: hunc deum confiteri ante ancillæ vocem timebat. Erat enim iam viriditas in mente: qa credebat dominum omnium redemptorẽ: sed valde adhuc flexibilis pede conculcabatur timoris. Iam in spica surrexerat/ quando eum quem moriturum confiteri timuerat: nunciante euangelio in Galilęa viuentem videbat. Sed ad plenum granũ in spica peruenerat: quando de superueniente spiritu & suam mentem illius amore roborante ita solidatus est/ vt vires persequentium & nisus despiceret/ & redemptorem suum libere inter flagella prędicaret. Textus est his verbis hanc sententiã declarans in c. Dum sanctam. §. hos nimirũ gradus. de pœnitẽ. dist. 2. & sumptus est ex Gregorio sup Ezechielem.

t ¶Et a solicitudinibus & diuitijs &c. Cognitionis statum exigere non valet/quẽ terrenę solicitudinis vsus curuum tenet. Ex eorũ quippe specie psal. dicit in psal.37. Incuruat⁹ & humiliatus sum vsq;quaq;. quorum culpam per semetipsam veritas reprobans ait in Luca. Semen quod in spinis cecidit: hi sunt qui audierũt verbum/ & a solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus huius vitæ euntes suffocantur/ & non referunt fructum. tex. est ita dicens in capi. 1. §. Gibbosus. in fi. 49. dist.

v ¶Qui administrat semẽ seminãti &c. Hac sententia q̃tum sit vtilis eleemosyna monstratur. de quo vide quę scripta

& ſemen eius hæreditabit terram.
¶Non vidi iuſtum derelictum/nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur & cõmodat: & ſemen illius in benedictione erit. Pſalmo.36.e.
¶Iniuſti punientur/& ſemen impiorum peribit. 36.e.
¶Potens in terra erit ſemen (iuſti) generatio rectorum benedicetur. 111.a.
¶Seme [x] hominum honorabitur hoc/quod timet deum: ſemen aũt hoc exhonorabitur quod præterit mandata domini. Eccli.10.c.
¶Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen quaſi Sodoma fuiſſemus/& quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. Eſaię.1.c.
¶Cætera in verbis Abraham. Geneſis.17.b.&.22.c. Adulter. Sapienti.3.d.&. Frater. Deuteronomij.25.b.

Semen gignitiuum. ¶Dixit Iudas ad Onam filium ſuũ. Ingredere ad vxorẽ fratris tui & ſociare illi: vt ſuſcites [y] ſemen fratri tuo. Ille ſciens non naſci ſibi filios introiens ad vxorem fratris ſui: ſemen fũdebat in terram: ne liberi fratris nomine naſcerentur. Et idcirco percuſſit eum dominus: eo ꝙ rem deteſtabilem faceret. Geneſis.38.b
¶Quis poteſt facere mundum/de immundo [z] conceptum ſemine? Nõne tu qui ſolus es? Iob.14.a.
¶Cætera in verbis Fluxus. Leuitici.15.a.& Purgatio. Leuitici.12.a.

Semita. ¶Poſuiſti (domine) in neruo pedem meum/& obſeruaſti omnes ſemitas meas: & veſtigia pedum meorum conſideraſti. 13.d.
¶Vias [a] tuas domine demonſtra michi: & ſemitas tuas edoce me. Pſal.24.a.
¶Deduc me domine in ſemita mandatorum tuorũ: quia ipſam volui. 118.b.
¶Iuſtorum [b] ſemita quaſi lux ſplendens: procedit & creſcit vſq ad perfectam diem. Prouer.4.c.
¶Semita vitæ ſuper eruditum: vt declinet de inferno nouiſſimo. 15.c.
¶Vox clamãtis in deſerto. Parate viã dñi: rectas facite ſemitas eius &c. Marci.1.a.

Semper. ¶Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu [c] tuo ſemper. Pſalmo.18.d
¶Oportet [d] ſemper orare. Luce.18.a.
¶Cætera in verbis Gaudere. ad Philip.4.a. Ieſus. Matth.26.a.&.2.Corinth.4.c. Ignis. Leuitici.6.b.

Senex. ¶Coram cano capite conſurge: & honora [e] perſonam ſenis. Leuitici.19.g
¶Super [f] ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui. Pſalmo.118
¶Corona ſenũ filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. Prouer.17.a.
¶Exultatio iuuenum fortitudo eorum: & dignitas ſenum canicies. 20.d.
¶Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt a patribus Eccli.8.b.

ſunt in verbo Eleemoſyna.

x ¶Semen hominum honorabitur hoc/quod timet deum. Semen aũt &c. Hęc ſententia bene facit pro eo quod dicit tex. in c. Cenomanenſẽ. 56. diſti. Filios ſcilicet pro parentum peccatis non eſſe exhonorandos ſi boni ſunt: & ſic/ſi parentum peccata non ſequantur. de quo vide quod ſcriptum eſt in verbo Filius. Super illud Sapien.3. Ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. vbi celebres tex. in hac materia citati ſunt.

y ¶Vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Hoc loco ſumitur ſemẽ pro filio. Et ſic pro ſemine hęreditario. De hac aũt ſuſcitatiõe ſeminis dixi in verbo Frater Deute.25.

z ¶De immundo cõceptum ſemine. De immundicia ſeminis gignitiui: vide quod dictum eſt in verbo Coire.p.

a ¶Vias tuas demonſtra michi/& ſemitas tuas &c. Verbis ꝓprie ſumptis via amplior eſt ſemita. Semita tamẽ ſępe pro via ponitur. l. q̃tum ad iuris. ff. de verbo. ſignifi. c. Ad audientiam. de homi.

b ¶Iuſtorum ſemita quaſi lux &c. Declara vt in verbo Lucere.

c ¶In conſpectu tuo ſemper. Dictio ſemper non exigit vt actus cui adiungitur omni momento temporis exerceatur: ſed frequentiam ſignat & intermiſſionem oportuni tẽporis quo actus fieri debet excludit. vnde actus dicitur ſemper fieri qui ſæpe fit. j. quolibet tempore ad eum agendum preſtituto. Hæc ſunt de mẽte Bar. & aliorum legiſtarũ in l.1. ff. ſolu. ma. Hoſtien. in ca. Cum inter vniuerſas. de elec. & Archi. in c. Sacroſancta. in fi. 22. diſtinc.

d ¶Oportet ſemper orare. Declara vt in verbo Orare.

e ¶Honora perſonã ſenis. Honorandus a nobis eſt qui ſenex eſt/nedum ęta te ſed & ſapiẽtia. Senectus enim/& ętatis & ſapientiæ conſideratiõe metiẽda eſt. cap. fi. 84. diſtinc. Pro cęteris Recurre ad verbũ Antiquus in.1. annotatione.

f ¶Super ſenes intellexi. An ergo doctor iuuenis ſuper ſenes intelligens/ſit ſenioribꝰ doctoribꝰ pręferendus. Bar. ſentit ꝙ non. in l. 1. ff. de obſeq. a liber. pręſtan. Quod verum videtur niſi factus fuiſſet prior licentiatus ſed poſterior doctor: quia tunc doctori priori poſterius licentiato eſſet poſtponendus. bo. eſt text. in l. 1. l fi. C. de cõſuli. li. 10. per quem ita concludit Ange. Are. in §. Quędam. inſti. de acti. in. 6. col. Et facit: quia quãdo finis habet neceſſariam ſiue regularem conſequentiam ad principium/inſpicitur tempus principij & non tempus finis: vt eſt textus in l.3 §. ſcio. ff. de mino. ſed doctoratus eſt regularis conſequentia licentiæ. igitur &c. Ad hoc facit quod no. Bal. in l. qui indignus. ff. de ſena. vbi multis rationibus concludit licentiatum in vno loco/doctorari non poſſe in alio loco. Et ſic apparet ꝙ doctoratus regulatur ſecundũ licentiam. igitur &c. Et iſta eſt communis concluſio quam tenet do. meus Philip. Decius in c. Clerici. colũ.2. &.3. de iudi. & Alex. de Imo. in addi. ad Bar. in d. l. 1. ff. de obſeq. a liber. pręſtan. Secũdo verum videtur niſi eſſet aliquis doctor ſenior qui a doctorum collegio fuiſſet remotus ſed poſtea per principem reſtitutus: quia factus medio tempore doctor tali doctori ſeniori pręferretur. Ita Bar. in l. 2. ff. de decu. Tertio videtur verum inter doctores eiuſdem facultatis. Si autẽ eſſent doctores diuerſarum facultatum/quandoq iunior pręferretur antiquiori vt patet in doctore theologo qui pręfertur omnibus alijs doctoribꝰ. & in doctore iuris canonici qui præfertur doctori iuris ciuilis. & in doctore iuris ciuilis/qui pręfertur doctori medicinę: vt dicit & cõcludit Panor. in d c. Clerici. col. 1. & ibi Decius col. 4. de iudi. Et idẽ dicas ſecũdum eos ibi

quando doctor iunior tempore/esset doctor in vtroq;: quia tūc preferret doctori antiquiori in altero tantum: quia duo vincula &c. c.1. de treuga & pa. Quarto verum videtur nisi doctor iunior legeret: quia doctori antiquiori non legenti preferretur secundū Io. de Pla. in l.2. C. vt di. ordo. serue. quem refert & sequitur Alex. in l. Cū quid. ff. si cer. pe. & in l.2.§. prius. ff. de vulga. & pupil. Et hoc maxime procederet in doctore qui legisset.20. annis; quia talis efficitur comes: vt est text. in l.1. cum glo. ibi. C. de profes. qui in vr. constan. li.12. Ampliora in ista materia vide per Decium in d.c. Clerici. de iudi.

suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum: & in tempore necessitatis dabis responsum.

Eccli.25.a. ¶Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor dei.

Ad titum 2.a ¶Tu loquere quę decent sanam doctrinam. Senes [g]: vt sobrij sint / pudici prudentes / sani in fide: in dilectione / in patientia.

¶Cætera in verbis Increpare. 1. ad Timoth.5.a. Iudicium. Esaiæ.3.c. Loqui. Eccli.32.b. Roboam.3. Regum.12.d. & Salomon.3. Regum.11.a.

Senectus et Senecta seu Senium.

Psalmo.70.b ¶Ne [h] proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea / ne derelinquas me.

70.c. ¶Vsq; [i] in senectam & senium deus ne derelinquas me.

91.b. ¶Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus [k] mea in misericordia vberi.

91.d. ¶Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & bene patientes erunt vt annuncient.

Prouer.16.d. ¶Corona dignitatis senectus quæ in vijs iustitiæ reperietur.

Sapiē.4.b. ¶Senectus [l] venerabilis est: non diuturna neq; annorū numero cōputata. Cani [m] autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis via immaculata.

Eccli.8.b. ¶Ne [n] spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt.

25.a. ¶Quæ in iuuentute tua non congregasti: quomodo in senectute tua inuenies?

30. prope finē ¶Zelus & iracūdia minuūt dies: & ante tēpus senectā adducet cogitat⁹.

¶Cætera in verbis Adulter. Sapienti.3.d. Ioseph filius Iacob filij Isaac. Genesis.37.a. & 48.b. Pater. Eccli.3.b. & Thobias. Thobiæ.5.

Senescere.

Proue.23.c. ¶Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contēnas cū senuerit mater tua.

22.a. ¶Adolescens iuxta viam suam: etiam cum senuerit non recedet ab ea. Vt supra Adolescens.

Ad heb.8.i fi ¶Quod antiquatur & senescit prope [o] interitum est.

Sensus et Sensatus.

Eccli.6.d. ¶Si videris sensatum / euigila [p] ad eū: & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.

10.a. ¶Iudex sapiēs iudicabit populū suū: & principatus sensati stabilis erit.

g ¶Senes vt sobrij sint prudentes &c. Quo qs. senior est / eo morti est proximior. vnde & de sua salute debet esse solicitior / & in virtutibus amplexandis & criminibus deuitādis vigilantior. tex. est in cap. tanta 86. distinct.

h ¶Ne proijcias me in tempore senectutis / cum defecerit virt⁹ mea &c. Etsi in omni ætate / in senili tamen præ alijs diuino indigemus auxilio. Siquidē senectus multa habet incommoda. Primo nāq; si sit plena senectus seu seniū / repellit ab obtinenda prelatura. tex. est in c. Florentinū. Paulo ante fi. 85 distinc. Secundo quia senes auaritię crimine quod idolorū seruit⁹ est vehementius tentari solēt. Vnde cū in senibus cætera vitia tepescant / sola auaricia iuuenescit dicit Hostiē. post Senecam in c. Cum in iuuentute. de purga. cano. Tertio qa in senectute morbi cū odiosa debilitate subeūt. notat Archi. in c. Tāta. 86. dis. immo de se ipsa senectus / morbus. Itaq; statutum de infirmitate loquens habet locum in senectute: vt no. Panor. per illum tex. in c. Magnę. de voto. Quarto. quia senes ꝓpter nimiā ętatem delirant aut saltem sensus accipiūt diminutionem. Notatur per Archi. in d.c. Tanta. habet tamen & senectus pleraq; bona. vt ibidem dicit Archi. Ab impudentissimus enim liberat voluptatib⁹. īponit modum libidinis / frāgit īpet⁹ sapientiam auget vbi plena non est senectus: & dat matura cōsilia. vnde & in multis defertur senectuti. vt notatur in c. De quib⁹.21. dist. & dixi in d. verbo. Antiquus. Et quia vt frequentius solent seniores iunioribus esse deuotiores. vergente namq; ad inferiora conditione corporea / feruor spirit⁹ ad sublimiora conscendit. dicit textus in c.1. de renū. i ¶Vsq; in senectam & senium. De differentia inter senectutem & seniū dixi in verbo Etas. in magna annotatione. in versi. in quinta ętate. & in versi. in sexta ętate.

k ¶Et senectus mea in misericordia vberi. Nemo tam senex est quin vberi quadam misericordia foueatur: sperans semper aliquos sibi dies ad viuendum superesse. vnde dicit philosophus.2. Rhetoricorū. Cōcupiscētia est eius quod abest: & ibi ꝓbat q; senex die vltima maiori ducitur viuendi desiderio q̄ diebus prioribus: prout etiā dicit post philosophum / Albe. de Ro. in l.1. in princip. C. qui testa. fa. poss. l ¶Senectus venerabilis est / non diuturna &c. Nota ex morib⁹ quandam fieri senectutem honestatis. Ita ex hac sentētia dicit Archid. in d.c. Tanta. 86. distinc.

m ¶Cani sunt sensus hominis &c. Idest bene canus est qui bene sensatus & bene est senex qui mūd⁹ & simplex. Hæc declaratio glo. interli. probatur in c. fi. 84. distinc. n ¶Ne spernas hominem in sua senectute. Hęc sententia potest primo elucidari vt velit homines propter suę mortis quę ex senectute perpenditur propinquitatem contēnendos non esse. quia & iuuenes: vt sumus / ipsi fuerūt: & senes effici / vt ipsi sunt: desideramus. vnde & quo seniores sunt / eo vberiore sunt a nobis honore ꝓsequēdi. d.l. semp. in prin. ff. de iure. īmu. Sedo q; dicta seu scripta hoīm ꝓpter antiquitatē ipsorū dictorū seu scriptorū nō sunt vllaten⁹ vilipēdēda. quia & scripta nostra senescēt. Et ita intelligēdo notet text. in c. Cōtra. in fi. 25 q.1. dū ibi dicit. Apud nos incōuulsis radicib⁹ viuat antiquitas: cui decreta patrū sanxere reuerētiā. Et in c. Ridiculū. 12. dis. vbi dicit. Ridiculū est & satis abominabile dedecus: vt traditiōes quas antiquit⁹ a patrib⁹ suscepim⁹ infringi patiamur. Q. si scripta antiquorū correcta esse appateat / & ea cē nouis scriptis posthabēda. Adhuc tñ nichilifaciēda nō sunt / sed ipsorum cognitio & si non imitatio desiderāda est. bo. est text. insti. de testa. in prin. ibi vt nichil antiquitatis penit⁹ ignoret. & in l. vnica. §. Et cū triplici. C. de cadu. tol. o ¶Prope interitū est. Dicit tñ Hiero. post Tulliū. Nemo tā senex est / qui se annū nō putet posse viuere. quod dictū refert Albe. in d.l. seniū. C. qui testa. fa. pos. p ¶Euigila ad eū. Quia vt

℄Melior eſt homo qui minuitur ſapientia & deficiens ſenſu in timore dei: q̄ qui abūdat ſenſu/& tranſgreditur legem altiſſimi. Eccli.19.d.

℄Qui cuſtodierit iuſtitiam continebit ſenſum eius: conſummatio timoris dei/ſapientia & ſenſus. 21.b.

℄Non[q] eſt ſenſus vbi eſt amaritudo. 21.b.

℄Cogitatus[r] pręſcientiæ auertit ſenſum. 31.a.

℄Fratres nolite pueri effici ſenſibus: ſed malicia paruuli eſtote/ſenſibus[s] autem perfecti eſtote. 1.Cori.14.d

℄Cætera in verbis Corpus. Sapientiæ.9.c. Deprauare. Eccli.22.b. Facies. Eccli.19.d. Filia. Eccli.7.c. Gratia. Eccli.21.c. Lingua. Eccli.21.b. Malum. Geneſis.8.d. Mulier. Eccli.7.b. Patria. Eccli.16.a. Senſus. Sapientiæ.4.c. Seruus. Eccli.7.c.

Sententia.

℄In iudicio plurimorum[t] non acquieſces ſententiæ vt a vero deuies. Exodi.23.a.

℄Quia non profertur[v] cito contra malos ſententia: abſq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. Eccleſ.8.b.

℄Cætera in verbo Paulus. Actuum.26.b.

Sentire.

℄Iuſtum eſt eſſe ſubditum deo: & mortalem nō paria deo ſentire. 2.Macha.9.b

℄Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu &c. Ad philip.2.a

℄Cætera in verbis Caro. ad Romanos.8.a. Iudicium. Sapientiæ.1.a. Loqui. Prouerbiorum.13.a.

Separare.

℄Quod deus coniunxit homo[x] non ſeparet. Marci.10.a.

℄Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti: tribulatio/an anguſtia: an fames/an nuditas/an periculum/an perſecutio/an gladius &c. Et ſupra Charitas. Ad roma.8.g.

mali malū/ita boni hominis bonū eſt conſortium. c. Sępe.28.quęſti.1.

q ℄Non eſt ſenſus vbi eſt amaritudo. Poteſt hęc ſentētia in eos accōmodari qui rapinā dn̄o offerūt in holocauſtū. i. qui neceſſaria corpori amplius q̄ par ſit ſubtrahentes: ad exhibendū deo in ſpiritu & veritate famulatū propter lęſam ob indiſcretas abſtinentias ingenij potentiam/impares efficiunt: quos etiā redarguit Hieronym⁹ in alle. c. Nō mediocriter. de cōſe. diſt.5. de quo etiā dixi in ver. Obſequiū.

r ℄Cogitatus pręſciētię auertit ſenſum. Ideſt q diligēter cogitat/nichil a nobis vel dici poſſe vel fieri qd deū lateat: a quouis illicito vel dicto vel facto ſenſū auertit. vñ & dicebat Boeti⁹ de cōſolatiōe. O viri magna indicta vobis eſt neceſſitas ꝓbitatis/ ſi diſſimulare non vultis: qm̄ cuncta agitis ante oculos iudicis cūcta cernētis. prout etiam de hoc eſt tex. cum glo. in c. Nunquid Cain. in fine. de pœ. diſt.1.

s ℄Senſibus perfecti eſtote. Quantūcunq; homo in ſtatu huius viæ perfect⁹ ſit/non omnes actus virtutum pôt aut debet a ſe abdicare. Vnde & hęreticum eſt dicere ꝙ exercere ſe in actibus virtutum & ſenſus domare ac reprimere eſt hominis imperfecti. de quo videatur text. & ibi plene per Io. And. in cle. Ad noſtrā.§. Sexto ꝙ ſe. de hęre.

t ℄In iudicio plurimorū non acquieſces ſentētię &c. Iudex in iudicando non ſemper tenet cōmunē opinionē ſequi: qñ ſcilicet eam videt ab ęquo deflectere/& ſingularē alicuius opinionem melioribus eſſe & æquioribus ratiōib⁹ ſuffultam. l.2.§. ſed neq;. C. de ve. iu. enu. de quo vide quod ſatis ample dictum eſt in verbo Opinio.

v ℄Quia non profertur cito cōtra malos ſententia. Hic aduerte pro iure humano ꝙ ſententia a iudicibus celeriter ꝓferēda eſt. c. 2. de re iudi. qd verū eſt in oīb⁹ cauſis tam ſummarijs q̄ alijs. gl. eſt in clemē. ſępe. in verbo Amputet. de verbo. ſig. tempus aūt iſtius celeritatis nō reperit a iure ꝑfixum expreſſe. Et ideo poterit iudicib⁹ ꝑfigi tēpus infra quod habeāt lites terminare maxime poſt cōcluſionē factā in cauſa. vt in ſimili notat Panor. in c. 2. col. 2. de cōceſ. præb. & in c. Extirpandę.§. Quia vero de ꝑben. & late dixi in c. Ne ꝓ defectu. de elec. Si aūt iudices coacti nō fuerint ꝓ ſuperiorē/tunc de iure ciuili inſtātia perit trienio. l. ꝓperādum. in prin. C. de iudi. intantū ꝙ cōſenſu partiū ꝓrogari nō pōt: vt tenet ibidē gl. cōiter approbata & quā ſequit do. me⁹ in d. c. De cauſis. col. 2. de offi. dele. de iure aūt canonico durat ꝑpetuo. glo. eſt in c. fi. in glo. 1. de do. & contu. glo. in d. l. ꝓperādū. in verbo Triēnij. in fi. & in c. Anteriorū.§. Ad hęc ſancimus. 2. q. 6. & eſt tex. vbi Panor. dicit in. 2. colū. hāc eſſe cōmunē opi. in c. Venerabilis. de iudi. & eādē opi. dicit eſſe cōmunē do. Iaſon in d. l. ꝓperandū. in prin. in vlti. col. Nec tñ per hoc lites efficiunt īmortales de iure canonico/q̄ ſint de iure ciuili. immo iure ciuili vident magis īmortales. qa poſt triēniū ex quo perempta eſt inſtātia op⁹ eſt de nouo dare libellū/facere nouā litis cōteſtationē & nouas ꝓbatiōes. l. 2. ff. iudi. ſol. qd non erit opus de iu. ca. Ita Bal. in d. c. fi. de do. & cōtu. Nota tñ ꝙ iudices nō ſic celeriter debēt ꝓferre ſententiā: quin iura partiū plene cōſiderauerint. d. cle. ſępe. verſi. Amputēt. Et ideo dicit tex. in l. 2. C. de ſen. ex pe. reci. ꝙ iudices nō ſubitas ſed pōderatas ſentētias ferre debēt. qd eſt verum niſi ꝓpter periculū exiſtēs ī mora. l. Si quis filio.§. quid tñ. ff. de iniuſ. rup. &. 12. teſta. ꝓpterea notāter dicit Bar. in l. ꝓlatā. col. 2. C. de ſen. & interlo. oīm iu. ꝙ ſi iudex de ſero habuit ſaccos partiū/& de mane ferat ſentētiā: ꝙ ſentētia nō valebit. qa ex breuitate tēporis ꝑſumit nō inſtruct⁹ de meritis cauſæ. de quo vidēdū eſt qd notat in c. Eccl'ia. de cōſti. Et dixi in c. Officij. de elec. Eodēmodo dicas ꝙ ſentētia ꝓlata/celeriter exequenda eſt. c. Sicut ſine iudicio. 2. q. 1. Nō tñ ſic debet ꝑcipitari executio/quin expectet ꝑ decem dies vt videat an cōdēnat⁹ velit appellare vel nō. quia ſicut appellatiōe pēdēte nichil eſt innouādū/ita nec pendēte tēpore ad appellādū ꝑfixo. Caſus eſt ī c. Nō ſolū. de appella. in. 6. glo. in l. 1. in glo. 2. ff. nil. no. appel. pen. qd ꝓcedit etiā in ſentētia corporali vt pulchre ꝑ doc. in d. c. 2. de re iudi. ꝑ Panor. in c. q̄rēti. de off. dele. & ꝑ Bar. in l. q vltimo. ff. de pœnis. Poſtremo nota ꝙ ſentētia exiſtēte nulla ꝓpter nimiā iudicis in ea ferēda accelerationē: dat parti optio petere ſentētiā reformari vel per eundem iudicem vel ſuperiorē. Caſus eſt in l. Si pręſes. C. quomodo & qñ iu. & in l. 4. C. de accuſa. iuncta l. Abſentē. C. eodē. ſicut enim appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem/ſic etiam nullitas. Ita Bar. in l. Si expreſſim. col. pe. de appel. Fely. in c. Inlitteris. col. pe. de offi. dele. hoc verum ſi ſententia ſit lata a iudice ordinario: ſecus ſi a delegato. quia finitur ſua iuriſdictio etiam per ſententiam nullam. tex. eſt in l. Si vt ꝓponis la. 1. C. Quomodo & qñ iudex. de quo late per Fely. in d. c. inlitteris. in trib⁹ primis colūnis.

x ℄Homo non ſeparet. Require annotationem in verbo coniungere. Et vlterius aduerte ꝙ hæc ſententia videtur innuere/eos ſolos coniuges ſeparandos non eſſe/qui legitime coniuncti ſunt: vt patet ꝑ ea verba. quod deus coniunxit. Qui ergo prohibitum inter ſe inierint matrimonium ab homine ſeparari poterunt & debebunt. & hoc etiam auctoritate huius ſententię ſumpto ex ea argumēto a ſenſu contrario quod validiſſimū eſt. vulgato. c. Cum apoſtolica. de his de his quę fiunt

a p̃ela. Vnde dicit Clemens tertius. Si. t. vxorem suam in adulterio deprehensam de epi sui assensu abiecit quæ postmodũ accepit habitum monachalem. sed dictus. t. anteq̃ illa decederet aliam superinduxit. Respondemus q illos debes abinuicem separare. Casus est in c. Ex litterarum. in prin. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. Secundo an dici possit per hanc sententiam q sacerdotes grecos non possit papa separare a suis vxoribus/saltem nisi ex causa fornicationis: cum hactenus in sacerdotio/matrimonio vti copulato fuerit eis p̃missum. c. Cum olim. de cle. coniu. c. Aliter. 32. distin. Et videtur tex. q non. in c. 1. in prin. 31. dist. dum ibi dicitur. Ante triennium omnium ecclesiarũ subdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant vt more Romanæ ecclesiæ suis vxoribꝰ nullatenus misceantur. quod nichi durum atq; incompetens videtur vt qui vsum continentiæ non inuenit/ neq; castitatẽ promisit compellatur a sua vxore separari: atq; per hoc quod absit in deteriꝰ cadat. Et pro hac parte facit quod notat Inno. in c. Inquisitionis. de sen. excom. dum tractat/an in omnibus & per omnia sit papæ obediendum.

¶ Cætera in verbis Cogitatio. Sapientiæ. 1. a. Contentio. Prouerbiorũ. 20. a. Leprosus. Leuitici. 13. a. Pax. Matth. 10. d. Princeps. Prouer. 16. d.

3. Re. 2. b. & 3. Regũ. 11. c. **Sepelire et Sepultura.** ¶ Salomon sepultus est [y] in ciuitate patris sui/in qua & Dauid sepultus fuerat.

2. Para. 35. d. ¶ Mortuus est Iosias & [z] sepultus in mausoleo patrum suorum.

Hiere. 22. e. ¶ Sepultura [a] asini sepelietur/ putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem.

Matth. 27. a. ¶ Principes sacerdotũ acceptis argẽteis dixerũt. Non licet eos mittere in corbonam: quia precium sanguinis est. Cõcilio autem inito emerunt ex

y ¶ Sepultus est in ciuitate patris sui/in qua & Dauid sepultus fuerat. De iure communi filius decedens impubes/est ibi sepeliendus vbi pater voluerit si hoc habeat consuetudo. c. De vxore. in fi. de sepul. alias. s. si de consuetudine non constat/sepelietur in sepulchro maiorum si superfit: qua non apparente/sepelietur in sepulchro maiorum. tex. est in c. Licet iuncta glo. in verbo vel parrochiali. ibi & hoc tutiꝰ. de sepul. in. 6. quam glo. sequitur Pa. in d. c. De vxore. in fi. Et idem dicendum videtur in filio pubere decedente non electa sepultura: quia potius erit sepeliendus in sepulchro maiorum q̃ in ecclesia parrochiali. tex. est in c. Is qui. eodem ti. lib. 6. & in c. 1. eodem ti. in antiq. Et aduerte q si maiores sui essent sepulti in diuersis ecclesijs: quia scilicet pater & auus in vna ecclesia iacerent: & proauus & abauus in alia: potius esset sepeliendus in sepulchro proaui & abaui/ q̃ in sepulchro patris & aui. Ita sentit glo. in d. c. Is qui. in verbo Ab antiquo. in fine. sed contrarium tenet Panor. in d. c. 1. in vlti. col. eo. ti. in antiq. dicens sepulchrum patris esse potius inspiciendum: quia vnio sepulturæ procedit ex quadam charitate & mutua dilectione/quæ fuit inter viuos. sed maior est dilectio filij in patrem & auum/q̃ in proauum & abauum/cum sint sibi remotiores. igitur &c. Nec obstant textus in d. c. Is qui. & in d. c. 1. dum dicunt aliquem ibi esse sepeliendum/vbi ab antiquo sepultura maiorum extitit: quia illa ponderatio fit tantum ad exclusionem ecclesiæ parrochialis/non aũt ad exclusionẽ sepulchri paterni. Ita Panor. in d. c. 1. Q2 si filius pubes voluerit eligere sepulturam/potest etiam si sit in patris potestate. tex. est in d. ca. Licet. in fi. sed si extra suam parrochialem ecclesiam elegerit sepeliri/ecclesiæ parrochiali debetur canonica portio in omnibus relictis ecclesiasticæ sepulturæ: & sic non tantum debetur canonica portio de candelis & alijs funeralibus/sed etiã de omnibus alijs qualitercunq; relictis. hoc est tex. & ibi notat Panor. in c. 1. de sepul. & q de candelis debeatur est tex. & ibi Panor. notat in c. In nostra. eodẽ ti. Et ista canonica portio debetur ecclesiæ parrochiali/etiam in bonis ingredientis monasterium in infirmitate ex qua decessit. secus si ingrederetur in sanitate. vide tex. cum glo. in d. c. 2. & in c. De his. eodem ti. in hac autẽ canonica portione debita ecclesiæ parrochiali ratione sepulturæ alibi electæ/computatur quicquid ei relinquitur. tex. est a cõtrario in d. c. de his. & ibi Panor. in. 2. no. Sed istam portionem canonicam perdit ecclesia parrochialis si committat violentiã circa corpus sepeliendum. Ita Panor. in c. Cum liberum. in. 2. colum. eodem ti. Et ibidem in vlti. colum. concludit q fratribus: apud quorum ecclesiam electa est sepultura/licitum est ire p̃cessionaliter ad parrochiam alterius: pro quærendo corpore eius qui elegit sepulturam in eorum ecclesia. Et suum dictum procedit etiam si esset statutũ episcopi q nullus iret ad parrochiam alterius processionaliter: vt late concludit Domi. in c. 2. in. 4. colum. de cõsti. in. 6. mouetur per tria. Primo: quia est eis cõcessa libera sepultura per cle. dudum. de sepul. igitur. & omne id per quod ad sepulturam peruenitur. & sic facultas eũdi p̃cessionaliter. ar. l. ad rem mobilem. & l. Ad legatum. ff. de procura. Secundo quia tacite venit illud quod est de consuetudine. l. quod si nolit. §. Quia assidua. ff. de ædil. edic. notat Bar. in l. Nemo. ff. de duo. re. sed de consuetudine est vt processionaliter portet corpꝰ defuncti. igit &c. Tertio: quia cõcesso haustu aq̃/videt cõcessũ iter ad hauriẽdũ. l. 3. §. fi. ff. de ser. rusti. p̃di. Immo corpus eiꝰ q elegit sepulturã apud fratres p̃dicatores vel alios mẽdicãtes/nõ est necessario ferẽdũ ad ecclesiã suã parrochialẽ. q2 cũ sit eis p̃missa libera sepultura/alterius cõsensus exquiri nõ debet. facit glo. in d. cle. dudũ. in ver. Libere. de sepul. licet cõtrariũ teneat ibidẽ gl. in verbo Integre. quæ procedit tantum stante consuetudine secũdũ Abbatẽ in d. c. Cum liberum. in fi.

z ¶ Et sepultus in mausoleo patrum suorum. Q2 decedẽs. in sepulchro patrum suorum sepeliri debeat exemplis ostẽditur. Ioseph enim moriens in ægypto/rogauit fratres suos vt tempore visitationis suæ ossa sua secum deferrent/ & in sepulchro patrum suorum ea collocarent. Item dictum est prophetæ domini qui cõtra dñi præceptũ comederet in Bethel. Non inferretur cadauer tuum in sepulchro patrum tuorum. Item de nonnullis legitur in li. Regum. Obijt & appositus est ad patres suos. Hoc est in sepulchro patrum suorum. Item in nouo testamento. s. tempore noui testamẽti beatus Philippus legitur ædificasse sepulchrum in quo ipse & filij eius quieuerũt. Item Beatus Seuerus Rauẽnatum archiepiscopus: tumulum fieri iussit in quo se & vxorem & filiam collocauit. Econtra autẽ ostenditur. Adam namq; in ciuitate Arbeæ tumulatus est: sed nunquid omnes filij eius sepulti sunt ibi? Tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facile posset includi. Itẽ Abraã ibi sepultus est: sed nũquid Ismael & Madiu & alij quos de Cethura genuit ibi sepulti sunt? Itẽ Isaac ibi sepultus est. sed nũquid Esau cum eo tumulatus est? Item Iacob ibi collocatus est: sed nunquid aliquis filiorum eius præter Ioseph ibi sepultꝰ est? Hæc exempla pro hac dubietate vtrinq; ventilanda citantur per tex. in c. Vnaquæq;. 13. quæsti. 2. pro resolutiõe recurre ad ea quæ scripta sunt superiore annotatione.

a ¶ Sepultura asini sepelietur. Sicut impijs hominibꝰ celebris vel speciosa sepultura non prodest: ita iustis sepultura nulla vel vilis non obest. c. Sacris. in fi. de sepul. Immo nedum celebris vel speciosa sepultura non prodest impijs/sed etiam nocet: dicente Augustino in c. Quibus. 13. quæsti. 2. Quibus peccata dimissa non sunt a sacris locis post mortem adiuuari non possunt: quia quos peccata grauiora deprimunt/ si in sacris locis se sepelire faciunt/restat vt de sua præsumptiõe iudicentur: quatenꝰ eos sacra loca nõ liberãt/ sed de culpa temeritatis accusant. Et ideo etiam dicit Grego. in cap. Cum grauia. in fi. eadem cau. & quæsti. Quos peccata grauia deprimũt ad maiorem cumulum damnationis potius/q̃ ad solutionem/eorum corpora in ecclesijs ponuntur. Iustis aũt sepultura in ecclesia in hoc prodesse potest. quia eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca veniunt/ suorumq; sepulturam aspiciũt: recordantur eorũ & pro eis preces fundunt. Ita dicit tex. qui est Gregorij in d. cap. Cum grauia. de hac materia dicet diffusius in verbo Proximo. Sed circa hæc verba Sepultura asini/q̃ dici põt sepultura in terra p̃phana aduerte: q is quẽ constat mortuũ esse in peccato mortali/non est sepeliẽdus in ecclesia vel cimiterio. sed asini sepultura. s. in terra p̃phana. gl. est in c. 2. in verbo Sepulturã. de regu. & textus rotundus cũ glo. in verbo Sepulturam. in c. Placuit. 23. q. 5. quia nec pro tali ecclesia orat. c. Pro obeũtibus.

13.quęsti.2.&c.1.de reliq.& vene.sanc.secus si manifeste non constet eum decessisse in mortali: quia sepeliēdus esset in ec-
clesia vel cimiterio. vnde decedens sine confessione exteriori in extremo vitæ facta / nisi constet ꝙ confessionem contempsit
vltra annū/cōtra c. Oīs vtriusq;. de pœ. & re. est sepeliēdus in cimiterio vel ecclesia. quia ex quo ꝑuent⁹ est morte / ꝑsumendū
non est ꝙ decesserit in mortali: nisi cōstet. quia de quolibet ꝑsumendū est bonum &c. tex. est & ibi Panor. in versi. Nota vlte
rius. in c. Ex parte. de sepultu. b ¶In sepulturā peregrinorū. In qua ecclesia seu cimiterio debeant de iure cōmu

illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. propter hoc vocatus est
ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernum diem.
¶Ioseph & Nicodemus acceperunt corpus Iesu: & ligauerunt eum lin- Ioānis.19.g.
theis cum aromatibus: sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco
vbi crucifixus est/hortus: & in horto monumentum nouum in quo non-
dum quisq̄ positus erat. Ibi ergo [c] propter parasceuen Iudæorum: quia
iuxta erat monumentum posuerunt Iesum.
¶Cætera in verbis Abraham Genesis.23.c.d. Gedeon. Iudicum.8.g.
Iacob. Genesis.49.d. Iesus. Matthæi.8.c. Lazarus. Lucæ.16.f. Mortuus.
Eccli.38.b. Panis. Tobiæ.4.c. Patibulum. Deuteronomij.21.d.

Sepulchrum. ¶Hæc dicit dominus. Quoniam obediens fuisti 3 Regū.13.e.
ori domini: & non custodisti mandatū quod præcepit tibi dominus deus:
& reuersus es & comedisti panem & bibisti aquam/in loco in quo præce
pi tibi ne comederes panem / neq; biberes aquas: non inferetur [d] cadauer
tuum in sepulchrum patrum tuorum.
¶Misit Simon dux Machabeorum: & accepit ossa Ionathæ fratris sui: 1.Mach.13.d
& sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius: & planxerunt eum omnis
Israel planctu magno: & luxerunt eum dies multos. Et [e] ædificauit Simō
super sepulchrum patris sui/& fratrum suorum ædificium altum visu/la
pide polito ante & retro. Et statuit septem pyramidas: vnam contra vnā
patri & matri: & quatuor fratribus: & his circumposuit columnas ma-
gnas/super colūnas arma ad memoriam æternam: & iuxta arma naues
sculptas: quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. Hoc est se-
pulchrum quod fecit in Modin vsq; in hunc diem.
¶Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant iudi Psalmo.5.c.
ca illos deus.
¶Simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquēt alienis diuitias suas: 48.b.
& sepulchra eorum domus illorum in æternum.

ni / viatores seu peregrini sepeliri: est quęstio satis dubia. in qua est glo. in cap. in nostra. in verbo. & nisi. de sepul. tenens ꝙ debent sepeliri in ecclesia maiori. & hanc opi. tenet Inno. in ca. 1. eodem. ti. Et pro hoc facit tex. in c. Vbicūq; temporū. 13.q.2. vbi ī dubia quæstione sepulturæ ecclesia maior pręfertur alijs. facit etiā tex. in ca. Officium. de offi. Archip. vbi in verbo a foris veniūt. probatur talib⁹ peregrinis esse ab ecclesia maiori sacramēta ecc'iastica administrāda. Et hāc etiā opi. tenēt Cardi. & Ant. de Bu. in d. c. 1. Sed Panor. ibi. cui⁹ opi. verior videtur/ tenet ꝙ immo sepeliri debent in ea ecclesia parrochiali in cuius limitib⁹ decedūt. quia & sacerdos parrochialis pōt eis administrare sacramēta tāq̄ suis prochianis. Et ita etiā cōcludi solet in cap. Omnis vtriusq; sexus. de pe. & re. Et ꝓbatur in ca. 1. de celeb. missa. circa prin. vnde licet ep̄s sit generalis curatus totius diocesis suę. capi. fi. in princi. de sepul. tn̄ sacerdos parrochialis est specialis/q ꝓferri debet generali: qn̄ nō cōstat de recursu habito ad generalē. quo casu posset loqui d. c. Officiū. de offi. Archip. in omnib⁹ eīn obuentionib⁹ spūalibus occurrētibus in sua parrochia/habet sacerdos parrochialis intentionē fundatā. c. Pastoralis. de his quæ fiunt a præla. etiam contra episcopum. c. Quoniam. de decimis. Et hanc opinionem ꝙ scilicet viatores in ecclesia vel cimiterio eius parrochiæ in qua decedunt sepeliri debeant. tenet Henri. Bouhic. in c. Abolendę. Paulo post princip. de sepul. vbi tamen dicit istud verum esse/nisi eorū parrochialis ecclesia seu locus sepulturę maiorum esset certus & proxim⁹: ita ꝙ ad ipsum sine aliquo periculo deferri possent. quia tunc seruandum esset quod habetur in ca. Is qui de sepul. in. 6. vbi dicitur. Is qui habet domicilium in ciuitate vel castro quandoq; ad villam ruralem se transferet recreationis causa/vel vt ruralia exerceat in eadem: si non electa sepultura decedat ibidem/non in ecclesia dictę villę sed in sua parrochiali vel in ea potius in qua maiorum ipsius ab antiquo sepultura extitit sepeliri debebit: dummodo absq; periculo ad ipsam valeat deportari. Vide Henri. in d. c. Abolēdę. qui notāter loquiſ. c ¶Ibi ergo &c. Hinc dicit Leo tertius in c. 1. in prin. de sepul. Nos instituta maiorum patrum considerantes: statuimus vnumquēq; in maiorum suorum sepulchris iacere. vti patriarcharum exitus docet. Nulli tamē negamus propriam eligere sepulturam: & etiam alienam. Domin⁹ eīn & magister alienā elegit vt propriam. Hęc ibi. circa quem tex. vide scripta in verbo Abraham. d ¶Non inferetur cadauer tuū in sepulchrum patrum tuorū. Recurre ad superius verbū Proximum. 3. Adde tamen ꝙ derelicto maiorū sepulchro pōt quis alibi eligere sepulturā. c. 1. de sepul. in. 6. & tūc canonica portio/dimissę nō debeſ ecclesię: sed illi dūtaxat in qua ille officia cōsueuit audire diuina & eccl'iastica recipere sacramēta. Ita dicit tex. in c. 2. in prin. eod. ti. li. 6. Et valet electio sepulturę nouæ antiqua dimissa: etiā si eligaſ in loco min⁹ religioso/licet iura sup hoc videanſ esse diuersa. text. est in d. c. 2. §. fi. nō oēs tn̄ possūt sepulturā eligere. Religiosi eīn (nisi a ꝓprijs monasterijs adeo forsitā sint remoti: ꝙ ad ea cū moriunſ cōmode portari nō possint) nequeūt (cū velle vel nolle nō habeāt) sibi eligere sepulturā: sed sūt apud sua monasteria tumulādi. Casus est in c. fi. eodē ti. li. 6. Et aduerte ꝙ qn̄ aliqs eligit sepulturā in aliquo loco & in eo sine culpa clericorū illi⁹ loci sepeliri nō pōt/ nichilomin⁹ illa eccl'ia habebit relictū sibi factū ab eo q in ea elegerat sepulturā. Ita Bar. in l. Miles. §. fi. ff. de adul. Panor. ī c. in nostra. in vl. no. de sepul. Et Iason in l. 1. in. 4. col. C. de insti. & substi. sub cōdi. fac. sed an eccl'ia parrochialis de illo relicto debeat habere canonicā portionē. Frede. de Se. in cōsi. suis. cōsi. 6. tenet ꝙ sic. vide Panor. in c. Cū sup. de sepul. Q̄ta aūt sit portio canonica/regulariter debita eccl'ię parrochiali: statur cōsuetudini: qua nō apparēte/est quarta pars. tex. est cū gl. fi. in c. fi. de sepul. Nota tn̄ ꝙ q̄uis relictū eccl'ię sepulturę ei debeaſ si sine culpa clericorum ipsi⁹ ibi nō possit sepeliri / vt dictū est: tn̄ illud ꝓcedit nisi is qui elegisset sepulturā in vna ecclesia/postmodū mutādo volūtatē/elegisset eā in altera: quia relictū ecclesię sepulturę/in dubio videſ relictū occasiōe sepulturę. ar. l. nesenni⁹. ff. de execu. tuto. Vn̄ si postea in alio loco eligaſ sepultura: videſ relictū reuocatū: quia ex ademptiōe oneris/sequiſ ademptio honoris. l. filio. §. Matre. ff. de ad. legatis: per quē ita decidit Panor. in c. In nostra. in vlti. no. de sepul. e ¶Et ędificauit Simon sup sepulchrum &c. An liceat

Esaię.11.c ¶In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur: & erit [f] sepulchrum eius gloriosum.

Matth.27.g. ¶Conuenerunt principes sacerdotum & Pharisei ad Pilatum: dicentes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium &c.

¶Cætera in verbis Abraham Genesis.23.a. Iesus. Matthæi.27. in fine. Moyses. Deuteronomij vltimo.b. & Tobias. Tobiæ.14.c.

Septem. ¶Require sententias in verbis Mortuus. Eccli.22.b. Purgatio. Leuitici.12.a. Stultus. Prouerbiorum.26.c. Thobias. Thobiæ.12.c. & Videre. Apocalypsis.5.b. & 15.a. & 16.a.

Septies. ¶Require sententias in verbis Frater. Lucæ.17.a. Laus. Psalmo.118.x. Leprosus. Leuitici.14.a.

Sequi. ¶Require sententias in verbis Contemnere. Prouerbiorum 18.a. Crux. Lucæ.9.c. Gloria. Ecclesiastici.23.d. Mendacium. Prouerb. 10.a. & Mortuus. Apocalypsis.14.c.

Psalm.54.d. **Sermo.** ¶Molliti sunt sermones eius super oleū: & ipsi sūt iacula.

Prouę.15.c. ¶Lætatur homo in sententia oris sui: & [g] sermo oportunus est optimus.

30.a. ¶Omnis sermo dei [h] ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se.

Sapię.16.b. ¶In hoc ostendisti domine inimicis tuis: quia tu es qui liberas a malo. Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus: & non est inuē ta sanitas animę illorum: quia digni erant ab huiuscemodi exterminari. Filios autem tuos nec draconum/nec venenatorū vicerunt dentes. Misericordia enim tua adueniens sanabat illos. In memorra enim sermonum tuorum exterminabantur/& velociter sanabantur: ne in altam incidētes obliuionem non possent tuo vti adiutorio. Etenim neq; herba neq; malagma sanauit eos: sed tuus domine sermo qui sanat omnia.

18.c. ¶Cum quietum silentium cōtineret omnia: & nox in suo cursu mediū iter haberet: omnipotens [i] sermo tuus domine exiliens de cœlo a regalibus sedibus venit/durus debellator in medium exterminij terram prosiliuit gladius acutus: insimulatum imperium tuum portans: & stans repleuit omnia morte: & vsq; ad cœlum attingebat/stans in terra.

Eccli.32.a. ¶Vbi auditus non est/non effundas sermonem: & importune noli extolli in sapientia tua.

Matth.5.f. ¶Sit [k] sermo vester (dicit Christus ad discipulos) est est/ non non: quod autem his abundantius est/a malo est.

Ioānis.14.c. ¶Si quis diligit me sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eū/ & ad eum veniemus: & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me/sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis/non est meus: sed eius qui misit me patris.

1.Corin.2.a. ¶Ego cum venissem ad vos fratres/veni nō in sublimitate sermonis aut sapientiæ: annuncians vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos/nisi Iesum Christum: & hunc crucifixum. Et ego i infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: & sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hominum sed in virtute dei.

4.prope finē ¶Veniam ad vos cito (ait Paulus) si dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt: sed virtutem. Non enim

mortuo sepulchrū magnificum faceret/seu an licite sint pōpę exequiarū. Videt hęc sentētia ꝓbare ꝙ sic. Itē qa legit Esaiæ.11. Patet sepulchrū eius gloriosū. Itē quia circa sepulchrū dñi facta sūt talia. Vñ dicit Io.19. ꝙ sepelierunt Christū sicut mos Iudęis est sepelire. Dici pōt ꝙ sepulchra bonorū ornare seu pōpas funeris ꝓ bonis facere licitū est ꝑpter gloriā resurrectionis suorū corporū. Pro malis autē.s. pro his quos cōstat i mortali decessisse nō licet: qa etiā tales in ecclesia sepeliēdi nō sunt: vt dictū est supiori verbo pximo.a. vñ refert beatus Gregorius in libro suorū dialogorum: ꝙ quidā mal9 in loco sacro sepult9 p demones eiectus est. Pręmissa ponit Io. de Tur. cre. in c. Nō ęstimemus. in.3. dubio. versic. sed surgit hic. quęstio.13.q.2. Vnde hāc causam pōparū funeralium ostendens August. in d.c. Non ęstimem9. versi. corpori. dicit. Corpori humano quicquid impenditur/nō est ꝓsidiū salutis sed humanitatis officiū: secundum effectū quo nemo vnq̄ carnē suā odio habuit. vnde oportet vt quā pōt proximi sui curā gerat: cum ille inde recesserit qui gerebat. & si hęc faciunt qui carnis resurrectionē nō credūt/q̄to magis debēt facere qui credūt/ vt corpori sed tñ vt resurrecturo & in ęternitatē mās uro impensū huiusmodi officium/sit etiā quodammodo eiusdē fidei testimoniū. hęc ibi. de iure aūt ciuili est tex. vbi etiā hęc conclusio probatur in l. Statuas. C. de relig. & sump. fune.

f ¶Et erit sepulchrū eius gloriosum. Vide quod dictum est superiori proxima annotatione.

g ¶Sermo oportun9 est optimus. Facit textus in d.c. Si rector. §. prouidēdū. 43. distin.

h ¶Omnis sermo dei ignitus. Facit tex. in alle. c. 1. versic. Est enim verbum. 35. quæsti. 10.

i ¶Omnipotens sermo tu9 dñe exiliens &c. Vētura domini natiuitas nocte media ꝑnunciat/ & propter ꝓphetiæ certitudinē/ p verba ꝑsentis tēporis loquitur. De hac autē nocte: qua dñi contigit natiuitas: vide quod dictum est in ver. Angelus. Lucę.1.a.

k ¶Sit sermo vester &c. Hanc sententiā declara

in sermone [l] est regnum dei: sed in virtute.

ℭOmnis [m] sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem fidei: vt det gratiam audientibus. Ad ephe. 4. g

ℭViuus [n] est sermo dei & efficax/ & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsq; ad diuisionem animæ ac spiritus: compagum quoq; ac medullarum/ & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et nō est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Ad heb. 4. c.

ℭCætera in verbis Declaratio. Psalmo. 118. c. Exprobrare. Psalmo. 118. f. Fictus. Prouerb. 29. a. Ira. Prouer. 15. a. Laudare. Eccli. 27. a. Moderari. Prouerbiorum. 17. d. & Respondere. Ad Colossen. vltimo. a.

Serpens.

ℭSerpens [o] erat callidior cunctis animantibus terrę quę fecerat dominus deus. Qui (per serpentem muliere decepta) dixit ad eū. Maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ Super pectus tuū gradieris: & terram comedes cunctis diebus vitę tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem/ & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum & tu insidiaberis calcaneo eius. Genesis. 3. a.

ℭQuis miserebitur [p] incantatori a serpente percusso: & omnibus qui appropiant bestijs? Sic & qui comitatur cū viro iniquo/ & obuolutus est in peccatis eius? Eccli. 12. a.

ℭEcce ego mitto vos (ait Christus ad discipulos) sicut oues inter lupos Estote [q] ergo prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. Matth. 10. b.

ℭSicut [r] Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipso/ non pereat: sed habeat vitam æternam. Ioānis. 3. b.

ℭCętera in verbis Moyses. Numeri. 21. b. & Videre. Apocalypsis. 12. b.

Seruire.

ℭDominum deum tuum timebis & illi [s] soli seruies. Deutero. 6. c.

ℭEcce [t] qui seruiunt deo non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas/ qui terrenum habent fundamentum: consumentur velut a tinea. Iob. 4. d.

ℭIubilate deo omnis terra/ seruite domino in lætitia. Psalmo. 99. a

vt diffuse declarata est in verbo iurare. Et adde q; olim hęc sententia secūdū literalem eius sensum seruabatur in sacerdotibus etiam in iudicio: quia ppter eorū sanctitatē credebat simplici eorū assertioni/ sed hodie non sic. vide Archid. de cuius mente sunt pręmissa in c. Si quis presbyter. 2. quæsti. 4.

l ℭNon in sermone est regnū dei/ sed in virtute. Textus est cō similis sententię in c. Omnē viii. 37. distin.

m ℭSermo malus ab ore vestro non procedat. Immo nec (si fieri possit) sermo aliquis ociosus: quia de omni verbo Ocioso &c. Quotiens. 22. quęsti. 5. vnde dicit Archi. in ca. Ponderet. in princi. 50. dist. Sermo prius veniat ad limā q̃ ad linguā.

n ℭViuus est sermo dei & efficax &c. Similis est sententia/ quę videri potest/ (quia in superiorib9 trāscripta) in d. capi. 1. Paulo post princip. 35. quęsti. 10.

o ℭSerpens erat callidior &c. Pro declaratiōe huius sententiæ notandū venit quod scribit Archi. in c. Serpens. in princi. de pœni. distinct. 1. vbi dicit q; serpens tortuose incedit/ & denotat diabolū. qui sui dolositate & deceptiōe venit ad hominem vt ipsū decipiat/ & in baratrū inferni præcipitet. Terrā comedit: qa vitia & terrena & peccata appetit. & insidiat calcaneo mulieris. s. fini ecclesię: quia in fine seculi veniet antichrist9/ qui multas immittet tribulatiōes & angustias in ecclesia. insidiat & fini hominis vt scilicet ipsum in suę vitę termino decipiat. sed ipa ecclesia/ vel fidelis anima cōteret caput ei9. s. initiū suggestiōis diaboli/ seu primum motum tentatiōis. Eijcitur aūt homo de paradiso: cum per peccatum homo recedit a deo. vel (vt diffusi9 declarat hæc historia) dic q; lucifer de paradiso eiectus spirituū: inuidit homini q; esset in paradiso corporū: sciens q; si faceret eū transgredi q; & ille eijceretur. timens vero deprehendi a viro: mulierem minus prouidam & facilem in vitiū flecti/ aggressus est: & hoc per serpētem. quia tunc serpēs erect9 erat vt homo/ quia in maledictiōe prostratus est. Elegit aūt quoddam serpentis genus (vt ait Beda) virgineū habens vultū: quia similia similib9 applaudent/ & mouit ad loquēdum linguā/ tn̄ eius nesciētis/ sicut per phanaticos & energuminos loquitur nesciētes: & ait. Cur pręcepit vobis deus vt nō comederetis de ligno paradisi. s. vt comederetis de ligno/ sed non de omni. Quærit vt ex responsione meliorem inueniat id agendi qd cupit occasionē: put & factū est. Cum enim quasi dubitando dixit mulier. Ne forte moriamur (quia dubitās ad quamlibet partem de facili flectitur) securus de interpretatiōe: Ait. Nequaq̄ moriemini &c. Prout habetur in hoc capite. 2. & 3. in verbo Mulier. Vnde factum est vt serpenti fuerit illata maledictio. Hęc Archid.

p ℭQuis miserebitur incantatori a serpente percusso? Require annotationem in verbo Incantator. sed circa serpentis percussionem adde: q; omnes serpentes natura frigidi sunt/ nec percutiunt nisi quando calescunt. Vnde venena eorū plus die q̄ nocte nocent. torpent enim noctis algore. & inde est q; quicunq; veneno serpentis percutitur/ primo obstupescit & postea vbi calefactum ipsum virus exarserit: hominem statim extinguit. Ita dicit Archidiac. Isidorum citans in capi. Qui ecclesiasticis. colum. 2. in verbo Serpentes. 36. distinctio. Secundo adde q; serpens raro admodum nudum hominem percutit. Vidēs enim hominem nudum timet/ sed videns vestitum insilit in eum. Ita Archidiac. in cap. Si cupis. circa princip. 16. quæstio. 1. vbi etiam colligit alias tres serpentis naturas. Prima est: quia cum senuerit caligāt oculi eius/ & abstinet se a cibo donec pellis relaxetur/ & inde coartat se vt senectā deponat. Secūda: cū venerit aquā bibere ī cubiculo venenū suū deponit/ & sic aquā insicienter bibit. Tertia: cum tentatur occidi/ totū corpus suū exponit ad pœnam/ caput aūt suum custodit. Dictus est autē serpens: quia occultis accessib9 serpit. Nō eīm apertis passib9/ sed squamarū minutissimis nisib9 repit. Ita Archi. in d. c. Si cupis. dicit aūt Pythagoras serpētes nasci de medulla hoīs mortui: prout refert Archi. in d. c. Qui ecclesiasticis. colum. 2. 36. distin.

q ℭEstote prudentes sicut serpentes &c. Declara per textus citatos in ipsius annotatione. & in verbo Columba.

r ℭSicut Moyses exaltauit serpētē in deserto &c. Vide qd de hoc serpente dictū est in verbo Moyses. Numeri. 21.

s ℭEt illi soli serues. Pro tēporalibus bonis habendis vel iam habitis: non debemus deo seruire principaliter. Quādo eīm sic ppter hęc seruitur deo: quisquis talis est mercenarius est/ & inter filios eius se nō computet. Ita dicit tex. cū declaratiōe Archi. in c. Sunt in ecclesia. 8. quæsti. 1.

t ℭEcce qui seruiunt deo non sunt stabiles &c. Vide text. amplum/

hanc & multas similes sententias citantem. in sepe alle. c. Si enim. de poeni. dist. 2. v ¶ Tributis seruiet. Vel iure dominij/ vel iure seruitutis. Hoc enim vtroq; modo verbum seruire/ verificatur: vt est bo. text. in l. statuliberis. §. fin. iuncta l. cum heres. §. Stich⁹ Titio. ff. de statuliberis. x ¶ Qui percusserit &c. Idē qd in hac sententia probat in l. vnica. C. de emē. ser. Non eī licet dñis in seruos suos/ vt in barbaros seuire. §. sed & maior asperitas. instit. de his qui sui sunt vel alie. iuris. y ¶ Dimittet eos liberos. Plerosq; casus/ in quibus serui efficiuntur liberi/ seu libertatem consequuntur de iure humano: videre potes per tex. diffusum in l. vnica C. de lati. liber tollen. de quibus casibus & quibusdā alijs dixi in verb. Liber adiectiuū. in. 1. annota. ideo hic non repeto: sed ibidem dictis addeq; praeter casus ibidem enumeratos seruus efficitur liber/ si fuerit manumissus etiam ex causa q̄ iusta ad manumissionē habendam putabatur cum tñ iusta non esset. tex. est in l. 1. C. de vindic. liber. 2. apud cōci. ma. & in. §. semel. ibi. Qui. ma. licet vel nō. Secūdo consequitur seruus libertatem si fuerit ei a domino relicta: q̄uis tempore libertatis relictę seruus necdum natus esset sed adhuc esset in ventre matris. Ita q; hoc casu/ quando. s. libertas relinquitur nondum nato sed existēti adhuc in vētre matris/ tot libertatem cōsequētur quot nascuntur/ etiam si libertatem relinquens vni⁹ tantū mentionē fecerit. tex. est solēnis/ in l. Cū inter veteres. C. de fideicom. liber. Tertio consequitur libertatem seruus: si in dāda libertate sibi relicta/ fuerit hæres relinquentis in mora. tunc sententia iudicis eripietur in libertatem: nullo facto aut voluntate ab herede expectanda. absurdum namq; & satis impium est heredes testatoris differre voluntates: maxime cū ad libertatem respiciunt. tex. est in l. ancillam. C. eodem. Qz si heres relinquentis libertatem vni ex liberis ancillę suæ/ & sic vni seruorum suorū moriatur non facta electione. Omnes consequentur libertatem. tex. est in l. pe. C. eodē. Quarto consequitur seruus libertatem ex vnius tantū dominorum suorū voluntate: non obstante aliorū contradictione. Quādo enim plures sunt socij eiusdē serui/ vno ex his libertatē imponere cupiente: alij oēs necessitatem habent partes suas/ quas in seruo possident: vēdere ipsi qui libertatem seruo imponere desiderat/ vel hæredi ei⁹ qui seruo tali libertatē dabit. si aūt socius vel socij recusauerint præciū accipere: poterit p̄ciūm deponere apud ædem sacram & sic seruo libertatem dare. tex. est in l. 1. §. his itaq;. C. de cōmuni ser. ma. Quinto consequitur seruus libertatem si manumissus fuerit/ etiam a non suo domino/ & non nomine domini sui/ sed nomine ipsius manumittētis: quia nichilominus datam libertatem poterit dominus q̄uis nomine suo non datam/ ratam habere/ & præcium serui sic liberi effecti consequi a manumittēte. tex. est no. in l. 1. C. de his qui a non do. manu. Sexto si seruus sciente & non contradicente domino suo in clero fuerit ordinatus/ ex hoc ipso liber & ingenu⁹ erit. c. Si seruus sciente. in princip. 54. dist. quod est verum etiam si ad minores tantum ordines fuerit ordinatus: quia nichilominus statim liber efficitur secundū cōmuniter doc. licet Goffre. teneat contrarium & male. Ita Panor. in c. 2. circa princip. de ser. non ordi. Qz si domino ignorante seruus ordinaretur/ seruus remanet & restituitur domino. tex. est in d. c. 2. qd omnes fatentur quando non est sacerdos factus. vbi aūt est sacerdos factus sunt opi. sed cōmunior videtur opi. q; non restituatur domino si ad pres byteratum fuerit ordinatus/ secundum Pano. in d. c. 2. & ita etiam post Hugo. tenet Archi. in c. Frequens. 54. distin. Septimo si iudæus emerit seruum Christianum/ statim liber efficitur. tex. est in c. 2. de iudęis. & in ca. Mancipia. cum glo. fi. 54. dist. & in l. vnica. C. ne christia. manci. iudæ. ha. Et octauo si religionem ingressus fuerit & professionem fecerit: dūmodo tamen triennio siluerit dominus. j. eum non repetierit/ seruus liber efficitur & monachus remanet. alioqui domino petenti restituendus est. tex. est in. ca. fi. 17. quæst. 2. & in d. c. Si seruus sciente. 3. Responso. 54. distinc.

Prouer. 11. d. ¶ Qui stultus est seruiet sapienti.

12. d. ¶ Manus fortium dominabitur: quæ autē remissa est/ tributis [v] seruiet.

Ad rom. 7. b. ¶ Cū essemus in carne: passiones peccatorum/ quæ per legem erant operabantur in membris nostris: vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur: vt seruiamus in nouitate spiritus/ & non in vetustate literę.

¶ Cætera in verbis Dominus. Matth. 6. c. Honorare. Ecclesiastici. 3. b. & Rex. Psalmo. 2. d.

Seruus.

Exodi. 21. c. ¶ Qui percusserit [x] seruum suum vel ancillā virga: & mortui fuerint in manibus eius/ criminis reus erit. Sin autem vno die vel duobus superuixerit/ non subiacebit pœne: quia pecunia illius est.

21. c. ¶ Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ: & luscos eos fecerit: dimittet [y] eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq; si excusserit seruo vel ancillæ suæ/ similiter dimittet eos liberos.

2. Para. 24. g. ¶ (Cum occisus esset Zacharias iuxta Ioas imperium) Surrexerunt cōtra Ioas serui eius in vltionem sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ sacerdotis: & occiderunt eum in lectulo suo & mortuus est &c.

Prouer. 29. c. ¶ Qui delicate [z] a pueritia nutrit seruū suū: postea sentiet eū cōtumacē.

Eccli. 7. c. ¶ Non lædas [a] seruum in veritate operantem neq; mercenarium dantē animam suam. Seruus [b] sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: non defraudes illum libertate/ neq; inopem derelinquas eum.

10. d. ¶ Seruo sensato liberi seruient.

33. d. ¶ Iugum & lorum curuant collū durū: & seruum inclinant operationes assiduæ.

l ℭSicut socij passionum estis/ita eritis & consolationum. Require annotationem in verbo Consolatio. sed applicando hanc sententiam iuri humano videtur citari posse pro eo quod dici solet. Si aliqui ex pluribus socijs operas ponant/ Alij pecunias: commodum inde prouenien communicari debere. quia enim socij sunt passionum/debent & esse consolationum. de quo vide tex. & ibi Bal. & Saly. in l. I. C. pro socio. & quod circa illam legem scribit Panor. in c. Per vestras. colum.2. de dona. inter. vi. & vxorem.

m ℭQuę societas luci ad tenebras? Pro ethico sensu qui clarus est vide tex. sępe allegatum in quo hęc sententia citatur in c. Si eñ. de pœni. distinc.2. Pro literali aūt/nota tex. in l.3.§.fi. ff. pro socio. vbi dicitur. Societas si dolo malo aut fraudādi causa coita sit/ipso iure nullius momenti est. quia fides bona cōtraria est fraudi & dolo. Hæc ibi.

n ℭEt sanguis Iesu Christi emūdat nos ab omni peccato. Quia eñ quotidie labimur/quotidie Christus p nobis mystice immolat: & passio Christi in mysterio tradit/ vt qui semel moriendo mortē vicerat/quotidie recidiua delictorū p hæc sacramēta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde oramus. Dimitte nobis debita nostra sicut &c. quia si dixerim⁹ quia pctm̄ nō habemus/nos ipsos seduxim⁹ & veritas in nobis non est. Hęc sunt verba textus in c. Iteratur. versicu. Et ideo quia quotidie. de consecra. distinc.2.

o ℭSodalis amico coniocundabitur &c. Loquitur hęc sentētia & sequēs de sodali seu amico falso. Amicos enim veros nulla secernit aduersitas. facit l. Latæ culpæ.§. Amicos. ff. de verbo. signifi.

p ℭOritur sol & occidit &c. Archi. in c.1. de regu. in.6. dicit solē anno vno peragere cursum suum.

q ℭDecolorauit me sol. Solis est vrere & illuminare. Sic verus sol Christus/exterius suos tribulationibus exurit/sed dando vires resistendi illuminat. Ita glo. or. circa quam vide omnino quod conformiter dicit Arch. in c. Suggestum.7. quęsti.1. de quo in superioribus.

r ℭOportet peruenire solem ad benedictionem. Hæc sentētia citatur ꝙ orandu est versus orientem. tex. est cum glo. in verbo Orientem. in c. Ecclesiasticarum.11. distinc. de quo vide quod scriptum est in verbo Orare. super illud.1. ad Ti.2. volo viros orare in omni loco.

Fornacem custodiens in operibus ardoris. Tripliciter sol exurens mõtes radios igneos exsufflans: & refulgẽs radijs suis obcœcat oculos. Magnus dominus qui fecit illum: & in sermonibus eius festinauit iter.

ℭErubescet luna/ & cõfundetur sol: cum regnauerit dominus exercituũ in mõte Sion/ & in Hierusalẽ: & in cõspectu senũ suorũ fuerit glorificat⁹. Esa.24.d.

ℭDominus [s] solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Matth.5.g.

ℭSol factus est [t] niger: tanq̃ saccus cilicinus. Apoca.6.d.

ℭCætera in verbis Ciuitas. Apocalypsis.21.g. Luna. Psalmo.71.a. & 103.c.&.120.prope finem.& 148.a.& Ecclesiastici.27.b.& Esaiæ.30.f. & Iohelis.2.c.& g.1. Corinthios.15.f. Signum. Lucæ.21.e.& Vita. Sapientiæ.2.a.

Solatium.

ℭRecurre ad verbum Tobias Tobiæ.10.b.

Solennis et Solennitas.

ℭTribus vicibus [v] per annũ apparebit: omne masculinum tuũ in conspectu domini dei tui: in loco quẽ elegerit in solẽnitate azimorum: & in solennitate hebdomadarum: & in solennitate tabernaculorum. Deutero.16.c

ℭGloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuæ. Psalmo.73.b

ℭBuccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestræ. Quia præceptum in Israel est: & iudicium deo Iacob. 80.a.

ℭConstituite diem solennem in condensis: vsq; ad cornu altaris. 117.d.

ℭIniqui sunt cœtus vestri. Calendas [x] vestras/ & solennitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt michi molesta. Laboraui sustinens. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Esaiæ.1.d.

ℭEcce ego proijciam vobis brachium: & dispergam super vultũ vestrũ stercus solennitatum vestrarum: & assumet vos secum. Malachi.2.a

ℭPer [y] diem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum: quem voluissent. Matth.27.b.

ℭCætera quæ scribi potuissent de quibusdam Iudæorum solẽnitatibus: vide in verbo Festum.

Solicitus et Solicitudo.

ℭSolicitudo [z] seculi istius/ & fallacia diuitiarum suffocat verbum: & sine fructu efficitur. 13.c.

ℭNe [a] soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis: neq; corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est q̃ esca: & corpus plusq̃ vestimentum? Respicite volatilia cœli quæ non serunt neq; metunt: neq; congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suã cubitum vnum: & de vestimentis quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neq; nent. Dico autem vobis: quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enĩ fœnum agri quod hodie est/ & cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quãto magis vos modicæ fidei. Nolite ergo soliciti esse: dicẽtes quid mãducabimus aut qui bibemus: aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester: quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijciẽtur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinũ. Crastinus enim dies solicitus Matth.6.d. vsq; ad fi. ca.

s ℭDeus solem suum oriri facit super bonos & malos. Sic & a nobis non boni tantũ sed & mali sunt tolerandi. text. est allegans istam sententiam in c. fi. 28. distinc. Et quia etiã deus solẽ suum transire sinit nedum per honesta sed & per inhonesta loca: parui nequaq̃ facere debemus ecclesię sacramenta/ si nedum a dignis sed & ab indignis ministrari videantur. Nã si visibilis solis istius radij cum per loca fœdissima transeunt/ nulla contactus inquinatione maculantur: multomagis ipsi⁹ qui istum visibilem fecit virtus nulla ministri indignitate constringitur. Ita tex. in c. Secundũ. circa me. 19. distinc.

t ℭSol factus est niger tãq̃ facc⁹ cilicin⁹. Quod equidem/ solẽ scilicet nigrescere genuinæ suę naturę cõtrariũ est. Est namq; sol dictus eo q; sol⁹ appareat/ obscurans fulgore suo cuncta sidera. Ita Archi. in d.c. Secũdũ. in verbo Solis. 19. distinc. Vnde & dicit. Superuacuis laborat impendijs q solẽ certat facib⁹ adiuuare. c. Si omnia. 6. quæsti. 1. Factus est aũt sol niger in passione dñi: p quod ostẽditur dñi passionẽ obscurare ĩ nobis hui⁹ seculi psperitatem quã paruipẽdim⁹ cũ de passiõe cogitamus. Ita dicit Archid. in ca., Iteraf. de conse. dist. 2. & dixi in ver. Passio.

v ℭTrib⁹ vicib⁹ per annũ apparebit &c. Hęc sentẽtia citatur q saltem dieb⁹ solennibus oblationes sunt a parrochianis faciendę. De quo vide quę scripta sunt in verbo Offerre.

x ℭCalendas vestras & solẽnitates vestras odiuit anima mea &c. Require annotationẽ factam in verbo Festum. super illud Amos. 5. Odi & pieci festiuitates vestras.

y ℭPer diẽ solẽnẽ cõsueuerat pręses &c. Recurre ad scripta in verbo Consuetudo. sup illud Ioannis. Est aũt vobis cõsuetudo/ vt vnũ dimittam vobis in pascha. Et vlterius aduerte q hodie inter christicolas sũt quatuor pcipuę solẽnes festiuitates. Natalis dñi / paschæ/ pẽthecostes (cui⁹ hoc die. 25. Maij Anno Christiani natalis qngẽtesimo. 20. s. millesimum pfectũ est) Et assũptionis virginis gloriosę. text. est in cap. fi. §. in festiuitatib⁹ vero. de sentẽ. excom. libro. 6.

z ℭSolicitudo huius seculi &c. Vide textũ citantem hanc sententiam in capi. 1. §. Gibbosus. 49. distĩ. in fin. de quo dixi in verbo Semen.

a ℭNe soliciti sitis animę vestræ &c. Hac tota sententia nõ oĩs solicitudo victus seu bonorum tẽporaliũ acquirẽdorũ phibet/ sed tñ nimia seu suffocans. bo. est tex. cũ glo. in verbo Cogitã [illegible] in c. Habebat. 12. quęsti. 1. Proprie tamen solicitudo modera a inquietudinẽ prægnat. Cura autem immoderatam q̃uis &

erit sibiipsi. Sufficit diei malicia sua.

Ad rom.12.c ℭQui [b] preest præsit in solicitudine.

12.c. ℭ(Sitis [c]) solicitudine non pigri.

ℭCętera in verbis Corpus.1.Corinthios.12.b.Curare.2.adTimo.2.c. Custodire. Deutero.4.b.Expectatio. Prouerbio.11.a. Humilitas 1.Pe.5 c.Mendicus. Psalmo.39.in fine. Ociũ. Ecclesiastes.2.d.Petitio. Ad pil. 4.b.& Segnis.ad Hebræos.6.c.

Solium. ℭRequire sententias in verbis Ioseph. Genesis.41.e.Iustitia. Prouerbiorum.16.b.& Rex. Prouerbiorum.21.b.

Genesis.2.d. **Solus.** ℭNon [d] est bonum hominem esse solum &c. Et supra in verbo Homo.

Deutero.32.f ℭVidete quod ego sum solus/& non sit alius deus præter me &c.

Ecclẽs.4.c. ℭVæ soli: quia cum ceciderit non habet subleuantem se.

Eccli.33.c. ℭNon michi soli laboraui &c.vt in verbo Laborare.

Esaię.63.a. ℭTorcular calcaui solus &c.vt infra Torcular.

2.Timo.4.b ℭLucas [e] est mecum solus. Supra in verbo Lucas.

ℭCætera in verbo Mirabile. Psalmo.7.d.

Psalm.101.b **Solitarius.** ℭVigilaui & factus sũ sicut passer solitarius in tecto.

Trenorũ.3.d ℭSedebit [f] solitarius & tacebit: quia leuauit se super se.

Psalmo.54.b **Solitudo.** ℭEcce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.

101.b. ℭSimilis [g] factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Esaię.35.a. ℭLætabitur deserta & inuia: & exultabit solitudo & florebit quasi liliũ. Germinans germinabit: & exultabit lætabunda & laudans &c.

solicitudo pro nimia & suffocante ac perniciosa inquietudine sumatur secundũ Archi. in c. Perlectis. in verbo Solicitudinẽ 25. dist. in c. si custos. 27. q. 1. & in c. Clemẽs. 8. q. 1. vel diffusius & clari⁹ loquẽdo dicere potes post sanctũ Tho. in seda sedę q. 55. & Albericũ de Rosate in dictionario suo in verbo Solicitudo: ꝙ Solicitudo tẽporaliũ/ tripliciter pôt esse illicita. Vno modo ex parte eius de quo solicitamur. vt si temporalia tãq̃ finẽ q̃rimus. vnde Augu. in lib. de operib⁹ monachorũ dicit. Cũ dñs dixit. Nolite soliciti esse &c. hoc dicit nõ vt ista intueantur sed ne ꝑpter ista faciãt quicquid in lectione euangelij facere iubet. Secũdo ꝑpter superfluũ studiũ ad tẽporalia ꝓcurãda. Propterquod homo a spiritualib⁹ quib⁹ principaliter seruire debet retrahitur & ideo dicit Matth. 13. Solicitudo scl'i suffocat verbum. Tertio ex parte timoris supflui: qñ scʒ aliquis timet ne faciẽdo quod debet necessaria sibi deficiant. qd dñs tripliciter excludit. Primo ꝑpter maiora beneficia hominib⁹ ꝓstita diuinitus ꝑpter solicitudinẽ/ scʒ corpus & animã. Scdo propter subuentionẽ qua de⁹ aialibus & plãtis subuenit absq̃ humano ope. Tertio ex diuina ꝓuidẽtia ꝑpter cuius ignorãtiã gẽtiles circa quęrenda tẽporalia bona principaliter solicitabãtur. vñ cõcludit: ꝙ principalis nostra solicitudo debet esse de spiritualib⁹ bonis/ sperãtes ꝙ etiã tẽporalia simul cũ spiritualibus nobis obuenient. Ideo dicit. Primũ quærite regnũ dei. Hęc Albe. b ℭQui preest/ pręsit in solicitudine. Hinc dicimus ꝙ cum papa qui preest oĩbus/ alij ꝓlati in partẽ solicitudinis dicuntur esse vocati. c. Ad honorem. in fi. de aucto. & vsu pallij. c. Decreto. c. Qui se scit. 2. quæst. 6. c ℭSitis solicitudine nõ pigri. Sola ergo suffocãs & a vero ratiõis tramite deuiãs solicitudo damnatur. Alia aũt cõmendat. Vnde dicit Grego. Papa in c. Peruenit. 26. q. 5. Peruenit ad nos ꝙ quosdã incantatores atq̃ sortilegos fueris insecutus. Et omnino nobis solicitudinẽ zelumq̃ tuũ gratũ fuisse cognoscas. studij enim tui sit solicite quęrere & quoscũq̃ huiusmodi Christi inimicos inueneris/ districta vltione corrigere. Et in c. Rationis. versicu. sed quoniã. 100. distinc. Grego. ad Syagriũ epm Augustudunẽsem/ quem nnnc Eduensem vocamus: scribens ait. Quoniam cum honoris augmento cura quoq̃ solicitudinis debet exerceri vt cultui vestium actiõis quoq̃ ornamenta conueniãt oportet: vt enixius in cunctis studijs se vestra fraternitas exerceat: & circa subiectionũ actus sit cura vigilans. Et in c. fi. 39. distin. dicit etiam Grego. Hoc tempore talis in regiminis arce debet cõstitui: qui non solum de salute animarum/ verũetiam de extrinseca vtilitate sciat esse solicitus. Et facit tex. in l. 1. in fi. C. Quando decre. opus non est. & in capi. Solicitudinem. cum similibus. de appella. d ℭNon est bonũ hominẽ esse solũ. Vide q̃ de solitudine dicentur. ♃. Solitudo. e ℭLucas est mecũ solus. Hoc potuit Paulus dicere etiam si aliquos cũ Luca secũ habuerit. modo tñ fuerint pauci, quia dictio solus nõ est exclusiua paucorum/ sed multorũ. glo. est in c. Si peccauerit. in glo. ma. 2. q. 1. & facit c. Si solus. in princi. 8. distin. Sed modus loquendi obstat qui est attendendus l. Cum delamonis. §. Asinam molẽdinariam. ff. de fun. instruc. instru. q̃ le. Immo de stricta ac ꝓpria significatione huius dictiõis solus est ꝙ sit exclusiua non expressorum. l. His solus. C. de reuo. dona. notat Bal. in l. 1. in. 1. oppo. C. de bo. possess. cõtra ta. f ℭSedebit solitarius & tacebit: quia &c. Require duplicẽ annotationem in verbo Leuare. g ℭSimilis fact⁹ sum &c. Tres modos solitudinis insinuasse michi videtur psalmista dum inquit. Similis factus sum pellicano solitudinis &c. Prima figurat solitudinem deserti. Secunda claustri. Tertia tecti siue templi quod signat tectum amplũ. Quæ sit & qualis solitudo deserti patet in eremicolis iuxta narrationes & vitas patrũ. De solitudine claustri vel cœnobiorũ habetur notitia per regulas ipsorũ q̃ cõueniũt oẽs essentialiter in triplici voto/ obedientię/ paupertatis/ & cõtinentię. Porro de solitudine tertia/ quam imaginamur similem passeri qui solitarius est in tecto: non ita cognitionem inuenimus traditã. Participat aũt cũ vtraq̃ priori solitudine/ differẽs tñ ab vtraq̃. Solitudo claustri collocatur in ciuitatibus sicut habet nycticorax domicilium in eisdem. Sic se habet solitudo passerum in tecto. non enim refugit ciuitates sicut pellicanus in deserto: qui longe fit ab eis: & eremi cultores similiter longe fiunt. Cęterum solitarius sicut passer in tecto nulla lege viuendi sub voto astringitur: imitans in hoc voluntarios eremitas: nichilominus locũ villarũ vel ciuitatũ non relinquit/ dispar in hoc eremitis. De hac tertia solitudine legimus de Anna prophetizante de puero Iesu: ꝙ non recedebat de templo ieiunijs & orationibus vacans. Legimus de sancta Iudich ꝙ in superioribus domus suę fecerat sibi cubiculũ vbi cũ puellis suis sola morabatur. Sara iunior molestata prexit orare ad superius cubiculũ domus suę. Helię & Heliseo fuerũt in ciuitatibus assignata in superiorib⁹ domus cœnacula. Et propositũ solitarij talis est vti mundo quasi nõ vtatur. Non em̃ fidit in viribus ꝓprijs aut corporis aut animi/ posse pati solitudinẽ vel deserti vel claustri/ facit hoc quod potest: accipit solitudinem tecti non semper ad literam sed per similitudinẽ. Sicut enim manens in tecto non respicit q̃ fiũt in domo/ sic nec ille solitarius ea curare vult q̃ fiunt in mundo: viuit sibi ipsi & deo/ curam suã totã & cogitatũ

¶Vox clamantis in deserto. Parate viam domini: rectas facite in solitudi Esaię.40.a.
ne semitas dei nostri.

¶Quis [h] dabit me in solitudine diuersorum viatorum? Et derelinquam Hierem.9.a.
populũ meũ/ & recedã ab eis: quia omnes adulteri sunt & cœtus pręuari-
catorũ: & extenderũt linguam suam quasi arcũ mendacij & nõ veritatis.

¶Cætera in verbo Fides. Ad hebræos.11.g.

Soluere et Solutio.

¶Mutuabitur [i] peccator & non soluet: Psalmo.36.d
iustus autem miserebitur & tribuet.

¶Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cœcos. Dominus eri 145.d.
git elisos: dominus diligit iustos.

¶Alligatus es vxori; noli quærere solutionem &c. vt infra Vxor.

¶Cætera in verbis Elementa.2.Petri.3.c. Ioannes Baptista. Ioannis.1.d. Moyses. Exodi.3.b. Petrus. Matth.16.c. & Vxor.1.Corinth.7.c.

Sõnus.

¶Cum [l] dederit dilectis suis somnũ: ecce hæreditas domi- 126.c.
ni filij merces fructus ventris.

¶Vigilia honestatis tabefaciet carnes: & cogitatus illius auferet somnũ. Eccli.31.a.

¶Hora est iam nos de somno surgere &c. Et supra Salus. Ad ro.13.d.

¶Cætera in verbis Amicus. Prouerbiorum.6.a. Dormire pro quiescere Prouerb.3.c. Ecclẽs.5.c. & Prouerbiorum.14.c. Egestas. Prouerb.20.b.

suum & suam solicitudinẽ proijcit in deũ. Premissa omnia & adhuc diffusiora/ q̃ videri possunt: ponit (hanc sententiam declarando) do. Gerson in suo collectorio super magnificat. Tracta. vndecimo. In secũda particula de vita solitaria. col.2. Circa quę notetur inprimis p solitarijs solitudine deserti id quod legitur in cõcilio Chalcedoneñ. de quo in c. Qui vere. in princi.16.q.1. Qui vere pureq; solitariam eligunt vitam digni sunt conuenienti honore. Hęc tex. vbi glo. cõcludit q̃ eremitæ q̃ solitudinis pellicani sunt imitatores subsunt epĩs sicut monachi. Subiungit tñ q̃ monachorũ vita & sic solitudo claustri strictior est vita eremitica seu solitudine deserti. Renũciãt enim claustrales pprijs nõ aũt eremitę: put ẽ text. cum glo. in c. Perlatũ.§. Ecõtra.19.q.3. Ex quo videt̃ inferẽdum q̃ eremita non põt eligi in platum ecclesię monachalis/ cũ non pfiteatur tria substãtialia q̃ tñ psessio & expressa/ necessaria est vt valeat electio. c. Null9. de elec. lib.6. Sed in cõtrariũ videt̃ esse tex. in c. Cum monasteriũ. eodẽ ti. in antiq. vbi habitans in eremo fuit assum ptus in abbatẽ cuiusdã monasterij. Panor. ibi dicit q̃ ille tex. nõ loquit̃ de electiõe sed de postulatiõe. vel intelligẽdo q̃ loquat̃ de electiõe põt dici q̃ ille habitans in eremo erat monachus. quia q̃nq; monachi habitãt i eremo de pmissione suorũ abbatũ. licet autẽ eremita non voueat paupertatẽ sed propriũ habeat: vt probat̃ in d.§. ecõtra. tñ ẽ religiosa psona: & tenet̃ seruare & pmittere cõtinentiã. Ita Inno. in d.c. Cũ monasteriũ. de elec. sed Panor. ibi dicit iure nõ pbari q̃ debeat promittere cõtinentiã. & idẽ sentit glo. in d.c. Qui vere. dũ dicit iure nõ reperiri cautũ quã vitã ducere debeant. Vnde sunt sicut locustę sine rege. Panor. etiã in c.2. col.3. ver. Et ex hoc infertur. de so. compe. dicit q̃ immo eremita nõ est religiosa persona. Sicut em̃ tales ex vtero matris processerũt laici/ Ita & in eodem statu censendi sunt ex quo non interuenit alius actus eos eripiens a iurisdictione imperatoris. qui est duplex/ videlicet receptio ordinis & cõuersio ad aliquã ex religionibus approbatis. vt de reg. c. fi. &.17.q.4. Si quis suadẽte. cũ si. Et hoc dictũ verius videt̃ de iure licet primũ sit equius: qa cũ certã regulã nõ habeãt & sint sicut locustæ/ q̃ non habet regẽ: absurdum videt̃ vt sola volũtate possint se eximere a iurisdictione imperatoris & redire quando volunt. & p hoc.12.q.1. cap. Duo sunt genera. vbi tantũ duo genera hominũ nominantur/ laicorũ & clericorũ. Hęc Panor. Et hanc opinionem sentit glo. ma. circa mediũ. in c. De viduis.27.q.2. Sed cũ dicatur q̃ eremitę subsunt episcopis vt notat glo. in d.c. qui vere. & glo. in c. Nulla.93. distinc. & in l.2. in verbo Non possunt. ff. de in ius vocan. videt̃ tutior opi. Innocentij q̃ religiosę personę dicant̃. & nichilominus si aliquẽ ex sacris ordinib9 non assumpserũt poterũt ad matrimoniũ cõuolare. & si ante eremiticã vitam assumptam contraxissent spõsalia de p̃senti/ eę per assumptionem ipsius non dissoluerentur. glo. est no. in cap. Ex parte.2. in glo. fina. in fi. de conuer. coniuga. Sed in cõtrariũ videtur textus cũ glosa in c. Scribit.§. Ecce q̃ cõiugati.27.q.2. vbi dicit tex. Sponsi etiã inconsultis quas sibi desponsauerint exemplis pbantur continentiã posse seruare. vt em̃ refert beatus Hiero. Macharius pręcipuus inter Christi eremitas/ celebrato nuptiarũ cõuiuio cum vespere thalamũ esset ingressurus/ ex vrbe egrediens transmarina petijt & eremi solitudinẽ sibi elegit. Fely. in d.c.2. in.2. col. de so. cõpe. dicit q̃ non dissoluitur matrimoniũ de p̃senti per vitã eremiticam. Et ad d.§. Ecce. Respõdet q̃ Macharius transiuit ex reuelatiõe diuina. vnde factum suum non est trahendum ad consequentiam. Et pro hoc facit quod immediate sequitur in d.§. Ecce. vbi proposito exẽplo Macharij/ statim sequitur. Item beatus Alexius similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus/ sponsam deseruit. Põdera verbum similiter: quia satis innuit q̃ Macharius diuina reuelatione fuerit a nuptijs reuocatus. igitur &c. Secundo pro solitarijs solitudine claustri vide quæ dicta sunt in verbo Religio. Tertio pro solitarijs solitudine tecti: nota quod dicit Innocen. in cap. Porrectum. de regula. vbi concludit q̃ quis potest effici religiosus profitendo in manibus episcopi certam regulam seu modum/ licet in domo sua priuata remaneat & nullam certam religionem ingrediatur. Et facit bo. text. & ibi docto. in capi. fin. Qui cle. vel vouen. & in capi. Ex parte. de conuer. coniuga.

h ¶Quis dabit me in solitudine diuersorum viatorum? Solitudo diuersorum viatorum potest dici solitudo claustri: quę simpliciter optabilior videtur solitudine deserti. Facit bo. tex. in c.2. de sta. monacho. & in c. Illud.7. questi.1.

i ¶Mutuabitur peccator & non soluet. Iuxta literalem sensum huius sententię aduerte/ q̃ solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquomodo factam: magisq; ad substantiam obligationis refertur q̃ ad nummorum solutionem. Satisfactio namq; pro solutione est text. est in l. Solutionis. iuncta. l. satisfactio. ff. de solu. & in l. solutionis verbo. ff. de verborum significatione. vnde dicit text. in l. Liberationis. ff. eodem. Liberationis verbum eandem vim habet q̃ solutionis. Cætera circa istam sententiam dicas/ vt in verbo Mutuare. Nota tamen adhuc q̃ is cui mutuatur. j. qui mutuum accepit: non potest soluere nisi ei cui debet vel alteri ab eo speciale mandatum vel generale cum libera habenti. text. est in l. vero procuratori. in princip. ff. de solu. Coniunctæ autem psonæ licet sine mãdato possint agere. l. sed & hæ. ff. de pcura. tñ eis nõ põt nisi supradictũ mãdatũ habuerint/ fieri solutio. glo. est in d. l. vero. in verbo administratio. in fi. quã sequitur Paulus de cast. ibi. & in l.3. in.2. col. ff. rem ra. ha. vide tñ do. meũ Philippũ Deciũ in c. Cũ M. Ferrariensis. In.5. col. de cõsti. vbi tenet cõtrariũ. sed quod dictũ est verius videtur: quia in casibus quibus exigitur speciale mandatũ/ coniuncta persona non admittitur: vt notatur in l. exigẽdi. C. de procu. igitur &c.

l ¶Cum dederit dilectis suis somnũ &c. Licet dici soleat somnũ hic p morte accipi: an tñ dici possit q̃ & pro dormitione capi põt vt sit sensus. Dilecti domini nec dum vigilãtes sed & dormientes ęternam conquirunt hęreditatẽ seu conquisitam tutantur. vt em̃ dicit Gregorius in moralibus. Somnus bonorum non vacat a merito. Quod Gregorij dictum citat & sequitur Archi. in c. Vnum orariũ.§. Alias. in vlti. col.25. distinc.

Iacob.Genesis.8.c.Ioseph spõsus Mariæ.Matthæi.1.c.in fine.& 2.d.Lazarus frater Marthæ.Ioannis.11.b. Parcus.Ecclesiastici.31.c. & Paulus. Actuum.20.b.

Leuitici.19.f **Somniare et Somnium.** ¶Non augurabimini / nec [m] obseruabitis somnia.

Iob.7.c. ¶Si dixero consolabitur me lectulus meus / & reuelabor loquens mecum in stratu meo terrebis [n] me per somnia & per visiones horrore cõcuties. Quamobrem elegit suspendium anima mea: & mortem ossa mea.

Eccles.5.a. ¶Multas curas sequuntur somnia.

5.b. ¶Vbi [o] multa sunt sõnia / plurimæ sunt vanitates: & sermões innumeri.

Eccli.34.a. ¶Somnia extollunt imprudentes: quasi qui apprehendit vmbrã & persequitur ventum: sic [p] & qui attendit ad visa mendacia. Secundum hoc visio somniorum.

Esaię.29.b. ¶Sicut somniat esuriẽs & comedit: cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius. Et sicut sõniat sitiens & bibit: & postq̃ fuerit expergefactus lassus adhuc sitit / & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion.

Iohelis.2.g. ¶Senes vestri somnia somniabunt: & iuuenes vestri visiones videbunt.

¶Cætera in verbis Diuinatio.Ecclesiastici.34.b.Fantasia.Ecclesiastici 34.b.Ioseph filius Iacob filij Isaac.Genesis.37.a.& 40.& 41. Lectulus. Iob.33.b.Et pollutus.Deuteronomij.23.c.

Sonus et Sonitus. ¶Recurre ad verba Aaron.Exodi.28.f. Achab.3.Regum.18.b.Exultatio.Psalmo.41.b. Memoria.Psalmo.9.b.Spiritus.Actuum.2.a.& Terra.Psalmo.18.a.

Genesis.2.d. **Sopor.** ¶Immisit dñs deus soporem in Adam &c.Et supra Adam.

Prouę.19.c. ¶Pigredo immittit soporem: & anima dissoluta esuriet.

¶Cætera in verbis Ionas.Ionæ.1.b.& Læctulus.Iob.33.b.

Leuiti.15.d. circa finem. **Sordes.** ¶Docebitis filios Israel: vt caueant immundicias & non moriantur in sordibus suis. Cum polluerint tabernaculum meum quod est inter eos.

Ex quo infert ꝙ etiam somnus malorum non vacat a demerito. de quo vide quod dictum est in verbo Dormire pro quiescere.Prouer.3. m ¶Non obseruabitis somnia. An diuinatio quæ fit per somnia sit illicita? videtur hac sententia dicendum ꝙ sic. Vnde etiam simile legitur Deute.18. Non inueniatur in te qui obseruet somnia. In contrarium tamen videtur / tum primo: quia vti instructione diuina non est illicitum / sed in somnijs homines instruuntur a deo. dicitur em̃ Iob.33.Per somniũ in visione nocturna qñ irruit sopor super homines & dormiũt in lectulo: tũc aperit deus aures virorũ / & erudiẽs eos instruit disciplina. Vti ergo diuinatione p somnia / non est illicitũ. Tũ secũdo illi qui interpretant somnia ꝓprie vtũtur diuinatiõe somniorũ: sed scti viri legunt somnia interp̃tati / sicut Ioseph est iterpretatꝰ somnia pincernę Pharaonis & magistri pistorũ / vt legitur Gene.41.& Daniel interpretatus est somniũ regis babylonis: vt habetur Danielis.2.& 4. igitur &c. Tũ tertio: qa illud quod cõiter hoĩes experiunt / irrationabile est negare: sed experiuntur oẽs somnia habere aliquã futurorũ significationẽ / illicitũ ergo est negare somnia vim diuinationis habere. Licitũ igit est eis intẽdere. Rñsio. dicendum ꝙ diuinatio q̃ innitit falsę opinioni de somnijs est superstitiosa & illicita. Ideo considerare oportet quid sit verũ circa pręcognitionẽ futurorũ de somnijs. Sũt aũt sõnia futurorũ euentuũ / qñq; quidẽ causa: puta cũ mens alicuius solicita ex his q̃ videt in somnijs / inducitur ad aliquid faciendum vel vitandũ. Quãdoq; vero somnia sunt signa aliquorũ futurorũ euẽtuũ / q̃tũ reducũtur ad aliquã causam cõmunẽ somnijs & futuris euentibꝰ. Et secũdũ hoc plurimũ pręcognitiões futurorum ex somnijs fiũt. Sciẽdũ est ergo ꝙ somniorũ quidẽ qñq; est cã interius & quandoq; exterius. Interior somniorũ causa est duplex. Vna quidẽ aĩalis / inq̃tum scȝ ea occurrũt hoĩs fãtasię in dormiendo / circa q̃ eius cogitatio & affectio fuit inmorata in vigilando. & talis causa somniorũ nõ est causa futurorum euentuum. Vñ hmõi somnia p accidẽs se habẽt ad futuros euẽtus. & si quandoq; simul cõcurrant / erit casuale. Quãdoq; vero causa intrinseca somniorum / est corporalis. Nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in fantasia / conueniens tali dispositioni. Sicut homini in quo abundant frigidi humores occurrunt in somnijs ꝙ sit vel in aqua vel niue. & propter hoc medici dicunt esse intendendum somnijs ad cognoscendum interiores dispositiones. Causa autẽ somniorum exterior similiter est duplex. Corporalis & spiritualis. Corporalis quidem inq̃tum imaginatio dormientis immutatur vel ab aere continenti vel ex impressione cœlestis corporis: vt sic dormienti aliquæ fantasiæ appareant conformes cœlestium dispositionum. Spiritualis autem causa est quãdoq; vel a deo qui ministerio angelorum aliqua hominibus reuelat in somnijs / secundũ illud Numeri duodecimo. Si quis fuerit inter vos propheta domini: in visione apparebo ei / vel per somnia loquar ad illum. Quandoq; vero operatione dæmonum aliquæ fantasiæ apparent dormientibus: ex quibus quandoq; aliqua futura reuelant his qui cum eis habent aliqua pacta illicita. Est ergo dicendum ꝙ si quis vtatur somnijs ad præcognoscenda futura secundum quod somnia procedunt ex reuelatione diuina / vel ex causa naturali intrinseca siue extrinseca q̃tum potest se virtus talis extendere / non erit illicita diuinatio. Si autẽ huiusmodi diuinatio censetur ex reuelatione dæmonum cum quibus pacta habentur expressa: quia adhoc inuocãtur: vel tacita: quia huiusmodi diuinatio extenditur ad quod se non potest extendere erit diuinatio illicita & superstitiosa. Et per hoc patet rñsio ad obiecta. Ista est resolutio. S. Tho. in scda scdę. quæsti.85. & apud canonistas domini Archid. Thomam citantis. licet non ita diffuse loquentis. in c. Sortes. 26. quæsti.5.

n ¶Terrebis me per somnia &c. Diabolus sanctos quos minus valet vigilãtes / grauius tentat dormientes: quod deus benigne permittit / ne saltẽ somnus a passionis p̃mio vacet. Hæc sententia est glo.or.& idẽ sentit Archi. in alle.c. Vnum oratorium.§.Alias.col.fi.in ver.somno.25.distinc. o ¶Vbi multa sunt somnia / plurimę sunt vanitates. Vide celebrẽ textũ / quo somniorũ vanitates ostendũtur in c. Episcopi.§.Illud etiã.26.q.5.de quo dictũ est in verbo Desideriũ.n.

p ¶Sic & qui attẽdit ad visa mẽdacia. Quis em̃ in somnijs & nocturnis visionibꝰ nõ extra seipsum ducit / & multa videt dormiendo q̃ nũq̃ vigilãdo viderat? Quis vero tam stultus & hebes sit: qui hęc oĩa q̃ in solo spũ fiunt / etiã in corpore

atciderearbitretur? Cū Ezechiel propheta visiones dñi in spū non in corpore vidit & audiuit. Sicut ipse statim inquit. Fui in spiritu. Et Paulus non audet dicere se raptū in corpore. Ita textus in d.c. Episcopi. Paulo ante finē. 26. quæsti. 5.

q ℂ Qui in sordib9 est/sordescat adhuc &c. Simpliciter fateor charitati vestræ coram dño deo nostro: qui est testis mihi super animā meā: ex quo deo seruire cœpi. Quoniā sicut difficile sum expertus meliores q̄ qui in monasterio profecerūt: ita nō sum deteriores expertus q̄ q in monasterio defecerūt. Hinc arbitror dictū in Apocalypsi. Iustus iustificetur adhuc & q in sordib9 est sordescat adhuc. Hæc sunt verba Augustini de quib9 habetur. in c. pe. 47. distin. de quo in verbo Habere.

ℂ Qui in [q] sordib9 est; sordescat adhuc. Et q iustus est/iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Apoca. 22. c.

ℂ Cætera in verbis Generatio. Prouerb. 30. b. & Leprosus. Leuitici. 13. f.

Soror. ℂ Soror [r] nostra paruula: & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Cantico. 8. c.

ℂ Nunquid [s] non habemus potestatem sororem mulierculam circunducendi: sicut & cæteri apostoli & fratres domini & Cephas? 1. Corin. 9. a.

ℂ Cætera in verbis Abraham. Genesis. 20. a. Ammon. 1. Regum. 13. a. Hortus. Canti. 4. in fine. & Prudentia. Prouerbiorum. 7. a.

Sors. ℂ Locutus est dominus ad Moysem. Præcipe filijs Israel & dic ad eos. Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaam: disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos/& statuas cōminuite/atq; omnia excelsa vastate: mundantes terram & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis istam in possessionem: quam [t] diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem: & paucioribus angustiorem. Singulis vt sors ceciderit/ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Numeri. 33. g

ℂ Diuiserūt [v] sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserūt sortē. Psalmo. 21. d

ℂ Dixi deus meus es tu in manibus tuis sortes meæ sunt. 30. d.

ℂ Non relinquet dominus virgam peccatorum super [x] sortem iustorū: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. 124. b

ℂ Sortes mittuntur in sinum sed a domino temperantur. Prouer. 16. f

ℂ Contradictiones comprimit sors: & inter potentes dijudicat. 18. c.

ℂ Cecidit sors [y] supra Mathiam. Supra in verbo Mathias. Act. 1. d. Actuum. 1. d.

ℂ Cætera in verbis Ionas. Ionæ. 1. b. & Iustus. Sapientiæ. 5. a.

Spacium. ℂ Nemini dedit deus spacium peccandi &c. Eccl. 15. d.

Species et Speciosus. ℂ Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere/procede & regna. Psalm. 44. a

r ℂ Soror nostra paruula &c. Declara vt per glo. ordina.

s ℂ Nunquid non habem9 potestatem &c. Vide insipiens: qa nō dixit. Nunquid non habemus potestatem sororē mulierē amplectendi sed circūducendi/sc3 vt mercede pdicatiōis sustētarent ab eis nec tñ deinceps vlterius foret carnale inter eos cōmerciū. Ita tex. in ca. Omnino. circa fi. 3. distinc.

t ℂ Quā diuidetis vobis sorte. Aduerte i primis post glo. in proœ. cle. in verbo Sortis: q sors varijs modis accipi solet. q̄nq; em̄ p fortuna vel euentu sumitur vt hic & in l. Si duob9. C. communia. de lega. & in capit. Sors. 26. quæsti. 2. quādoq; pro sortilegio. vt in capit. 1. de sortile. Quandoq; p capitali seu p principali. ca. 1. & 2. de vsu. quandoq; p parte seu portione. c. Secūdum. de pben. ca. Cleros. in prin. 21. dist. Accedēdo ergo ad annotationē istorū verborū: aduerte q etiam iure humano res cōis nōnūq̄ diuiditur seu vni assignat per sortem. i. per iudiciū fortunę put est text9 in. l. Si duobus. in prin. C. cōmunia. de lega. & in l. Si q̄ sūt cautiones. 2. rñ. ff. fa. hercis. & in l. sed cū ambo. ff. de iudi. & notat in c. fi. de sortile. vbi Panor. resoluendo materiam/an ad iudicū sortis seu fortunę licitū sit recurrere? dicit post legistas in d. l. Si cū duobus. & in l. 1. vbi est glo. C. vti possi. q aut factū est incertū aut ius. Primo casu nō admittitur sors/sed dicēti incūbit onus probandi. l. ei qui. ff. de pba. & 6. quæsti. vi. c. Actor. Si vero ius est incertū/sed factū certū: tunc aut tractatur de preiudicio alterius q̄ cōtendentiū: & tunc ad petitionē illius iudex poterit cōpellere ad sortē faciendā/vt quia duo successerūt in locū legatarij & vn9 vult intendere vnā actionem & alius aliā p eadem re. l. huiusmodi. §. fi. ff. de lega. 1. Aut solū tractatur de preiudicio cōtēdētium. & tunc si nolunt sortem eligere nō compelluntur sed mutuo se impediunt. l. 2. ff. qui. mo. vsuf. amit. sed ad petitionem alterius iudex compellit ad sortē. d. l. sed cum ambo. & d. l. Si duob9. Et hęc procedunt in iudicialibus: in extraiudicialibus aūt ad controuersiam partium decidendam recurri potest ad iudicium sortis. d. l. Si quæ sunt cautiones. Consulit tamen Panor. in d. c. fi. in fi. abstinendum/nisi necessitas aliud inducat. Non tamen pro electione facienda de prelato ecclesiastico potest ad iudicium sortis recurri: quia posset assumi indignus: cum ei sors posset obuenire. Itemq; eligendo per sortem videtur tentari deus. quia volunt facientes sortem vt deus inuisibiliter reuelet meliorē. Nam debent ipsi ex quo possunt/eligere meliorem/& non tentare deum in eligendo per sortis iudicium/in plerisq; tamen locis fit inter laicos electio per ballones seu breuia: licet adhuc superiores rationes militent. Vñ & consultius esset abstinere. Ita Panor. in d. c. fi. in. 2. nota. de sortilegijs.

v ℂ Diuiserunt sibi vestimenta mea. Sortem super ea mittentes: ita q vnum vni/& alterum vestimentum alteri cessit per iudicium sortis. glo. est ita sentiens in d. l. Si q̄ sunt cautiones. in verbo Sortiri. ff. fa. hercis.

x ℂ Super sortem iustorū. Idest super iustos qui sunt sors seu portio dei. c. Clericus qui. 12. quæsti. 1.

y ℂ Cecidit sors super Mathiā &c. Cum apostoli sortibus vsi legantur in electione Mathię apostoli: videtur sortib9 vti peccatum non esse. Quod vt diffusius ostendatur exempla varia adducuntur. Cū enim Achor de anathemate furtum surripuisset/& ob eius peccatum populus cęsus apud Hayn ciuitatem hostibus terga dedisset: pręcepit dominus Iosue vt sortibus exquireret/quo peccāte populus in manib9 hostiū cadere meruerat. Iosue pceptū accipiens misit sortes: primū sup trib9/deinde sup familias/deinde sup psonas: & ita cecidit sors sup Achor. Saul quoq; cū pugnasset cōtra Philisteos & iurasset se interfecturum quēcūq; qui ante solis occasum comederet de populo: sorte deprehēdit Ionatham filium suum mel comedisse/quod sceptro acceperat. quem cum morti tradere vellet/populo supplicante reuocauit sentētiam. Ionas quoq; cum a facie domini fugeret/a nautis sorte deprehensus in mare deiectus & a cete est absorptus. De zacharia etiam legitur q sorte exijt vt incensum poneret. Quod ergo tantorum exemplis probatur/patet malum non esse. Vnde etiam Augustinus ait in libro psal.

2.Corin.5.b. ¶Per [z] fidem enim ambulamus & non per speciem.

¶Cætera in verbis Forma. Psalmo.44.a. Laudare. Ecclesiastici. 12.a. Mulier. Ecclesiastici.9.b. & 25.d. Probare.1.ad Thessalonicenses.3.d. & Tempus.2.ad Timotheum.3.a.

Esaię.56.d. **Speculator.** ¶Speculatores eius cœci omnes/nescierunt vniuersi canes [a] muti non valentes latrare/videntes vana dormientes & amantes somnia: & canes impudentissimi nescierunt saturitatem.

Ezechie.3.d. ¶Factum est verbum domini ad me dicẽs (inquit Ezechiel) Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum / & annũciabis eis ex me &c.

2.Petri.1.b. ¶Annunciauimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem & pręsciẽtiam: sed speculatores facti illius magnitudinis &c.

Exodi.38.b. **Speculum.** ¶Fecit Moyses labium æneum cum base sua de [b] speculis mulierum: quæ excubabant in ostio tabernaculi &c.

Sapien.7.d. ¶Sapientia candor est lucis æternę & speculum sine macula dei maiestatis &c.

Iacobi.1.d. ¶Si quis auditor est verbi & non factor: hic comparabitur viro considerant vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit.

¶Cætera in verbis Aenigma.1.ad Corin.13.d. & Ornamentũ.Esa.3.d.

Psalmo.9.b. **Sperare et Spes.** ¶Sperent in te qui nouerunt nomẽ tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te domine.

21.a. ¶In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & liberasti eos. Ad te cla-

Sors non est aliquid mali/sed res in humana dubietate diuinam iudicans voluntatem. His ita respõdetur. Anteq̃ euangeliũ clarescerct multa permittebãtur/quę tempore perfectioris disciplinę penitus sunt eliminata. Copula nãq; sacerdotalis vel cõsanguineorum nec legali nec euangelica vel apostolica auctoritate prohibetur. Ecclesiasticã tamẽ lege pœnitus interdicitur. Sic & sortibus nichil mali inesse monstratur: prohibetur tamen fidelibus ne sub specie diuinationis ad antiquos idolatriæ cultus redirent. Et hoc/ꝙ scilicet sortibus credi non oporteat: testatur Hiero. scribẽs super Ioannẽ. Non statim debemus sub exemplo Ionę sortibus credere: vel illud de actib9 apostolorũ huic testimonio copulare / vbi sorte Mathias ĩ apostolũ eligit. Vnde dicit Augusti. ad inquisitiões Ianuarij. Hi q de paginis euãgelicis sortes legunt: & si optandũ est vt id potius faciãt q̃ ad dęmonia cõsulẽda cõcurrant: tñ ista michi displicet consuetudo/ad negocia secularia & ad vitę hui9 vanitatem diuina oracula velle conuertere. text. est de pręmissis. 26. quæstiõe. 1. in prin. & c. 1. cũ duob9 sequẽtibus. vnde Leo. 4. Scribens epis Britãniæ dicit in in ca. Sortes. 26. q. 5. Sortes quibus cũcta vos vestris discriminatis negocijs / quas patres damnauerunt: nichil aliud q̃ diuinationes & maleficia eẽ decernim9. q̃obrẽ volum9 illas oĩno dãnari/ & iter christianos vltra nolumus nominari & ne exerceãtur anathematis interdicto ꝓhibemus. Hæc ibi. Ex pręmissis textib9 liquet sortes hodie dãnari/ & eis vti ꝑmissum non esse. Quia tñ videntur obstare text9 allegati. ꝟ. eodem in. 1. annotatiõe. Ideo breuiter dici põt ꝑ resolutione hui9 materiæ ꝙ sortes ꝓprie dicũtur cum quid fit vt eius euentu cõsiderato aliquid occultũ innotescat. Et siquidẽ quęrat iudicio sortiũ quid cui sit adhibendũ: siue illud sit res possessa siue sit honor seu dignitas seu pœna aut actio aliqua: vocat sors diuisoria. Si aũt inquirat quid agere oporteat/ vocatur sors consultotoria. Si vero quęratur quid futurũ sit/ vocatur sors diuinatoria. Actus em̃ hominũ qui requirũtur ad sortes non subduntur dispositioni stellarum/nec etiã euentus ipsorũ. Vnde si quis ea intentione sortibus vtatur quasi huiusmodi actus humani q requirũtur ad sortes/secundũ dispositionẽ stellarũ sortiantur effectũ: vana & falsa est opinio & per consequẽs non caret dęmonũ ingestiõe. ex quo talis diuinatio erit supstitiosa & illicita. Hac aũt cã remota/necesse est ꝙ sortialiũ actuũ expectet euẽtus/vel ex fortuna/vel ex aliqua spũali cã dirigẽte. & siqdẽ ex fortuna qd locũ habere põt ĩ sorte diuisoria/non videt habere nisi forte vitiũ vanitatis. Sicut si aliq nõ valẽtes aliquid assensu cõcordi diuidere/velint sortib9 ad diuisionẽ vti: quasi fortunę exponẽtes qs quã partẽ accipiat. Si vero ex spũali cã expectet sortiũ iudiciũ. qñq; quidẽ expectat ex dęmonib9/sicut legit Ezechielis.21.ꝙ rex Babylonis stetit in biuio in capite duarũ viarũ diuinationẽ q̃rens/cõmiscẽs sagittas interrogauit idola & exta consuluit: & tales sortes sunt illicitę & secundũ canones ꝓhibẽtur. Quãdoq; vero expectat a deo/secundũ illud Prouer.16. Sortes permittunt in sinũ/sed a dño tẽperãtur. & talis sors sedm se non est malũ vt Augusti. dicit. põt tñ in hoc quadrupliciter peccatũ incidere. Primo si absq; vlla necessitate ad sortes recurratur. Hoc em̃ videt ad dei tentationem pertinere. vnde Ambro. dicit super Lucã. Qui sorte eligit humano iudicio nõ cõprehen. .t. Secũdo si quis etiã in necessitate absq; reuerẽtia dei sortib9 vtatur. Vnde sup actus apostolorũ dicit Beda. Sed si qui necessitate cõpulsi deũ putãt sortib9 exẽplo apostolorũ esse cõsulẽdum: videãt hoc ipsos apostolos nõ nisi collecto fratrũ cœtu & ꝑcib9 ad deũ fusis hoc egisse. c. Non exemplo. 26.q.2. Tertio si diuina oracula ad diuina negocia cõuertãtur. c. his qui de paganis. ea. cau. & quęst. Quarto si in electiõib9 ecclesiasticis q̃ inspiratiõe spiritussancti fieri debẽt aliqui sortib9 vtãtur. Vnde sicut Beda dicit sup act9 apostolorũ. Mathias ante pẽthecostẽ ordinat9 sorte q̃rit: quia scilicet nõdũ erat plenitudo spũssancti in ecclesia effusa. Septẽ aũt diaconi postea nõ sorte sed electiõe discipulorũ sunt ordinati: secus aũt est in tẽporalib9 dignitatib9 q̃ ad terrenã dispositionem ordinãtur; in quarũ electiõe plerũq; hoĩes sortib9 vtunt sicut & in tẽporaliũ rerũ diuisiõe. Si vero necessitas immineat/licitũ est cũ debita reuerẽtia sortib9 diuinũ iudiciũ implorare. Vñ August. dicit in epistola ad Honoratũ. Si inter dei ministros sit disceptatio: qui eorũ ꝑsecutiõis tẽpore maneãt/ne fuga fiat omniũ: & qui eorũ fugiãt/ne morte omniũ deserat ecclesia. Si hęc disceptatio aliter nõ potuerit terminari: q̃tũ michi videt qui maneãt & qui fugiãt/sorte eligẽdi sunt. Et in primo de doctrina Christiana dicit. Si cui abũdaret aliqd qd oporteret dari his qui nõ haberẽt nec duob9 dari potuisset/si tibi occurrãt duo quorũ neuter aliũ vel indigẽtia vel vrgete aliqua necessitate superaret; nichil iusti9 faceres/q̃ vt sorte eligeres cui dãdũ esset quod dari vtriq; nõ posset. Hæc est resolutio. S. Tho. in scda scdę. q.96. & apud canonistas dñi Archid. in capi. Sors nõ est. 26. quęsti. 2.

z ¶Per fidẽ ambulamus & nõ per speciẽ. Declara vt in verbo Fides.

a ¶Canes muti nõ valẽtes latrare. Vide tex. in superiorib9 trã. criptũ in c. 1. col. 1. 43. dis. vocãtur aũt speculatores in iure humano pręsides ꝓuinciarũ vt est bo. tex. in l. Vnica. ibi semperq; futuris ĩ speculis. C. de priua. carcere. & notat in l. Ordinatoriũ. C. de coartali. libro. 12.

b ¶Fecit Moyses labiũ ęneum de speculis mulierũ q̃ excubabãt in ostio tabernaculi. Pręcepto dñi fecit Moyses labiũ ęneũ/sc3 vas lauatoriũ & posuit inter tabernaculum & altare holocausti. in quo Aaron & filij ei9 lauabãt man9 & pedes in-

gressuri tabernaculũ. & facit illud de speculis mulierũ. j. quę mulieres obtulerant. & forte de speculis ęneis factum fuit. vel poti⁹ eo facto in supremo & circuitu labij illa specula circũposita fuerũt: in quibus sacerdos videre posset si in facie vel in veste maculã haberet abluẽdã. Istud labiũ est sancta scriptura: istud labiũ est ęneũ & sonorũ & durabile. & sacra scriptura est ęnea. j. sonora/ quia per totã terrã insonuit. Iuxta illud. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. durabilis: qa nũq̃ deficiet donec cõpleat. vñ. Cœlũ & terra trãsibũt/ verba aũt mea nõ transibũt. Hoc labiũ dicitur esse factũ de speculis: quia p scripturã sanctã quasi p speculũ videt homo in hac vita & cõtẽplat deũ: & per eandẽ quasi p speculũ cõsiderat se/ & quã in se videt maculã abluit. Quicũq; ergo vult intrare templũ & ascẽdere ad sacerdotiũ/ debet lauari in isto labio. j. in sacra scriptura vtriusq; testamenti & canonica exerceri & erudiri. Sũt tñ & alia specula in quib⁹ cõsiderare nos debem⁹. reperit eñ triplex speculũ scripturę sc3/ naturę & creaturę. In speculo scripturę vide statũ tuũ: in speculo naturę considerabis te reũ/ in speculo creaturæ videbis te miserũ. In tua aũt natura resultat triplex speculũ/ rationis/ sensualitatis & carnis. Et vt dicit philosoph⁹ q̃dã est species speculi in quo sinistra videt esse dextra/ & dextra sinistra eẽ videt. hoc speculũ est ratio q̃ dictat dextera esse appetẽda. Sinistra postponenda. Aliud est speculũ in quo facies inuersa videtur: hęc est caro/ q̃ totã humanã naturã inuertit. Vide ergo in speculo ratiõis vt ei obedias: vide ĩ speculo sensualitatis vt eã rationi subijcias: vide in speculo carnis vt eã castigãdo deijcias. & vt possis carnalia debellare/ in triplici speculo te cõstitue: cõstitue te ĩ speculo ꝓuidẽtię vt per ꝑterita/ caueas imminẽtia. Cõstitue te in speculo circũspectionis/ vt opposita vitia cauens medium teneas: quia medio tutissim⁹ ibis/ & amica est naturæ mediocritas. Constitue te in speculo cautelę: ne vitiũ/ sub pallio virtutis se obũbret. Sæpe enim crudelitas mẽtitur iustitiã/ remissio misericordiam. Pręmissa (pro huius declaratiõe sententię) ponit Archid. in c. Qui ecclesiasticis. colũ. fina. 36. distinc.

mauerunt/ & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt confusi.
¶Sperauit in domino/ eripiat eum: saluum faciat eum quoniam vult eũ. Psalmo. 21. b
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes[c] mea ab vberibus matris meæ/ in te proiectus sum ex vtero.
¶Custodi animam meam & erue me: non erubescam/ quoniam speraui in te. 24. circa fine
¶Dominus adiutor meus & protector meus/ & in ipso sperauit cor meum: & adiutus sum. 27. c.
¶Viriliter agite: & cõfortetur cor vestrũ omnes qui speratis in domino. 30. in fine.
¶Ecce oculi dñi super metuẽtes eũ: & in eis qui sperant super misericordia eius. Vt eruat a morte animas eorum: & alat eos in fame. 32. d.
¶Fiat misericordia tua dñe super nos: quemadmodum sperauim⁹ in te. 32. in fine.
¶Spera[d] in domino/ & fac bonitatem & inhabita terram: & pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino/ & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino viam tuam & spera in eo: & ipse faciet. 36. a.
¶Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas. 39. a.
¶In deo speraui: non timebo quid faciat michi homo. 55. c
¶In deo salutare meum & gloria mea: deus auxilij mei/ & spes mea in deo est. 61. c.
¶Spes impij tanq̃ lanugo est quæ a vento tollitur: & tanq̃ spuma gracilis quæ a procella dispergitur/ & tanq̃ fumus qui a vento diffusus est: & tanq̃ memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Sapien. 5. c.
¶Respicite filij nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est. Quis[e] enim permansit in mandatis eius/ & derelictus est? Aut quis inuocauit eum: & despexit illum? Quoniam pius & misericors est deus: & remittit in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Eccli. 2. c.
¶Felix qui non habuit animi sui tristitiam: & non excidit a spe sua. 14. a
¶Bonus est dominus sperantibus in eum: animæ quærenti illum. Trenorũ. 3. c.
¶Bonus dominus/ & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Naum. 1. b.
¶Abraham[f] contra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gẽtium &c. Et supra Abraham. Ad rom. 4. c.
¶Gloriamur in tribulationibus: scientes q̧ tribulatio[g] patientiã operatur/ patientia autem probationem: probatio vero spem. Spes autem non 5. c.

c ¶Spes mea ab vberibus matris meę. Spes est futurorum bonorum expectatio/ quæ exprimit humilitatis affectum & sedulę seruitutis obsequium: dicta spes q̧ sit pes progrediẽdi ad deum. Et proprie spes est cupidorum. Nemo enim sperat quod non cupit. Ita Archid. in c. Potest. in verbo Spe. de pœni. distinc. 2. de differentijs autẽ inter fidem & spem/ dixi in verb. Fides. ad Colos. 1.

d ¶Spera in dño & fac bonitatem. Require annotationem in verbo Bonitas.

e ¶Quis enim permansit in mandatis eius & derelictus est? Cum ratio declaret dictũ l. Cũ pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Ex hac ratione liquet pręcedens dictum. Nullus sperauit in domino & confusus est. Licet generalioribus verbis emissum: tamen esse intelligendum de sperantibus/ & in diuinorum obseruatione mandatorum pergentibus. Qui enim peccandi votum seu propositum non deserunt/ frustra se veniam consecuturos sperant. proindeq; cõfundentur a spe seu expectatione sua. Non enim datur venia nisi correctis. quia ita impartitur a deo largitas misericordiæ/ vt non relinquatur iustitia disciplinæ. capi. Nullus debiti. in fi. de pœniten. distinct. 1. vnde dicit Panor. in capi. fina. in. 1. nota. de immunita. eccle. q̧ peccantes sub spe veniæ grauius cæteris delinquunt. Vnde maledictus qui peccat in spe. Et ideo voluerunt quidam hoc esse peccatum in spiritumsanctum. proprie tamen peccatum in spiritumsanctum/ est peccatum obstinationis de quo tractatur in c. Qualis. 25. distin.

f ¶Abrahã contra spem in spem credidit. Cõtra spem sc3 priorẽ: dum iuuenis ex iuuencula secundũ naturam sperauit sobolem nec tamen habuit/ modo contrarium illi sperauit vt vetulus ex vetula & sterili generaret ex dei potentia. Neq; eñ secundum naturam soboles erat speranda. l. Si maior. C. de legi. hęre.

g ¶Tribulatio patientiam operatur. Hoc dictum citat glosa finalis in c. Vnctio. de pœni. distinc. 2.

h ¶ Spes quæ videtur non est spes. Recurre ad dicta in verb. Fides. Ad Collossen. 1.
i ¶ Quoniam videbimus eum sicuti est. Require annotationem factam in verb. Deus. super illud. Deum nemo vidit vnq̄.
k ¶ In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Vide quod dictum est in verb. Deprecatio. psal. 144.
l ¶ Qui vos audit/ me audit: & qui vos spernit/ me spernit. Hinc dicit Anacletus papa in c. in nouo. in fine. 21. distin. Apostolis decedentibus in loco eorum surrexerunt episcopi; quos qui recipit & verba eorum/ deum recipit. qui autē respuerit eos/ respuit eū a quo missi sunt & cuius legatione funguntur/ & spernetur ipse indubitanter a domino. Hæc ibi. Potest autem hæc sententia in eos electores dici: qui spretis bonis/ malos eligunt in prælatos. Ita hanc sententia accommodat Hieronym9. in cap. Qui vos. 8. quæst. 1. vbi dicitur. Qui vos spernit/ me spernit. Ex quo manifestum est: quia qui apostoli lege contempta (de qua habetur. 1. ad Ti. 3.) ecclesiasticum gradum non meritis voluerit alicuius deferre/ sed gratiæ: contra Christum facere videntur/ qui qualis in ecclesia presbyter constituendus sit per apostolum suum executus est.

m ¶ Conuersus sum in ærūna mea dum configitur spina. i. dum cor meum configitur. i. pungitur. superbia: quæ recte sub spinæ nomine quæ totum corpus erigit intelligitur. Conuersus sum ad ærumnam meam. i. miseriam humanam considerandam: quæ talis ac tanta est: vt ad humilia quæq; de se sentiēda deberet hominem propellere: prout ex his liquet quæ dicta sunt in verbo Homo. super illud Iob septimo. Quid est homo: quia magnificas eum. vel secundo declara hanc sententiam post Iacobum Fabrum vt dixi: (ipso tamē nō citato) i verbo Aerumna.

n ¶ Priusq̄ intelligerent spinæ vestræ rhamnum &c. Hæc sententia citatur in eos qui prius paratam suis peccatis pœnam vident/ q̄ eam cognouisse per pœnitentiæ dolorē mōstrauerint. de quibus est textus. in capi. Voluissent. in princip. de pœniten. distin. 1. & in capi. fina. de pœniten. dist. 7.

o ¶ Et spiritū sanctum tanq̄ columbam. Vide quod dictum est in verbo Ihesus. Matth. 3. Annotando illa verba. Vidi spiritum dei descendentem sicut columbam.

confundit: quia charitas dei est diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum/ qui datus est nobis.

Ad rom. 8. c. ¶ Spe salui facti sumus. Spes [h] autem quæ videtur non est spes. Nā quod videt quis/ quid sperat? Si autem quod non videmus speramus: per patiētiam expectamus.

1. Ioānis. 3. a. ¶ Scimus quoniam cum deus apparuerit/ similes ei erimus: quoniam videbimus [i] cum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spē in eo: sanctificat se sicut & ille sanctus est.

¶ Cætera in verbis Beneplacitum. Psalmo. 46. d. Charitas. 1. ad Corin. 13. d. Custodia. Psalmo. 129. a. Debere. 1. ad. Corinth. 9. b. Differre. Prouerb. 13. a. Doctrina. Prouerb. 24. b. Dormiens. 1. ad Tessalo. 4. c. Expectatio. Prouerb. 10. d. Frigus. Prouerb. 25. c. Fortitudo. Esaiæ. 30. d. Gaudium. ad Romanos. 15. c. Hypocrita. Iob. 8. c. Homo. Prouerbiorū. 29. d Lignum. Iob. 14. b. Paulus. Actuum. 23. b. & 26. b. Singulariter. Psalmo 4. in fine. & Timere. Eccesiastici. 2. b.

Spernere.

Psalmo. 43. b ¶ In te domine inimicos nostros ventilabimus cornu: & in [k] nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

118. P. ¶ Spreuisti omnes discedētes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorū.

Luc. 10. c. ¶ Qui [l] vos audit/ me audit (ait Christ9 ad discipulos) & qui vos spernit/ me spernit. qui autem me spernit: spernit eum qui misit me.

1. Tessal. 4. b ¶ Ne quis supergrediatur/ neq; circūueniat in negotio fratrem suū: quoniam vindex est dominus de his omnibus: sicut prędiximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immundiciā: sed in sanctificatione. Itaq; qui hęc spernit: non hominem spernit/ sed deum: qui etiā dedit spiritum suum sanctum in nobis.

¶ Cætera in verbis Modicum. Ecclesiastici. 19. a. Placere. Psalmo. 52. c. & Senectus. Ecclesiastici. 8. b.

Spica.

Marci. 4. c. ¶ Require sententias in verbis. Iesus. Matthæi. 12. a. Ignis. Exodi. 22. a. Ruth. Ruth. 2. a. Seges. Deuteronomij. 23. d. & Semen agri. Marci. 4. c.

Spina.

Psalmo. 31. b. ¶ Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus [m] sum in ærūna mea/ dum configitur spina.

57. c. ¶ Priusq̄ [n] intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos.

Cantico. 2. a. ¶ Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias.

Naum. 1. c. ¶ Sicut spinę se inuicem complectuntur: sic conuiuium pariter potātiū.

¶ Cætera in verbis Iesus. Ioānis. 19. a. Lingua. Ecclesiastici. 28. d. & Nouare. Hieremiæ. 4. a.

Spiritus sanctus.

Psalmo. 50. c. ¶ Ne proijcias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Sapien. 9. d. ¶ Sensum tuū dn̄e quis sciet/ nisi tu dederis sapientiā: & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Et si correctæ sunt semitę eorum/ qui sunt in terris: & quæ tibi placent didicerint homines.

Marci. 1. a. ¶ Venit Iesus a Nazareth Galilææ/ & baptisatus est a Ioāne in Iordane: & statim ascendens de aqua vidit cœlos apertos: & spiritum [o] sanctum tanq̄ columbam descendentem/ & manentem in ipso.

p ¶Non enim vos eſtis loquentes ſed ſpiritusſanctus. Require annotationem factam in verb. loqui Matthæi.1.ca.
q ¶Per ſpiritumſanctũ qui datus eſt nobis. Spiritusſanctus non datur niſi bõis aliqua autẽ dona ſpiritusſancti quãdoq; datur malis. Iuſte enim ſeparati ab eccleſia non habent gratiam ſpiritusſancti per charitatẽ/ tamen habent multa alia dona: vt ſcientiam & alia dona. nam aliud eſt non habere ſpiritũſanctum/ & aliud dona eius non habere. Spiritumſanctũ non poteſt habere niſi bonus: dona autem eius vt ſcientia & quædã alia/ poteſt habere etiam malus. facit c. Prophetauit. & ca. Mulit. cum ſimilibus. 1. q. 1. Ita dicit Archi. in ca. de illis. 24. quęſt. 3.

¶Cum duxerint vos tradentes Phariſei (ait Chriſtus ad diſcipulos) nolite cogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora/ id loquamini. Non [p] enim vos eſtis loquentes/ ſed ſpiritus ſanctus. Marci.13.b.

¶Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum: qui datus eſt nobis. Ad rom.5.a.

¶Nolite [r] contriſtare ſpiritum ſanctum dei: in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Ad ephe.4.g

¶Euangelium noſtrum non fuit ad vos (ait Paulus) in ſermone tantum ſed & in virtute & ſpiritu ſancto & plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. 1.Teſſal.1.b.

¶Emũdauit cõſciẽtiã nr̃am ab operib⁹ mortuis/ ad ſeruiẽdũ deo viuẽti. Ad heb.9.d.

¶Dum complerentur dies penthecoſtes erant [s] omnes apoſtoli pariter in eodem loco. Et factus eſt repente [ss] de cœlo ſonus tanq̃ aduenientis ſpiritus vehementis: & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuerunt [t] illis diſpertitę linguę tanq̃ ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorum. Et repleti [v] ſunt omnes ſpiritu ſancto: & cœperunt loqui varijs linguis: prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis &c. Et ſupra Apoſtolus. Actuum.2.a.

¶Cum audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis quia recepiſſet Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cũ veniſſent orauerunt pro ipſis vt [x] acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum [y] enim in quenq̃ illorum venerat: ſed baptiſati [z] tantum erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos et accipiebant ſpiritum ſanctum. 8.c.

¶Loquente Petro ad gentes cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebãt verbum dei. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles: qui venerãt cum Petro. quia & in nationes gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt &c. 10.g.

¶Non volũtate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu [a] ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. 2.Petri.1.d.

¶Cætera in verbis Barnabas Actuum.13.a. Ieſus. Lucæ.2.f. Matthæi. vltimo.d in fine. & ad Hæbreos.9.c. Impoſſibile. ad Hæbreos.6.a Ioannes Baptiſta. Lucæ.1.b. Paulus. Actuum.26.a. &. Peccatũ. Matth.12.c.

Spiritus et Spiritualis.

¶In principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Geneſis.1.a.

¶Spiritus meus attenuabitur/ dies mei breuiabuntur: & ſolum michi ſupereſt ſepulchrum. Iob.17.a.

r ¶Nolite contriſtare ſpiritum ſanctũ dei. Spiritusſanctus in ſe immutabilis/ ſed ſanctos ſuos facit triſtari de lapſibus aliorum & ideo dicitur cõtriſtari q̃a hoc facit in ſuis. Pro hoc dicto gloſæ ordi. vide. benũ tex. in c. Aduerſitas. §. Cum vero. 7. quæſt. 1. de quo dixi in verb. Os oſſis. ſuper illud pſal. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
s ¶Erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Hic nota textum in cap. Audiuimus. §. porro. 24. q. 1. dum ibi dicitur. Spiritũ ſanctum nemo niſi intra eccleſiam accipit. quia & ipſam vnitatem per gratiam facit. vnde non niſi congregatis in vnum dictum eſt. Accipite ſpiritumſanctum. nec niſi ſuper congregatos in vnũ die penthecoſtes deſcendit ſpiritusſanctus (& ſubiungitur) vnde domin⁹ dixit. Vbi duo vel tres cõgregati fuerit in nomine meo: ibi ego ſum in medio eorum. Nimirum cunctis oſtendens ſe non habitare in cordibus eorum qui ſuperbiæ ſingularitatem ſecuti/ a corporis Chriſti compage ſemetipſos abrũpunt. in quibus autem Chriſtus non habitat: in eis ſpiritus ſanctus mentium ſciſſuras refugiens locum nõ habet. Cum ergo peccata dimittere vel tenere: excommunicare vel reconciliare/ opus ſit ſpiritusſancti. & virtus Chriſti apparet/ q̃ hi q̃ extra eccleſiam ſunt nec ligare poſſunt nec ſoluere/ nec reconciliando eccleſiaſticæ communioni reddere/ nec excommunicando eius ſocietate priuare: quia ipſi hæreſi vel ſchiſmate polluti ſiue ſententia notati: penitus carere probantur. Hæc ibi. ss ¶Repẽte. Quia ſpũſſancti gratia tarda neſcit habere molimina. Ita dicit glo. interli. hic & apud canoniſtas eſt glo. & ibi Archi. in ca. Multiplex. in verbo veniæ. de pœni. diſti. 1. t ¶Apparuerunt illis diſparitę linguę &c. Facta eſt iſtis verbis annotatio in verb. lingua. v ¶Et repleti ſunt oẽs ſpũſancto. Recurre ad verbũ Apoſtol⁹. Et adde q̃d dicit tex. in c. Nocte ſancta. in fi. de conſe. diſ. 3. vbi dicitur. miſſarum celebrationes ante horam diei tertiã minime ſunt celebrandę. quia & in eadẽ hora & dominus crucifixus eſt/ & ſpiritusſanctus ſuper apoſtolos legitur deſcendiſſe. x ¶Vt acciperent ſpiritũſanctum. ſcilicet viſibiliter. Ita eñ apoſtolico tempore plerũq; recipiebatur. ſ. ſub ſigno aliquo viſibili. c. Multi. §. ſiue ergo. 1. q. 1.
y ¶Nondum eñ in quenq̃ illorũ venerat. ſ. viſibiliter. venerat eñ inuiſibiliter in baptiſmo ſicut & hoc tempore. Sanctus eñ ſpiritus qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu: in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiã: & in confirmatione augmentũ p̃ſtat ad gratiam. ita tex. in c. 1. in princ. de conſe. diſt. 5. Ex quo liquet ſpiritũſanctũ inuiſibiliter accipi nedum in baptiſmo/ ſed etiam in confirmationis ſacramento. Et propterea legitur in d. ti. de conſe. in. 5. diſtin. in princip. Omnes fideles per manus impoſitionem ep̃orum ſpiritũſanctũ poſt baptiſmũ accipere debẽt: vt pleni chriſtiani inueniant: quia cum ſpũſſanct⁹ infundit: cor fidele ad prudentiã & conſtantiã dilatat. z ¶Baptiſati tñ erant in noĩe dñi Ieſu. Hęc forma baptiſandi in noĩe Chriſti ſeruabat in primitiua eccl'ia, an aũt hodie ſeruari poſſet: vide q̃d dixi ĩ verb. Baptiſare. in vlt. ãno. a ¶Sed ſpũſancto inſpirati. An oĩa fiant a ſpũſancto nedũ ab ipſis ſanctis hoĩb⁹/ ſed etiã ab ipſo vero deo nr̃o Chriſto: demonſtrat in cõcilio Epheſino (q̃d ducentorũ fuit ep̃orũ) in hęc verba. De ſpũ dicit dñs in euãgelio. Ille

me clarificabit. hoc rectissime sentientes vnum Christū & filium: non velut alterius egentē gloria/ confitemur a spiritusancto gloriam consecutū. quia spiritus eius nec melior nec superior ipso est. sed quia humana opera faciens: ad demonstrationem suæ diuinitatis/ virtute proprij spūs vtebatur: ab ipso clarificatus dicitur. eo ꝙ virtus sua vel quęlibet disciplina vnūquenq; clarificat. quis enim in sua sit substanna spiritus eius/ & intelligatur in persona proprietas: iuxta id qd spiritus est & non filius/ attamen alienus non est ab illo. Nam spiritus appellatus est veritatis/ & veritas Christus est. vnde etiam ab illo simil'r sicut ex deo patre procedit. Deniq; hinc ipse spiritus etiam per manus sanctorum apostolorū miracula gloriosa perficiēs dominum glorificauit Iesum Christum postq̄ ascēdit in cœlum. Nam creditur Christus natura deus existere/ per suum spiritū virtutes efficiens: ideoq; dicebat. De meo accipiet & annunciabit vobis. De hac assertiōe concilij Ephe. tex. est in ca. pe. de consecra. distin. 5. Ex qua præter id qd dictum ē satis liquet spiritumsanctū nedum a patre sed etiam a filio procedere. Et ita etiam credendum esse statuit Grego. decimus in generali cōcilio Lugdunēsi. de quo i c. 1. in fi. de sum. tri. in. 6. dicens. Hoc sacro approbante concilio dānamus & reprobamus omnes qui negare præsumpserint æternaliter spiritūsanctum ex patre & filio procedere siue etiam temerario ausu asserere ꝙ spiritussanctus ex patre & filio tanq̄ ex duobus principijs & non tanq̄ ex vno procedat.

Iob.32.b. ℭSpiritus est in hominibus: & inspiratio [b] oīpotētis dat intelligentiā.
Psalmo.30.b ℭIn [c] man9 tuas dñe cōmendo spm̄ meū: redemisti me dñe de9 veritatis.
50.c. ℭCor mūdū crea [d] in me deus: & spiritū rectū innoua i visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi lętitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.
77.c. ℭRecordatus est quia caro sunt: spiritus [e] vadens & non rediens.
103.d. ℭAuferes spiritum eorū & deficient: & in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum & creabuntur: & renouabis faciem terræ.
138.b. ℭQuo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam?
142.a. ℭCollocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxiatus est super me spiritus meus/ in me turbatum est cor meum.
142.c ℭSpiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: propter nomē tuum domine viuificabis me in æquitate tua.
147.c ℭEmittet verbum suū & liquefaciet ea: flabit spūs eius & fluent aquæ.
Prouer.15.b. ℭIn mœrore animi deiicitur spiritus.

b ℭEt inspiratio omnipotentis &c. Recurre ad verbum inspiratio.

c ℭIn manus tuas commendo spiritū meum. Vide tex. in c. In quadam. de cele. missa.

d ℭCor mundum crea in me deus & spiritum rectum &c. Hoc triplici versu meminit psalmista triplicis spiritus. Recti scilicet/ sancti & principalis. Spiritus sanctus castigat corp9/ mundificat per sanctitudinem operum. Spiritus rectus qui est filius mundat cor vel potius innouat per rectitudinem cogitationum. Spiritus principalis: qui est pater/ confirmat vtrunq; corporis scilicet sanctimoniam & cordis rectitudinem. Hoc itaq; spiritu triplici nobis opus est. Siquidē nequaq̄ munda sufficit esse opera nostra/ nisi & cogitationes mundæ sint: & in vtraq; mundicie perseuerantia nobis adsit: prout hæc (quæ sunt de mente Bernardi in. 3. sermone pentecostes) satis probantur in cap. Si propterea. cum ca. sequen. de pœniten. distin. 1. iuncto cap. Apostolus. in princ. de pœni. dist. 3.

e ℭSpiritus vadens & nonrediens. i. homo se solo labitur in peccatum sed inde non nisi adiutore deo resurgit. Hanc declarationem dant glosæ interli. & ordi. & in c. Conuertimini. de pœni. dist. 1. Quia tamen solet hæc sententia plerunq; citari ꝙ spiritus hominis. i. anima corpore exuta recedit/ nullo postea tempore in hunc mundum reditura. sicq; falsam esse eorū assertionem/ qui dicunt aliquos ex mortuis nōnunq̄ ad viuos redire & in domibus quibusdam perstrepere: immo & viuos aliquos alloqui/ eisq; non mediocrem frequēter incutere formidinem. Ideo nō videbitur absonū: si hoc loco de veritate huius assertionis hæsitetur & fiat sermo paulo protractior. Inprimis ergo videtur dicendum ꝙ mortuorum spiritus ad viuos non redeant per istud psal. Vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitę meę. Et per illud Iob. Qui descēdet ad inferos/ non ascendet. Ergo tam boni q̄ mali a suis receptaculis non exeunt. Secundo: quia hoc loco dicitur spiritus vadens & non rediens. Tertio per illud Augusti. in lib. de cura animarum. Si in rebus viuentium interessent animæ mortuorum: me pia mater nulla nocte desereret/ quæ me terra mariq; secuta est vt mecū viueret. igit' &c. in oppositū videtur esse textus qui Augustini est in cap. Fatendum. 13. quæst. 2. dici potest imprimis iuxta Sanctum Tho. in. 4. ꝙ mortuos dimittere receptacula sua potest dupliciter intelligi. Vnomodo simpliciter & absolute/ non redeundo amplius. Et de isto sit ista prima cōclusio. ꝙ nullus mortuus qui inferno vel paradiso fuit deputatus/ inde exire potest. quoniam sancti inęternum permansuri sunt in cœlo/ & dānati in inferno. Non ob. si opponatur de Traiano: quia per sententiam finalem non fuerat dānatus. Alio modo potest intelligi vt exeant ad tempus. & in hoc distinguendum est quid eis conueniat secundum legem naturę: & quid eis conueniat secundum ordinem diuinæ prouidentiæ. quia vt August. dicit in lib. de cura pro mortuis agēda. Alij sunt humanarum limites rerum/ & alia diuinarum signa virtutū. i. alia sunt quæ naturaliter fiunt/ alia quę mirabiliter. secundum hanc distinctionem sit secunda conclusio. Secundum cursum naturalem animę separatæ: receptaculis proprijs deputatæ/ a conuersatione viuentium segregantur/ nec ad viuos redeūt. sed secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ/ beatę animæ quandoq; egrediuntur cœlum/ & hominibus apparent. qd patet. Primo ex illo quod dicit Augustinus de Felice martyre qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit/ cum a barbaris oppugnarentur. Secundo ex illo Hiero. contra Vigilantium sic eum alloquēns. Ais vel in sinu Abrahæ/ vel loco refrigerij/ vel subtus aram dei animas apostolorum & martyrū sedisse: nec posse tumulis cum voluerint adesse præsentes. & ita tu deo leges imponis/ tu apostolis vincula iniicis: vt vsq; ad diem iudicij teneantur custodia ne sint cum domino suo: de quibus scriptum est. Sequuntur agnū quocūq; ierit. Sed agnus vbiq; est: ergo & hi qui cum agno sunt/ secundum beneplacitum dei possunt interesse multis locis/ de receptaculo suo egressi. Ista conclusio est etiam manifesta in multis historijs: quibus loquuntur sancti descendisse de cœlo & apparuisse viuentibus. Vnde & dicuntur descendisse de cœlo in obitu beatæ virginis propter eius reuerentiam. Eodem modo damnati/ aliquando permissione diuina permittuntur ad tempus/ receptaculum inferni egredi & viuentibus hominibus apparere. & hoc ad eruditionem hominum viuentium & terrorem. vt de Benedicto papa refert Gregorius. & de vmbra sordida latronis in vita beati Martini. hæc tamen est differentia (vt dicit sanctus Thomas. in. 4.) inter sanctos & damnatos. quia sancti cum voluerint/ apparere possunt viuentibus: ex virtute enim glorię potestas animabus sanctorum datur per quā possunt mirabiliter apparere viuentibus cum volunt. qd damnati non possunt nisi interdum permissi. Illi etiam qui sunt in purgatorio/ permittuntur nōnunq̄ exire & ad viuos venire pro suffragijs expetendis: vt patet per multa quæ narrantur. in. 4. dialogorum Gregorij. Et ita tenendo non obstant rationes in contrarium adductæ. quia procedunt secundum cōmunem cursum naturæ. Vel iuxta conclusionem primam: ꝙ scilicet non egrediuntur postea non rediture. sed bene egrediuntur ad temp9/ reditur ę postea ad receptacula sua. Hæc est reso. domini cardinalis. de Tur. cre. in d. cap. Fatendum. in. 2. dubio. 13. quæst. 2.

f ¶Spiritus viri sustentat imbecillitatē suam. Declara vt in verb. Imbecillitas. g ¶Spiritus domini super me &c. Haec sententia intelligitur de Christo: prout est textus. in c. Vnico. §. hoc vnguento. de sacra vnct. h ¶Reuertar in domum meam vnde exiui. Timendus est iste versi. non exponendus: ne culpa quam in nobis extinctam credebamus per incuriam nos vacantes opprimat. ita dicit Beda super Lucam. & habetur haec Bedę sententia in cap. Reuertar. de poeni. disti. 4. i ¶Assumit septem alios spiritus secum/nequiores se. Isti septem spiritus/sunt spiritus reiterationis / omissionis/dilationis/ desperationis/elongationis/blasphemiae & contēpt9. Ita Archi. in d. c. Reuertar. i fi. de poe. dist. 4.

k ¶Spiritus quidem promptus est/caro aūt infirma. Quādoq; tamen vergēte deorsum conditione corporea/feruor spiritus ad superiora conscendit. Ita tex. in c. 1. de renun.

l ¶Quod natum est ex carne/caro ē &c. Hostiē. in c. pe. in verb. Venale. ne cle. vi. suas: dicit. Si spūalis sit pmotio/spūalia quęret promotus. si vero venalis/pecuniaria. Q; si carnalis/carnalia. nam scdm d. n. Ies. christ. Io. 3. Quod natū est ex spū/spiritus est: & qd natum est ex carne/caro est Haec Hostien.

m ¶Spirit9 vbi vult spirat. Vide tex. in ca. fi. §. si quis horum. 19. quęsti. 2. in c. Nisi cū pridē §. verū. de renū. & in c. Licet. de regula. in quibus locis tractatur an spirationē spirit9 de subeunda vita monastica/ possit quilibet insequi: non petita/ vel petita sed nō obtēta superioris permissiōe? Et cōclusio est q; sic. nisi in tribus casibus. Primus ē in muliere cōiugata: quę post matrimoniū consummatū/ viro inuito religionem ingredi non potest/ prout dictū ē satis diffuse i verb. Cōiungere super illud. Quod deus coniunxit/homo non separet. Secund9 est in impubere filio. c. 1. &. 2. 20. q. 2. Tertius est in episcopo. d. c. Nisi cum pridem. de renū. hos tres cas9 colligit gl. in verb. Dignior. in d. ca. fi. 19. quęsti. 2. possunt tamen subesse & alia impedimenta religionis ingrediendae/ q̄ veluti alibi dicta ptrāseo.

¶Spirituum ponderator est dominus. Prouer. 16. a.
¶Spiritus viri [f] sustētat imbecillitatem suam: spiritum vero ad irascēdū 18. c.
facilem quis poterit sustinere?
¶Spiritus timentium deum quaeritur: & in respectu illius benedicetur. Eccli. 34. b.
¶Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus Esaię. 2. d. II
reputatus est ipse.
¶Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascēdet: & requie- 11. a.
scet super eū spūs dñi/spūs sapientiae & intellectus: spūs cōsilij & fortudi-
nis: spūs scientię & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini &c.
¶Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. 25. b.
¶Excelsus dominus & sublimis habitās aeternitatem: & sanctum nomē 57. d.
eius in excelso: & in sancto habitans: & cum contrito: & humili spiritu:
vt viuificet spiritum humilium: & viuificet cor contritorum.
¶Spiritus [g] domini super me: eo q; vnxerit me. Ad annunciandum man 61. a.
suetis misit me: vt mederer contritis corde: & praedicarē captiuis indulgē
tiam & clausis apertionē. Vt prędicarem annum placabilem domino: &
diem vltionis deo nostro. Vt consolarer omnes lugentes: vt ponerem for
titudinem lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere: oleū gau-
dij pro luctu: pallium laudis pro spiritu moeroris.
¶Cū immūdus spūs exierit ab hoie: ābulat per loca arida: q̄rens requiē Matth. 12. d.
& nō inuenit. Tunc dicit: reuertar [h] in domū meā vnde exiui. Et veniēs
inuenit eam vacantē/scopis mūdatam & ornatā. Tunc vadit & assumit
septē alios [i] spiritus secum nequiores se: & intrantes habitant ibi. Et fiūt
nouissima hominis illius peiora prioribus.
¶Spiritus [k] quidem promptus est: caro autem infirma. 26. d.
¶Nolite gaudere (ait Christ9 ad discipulos) quia spiritus vobis subijciū- Lucę. 10. e.
tur. Gaudete autem q; nomina vestra scripta sunt in coelis.
¶Si vos cum sitis mali nostis bona dare filijs vestris: quāto magis pater 11. b.
vester coelestis de coelo dabit spiritum bonum petentibus se.
¶Quod [l] natū est ex carne/caro est: & quod natum est ex spū/ spirit9 est. Ioannis. 3. a.
¶Spiritus [m] vbi vult spirat & vocem eius audis: sed nescis vnde veniat 3. b.
aut quo vadat.
¶Cum venerit [n] ille spiritus veritatis/docebit vos omnem veritatē. Nō [o] 16. b.
enim loquetur a semetipso: sed quaecunq; audiet / loquetur: & quae ven-
tura sunt annunciabit vobis.
¶Qui [p] in carne sunt deo placere non possunt. Vos autem in carne Ad ro. 8. b. c. & d. in prin.

n ¶Cum venerit spiritus veritatis. Spiritus veritatis dicitur spiritus sanctus qui suggerit omnem veritatem. Omne enim verum est a spiritusancto. vel ideo spiritussanctus/dicitur spiritus veritatis: quia procedit a veritate/scilicet a filio: q est veritas. ita dicit Archid. in c. Gratia. in fi. 1. quaest. 1. o ¶Non enim loquetur a semetipso &c. Saluator qui & veritas est: ait. Non enim loq̄tur a semetipso: hoc est sine me & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabilis est a mea & patris voluntate. Et amplius; quia ex se non est sed ex patre & a me est: hoc enim quod est & qd consistit & loquitur/a patre & a me est. ergo veritatē loquor & inspiro quę loquitur/si quidē spiritus veritatis est. dicere enim & loqui in trinitate non secundū consuetudinem nostrā: qua & nos sermocinamur & loquimur accipiendum est. sed iuxta formā incorporalium naturarum siue naturaliū/ & maxime trinitatis: quae voluntatem suam ingerit in corda credētium/ & eorū cordib9 inserit qui cā digni sunt audire. liquidū ergo est dicere patrē loquētē & audire filium/vel econtra filium loquentem & audire patrem: eiusdem naturae esse patrem & filium/& in patre & in filio consensus/est significatio spiritussancti: qui est spiritus veritatis & spiritus sapientię nō potest audire filium loquētem quę nescit/cum hoc ipsum sit qd profertur a filio. i. procedens deus de deo. Spiritus veritatis procedens a veritate & cōsolator manans de consolatore deo. Denique ne quis illum a patris & filij voluntate & societate discerneret: scriptum est. Non enim a semetipso loquitur/sed sicut audit & loquitur. Cui simile est quod de se ipso saluator ait. Sicut audio & iudico. Et alibi. Non potest a se filius facere quicq̄/nisi quod viderit patrem facientem. Praemissa omnia declaratiua huius sentētiae ponit Didymus i suo libro de spūsancto cōtra errorē Graecorū. & habet in c. fi. de cōse. dist. 5. p ¶Qui i carne sūt deo placere

nõ estis sed in spiritu. Si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis spiritum Christi non habet: hic non est eius. Si autem Christus in vobis est: corpus quidẽ mortuũ est propter peccatum/ spiritus vero viuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis/ habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis: viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spiritum eius in vobis. Ergo fratres debitores sumus non carni vt secundum carnẽ viuamus. Si enim secundũ carnẽ vixeritis/ moriemini. Si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis/ viuetis. Quicunq̧ enim spiritu dei aguntur: hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spũs testimoniũ reddit spiritui nostro q̧ sumus filij dei. Si [q] aũt filij & hæredes: hęredes qdẽ dei/ cohęredes aũt Christi: si tñ cõpatiamur vt & glorificemur.

Ad rom. 8. e. ¶ Spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Nam quid [r] oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem scrutatur corda: scit quid desideret spiritus: quia secundũ deum postulat pro sanctis.

1. Cori. 2. c. d ¶ Scriptum est: q̧ oculus non vidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autẽ reuelauit deus per spiritũ suũ. Spũs enĩ oĩa scrutatur: etiã profunda dei. Quis enim scit hominũ q̃ sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognouit nisi spũs dei. Nos aũt nõ spiritum huius mundi accepimus/ sed spiritũ qui ex deo est: vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ sapiẽtiæ verbis/ sed in doctrina spiritus: spiritualibus spiritualia cõparantes. Animalis [s] aũt homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi: & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis aũt iudicat omnia: & ipse a neminę iudicatur: sicut scriptum est. Quis enim cognouit sensũ dñi: aut quis istruxit eũ? Nos aũt sensũ Christi habem9.

12. a ¶ Diuisiones gratiarũ sunt/ idem aũt spiritus. Et diuisiones ministrationũ sunt/ idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt/ idẽ vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq̧ datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo scientiæ secundũ eundẽ spiritũ. Alteri fides in eodẽ spiritu. Alij gratia sanitatũ in vno spiritu. Alij operatio virtutũ: alij prophetia: alij discretio spirituũ. Alij genera liguarũ: alij ĩterp̃tatio sermonũ. Hæc [t] aũt omnia operatur vnus/ atq̧ idẽ spiritus: diuidens singulis prout vult.

1. Cori. 12. b. ¶ In vno spiritu oẽs nos in vnum corpus baptisati sumus siue Iudęi/ siue gentiles/ siue serui/ siue liberi: & omnes in vno spiritu vocati sumus.

3. b. ¶ Deus idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera sed spiritu. Litera enim occidit: spiritus autem viuificat.

3. d. ¶ Dominus spiritus est. Vbi [v] autem spiritus domini/ ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculãtes in eandẽ imaginẽ transformamur: a claritate in claritatem tanq̃ a domini spiritu.

¶ Cętera in verbis Beatus. Matth. 5. a. Caro. ad Rom. 8. a. & ad Gala. 5. c. Corpus. 1. Corinth. 15. e. Delictũ. ad Galat. 6. a. Dies. 2. ad Thessaloni. 2. a. Differre. Prouerbiorum. 29. b. Diuinatio. Leuitici. 20 d. Eruditus. Prouerbiorum. 17. d. Exire. Sapientiæ. 16. b. & Ecclesiastici. 38. c. Extinguere. 1. ad Tessaloni. 5. d. Fructus. ad Galathas. 5. d. Gaudens. Prouer. 15 b. Homo. Ecclẽs. 8. a. Humilitas. Prouer. 29. d. & Eccli. 7. b. Iesus. Mar. 3. b. Lucę. 13. b. & vlt. f. & Ioã. 4. d. Iudicare. 1. Cori. 2. d. Iumẽtũ. Ecclẽs 3. d. Ligua. 1. Cor. 14. a. Loc9. Ecclẽs. 10. b. Mẽsura. Ioã. 3. d. Nauis. Psal.

non possunt &c. Hinc dicit textus in capi. Proposuisti. colum. 2. 82. distin. Sacerdotes quibus & sacrificandi & orãdi iuge officium est: semper debebunt a carnali consortio abstinere. quia si contaminatus fuerit carnali concupiscentia/ quo modo se posse exaudiri credit cum dictum sit. Omnia mũda mũdis: coinquinatis autem & infidelibus nichil ẽ mundum/ sed coinquinata sunt eorum mens & consciẽtia. Sed fortasse hoc sibi licere credit: quia scriptũ est, vnius vxoris virum. sed nõ dixit hoc Paulus/ vt permaneat in concupiscentia generandi: sed propter incontinentiam futuram. i. vt ea mortua contineat & secundam non ducat. Quod apertius declarauit: dicens. Qui autẽ sunt in carne/ deo placere non possunt. vos autẽ iam non estis in carne sed in spiritu. Hæc ibi.

q ¶ Si filij & hæredes. Require annotationẽ in verb. Filius.

r ¶ Nã quid oremus sicut oportet &c. Annota duplici annotatione vt in verbo Gemitus.

s ¶ Animalis homo non percipit &c. Declara vt in verb. Homo.

t ¶ Hoc autem operatur vnus & idem spirit9. Multę sunt operationes spiritussancti quas cum apostolus commemorasset/ ita conclusit. Omnia hæc operatur vnus & idem spirit9 diuidẽs singulis p̃ut vult. Sed cum aliud sit sacramentum quod habere etiam Simõ magus potuit/ & aliud prophetia: quę in malis hominibus etiam fieri solet: vt ĩ Saul. aliud operatio spiritussancti/ quam nisi boni habere non possunt. i. charitas. Quodlibet horum hæretici & schismatici accipiunt. Charitas vero quæ operit multitudinem peccatorum/ proprium donũ est catholicæ vnitatis & pacis: nec est in omnibus donum eius/ quia nec omnes sunt eius. Ita dicit textus circa hæc verba notandus. in cap. Multæ autem. 1. quęstio. 1.

v ¶ Vbi spiritus domini/ ibi libertas. Vide textũ. in capi. Duæ. in fine. 19. quæsti. 2. & in d. capi. Licet. de regularibus. de quo duplici textu dictum est in verb. Caro. ad Gala. 5. c.

47.b. Paraclitus. Io.15. in fi. Sacrificium. pſalmo.50.d. Sagitta. Iob.6.a Teſtimonium.1. Ioannis.5.d. & Vindicta. Eccleſiaſtici.39.d.

Spolium. ¶ Omnem [x] predã exercitui diuides: & comedes de ſpolijs hoſtium tuorum quæ dominus deus tuus dederit tibi &c. Deuter.20.c.

¶ Quia [y] tu ſpoliaſti gentes multas/ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis &c. Abacuch.2.b

¶ Cætera in verbis Bellum.1. Machabeorum.4.b. Diuidere. Geneſis.49.d. Eloquium. Pſalmo.118.x. Iudich. Iudich.15.d. & Moyſes. Exodi.12.f.

Spõſus et Sponſa. ¶ In ſole poſuit tabernaculum ſuum & ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſalmo.18.b

¶ Gaudebit [z] ſponſus ſuper ſponſam: & gaudebit ſuper te deus tuus &c. Eſaię.62.b.

¶ Spũs fornicationũ decepit eos: & fornicati ſũt a deo ſuo. Super capita montiũ ſacrificabant: & ſuper colles accendebãt thimiama: ſubtꝰ quercũ & populũ & therebinthum: quia bona vmbra eius. Ideo fornicabuntur Oſee.4.b.

x ¶ Omnem prædã exercitui diuides. Require ſcripta in verb. Bellum.1. Macha.4.

y ¶ Quia tu ſpoliaſti gentes multas. Hic aduerte pro iure hũano: ꝙ contra ſpoliantẽ ſeu ſpoliatorẽ competit ſpoliato interdictũ recuperandæ poſſeſſionis/quod eſt priuilegiatum vt eo agens debeat reſtitui in ſua poſſeſſione: etiã ſi ſibi a ſpoliatore objiciatur exceptio dominij: quia ſpoliatus ante oĩa venit reſtituẽdus. l. ſi qs ad ſe fundũ. C. ad l. Iu. de vi pu. & ita tenet gl. in c.2. in gl.1. & in c. In litteris in glo.2. de reſti. ſpo. & in c. Super hoc. in glo. ma. de renũ. Hoc verum ſi ſpoliatus objiciat/ ꝙ opponi non poteſt alias tacendo ſibi præiudicat. c.1. de reſti. ſpo. per quẽ ita Iaſon I. §. nichil cõmune in l. naturaliter. ff. de acqui. poſ. colũ.29. Scdo hoc verũ niſi exceptio dominij eẽt notoria: quia ſecundũ magis cõmunem opi. obeſſet. ꝓbatur in c. recuperandę. & ibi glo. ma. de reſti. ſpo. lib.6. in c. Significaſti. de diuor. ĩ c. Intelligimꝰ. & ibi Panor. de adulte. & ita etiam tenet Panor. in c. Paſtoralis. col.8. de reſt. ſpo. Vñ dicit ſing. do. Alex. in l. ſi rem aliquã. in vlti. col. ff. de acqui. poſ. ꝙ contra remedium l. ſi qs conductionis. C. loca. quod ẽ remediũ recuperandę poſ. vt ibi declarant Bal. & Saly. obſtat exceptio notoria dominij. de hoc tamen articulo vide qđ latiſſime ſcribit ꝑceptor meus do. Iaſon in d. §. nihil cõe. col.9. cum ſeq. poterit aũt cũ poſſeſſorio recuperãdæ etiã petitoriũ cumulari. l. Cũ fundũ. in fi. ff. de vi & vi ar. Et hoc qñ ſpoliatꝰ vult aſſũere in ſe onus ꝓbandi in vtroq̃ iudicio/petitorio. ſ. & poſſeſſorio: alias ex quo violẽta poſſeſſio transfert onus probandi in violentũ poſſeſſorẽ. l. vis eius. C. de proba. l. liberis. §. fi. ff. de libera. cau. poterit poſſeſſoriũ intentando ſuſpendere petitoriũ. Ita Bar. in d. §. nichil. col.8. & ibi Iaſon col.28. & eſt tex. in cle. vnica. in fi. de cau. poſ. & proprie. Et aduerte ꝙ licet regulariter oĩa interdicta ſint perſonalia in rem ſcripta. l.1. §. pe. ff. de interdi. tamen interdictũ vnde vi & ſic recuperandę eſt mere perſõale: ita ꝙ nõ datur cõtra eũ qui etiã ſcienter ſuccedit in re vitioſa. tex. eſt in l. Cum a te. ff. de vi & vi ar. hodie tamẽ ſuccurritur ſpoliato cõtra talem ſucceſſorẽ per c. Sæpe. de reſti. ſpo. Ita Panor. in c. Super hoc. ĩ.12. col. de renũ. vt aũt quis obtineat in hoc interdicto: nõ ſufficit ꝙ quis probet detectionem/niſi etiam probet poſſeſſionẽ. tex. eſt in cap. Conſultationibus. de offi. dele. Qꝫ ſi quis agat hoc interdicto ad reſtitutionem ſui beneficij/non cogitur oſtendere titulũ ſuæ poſſeſſiõis. c. In litteris. de reſti. ſpo. etiã ſi haberet aliud beneficium. & ſic licet ius cõmune eſſet contra eum. tex. eſt in capi. Ex inſinuatione. cum glo. de procura. q̃uis hoc caſu poſt reſtitutionem ſibi factã/ex quo ius cõmune eſt contra eum: iuſtificare ſuam poſſeſſionem teneatur. vt eſt gl. in d. c. Ex inſinuatiõe. Nec ob. d. c. Ad decimas. de reſti. ſpo. lib.6. vbi petens reſtitutionẽ non auditur ſi ius cõmune eſt cõtra eũ. quia dicas ꝙ ibi ius cõe erat contra agentẽ & pro conuento. hic licet eſſet cõtra agentẽ non tamen pro conuẽto. Aduerte tñ qa opi. magis cõis videt ꝙ petens reſtitutionẽ bñficij tenet iuſtificare poſſeſſionẽ ex titulo. j. dicere ſe habuiſſe poſſeſſionẽ ex aliquo titulo ſaltẽ colorato. Et ita ſentit gl. in cle. vnica. ĩ gl. fi. de cau. poſ. Et aduerte ꝙ ſatis dicet iuſtificare ſuã poſſeſſionem ex titulo ſi ſpoliator confiteatur titulum. quia fauore ſpoliati hoc caſu titulus beneficialis probatur/ſola confeſſiõe aduerſarij vt notãter cõcludunt do. de Rota. in ti. de reſti. ſpo. in nouis. in deci.408. & dñs Panor. in d. c. In litteris. col.8. Qꝫ tamen non teneatur iuſtificare poſſeſſionem ex titulo/ſed ſimpliciter ſufficiat probare ſpoliationẽ: videtur eſſe tex. & ibi notat Panor. in c. Conquerente. de reſti. ſpo. Sed alia opi. eſt cõmunior & eam obſeruat practica Pariſienſis.

z ¶ Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam ſuam. Spõſus & ſponſa proprie dicuntur qui futuras nuptias inuicem promiſerunt. vnde poſt matrimoniũ de preſenti vocantur maritus & vxor etiam ante carnalem copulam. facit l. Cui fuerit. ff. de conditioni. & de. Et licet tunc aliquando vocentur ſponſus & ſponſa/illud eſt improprie. Et dicitur ſponſa quaſi promiſſa reſpectu carnalis copulæ. Ita loquitur c. pe. de ſponſa. vide abba. Pa. in ru. de ſponſa. Et eodem modo ſponſus & ſponſa vocãtur quandoq̃ maritus & vxor & hoc eſt de conſuetudine ſcripturę. cap. Inſtitutum. circa me. & cap. Genuit. cum cap. ſequẽ. 27. quæſt.2. Ex ſponſalibus autem. j. ex promiſſionibus matrimonialibus de futuro ratione quarũ aliqui vocantur ſponſus & ſponſa/oritur impedimentum qđ vocatur publica honeſtas: ſufficiens ad impediendum & ad poſtea contractum matrimonium dirimendum. c.1. de ſponſa. in 6. Et oritur hoc impedimentum non ex aliqua conſanguinitate vel affinitate contracta inter ſponſum & parentes ſponſæ & ſponſam & parentes ſponſi. quia illa non contrahitur niſi per conſummationẽ matrimonij ſiue per carnis commixtionem: ſed oritur ex conſenſu præſtito in ſpõſalibus. Et ideo fuit hoc impedimẽtũ introductum ab eccleſia propter honeſtatem duntaxat. quia graues inimicitię quandoq̃ oriebantur inter conſanguineos. quia vni deſponſatam alius quærebat ducere in vxorem. Et appellauit eccleſia iſtud impedimentum publica honeſtas: quia non poterat ei dare congruentius nomen: cum non poſſet attribui alicui ex cognationibus vel legali vel ſpirituali vel carnali. prædicta intellige quando ſunt contracta ſponſalia inter maiores ſeptennio. Ex ſponſalibus enim cõtractis inter ſeptennio minores/nulla oritur publica honeſtas. cum talia ſponſalia ſint nulla ex defectu conſenſus. textus eſt in d. cap.2. in princip. de ſponſa. in vi. quod eſt verum niſi ſpõſus maior eſſet ſeptennio & ſponſa eſſet ſeptẽnio proxima/ & in eos interueniſſet tentatus commiſcendi/propter quem apparet ꝙ malitia ſupplebat ætatem. tunc enim oritur prædictum impedimentum. textus eſt cum glo. in cap. Iuuenis. de ſponſa. Et aduerte ꝙ ſufficit valere ſponſalia de iure naturali; vt quia interuenit liber conſenſus ab vtraq̃ parte/licet non valeat de iure poſitiuo: vt quia inter ſponſum & ſponſam erat conſanguinitas vel aliud impedimentum. Caſus eſt in d. cap.2. & in cap. Ad audientiam. de ſponſa. vnde ſi monachus vel ſacerdos cõtraheret cum aliqua non poſſet aliquis conſanguineorum ſuorum poſtea contrahere cum ea/ obſtante prædicto publicæ honeſtatis impedimento: prout bene probatur in d. c.2. de ſpon. in.6. vltimo aduerte ꝙ ſponſalia de præſenti ſequentia tollunt ſponſalia de futuro præcedentia. textus eſt in cap. Sicut. de ſponſa. intellige etiam ſi interueniſſent receptio munerum/oſcula & amplexus. vide bo. tex. in cap.1. de matri. contrac. contra. inter. eccle. in ĩmo etiam ſi præceſſiſſet interdictũ eccleſię/ vt ibi probatur.

a ℭEt spõsę vestrę adulteræ erũt. Q2 adulteriũ in sponsa de pręsenti cõmittaꝛ/quis necdũ fuerit carnaliter cognita: ē tex. in c. Discretionē. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. Q2 vero etiã cõmittaꝛ in spõsa de futuro videꝛ esse bo. tex. in l. si vxor. versi. Diuus Seuerus. ff. de adul. vbi diciꝛ. Diuus Seuerus & Anto. rescripserũt etiã in sponsam hoc idē adulteriũ vindicãdũ: quia nec mr̃imoniũ qualecũq; nec spem matrimonij violare permittiꝛ. Et ita tenet Panor. in d. c. Discretionē. Et glo. in cap. Quēadmodũ. de iureiu. b ℭEt super sponsas vestras cũ adulterauerint. Sponsa ꝓprie accepta q. s. fidē dedit mr̃imo

filiæ vestræ & sponsæ [a] vestræ adulteræ erunt.

Osee.4.d. ℭNon visitabo super filias vestras/cũ fuerint fornicatæ: & [b] super spõsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur/& cum effœminatis sacrificabant.

Joãnis.3.d. ℭQui [c] habet sponsam/sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum/gaudio gaudet propter vocem sponsi.

ℭAliam sententiam vide in verbo Ieiunare. Matthæi.9.b.

1 Regũ.17.a. **Spurius.** ℭEgressus [d] est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath &c. Et supra Dauid.

Status. ℭRequire sententiam in verbo Homo. Iob.14.a.

Psalmo.20.d **Stabilire et Stabilis.** ℭCogitauerũt consilia: quæ non potuerunt stabilire.

Prouer.4.d. ℭOculi tui recta videant: & palpebrę tuæ pręcedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis: & omnes viæ tuæ stabilientur.

Eccli.10.a. ℭIudex sapiens iudicabit populũ suũ: & principatus sensati stabilis erit.

37.c. ℭAnte oĩa opa verbũ verax p̃cedat te: & ante omnē actũ cõsiliũ stabile.

1.Corin.15.g ℭFratres [e] mei dilecti stabiles estote & immobiles/abundantes in omni opere domini semper: scientes ꝙ labor vester non est inanis in domino.

Ad heb.13.b. ℭOptimũ est gr̃a stabilire cor nõ escis: q̃ nõ ꝓfuerant ambulãtib⁹ in eis.

Proue.20.d. **Statera.** ℭStatera [f] dolosa non est bona.

ℭAlias sententias require in verbis Calamitas. Iob.6.a. Decipere. Psal.61.c. Pondus. Leuitici.19.g. & Ecclesiastici.21.d.

Tobię.4.c. **Statim.** ℭQuicunq; tibi aliquid operatus fuerit (ait Tobias ad filiũ) statim [g] ei mercedem restitue: & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.

Psalmo.69.b ℭAuertantur statim erubescentes: qui dicunt michi euge euge.

ℭCætera in verbis Oblitus. Iacobi.1.d. Peccator. 2. Machabeorum.6.c & Tobias. Tobiæ.2.a.

Numeri.33.g **Statua.** ℭConfringite vitulos/& statuas comminuite: atq; omnia excelsa vastate &c.

nialē per verba de futuro: si adulteret seu fornicetur/poterit a sponso repudiari. ita. s. ꝙ spõsus ad cõtrahendũ cũ ea mr̃imoniũ cõpelli nõ poterit: etiam si spõsalia inter eos contracta fuissent iurata: qm̃ in iuramento talis erat subintelligēda conditio: si videlicet illa ĩ legē cõiugij non peccaret. tex. est in d. c. Quēadmodũ. in princip. de iureiu. vbi subiugiꝛ idē esse si aliqua magna corporis deformitas obueniret. Sponsa aũt non adulterante/nec graui corporis deformitate in eã contingente nõ posset sponsus eã respuere. quia sponsalibus non põt renunciari. saltē de iure canonico/cui statur ĩ materia mr̃imoniali: nisi vtroq; cõsentiēte. tex. est ĩ c. 2. de spõsa. vnde si renunciaret perderet arras si quas dedisset. Licet em̃ appositio pœnę ꝓhibeatur in mr̃imonio apponi. c. Gēma. de sponsa. l. Titia. ff. de ver. obli. nõ tñ ꝓhibetur datio arrarum & ipsarũ perditio casu quo nõ contrahaꝛ mr̃imoniũ. l. fi. C. de spon. quæ lex ꝓcedit etiã de iure canonico scd'm glo. in c. Accedēs. de ꝓcu. & in c. Ex parte. 2. in verb. Arra. de cõ. cõiu. De hoc vide diffusius per Panor. in d. c. Gemma.

c ℭQui habet sponsam/spõsus est. Vide q̃d dictũ est s̃: eodē in. 1. anno.

d ℭEgressus est vir spurius. De spurijs vide q̃ dicta sunt in verb. Ecclesia deute. 23. & ibidē dictis addendo Recurre ad scripta ĩ materia spuriorũ ĩ decisiõib⁹ delphinalib⁹. deci. 280.

e ℭFratres mei stabiles & ĩmobiles &c. Et in operib⁹ bonis debēt clerici stabiles esse & in q̃buslibet suis negocijs. cle. cũ illusio. de renũ. vnde in Niceno cõcilio legiꝛ. Nõ oportet ep̃m vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitate migrare: nõ ep̃s/non p̃sbyter/non diaconus trãseat. Si quis aũt post diffinitiōe sancti & magni cõcilij tale quid agere tentauerit/& se huiusmõi negocio mãcipauerit: hoc factũ prorsus in irritum ducatur/& ecclię restituaꝛ cuius fuit ep̃s. p̃sbyter aut diacon⁹ ordinat⁹. c. Nõ oportet. 7. q. 1. Et ideo etiã cõcilio Carthaginēsi cautũ est. Si q sine respectu dei agētes & timorē dei ante oculos non habentes/neq; ecclesiastica statuta custodiētes recesserint ab ecclesia sua: siue p̃sbyter siue diaconus/vel in quocunq; ecclesiastico ordine positi fuerint: non debent suscipi in ecclesia/sed oĩ necessitate coganꝛ vt redeant ad ecclesiã suam. q̃d si ꝑmãserint excõicari oportet eos. c. Si q vero. eadē. cau. & q. Et in cõcilio Antiocheno legiꝛ. Si quis p̃sbyter vel diacon⁹ vel q̃libet clericus deserta ecclesia sua ad aliã transeundũ esse crediderit/& ibi paulatim tentat quo migrauerit perpetuo manere/vlteri⁹ ministrare non debet: pręsertim si ab ep̃o suo ad reuertendũ fuerit exhortatus. Q2 si post reuocatione sui ep̃i non obedierit sed inobediens perseuerauerit/oĩmodo ob officio suo deponi debere: nec aliq̃n spem restitutiõis habere decernimus. Si vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit: & ipse a cõmuni synodo pœnam merebitur increpationis/tanq̃ ecclesiastica iura dissoluens. c. Si quis presbyter. eadem cau. & quæst. f ℭStatera dolosa non est bona. Hinc dicit Hiero. in c. Non afferam⁹. in princ. 24. q. 1. Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus q̃d volumus pro arbitrio nostro: dicentes. Hoc graue est hoc leue est. sed afferam⁹ diuinam staterã de scripturis sacris/tanq̃ de thesauris dominicis: & in illa q̃d grauius est appendamus. hæc ibi. debet aũt summopere curare iudex ne staterã habeat dolosam/sed eam habeat de qua dicit Gregorius in moralibus. & habetur in c. Omnis. 45. dist. Omnis qui iuste iudicat/stateram in manu gestat: in vtroq; penso/iustitiam & misericordiã portat. sed per iustitiã reddit peccati sententiã: per misericordiã peccati tēperat pœnã: vt iusto libramine quędã per ęquitatē corrigat/quædã vero per m̃iam ĩdulgeat. g ℭStatim ei mercedē restitue. Recurre ad verbũ merces. Aduerte tñ vlteri⁹ ꝓ hoc verb. Statim & similib⁹: puta mox/cõfestĩ/cõtinuo: ꝙ istę dictiões q̃nq; sonãt idē q̃d incõtinenti siue nullo actu ĩtermedie posito. tex. est in c. Quia ꝓpter. cũ gl. in verb. Mox. ĩ pri. de elec. q̃nq;

¶Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare domini dei tui Deuter.16.d.
nec [h] facies atq; constitues statuam: quæ odit dominus deus tuus.
¶Cætera in verbis Benedicere. Danielis.3.d. & Loth. Genesis.19.f.

Statura. ¶Excelsi statura succidetur: & sublimes humiliabũtur. Esa.10.g.
¶Quis vestrũ cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitũ vnũ. Matth.6.d.

Statutum. ¶Non immutetur [i] quod statutum est a Medis & Danielis.6.c
Persis &c.
¶Statutum est hominibus semel mori &c. Et supra Mori. Ad heb.9.g.

Stephanus. ¶Volentibus apostolis vt septem eligerẽtur qui mi= Actuum.6.b.
nistrarent mensis elegerunt [ii] discipuli Stephanum/virũ plenũ fide & spi
ritu sancto: & Philippum & Prochorũ & Nicanorẽ & Timonẽ & Par=
menã & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos [k] statuerũt ante con
spectum apostolorum: & [l] orantes imposuerunt eis manus.
¶Stephan9 plenus gratia & fortitudine faciebat ꝓdigia & signa magna 6.c.d.
in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellabatur [m]
Libertinorum & Cyrenensiũ & Alexandrinorũ: & eorũ qui erant a Cili
cia & Asia: disputantes cũ Stephano: & nõ poterãt resistere sapientiæ &
spiritui qui loquebatur. Tunc sũmiserunt viros: qui dicerent se audiuisse
eum dicentem verba blasphemiæ in Moysem & deum. Commouerunt
itaq; plebem & seniores & scribas: & concurrentes rapuerũt eum: & ad=
duxerunt in concilium/& statuerunt [n] falsos testes: qui dicerent. Homo
iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctũ & legem. Audiuimus
enim eum dicentem. quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istũ
& mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eũ oẽs

idem qd paulo post tex. est cum gl. in verb. Statim. in c. Quicũq;. 77. dis. quandoq; idem qd vsq; ad triduũ. l. cũ specialis. C. de iudi. l. vltima. C. de erro. aduoca. Quãdo idẽ qd vsq; ad decem dies. c. Quotiẽs. 1. 2. q. 6. l. promissor. ff. de consti. pe. qñq; vsq; ad annũ & diem. 20 q. 2. c. si in qualibet. & c. Puella. & qñq; vsq; ad mensem. c. Constat. & ibi Archi. 1. quęst. 1.

h ¶Nec facies tibi atq; constitues statuã. Statuam adorãdi causa erigere/ ꝓhibet etiã tex. ciuilis: vt in principis honorem ac diuturniorem ipsius recordationẽ erigatur permittens. tex. est in l. 2. C. de statu. & imagi. Immo etiã ad alteri9 q̃ prĩcipis honorem licet erigere statuã. ita tamen ꝙ ꝓ ea erigenda non imponat̃ collecta/ sed fiat impendijs ei9 cuius honorem respicit. & si fiat in honorẽ iudicis adhuc in administratione positi/ habeatur seu postuletur principis permissio. tex. est in l. 1. iuncta l. fi. C. eo. tit.

i ¶Non immutetur qd statutum est a Medis & Persis. Mlta hic dici possẽt in materia statutorum. sed quia est materia cumulatissime per doc. tractata in locis ordinarijs: sufficiat pro dilatatione materię recurrere ad ea quę scribũt Bar. Albe. de Ro. & do. Iason in l. 1. C. de sũ. tri. & fi. ca. Bar. Alex. & Iason in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Pe. de Ancha in repe. c. 1. de consti. Panor. Fely. & Decius in c. Ecclesia. de cõsti. & Alex. de Imola in l. fi. §. in computatione. C. de iu. delibe. Non omitto tamen vnum qd punctualiter respicit hanc sententiam scilicet ꝙ statutũ respiciens fauorem aliquorum particularium/ non potest tolli per secũdum cõtrariũ. vnde stãte statuto vt quicunq; venerit ad habitãdum in aliqua ciuitate/ habeat immunitatem decẽnalem. si aliqui venerint non poterit eis per secundum statutum tolli immunitas concessa per primum. ita Bar. in l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. non fa. Et generaliter nota ꝙ per secundum statutum non tollitur primum: nisi de primo fiat mentio saltem in genere. ita probat tex. in c. 1. de cõsti. l. 6. de quo dic vt ibi per Dominicũ. cætera vide in locis ꝓallegatis.

ii ¶Elegerunt Stephanum virũ plenũ fide & spiritusancto. Hanc inter cæteras habeant eligentes solicitudinem: vt virum eligant qui fide plenus sit & spiritusancto. s. qui morum integritate polleat. c. Licet in fi. 8. quæst. 1. Sunt enĩ quatuor præcipua ab eligentibus animaduertenda. Primo: vt secundũ deum eligant/ non secundũ carnem. c. Graue de præben. Secũdo: non secundum pecuniam. toto. ti. de sy. Tertio: non secundũ corruptionẽ aliquam. c. Quisquis. de elec. & c. constitutis. de appel. Et quarto: non pręter formã concilij generalis. de quo in c. Quia propter. de elec. Et in dignitatibus in quibus dicta forma venit seruanda. Sunt enim aliqua in quibus seruanda non est: ꝓut per Panor. & alios in d. c. Quia propter. de forma aũt dicti concilij generalis dixi late in verb. Scrutiniũ. super illud psal. Defecerunt scrutantes scrutinio. Hæc aũt quatuor ab electoribus consideranda/ ponit Archi. in c. Miramur. col. 1. 61. dist.

k ¶Hos statuerunt ante conspectũ apostolorum. Hoc loco satis liquet solos apostolos habuisse potestatem manus imponendi. vnde dicit tex. in c. 3. de conse. dist. 5. manus impositionis sacramentum/ magna veneratione tenẽdum est; quod ab alijs perfici non potest nisi a summis sacerdotibus: nec tempore apostolorum ab alijs q̃ ab ipsis apostolis legitur aut scit̃ peractum esse. nec ab alijs q̃ qui eorum tenent locum vnq̃ perfici potest/ aut fieri debet. Nam si aliter pręsumptũ fuerit/ irritum habeatur & vacuum/ & inter ecclesiastica nunq̃ reputabitur sacramenta. hæc ibi. Distingue tamen multiplicem manus impositionem: vt dixi in verb. Manus: & vide c. q̃to. & ibi Panor. de consuetudine.

l ¶Et orantes imposuerunt eis manus. Hoc exemplo (licet apostolorum oratio non sit scripta) dicuntur orationes in ordinum collatione: vt apparet in pontificali.

ℭ Sicut eructant pręcordia fœtentium: & sicut perdix inducitur in caueam: & vt caprea in laqueum/sic & cor superborum. & sicut prospector videns casum proximi sui. Bona enim in mala conuertens insidiatur & in electis imponet maculam. 11. d.

ℭ Qui tetigerit picem/ inquinabitur ab ea: &[c] q cōmunicauerit superbo/induet superbiam. 13. c

ℭ Inuocabo dominum patrem domini mei/vt nō derelinquat me in die tribulationis meæ: & in tempore superborum sine adiutorio. 51. b.

ℭ Dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum: & super omnem arrogantem. Esaie. 2. c.

Hierem.50.e ℭEcce ego ad te superbe: dicit dominus deus exercituum. quia veniet dies tuus & tempus visitationis tuæ. Et cadet superbus & corruet: & non erit qui suscitet eum. Et succendam ignem in vrbibus eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

Abacuch.2.b ℭQuomodo vinum potantem decipit: sic [d] erit vir superbus & non decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus animã suam: & ipse quasi mors & nõ adimpletur. Et congregauit ad se omnes gẽtes: & coaceruauit ad se omnes populos. Nunquid non omnes isti super eũm parabolam sumãt: & loquelam ænigmatum eius? Et dicetur. Væ ei qui multiplicat non sua. Vsq̧quo & aggrauat contra se densum lutum. Nunquid non repente consurgent qui mordeãt te. Et suscitabuntur lacerantes te: & eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gentes multas: spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinem hominis & iniquitatẽ terræ ciuitatis omnium & habitantium in ea.

Malachi.4.a ℭEcce dies veniet succensa quasi camin9: & erunt [e] oẽs superbi & oẽs facientes impietatem stipula. Et inflammabit eos dies veniens: dicit dominus exercituum: quæ non relinquet eis radicem & germen.

ℭCætera in verbis Arrogans. Prouerb.21.d. Arrogantia. Prouerb.8.b. Conceptio. Eccli.32.c. Contritio. Prouerb.16.b. Contumelia. Prouerb.11.a. Episcopus.1. Thimoth.3.a. Hierusalem. Ezechiæ.16.f. Humilis. Iudich.9.d. Psal.17.d. Psalmo.88.b. Prouer.16.c. Prouer.29.d. & Eccli 13.c. Impius. Iob.15.c. Maria virgo. Lucæ.1.e. Mundus. 1. Ioannis.2.e. Odire. Ecclesiastici.25.a. Rex. Deuteronomij.17.d. Sacerdos. Deutero.17.c. & Vehemoth. Iob.15.c.

Eccles.4.b. **Superfluum.** ℭContemplatus sum omnes labores hominum: & industrias animaduerti patere inuidiæ ꝓximi. Et in hoc ergo vanitas / & cura [f] superflua est.

ℭCętera in verbis Cura. Ecclẽs.2.a. & Iudas Machabe9. 2. Mac.12.g.

Ad colo.2.d. **Superstitio.** ℭSi mortui estis cũ Christo ab elemẽtis huius mũdi: quid adhuc tanq̃ viuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis/ neq̧ degustaueritis neq̧ contrectaueritis: quæ [g] sunt omnia in interitu ipso visu secundum pręcepta & doctrinas hominum: quæ rationem quidem habentia sapientiæ in [h] superstitione & humilitate: & non ad parcendum corpori: non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

Actuũ.17.e. ℭStãs Paulus in medio Areopagi: ait. Viri Atheniẽses per omnia quasi superstitiosos vos video &c. Et supra Paulus.

Superuacuum et Superuacuitas. ℭRequire sententias in verbis Confundere. Psalmo.24.a. Idolum. Sapientiæ.14.b. Odire. Psalmo.30.b. & Res. Ecclesiastici.3.c.

Iob.8.a. **Supplantatio.** ℭNunquid deus supplantat iudicium: aut omnipotens subuertit quod iustum est?

ex plerisq̧ caussis. Prima quando simulata virtutum affectione superiori suo non obedit. c. Si quis vero. in princip.11. quæst.3. Secunda quando alijs studet præferri. c. De constantinopolitana.22. dist. Tertia quando quis se extollit aduersus scripturas & ecclesiasticos canones / & noua introducit præcepta. c. Hæc autem scripsimus.30. dist. Quarta quãdo quis eos quos docet alloquitur / vt longe infra se positos velut in imo respicit & eis non consulendo loqui sed vix dominando dignatur. c.1.46. dist. Quinta quando perfectum se ęstimans conuentus qui per loca & basilicas sanctorum martyrum fiunt vel accusauerit vel etiam oblatiões quæ ibidẽ celebrantur spernendas esse crediderit. c. Si qs per suꝑbiã.30. dis. Sexta qñ sine meritis præfici vult & habere dignitates quæ non nisi ex meritis dari debent. c. Si officia.52. dist. Septiã quando in confessione tacet vel excusat peccatum suum c. Quis aliquando. §. fi. de pœ. dist.1. Et octaua quando officia alijs conuenientia seu debita / studet vsurpare. c. Quoniam.10. dist.

d ℭSic erit vir superbus &c. Hoc liquet de Nabuchodonosor: qui propter immensam eius superbiã / factus est sic expers sensus: vt in bestiã conuersus fuisse dicatur. c. Minor.17. q̃st.4. & dictum est i verb. Nabuchodonosor. vbi vide.

e ℭErunt omnes superbi stipula &c. Idem probat tex. in ca. Vnũ orariũ. §. alias versi. & q̃uis. & versi. seq. in verb. Superbia. & in verb. Aeterna illum flãma cruciabit.25. distin.

f ℭEt cura superflua. Superfluitas omnis regulariter est vitiosa. vnde & ꝓtrito dicitur adagio. Omne quod est nimium vertitur i vitiũ. notat Hostiẽ in c. Humilis. de maiori. & obedi. Et ideo etiam in exercitijs spiritualib9 dãnatur superfluitas. c. Nõ mediocriter. de consecra. distin.5. Condescendendo aũt ad aliqua specialia / in quibus superfluitas dãnatur: dici potest ꝙ primo dãnatur in cibis & potibus. c. Nichil. & c. Nec tales. de conse. distin.5. Secundo in temporalibus / & pręsertim respectu clericorum. c. Aurum.12. quæst.2. c. Virum catholicum.47. distin. Tertio in delicijs & lasciuijs. c. Ecclesiæ principes.35. dist. Quarto in verbis. c. Sit rector. versi. ponderandum.43. dist. Et quinto in constructionibus ędificiorum. c. Gloria.12. quęstio.2. Alios casus permultos studiosus lector ingrat.

g ℭQuæ sunt omnia in interitu ip̃o visu. Superstitiões iudaicę de non tangendo aliquo immundo secundum legem Mosaicam: de nõ gustando cibo in lege prohibito / vt porco: de non contrectando per venditionem talium vel emptionem / & similes omnes superstitiones sunt catholicis omnibus illicitę. Nam postq̃ euangelium eluscescit in toto mundo: superstitio est seruare ritus iudaicos. capi. Peruenit. de consecra. distin.3. cap. Adhoc. cap. Si iudęos. c. In nõnullis. in fi. de iudę. & hoc verum est exceptis præceptis decalogi / quæ ad litteram seruantur, alia aũt mystice. j. spiritualiter vel moraliter intelliguntur. Ita Archid. in c. Augurijs. in princip.26. quæst.5. Cætera annotatione proxima.

h ℭIn superstitione. Superstitio / est vana & superflua religio & obseruatio / vel cultura idolorũ. & dr̃ sic a superstitib9

¶Homo [i] pacis meę in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Psalmo.40.c

¶Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. 139.b.

¶Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantio peruersorum vastabit illos. Prouer.11.a.

Supplicium.

¶Ibunt hi [k] (scilicet iniusti) in supplicium æternũ iusti autem in vitam æternam. Matth.25.

¶Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur quanto magis putatis deteriora mereri supplicia: qui [l] filium dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est: & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Ad heb.10.c.

Surdus.

¶Non [m] maledices surdo: nec coram cœco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuum. Leuiti.19.c.

¶Cætera in verbo Mutus. Exodi.4.c. & Psalmo.37.c.

Surgere.

¶Media [n] nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tuæ. Psalm.118.h

¶Vanum [o] est vobis ante lucem surgere: surgite postq̃ sederitis qui manducatis panem doloris. 126.a.

¶Cætera in verbis Iesus. Matthæi.9.a. & c.27.f. vltimo.b. & Lucæ.7.c. & Ioannis.13.a. & Petrus. Actuum.10.b.

Sus.

¶Require sententiam in verbo Lutum.2.Petri.2.in fine.

idest a senibus qui multis annis superstites per ætatem delirant & errant quadã superstitione: nescientes quę colant. vel dicitur sic a superstantibus.j.a dijs: scilicet quando de his non timenda timemus. vnde superstitiosus, falsus & vanus religiosus vel idolorum cultor. Ita Archi. in c. Idolatria. in princip.28.quæst.1. vel superstitio dicitur quasi superflua seu superinstituta religio. Ita Archi. in c. Consuluisti. in verb. Superstitiosa.2.quæst.4. Sed pro declaranda diffusius ista materia: nota celebrem textum ex Augustino sumptum in lib. de doc. chris. in c. Illud.26.quæst.3. vbi dicitur. Illud quod est secundum institutiones hominum: partim superstitiosum est, partim non superstitiosum. Superstitiosum, est quicquid institutũ est ab hoĩbus ad faciẽda idola & colenda ptinẽs: vel ad colẽdam sicut deum creaturã, partẽ ve vllã creaturę: vel ad cõsultationes & pacta quædã significationũ cũ demonibus placita atq; fœderata: qualia sunt volumina magicarũ artiũ. quæ qdẽ cõmemorare potiusq̃ docere solent poetæ: & quo genere sunt (sed q̃si licẽtiori vanitate) haruspicum & augurum libri. adhoc etiã genus pertinent omnes ligaturæ atq; remedia, q̃ medicorũ quoq; disciplina condẽnat: siue in precantationibus, siue in quibusdam notis quas characteres vocãt, siue in quibuscũq; rebus suspendendis atq; ligandis: vel etiam saltando quodãmodo nõ ad temperationẽ corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas aut manifestas: quas eminẽtiori nomine physicam vocant, vt quasi non superstitionem implicare sed naturæ prodesse videantur. sicut sunt inaures in summo singularum auriũ, aut de struthionum ossibus ansulæ in digitis decẽ. vt cũ tibi dicitur singultienti: vt dextera manu pollicẽ teneas. his adiungunt millia ĩmanissimarũ obseruationũ. si mẽbrũ aliqd salierit, si ãbulãtibus amicis lapis aut puer medius interueuerit. hinc sunt etiam illa: limen calcare cum ante domum suam transit: redire ad lectum si quis dum se calciat sternutauerit: redire ad domũ si procidens offenderit, vel si vestis a soricibus roditur. neq; ab hoc genere superstitionis perniciosę segregandi sunt qui olim genethliaci propter naturalium cõsiderationes dierum, nunc aũt mathematici vocãtur. nam & ipsi q̃uis veram stellarum positionẽ cum quisq; nascitur consequunt & aliquando peruestigant: tamen q inde conantur vel actiones nostras vel actionum euentus producere, nimis errant. Hoc aũt genus fornicationis animæ salubriter diuina auctoritas non tacuit: neq; ab ea sic deterruit animam, vt propterea talia negaret esse sectanda. quia falsa dicuntur & a professoribus eorum: sed etiam si dixerint vobis (inquit) & ita euenerit, ne credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui, Sauli vera pronunciauit: propterea talia sacrilegia quibus illa imago pręsentata est minus execranda sunt. aut quia in actibus apostolorum fœmina ventriloqua verum testimonium perhibuit apostolis domini. Ideo Paulus apostolus pepercit spiritui illi ac non potius fœminam illius dęmonij correctione atq; exclusione mundauerit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ vel noxię superstitionis: ex quadam pestifera societate spirituum & dęmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudiandę & fugiendæ homini christiano. Hæc ibi. Aduerte etiam q superstitiosum iudicatur dies obseruare.j. credere melius esse opus aliquod incipere tali die, q̃ in tali: quia talis dies est faustus. hic infaustus. textus est Augu. in c. fi. in fi.26.quæst.7. & notat Archid. in d. c. Augurijs.26.quæst.5.

i ¶Homo pacis meæ &c. Declara vt in verb. Pax.

k ¶Ibunt hi in supplicium æternum. Archid. in cap. Nemo peritorum. in verb. Supplicium.11.quæst.3. dicit pœnam a supplicio differre, quia pœna sine sanguine est. Supplicium vero cum sanguine. vel supplicium dicitur proprie cum quis ita dãnatur q bona eius confiscentur & in publicum redigantur. Sed hæc non videntur probari iure. immo supplicium pro pœna accipitur, vt hic. & notat. §. quod autẽ prius. in auten. de nup. colla.4. Et aduerte circa hanc sententiã: q in iniustis temporale supplicium est eis ęterni supplicij seu æternę dãnationis initium. tex. est in cap. Sunt plures. in fi. de pœni. dist.3. Ad tolerabilius aũt subeundum ęternum supplicium, prosunt malis bona quæ hic faciunt. cap. fi. versi. vnde illud. eadem dist. & notat in capi. Quidam. de pœni. & re.

l ¶Qui filium dei conculcauerit. Declara vt in verb. Filius.

m ¶Non maledices surdo. Hac sententia pręcipitur ne detrahamus: præsertim absentib⁹ qui his quæ dicuntur obiicere nequeunt opponere. vide quæ dicta sunt in materia detractionis in verbis detrahere & detractio. Pro alijs quæ hic dici possent, de surdis. Recurre ad verbum Mutus.

n ¶Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Declara vt diffuse dictum est in verb. Confiteri.

o ¶Vanum est vobis ante lucem surgere &c. Lux est Christus: post quem surgendum est non ante. vt ille facit qui se ei præponit, volens hic esse altus vbi ille humilis fuit & humilitatem docuit. c. Dominus noster. in princip.93. distin.

p ¶ Erudierũt filiam ſuam ſecundũ legẽ Moyſi. Hic parentes admonentur/eorum filios ſecundũ legem dei erudire: non autem eos vanis quibuſdam ineptijs erudiendos tradere: prout etiam de hoc eſt pulcher tex. in cap. Legant. 37. diſtin. de quo in verb. Diſciplina. o.

q ¶ Qui videbantur regere populum. Non dicit qui regebant/ſed qui videbant regere. & hoc: quia male preerãt ſeu gubernabant/ vnde nec regere dicendi ſunt: put notabiliter dicit Ioan. An. in cle. vnica. in verb. Regum. de Baptiſ.

Danielis. 13. a.b.c.d.e.f.g

Suſanna. ¶ Erat vir habitans in Babylone: & nomen eius Ioachim. Et accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helchiæ: pulchrã nimis/ & timentem deũ. Parentes[p] enim illius cum eſſent iuſti: erudierũt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Erat autem Ioachim diues valde. Et erat ei pomerium vicinum domui ſuæ: & ad ipſum confluebant Iudæi: eo ꝙ eſſet honorabilior omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus locutus eſt dominus. quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone a ſenibus iudicibus/ qui[q] videbantur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioachim: & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertiſſet per meridiem: ingrediebatur Suſanna & deambulabat in pomerio viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcẽtiam eius/ & euerterunt ſenſum ſuum: & declinauerunt oculos ſuos vt nõ viderent cœlum: neqꝫ recordarentur iudiciorũ iuſtorũ. Erãt enim ambo vulnerati amore eius: nec indicauerũt ſibi viciſſim dolorẽ ſuũ. Erubeſcebant[r] enim indicare ſibi cõcupiſcentiã ſuã/ volentes concũbere cum ea. Et obſeruabant quotidie ſolicitius videre eã. Dixitqꝫ alter ad alterũ. Eamus domũ quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt a ſe. Cumqꝫ reuertiſſent venerunt in vnum: & ſciſcitantes ab inuicem cauſam: confeſſi ſũt concupiſcentiam ſuam. Et tunc in cõmuni ſtatuerunt tempus quando[s] eam poſſent inuenire ſolam. Factum eſt autem cum obſeruarent diem aptum: ingreſſa eſt aliquando ſicut heri & nudiuſtertius cum duabus ſolis puellis: voluitqꝫ[t] lauari in pomerio. Aeſtus quippe erat/ & non erat ibi quiſq̃ præter duos ſenes abſconditos/ & contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum & ſmigmata: & oſtia pomerij claudite vt lauer. Et fecerunt ſicut præceperat. Clauſeruntqꝫ oſtia pomerij: & egreſſæ ſunt per poſticum: vt afferrent quæ iuſſerat. Neſciebatqꝫ ſenes intus eſſe abſconditos. Cum autem egreſſę eſſent puellę: ſurrexerunt duo ſenes accurrerunt ad eam: & dixerunt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt/ & nemo[v] nos videt: & in concupiſcentia tui ſumus. quamobrem aſſentire nobis/ & commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris: dicemus contra te teſtimonium ꝙ fuerit tecum iuuenis: & ob hanc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna: & ait. Anguſtiæ ſunt michi vndiqꝫ. Si enim hoc egero/ mors michi eſt: ſi autem non egero: non effugiam manus veſtras. Sed[x] melius eſt michi abſqꝫ opere incidere in manus veſtras q̃[y] peccare in conſpectu domini. Et exclamauit voce magna Suſanna. Exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomerij & aperuit. Cum ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomerio: irruerunt per poſticum: vt viderent quidnam eſſet. Poſtq̃ autem ſenes locuti ſunt: erubuerunt ſerui vehementer. quia nunq̃ dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cumqꝫ veniſſet populus ad Ioachim virum eius: venerunt & duo preſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam/ vt interficerent eam. Et dixerũt corã populo: mittite ad Suſannã filiã Helchię vxorẽ Ioachim. Et ſtatĩ miſerũt. Et venit cũ parẽtib⁹ & filijs & vniuerſis cognatis ſuis. Porro Suſanna erat delicata nimis & pulchra facie. At iniqui illi iuſſerũt vt diſcooperiretur (erat enĩ cooperta) vt vel ſic ſatiarẽtur decore ei⁹. Flebant igiĩ ſui: & oẽs q nouerãt eã. Conſurgentes aũt duo preſbyteri in medio

r ¶ Erubeſcebant enĩ ſibi indicare. Ea enim ẽ peculiaris natura mali/ vt erubeſcentiam quandã pariat: & celari poti⁹ deſideret q̃ in palam venire. ca. Et venit. de pœ. diſt. 1.

s ¶ Quãdo eam poſſent inuenire ſolam. Querit enĩ latibulã venerea fœditas/ nec ſuę teſtem turpitudinis expoſcit. ca. Litteras de præſum.

t ¶ Voluitqꝫ lauari ĩ pomerio. Quod vtiqꝫ licet etiam die dñico ſi id exigat corporis neceſſitas. c. Peruenit. de conſecr. diſt. 3.

v ¶ Nemo nos videt. Fallimini deliri ſenes/ fallimini. Deum enim habetis inſpectorem quem & ſeuerum eſtis vltorem habituri. Illi namqꝫ quorum peccata humanam notitiam latent: deum quem habent teſtem/ ipſum habituri ſunt & vltorem. Quid vero eis prodeſt humanũ vitare iudicium: cum ſint ituri in ęternum (deo retribuente) ſupplicium? dicit textus in capi. Porro, de pœniten. diſtinct. 1.

x ¶ Meli⁹ michi eſt &c. Mors eĩ corporea optãda eſt/ ſi eã abſqꝫ pctĩ labe declinare nequeam⁹. c. Sacris. de ſepul.

y ¶ Quam peccare in conſpectu domini. Peccaſſet Suſanna ſi iudicum comminationibus exterrita/ libidinoſę eorum obtemperaſſet voluntati. quia potius omnia mala perpeti/ q̃ tali voluntati debuit cõſentire. cap. Ita ne. 32. quæſt. 5. Quod ſi non cõſentiens/ vi fuiſſet ab ipſis cognita: non peccaſſet/ nec coniugalem diceretur amiſiſſe pudicitiã. dicente Auguſti. in libro. 1. de libero arbitrio. de vera pudicitia quis dubitet quin ea ſit in animo cõſtituta: quãdoquidem virtus ẽ vnde a violẽto ſtupratore nec ipſa eripi poteſt. c. De pudicitia. in prin. ead. cau. & qſt. cum eĩ pudic⁹ nõ ſẽper in ptãte habeat/ qd de ſua carne fiat ſed tñ qd annuat mẽte vel renuat. Quis ſana mẽte/ putauerit ſe perdere pudicitiã ſi forte apphenſa vel oppſa ſua carne exerceatur/ & expleatur libido non ſua. Ita dicit Auguſtinus in li. 2. de ciuitate dei. & habeĩ 1 d. c. Ita ne. in fi. 32. quæſt. 5.

a ¶ Huius rei testes sumus. Cũ senes isti essent accusatores Susannæ/non poterãt esse testes: nec ad eorũ testimonium poterat condẽnatoria in Susannã sententia ferri. quia accusatores in testes admitti non possunt. e. Licet Heli. de simo. Q; si quis dicat eos non accusatores sed denũciatores esse. Adhuc testes esse nõ poterant: nec ad ipsorũ assertionẽ poterat ferri sententia/ etiã si hoc eis denũciandorũ criminum officiũ esset ipsis a publico iniunctũ. vt in terminis cõclud t per bonas rationes Panor. in c. Præterea. col. 3. de testi. cogen. a ¶ Qui absconditorũ es cognitor. Hinc dicit tex. in c. Deus omnipotens. paulo post prin. 2. q. 1. deus omnipotens cui nichil est absconditũ/ sed ei omia manifesta sunt anteq̃ fiant. b ¶ Suscitauit dominus spiritũ pueri iunioris. Daniel nulla legitima potestate funct⁹ iudices a populo constitutos de falso testimonio cõnicit/ & cõuictos dãnauit. Cõstat ergo q̃ nullam potestatẽ habẽtes possũt redarguere dignitatib⁹ vel potestatib⁹ sublimatos. Sed miracula & maxie veteris testamenti sunt admiranda non in exẽplum nostræ actionis trahenda. multa enim cõcedebãtur tunc q̃ nunc penitus prohibentur. Exemplo ergo Danielis nõ solum accusandi vel redarguendi/ sed etiam iudicãdi potestatẽ subditi sibi in p̃latos vendicarẽt: si illud in argumẽtum nostræ actiõis liceret assumi. quod nulla vnq̃ auctoritate permittit. Magis igitur ex hoc facto datur intelligi: q̃ in nouissimis temporibus suscitaret deus spiritum pueri iunioris/ illius videlicet de quo per prophetã dicitur. Puer natus est nobis. iterum. Ecce puer me⁹/ qui iudices iniquitatis: scribas. s. & phariseos falsis criminib⁹ Susãnam. i. ecclesiã accusantes/ & reã adulterij p̃nunciantes/ eo q̃ Christum sequeret conuinceret atq̧ dãnaret. textus est de p̃missis in ca. Nos si incompetẽter. versi. item Daniel. & versi. Exemplo ergo Danielis. 2. q. 7. c ¶ Qui ait sub prino. Et sic isti testes videntur esse singulares: cum vnus dicat se vidisse sub prino alter sub pruno. Et licet ista singularitas nõ sit in facto principali. quia ambo consentiunt seu deponunt Susãnam adulterasse/ tamen hoc casu & sic i probãdo adulterio/ nocet singularitas etiã respectu loci tantum. ita in terminis tenet Hẽri. Bouhic. in c. Qualiter & quãdo. in. 5. disti. de accusa. Et ad hoc facit: quia aliud est adulterium qd committitur sub prino & aliud qd committitur sub pruno. vnde cum de adulterio sub prino cõmisso vnicus testis deponat/ & de adulterio cõmisso sub pruno etiam vnic⁹ testis: p neutrũ adulterium remanet probatum. cum ad probationem alicuius actus exigantur duo testes: nec vnius depositio sufficiat etiam si in præclara sit dignitate constitutus. l. iureiurandi. in fi. C. de testi. Secundo facit bo. tex. in c. Nichilominus. 3. quæst. 9. dum ibi dicitur. Nec eorum voces tanq̃ plurium admittuntur/ quos temporum quidẽ diuersitas simul interfuisse prohibuit. Sed in contrarium facere videtur. quia cum testes sunt concordes in effectu rei probãdæ: & oẽs tendant ad vnũ & eundẽ finem/ non possunt dici singulares. licet in modo sciendi & narrandi sint diuersi. singularitas eñ testium non obest in accessorijs. Bal. in l. de quibus. colum. penul. versi. dictum est. ff. de legi. quia sufficit q̃ testes concordent in eundem eiusdem rei finem. Facit tex. in l. Qui sententiam. C. de pœnis. Item quia quãdo agitur de probando actum in genere: vt de probando aliquem habere iurisditionem / aliquem esse vsurarium / hæreticum / vel impudicum: singularitas non obest. vt notat Spe. in titulo de teste. §. iam de interrogatorijs. versi. Hinc est q̃ si quis vult. glosa & ibi Bartho. in l. Ob carmen

populi: posuerũt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerũt presbyteri. Cum deambularemus in pomerio soli: ingressa est hæc cum duabus puellis: & clausit ostia pomerij & dimisit a se puellas. Venitq̧ ad eam adolescens qui erat absconditus/ & concubuit cum ea. Porro nos cũ essemus in angulo pomerij/ videntes iniquitatem cucurrimus ad eos: & vidimus eos pariter cõmisceri. Et illum quidem nõ quiuimus cõprehendere quia fortior nobis erat. & aperto ostio exiluit. Hanc autem cum apprehẽdissemus: interrogauimus quisnam esset adolescẽs: & noluit indicare nobis: huius [a] rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi: & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autẽ voce magna Susanna: & dixit. Deus æternæ qui [a] absconditorum es cognitor: qui nosti omnia anteq̃ fiant: tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior cum nichil horum fecerim/ quæ isti maliciose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vocẽ eius. Cũq̧ duceretur ad mortem: suscitauit [b] dominus spiritum pueri iunioris: cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna. Mundus ego sũ a sanguine huius. Et cõuersus omnis populus ad eũ: dixit. Quis est iste sermo quem tu loquutus es? Qui cum staret in medio eorum: ait. Sic fatui filij Israel: non iudicantes/ neq̧ quod verum est cognoscentes/ condemnastis filiam Israel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimonium loquuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: & dixerunt ei senes. Veni & sede in medio nostrum & iudica nobis: quia tibi deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel. Separate illos ab inuicẽ procul: & diiudicabo eos. Cũ ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum de eis: & dixit ad eum. Inueterate dierum multorum: nũc venerunt peccata tua quæ operabaris prius/ iudicãs iudicia iniusta/ innocentes opprimens/ & dimittens noxios: dicente domino. Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam: dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi? Qui ait sub schino. Dixit autem Daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dei accepta sententia ab eo scindet te mediũ. Et amoto eo iussit venire aliũ: & dixit ei. Semẽ Chanaam & non Iuda: species decepit te & concupiscentia subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus Israel: & illæ timentes loquebantur vobis sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic michi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui [c] ait sub prino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus dei: gladium habẽs vt secet te medium: & interficiat vos. Exclamauit itaq̧ omnis cœtus voce magna: & benedixerũt deũ qui saluat sperãtes in se. Et cõsurrexerunt aduersus duos p̃sbyteros. Cõuicerat eñi eos

.§.fi.de teſti.Pator.inc.Cũ dilecti.col.1.de elec.Bal.in l.1.col.4.verſi.8.Quęro.C.de teſta.& in l.Actor.col.3.verſi.Quęro quid ſi negatiua.de pba.Et expreſſe Calde.in conſi.5.de teſti.& do.Alex.in cõſi.141.in.2.col.& do.meus Phi.Decius.in conſi.105.col.3.Cũ ergo agatur de pbando adulterio in genere/non aũt in iſto vel in iſto loco: videtur ꝙ ſingularitas reſpectu locorũ obeſſe non debeat.Nec ob.Danielis iudiciũ in ſenes: quorũ teſtimonia ideo videtur fuiſſe reprobata/quia reſpectu locorũ inuenta ſunt ſingularia.Nã tali ſenũ teſtimonio ideo obfuit ſingularitas reſpectu locorũ.quia implicabat contradictionẽ & impoſſibilitatem in dicto principali: cum deponerẽt Suſannam cognitam fuiſſe eodẽ tẽpore ſub prino & ſub pruno/ qd eſt impoſſibile.cum idẽ corpus naturaliter non poſſit eſſe ſimul & ſemel in pluribus & diuerſis locis. Ita teſtimonium iſtorum ſenũ declarat Bal.in l.teſtium.col.9.ca.de teſti.& glo.in verb.Simul.i d.c.Nichilominus.9.quæſt.3.vel ſecundo dici poteſt:ꝙ teſtimoniũ dictorũ ſenum inuentũ fuit falſum ſpiritu prophetico/ vnde fuit reprobatu.& ſic miraculũ hoc non eſt in cõſequentiam noſtrę actionis trahendum.d.c.Nos ſi incõpetenter.§.item Daniel.2.q.7.Et ita etiam ꝙ.ſ.diſcordia circa locum vel tempus adulterij cõmiſſi nõ vitiet; tenet Panor.i c.Cũ cauſã.col.11.de teſti.articul⁹ iſte dubi⁹ ẽ.verior tñ videtur prior opi.ꝙ.ſ.teſtes in loco diſcordare non debeant.qa locus adulterij cõmiſſi neceſſario eſt articulandus.vt eſt tex.i l.libellorum.ff.de accuſa.vñ & probandus: ſaltẽ circa ipſum teſtes diſcordes eſſe nõ debent.quia qualitas articulata ſi relinquatur improbata i factum ipſum improbatũ videtur eſſe relictũ.vt late per do.Alex.in l.diuus.in.4.colũ.ff.de re iudi.

Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium.Feceruntq́ [d] eis ſicut male egerant aduerſus proximam: vt facerent ſecundum legem Moyſi: & interfecerunt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. Helchias autem & vxor eius laudauerunt deum pro filia ſua Suſanna cum Ioachim marito eius/ & cognatis omnibus: quia non eſſet inuenta in ea res turpis. Daniel autẽ factus eſt magnus in conſpectu populi a die illa & deinceps.

Suſcipere. ¶Recurre ad verbum Eloquium.Pſalmo.118.p.

Pſalm.45.b. **Suſceptor.** ¶Dñs virtutũ nobiſcũ: ſuſceptor noſter deus Iacob.

53.b. ¶Ecce deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

87.c. **Suſcitare.** ¶Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici [e] ſuſcitabunt/ & confitebuntur tibi?

Prouer.26.d. ¶Sicut carbones ad prunas/ & ligna ad ignem: ſic homo iracũdus ſuſcitat rixas.

Matthęi.3.b. ¶Dico vobis: qm̃ potẽs eſt deus de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abrahę.

¶Cętera i verbis Frater.Deu.25.b.Filius.Ioã.5.d.& Ruth.Ruth.4.b.

Suſpendere. ¶Require ſententias in verbis Aman. Heſter.7.d Ioſue.Ioſue.8.f.& Iudas Scarioth.Matthæi.27.a.

Pſalm.118.e. **Suſpicari et Suſpitio.** ¶Amputa opprobrium meũ quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iocunda.

Eccli.3.d. ¶Multos [ee] ſupplãtauit ſuſpitio illorũ: & i vanitate detinuit ſẽſus illorũ.

Suſpirare. ¶Require ſententias in verbis.Comedere.Iob.3.c.& Mulier.Eccleſiaſtici.25.c.

Leuiti.19.c. **Suſurro et Suſurrans.** ¶Non eris criminator nec [f] ſuſurro in populis.

Prouer.26.d. ¶Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniunt ad intima cordis.

Eccli.5.d. ¶Non appelleris ſuſurro in vita tua: & lingua tua ne capiaris & confũdaris. Super furem eſt confuſio & pœnitentia: & denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium & inimicitia & contumelia.

28.b. ¶Suſurro & bilinguis: maledict⁹: multos [g] enim turbauit pacẽ habẽtes.

¶Cætera in verbo Iurgium.Prouerbiorum.26.c.

d ¶Feceruntq́ eis ſicut male egerant. Erãt enĩ calũniãtores q ſupplicij ſũt ſimilitudine puniendi.l.fi.C.de accu.& dictum eſt in verb.Calũniator.

e ¶Aut medici ſuſcitabunt. Require annotationem in verb.Medicus.

e ¶Multos ſupplantauit ſuſpitio eorũ. Hic aduerte ꝙ ſuſpitionũ quędã eſt temeraria/ vt cũ ex facto dubio & de ſe nõ malo qs adducit in ſiniſtrã alterius ſuſpitionem.& hæc eſt omnino repellenda: quia deus non vult hominem ſic ab hoĩe iudicari.cap.Multi.2.q.1.ca.Eſtote miſericordes.de regu.iu.in anti.vnde dicit tex.in c.Oues.2.reſpõ.6.quęſt.1.in ſuſpitionẽ non debet venire fidelis homo: vt dicat aut faciat ea quæ pati non vult.quia oĩs ſuſpitio potius eſt repellenda/ ꝙ approbãda vel recipienda. Quędam eſt ſuſpitio probabilis/ quæ habetur ex actibus de ſe malis.& hæc non videtur de ſe mala.d.c.Eſtote.de regu.iu. Alia quę concernunt ſuſpitiones iudiciarias/ quia ſatis aliena ſunt ab hac ſententia tranſeo.videatur de his in c.Afferte.de præſum.& in l.admonendi.ff.de iureiu. f ¶Non eris ſuſurro in populis. Suſurro & detractor in materia conueniunt & etiam in forma ſiue in modo loquendi.quia vterq́ malũ occulte de proximo dicit.propter quã ſimilitudinẽ interdum vnum ꝓ alio ponitur.vnde eccleſiaſtici.5.ſuper illud.Non appellaberis ſuſurro.dicit glo.i.detractor.differunt autem in fine.quia detractor intendit denigrare famã proximi: ſuſurro aũt intendit amicitiam ſeparare.vnde ꝓuer.26.Suſurrone ſubtracto/ iurgia conqeſcunt.ideo ſuſurro talia mala profert de ꝓximo: quę poſſunt contra ipſum cõmouere animũ audiẽtis.ſcdm illud.Eccli.28.Vir peccato conturbabit amicos & in medio pacem habentiũ immittit inimicitiã. Eſt aũt peccatum ſuſurratoris grauius peccato detractoris: quia q̃to bonũ quod tollitur per peccatũ eſt melius: tãto peccatũ eſt grauius. Meli⁹ eſt aũt amicitia/ quę tollitur per ſuſurrationẽ: ꝙ fama quę tollitur per detractionẽ.quia vt dicitur Eccli.6.Amico fideli nulla eſt comparatio. Hæc eſt concluſio Thomæ in ſcda ſedę.quæſt.74.arti.2.& .1.quem apud legiſtas citat ſed corrupte Albe.in dictionario.in verb.Suſurro. g ¶Multos turbauit pacem habentes. Vide ſuperiorem annotationem.

¶Finis literæ. S.



Abernaculũ. ❡De tabernaculo [h] cui9 faciẽdi prçceptũ Moyſes accepit a domino: vide diffuſe Exodi.26.& Exod.40.capitibus.

❡Tabernaculum [i] impiorum non ſubſiſtet. Iob.8.in fine

❡Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: ſanctificauit [k] tabernaculum ſuum altiſſimus. Pſalmo.45.b

❡Q̃ dilecta tabernacula tua domine virtutum: cõcupiſcit & deficit anima mea/in atria domini. 83.a.

❡Elegi abiect9 eſſe i domo dei mei: magis q̃ hitare i tabernaculis pctorũ. 83.c.

❡Domus impiorum delebitur: tabernacula iuſtorum germinabunt. Prouer.14.b

❡Tabernaculũ factũ eſt primũ/in quo erãt cãdelabra & mẽſa & propoſitio panũ/q̃ dicitur ſancta. Poſt velamentũ aũt ſecundum tabernaculum quod dicitur [l] ſancta ſanctorũ: aureũ habẽs thuribulũ: & arcã teſtamẽti/ circuntectã ex omni parte auro: in qua vrna aurea/habens [m] mãna: & virga Aaron q̃ frõduerat: & tabulæ teſtamẽti/ſuper q̃ erãt cherubim gloriæ obũbrantia ꝓpitiatoriũ: de quibus nõ eſt modo dicẽdũ per ſingula. His vero ita cõpoſitis: in priori quidẽ tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes/ſacrificiorũ officia conſũmantes: in ſecũdo aũt ſemel i anno ſolus põtifex/non ſine ſanguine: quem offerret pro ſua & populi ignorantia: hoc ſignificante ſpiritu ſancto/nondum propalatũ eſſe ſanctorũ viam: adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. Quæ parabola eſt temporis inſtantis iuxta quam munera & hoſtiç offeruntur: quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem: ſolummodo in cibis & in potibus: & in varijs baptiſmatibus & iuſtitijs carnis vſq; ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorũ per amplius & perfectius tabernaculum/non manufactum: id eſt non huius creationis: neq; per ſanguinem hircorum aut vitulorũ: ſed per [n] propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta/æterna redemptione inuenta. Ad heb.9.a.b.&c.

❡Reliqua in verbis Certus.2.Petri.1.c. Exultatio. Pſalmo.117.c. Ieſus. Matth.17.a. Sapientia. Eccleſiaſtici.24.b.& Sol. Pſalmo.18.b.

Tabeſcere. ❡Hæc [o] erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes/quæ pugnauerunt aduerſus Hieruſalem. Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; aſtantis ſuper pedes ſuos: & oculi eius cõtabeſcent in foraminibus ſuis: & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. zachari.14.c

❡Cçtera i ver. Inuidia. Sapi.6.d. ꝑuaricator. Eccli.40.& Zçl9. Pſal.118.

Tabefacere. ❡Require ſententiã in verbo Honeſtas. Eccli.31.a.

Tabula. ❡Recurre ad verba Moyſes. Exodi.32.d.34.a. & Tabernaculum. ad Hæbreos.9.a.

Tacere et Tacitus. ❡Vtinam taceretis [p] (dicebat Iob ad amicos) & putaremini eſſe ſapientes. Iob.13.a.

❡Quoniam [q] tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die. Pſalm.31.a.

❡Eſt tacẽs [r] qui inuenitur ſapiens. & eſt odibilis q ꝓcax eſt ad loquẽdũ. Eccli.20.a.

h ❡De tabernaculo. Hui9 tabernaculi meminit Archi. ĩ c.1.col.2.de re indi.lib.6.dicens. Tabernaculũ erat dom9 deo dedicata/quadrata & oblõga/tribus clauſa parietib9: aquilonari/ meridionali & occidentali. Liber aũt patebat introit9 ab oriente: vt ſole oriẽte radijs ei9 illuſtraretur qd ꝓſequere (ſi placet) vt dicit̃ in ſymbolo ſuper Exo. Et vide glo. ad Hçbr.9.

i ❡Tabernaculũ impiorũ non ſubſiſtet. ſ. çdificatio terrenç fœlicitatis/circa quã inuigilãt impij: peribit. dr̃ em̃ tabernaculũ a taberna quod pro omni çdificio ſumit̃. l. tabernç. cũ l. ſeq. ff. de ver. ſignifi. q̃uis ſtricte ſumpto vocabulo/tabernaculũ ſumat̃ ꝓ domo deo dedicata. c. In veteri.77.diſ. Et ita ſũitur in c.1. in pñci. de cõſe. diſt.1. dũ ibi dr̃. tabernaculũ Moyſẽ dño ꝓcipiẽte feciſſe & ſacraſſe cum mẽſa & altari ei9 & çreis vaſis & vtẽſilib9 ad diuinum cultũ explendũ: legim9 &c.

k ❡Sãctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſim9. Altiſſimus deus nr̃ Ieſus Chriſt9 tabernaculũ ſuum/beatã. ſ. Mariã virginẽ cui9 vterũ ꝓ tabernaculo delegit: ſãctificauit in cõceptu/ortu/& vitæ ſuç ꝓgreſſu: vt nullã necdũ actualis/ſed nec etiã originalis pcti labẽ cõtraheret put dictũ eſt diffuſe ĩ verb. Maria virgo. ĩ magna ãno.

l ❡Quod dr̃ ſancta ſãctorum &c. Vide Panor. in rub. de vi. & honeſta cle.

m ❡Habẽs mãna & virgã Aaron q̃ fronduerat. In arca: virga ſimul & mãna eſt. quia cũ ſcripturç ſacræ ſciẽtia/ eſt in boni rectoris pectore: ſi eſt virga diſtrictionis/ſit & mãna dulcedinis. Ita dicit tex. in c. Diſciplina.45. diſtin.

n ❡Sed per ꝓpriũ ſanguinẽ. reqũre ãno. ĩ ver. Ieſ9

o ❡Hçc erit plaga. &c. Hac ſententia eorũ punitio prçdicit̃ q perſecutores ſũt ecclẽç vel mẽbrorum eius. vide hiſtoriã celebrẽ & annotatiões ibidẽ factas ĩ verbo Heliodorus.

p ❡Vtinã taceretis & putaremini eſſe ſapiẽtes. Et ſic taciturnitas nõnunq̃ bõa eſt. vnde dicebat quidã. locutũ me fuiſſe/pœnituit: tacuiſſe/nũq̃. notat Io. An. in pœ. cle. in verb. Silentio. & dixi in verb. Stultus. & idẽ ꝓbatur in c. Sit rector. §. ꝓuidendũ.43. diſt. in c. In loco.5. quæſt.4.

q ❡Quoniã tacui inueterauerũt oſſa mea &c. Ille quem grauioris culpæ macula inficit: niſi confeſſione ꝓprij oris vel eccleſiç interceſſiõe ſuffragãte/ſanari nõ poterit. hinc pœnitens ille qui prius tacendo pctã flagellari meruerat/poſtea correptus dicebat. Q̃m tacui ĩueterauer̃t oſſa mea: dũ clamarẽ tota die. Ita dicit tex. ĩ c. Voluiſſẽt. col. fi. de pœ. diſ.1. vbi gl. hũc pſalmographi verſiculum declarans: dicit. Q̃m tacui/pctã mea ĩueterauerunt oſſa mea. ſ. virtutes meç/ q̃bus aĩa ſuſtentat̃/ vt oſſibus corp9: dum clamarẽ tota die/iactãdo me de meritis meis. Et hanc etiã declarationẽ ſẽtit gl. ĩterli. hic.

r ❡Eſt tacẽs q inuenit̃ ſapiẽs. Taciturnitas tñ in plerĩſq; actib9 vitio dari ſolet. Prĩo ĩ pctorũ cõfeſſiõe ſacr̃ali. tex. ẽ ĩ c. Quis aliq̃n. §. taciturnitas. de pœ. diſ.1. Scdo ĩ ſubditorũ correctiõe: vñ & ꝓlati tacẽtes/vocant̃ canes muti nõ valẽtes latrare. d. c.1.43. diſ. Tertio ĩ veritatis euãgelicç defenſiõe. c. põt. de pœ. diſ.1. & c. Nolite.11. q.3. Et q̃rto ĩ veritatis iudiciali depoſitio ẽ. c.1. de crimi. fal.

s ℭHomo quidã peregre pficiſcens. Homo iſte (dicit Gregorius) redẽptor noſter eſt: qui in ea carne quã aſſumpſerat abijt in cœlum. d. c. 1. de ſum. tri. carnis eñ locus pprius/terra eſt: quæ quaſi ad peregrinandũ ducitur/cũ per redemptorẽ noſtrũ in cœlo collocatur. t ℭVni dedit quinq; talenta &c. In quinq; & duobus & vno talento diuerſas gratias intelligimus. quę vnicuiq; traditę ſunt. vt eñ alios fecit dñs doctores: alios euangeliſtas: alios prophetas. c. Cum ex iniuncto. de hæreti. ita diuerſas diuerſis gratias dedit. v ℭEt profectus eſt ſtatim. Non locum mutans (dicit glo.) ſed liberam vnicuiq; operandi poteſtatem permittens/& ſuo eum arbitrio relinquens c. Non eſt ꝙ cuiq̃. 15. queſt. 1.

Eſt autem tacens/non habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus: laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus.

Eccli. 32. a. ℭAudi tacens: & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

ℭCętera i verbis Adoleſcẽs. Eccli. 32. b. Ieſ9. Mat. 26. f. Mulier. 1. Cori. 14. g. Silẽtiũ. Eſa. 62. c. Solitari9. Treñ. 3. d. & Stult9. Prouer. 17. in fine.

Matth. 25. b. c **Talentum.** ℭHomo [s] peregre pficiſcens vocauit ſeruos ſuos: & tradidit illis bona ſua. Et [t] vni dedit quinq; talenta: alij aũt duo: alij vero vnũ. Vnicuiq; ſecundũ propriã virtutẽ/& [v] profectus eſt ſtatĩ. Abijt [x] aũt q quinq; talẽta acceperat & operat9 eſt in eis/& lucrat9 eſt alia quinq;. Similiter [y] & qui duo acceperat lucratus eſt alia duo. Qui [z] aũt vnũ acceperat: abiẽs fodit in terrã/& abſcondit pecuniã dñi ſui. Poſt multũ vero temporis venit dominus ſeruorum illorum: & [a] poſuit rationem cum illis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat: obtulit alia quinq; talenta: dicens. Domine quinq; talenta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: ait illi dominus eius. Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Acceſſit [b] & alter qui duo talenta acceperat: & ait. Domine duo talenta tradidiſti michi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat: ait. Domine [c]: ſcio quia homo durus es: metis vbi nõ ſeminaſti: & cõgregas vbi nõ ſparſiſti: & timẽs abij & abſcõdi talẽtũ tuũ in terra. Ecce habes quod tuũ eſt. Reſpõdens aũt dñs eius: dixit ei. Serue male & piger: ſciebas quia meto vbi non ſemino: & congrego vbi non ſparſi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nũmularijs: & veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſura. Tollite [d] itaq; ab eo talentum: & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti [e] dabitur/& abundabit: ei autem qui non habet: & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & ſtridor dentium.

Gene. 38. a. b. **Thamar.** ℭDiſcedens Iudas filius Iacob a frĩbus ſuis: diuertit ad virũ Odolamitẽ noĩe Hyrã: viditq; ibi filiã hominis Chananei vocabulo Sue: & accepta vxore ingreſſus eſt ad eã. Quæ cõcepit & peperit filiũ: & vocauit nomẽ ei9 Her. Rurſũq; cõcepto fœtu natũ filiũ vocauit Onã. Tertiũ quoq; peperit quẽ appellauit Sela. Quo nato/parcere vltra ceſſauit.

x ℭAbijt autẽ qui quinq; talẽta acceperat &c. Qui habent ſenſus exercitatos conuerſati ſalutariter & ad maiorem ſcientiã ſe ipſos exigentes & ſtudioſe alios docentes/accipiunt. alias quinq;/q exercitationẽ ſenſuũ & bonæ vitę odorẽ ipſi beneviuẽdo & bñ docẽdo facile alijs partiũt. d. c. fi. vbi tex. Chryſo. 40. diſt.

y ℭSimiliter q duo acceperat lucratus eſt alia duo. Qui non tñ habet eruditionis aut ſenſuum exercitatiõis/vt quiſpiam ali9 qui quinq; talenta accepit/ſed tamen intelligentiã habet aliquorum & eorũ quæ intelligit operationem. Ea quæ intelligit & operatur docẽdo/lucratur alia duo. quia alios ad illorum intelligentiam & operationem ptrahit. facit. d. c. fi. 40. diſ.

z ℭQui autem vnum acceperat/abiens fodit in terram. Fodit in terram talentum ſuum: qui prædicationis gratiam ſibi conceſſã/ſub obtrectatiõe corporeæ paſſionis occultat. Etſi enim multos ſcimus ob id infeſtare doctores ſuos/vt eos perdant & placita proprię voluntatis adimpleãt. non ppterea tamẽ doctores inq̃tum vires ſuppetunt/a recta æmulatione & bona intentione recedere debent verba prędicatiõis ſubſtrahendo. ſcientes quia beati qui pſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Ita Anacletus papa. in ca. Scimus. 43. diſtin. Idem ſi occultet/humanam amittere gratiã formidans: & propterea loqui libere recta quæ nouit non audẽs. c. 1. eadem diſt. vel ſecundũ Gregoriũ. Talentum in terra abſcondere: eſt acceptũ ingenium in terrenis artibus implicare/de quo etiã loquitur tex. in d. c. fi. 40. diſt.

a ℭEt poſuit rationẽ cum illis. Hinc conſiderare monemur (dicit Grego.) ne qui plus cęteris in hoc mũdo accepiſſe aliquid cernuntur ab auctore mundi grauius iudicentur. cũ eñ augentur dona/rationes creſcunt donorum. & quo quis maior eſt in donis/eo ſi delinquat maior erit in pœnis. d. c. Præcipue. 11. q. 3. c. Nulli fas. 25. q. 1.

b ℭAcceſſit & alter qui duo talenta &c. Vtriq; ſeruo: & qui de quinq; talentis decẽ fecerat/& qui de duobus quatuor: idem patrisfamilias ſermo blanditur. vtrũq; etiam ſimili recipit gaudio/nõ conſiderans lucri magnitudinẽ ſed ſtudij voluntatem. pro hoc dicto Hiero. vide bo. tex. in c. Conſideret. colum. pe. de pœni. diſt. 5. de quo in verb. Ieſus. Marci. 12. d.

c ℭDñe: ſcio quia hõ durus es &c. Piger ſeruus inertiã nõ excuſat/ſed ſuperbir calũniando dominũ: & dicit ſe prudẽter feciſſe/ne dũ lucra q̃rit periclitetur etiã de ſorte. & vocat eũ durũ/cui tñ non ſeruit ad lucrũ. cui ſimiles ſunt in eccleſia qui melioris vitę vias aggredi metuũt/& iacere in ignauia non verentur. & cũ ſe peccatores cõſiderãt: ſanctitatis viã arripere timent/& tñ in iniq̃tatibus remanere non formidãt. de quib9 eſt tex. Gregorij/cuius eſt pmiſſa ſententia in c. 1. §. Claudus & §. Gibboſus. 49. diſt.

d ℭTollite ab eo talentũ ſuũ & date ei qui habet decẽ talenta. Datur talentũ ei/qui decẽ talenta fecerat: & nõ ei qui quatuor/vt intelligam9 dicit Hiero. Licet ęquale ſit dñi gaudiũ in vtriuſq; labore: eius. ſ. qui quinq; & qui duo duplicauit. tamẽ maius deberi pmium ei/qui plus in dñi vinea laborauit. Non eñ omnibus eadem futura merces eſt: ſed vnuſquiſq; (vt ait apoſtolus) mercedem accipiet ſecundũ laborem ſuũ. c. Præſens. in fi. 20. quæſt. 3.

e ℭOmni enim habenti dabitur &c. Declara vt in verb. Habere in. 1. annotatione.

f ¶Et sociare illi vt suscites &c. Vide scripta in verb. Frater. Deute. 25/ g ¶Qui post luctum &c. De iure ciuili mariti vxores lugere nō cōpelluntur/ sed viros vxores lugere debent/in viduitate anno integro permanentes: nisi in aliquib⁹ casibus. tex. est in l. vxores. cū duabus seq. ff. de his qui no. infa. secus de iure cano. quia vt mariti vxroes lugere nō tenentur: Ita nec maritos vxores. c. 1. & de se. nup. De hac tñ materia vide in verb. Dauid. 2. regū. 11. a. in annota. signata. q. h ¶Suspicat⁹ esse meretricē. Ex habitu forsan meretricio quem sumpserat: qui mulierē q̄tūuis pbam facit psumi meretricē .l. Itē apd Labeonē .§. si qs virginē. ff. de iniu. i ¶Mittā tibi hedū. Promissio q̄ fit meretrici nō est obligatoria: licet datio repeti nō possit. vide ī verb. Meretrix. Exechiel. 16. g. k ¶Ad vnū igit coitū mulier cōcepit. Nurus a socero cōcipiens peccauit: socer tñ peccasse nō videt/ saltē peccato incestus. qa ignorantia videt eū excusasse. c. in lectū. & c. Si qs cū matre 34. q. vlti. Quid aūt ecōtra si Iudas putasset se cognoscere nurū suā & cognouisset meretricē extraneā/ videtq̄ esset puniēd⁹ pœna incest⁹ inspecta sua opiniōe: vt ī simili notat Io. An. ī regula. Cū quis. de regu. iu. in. 6. ī mer. vbi dicit q̄ cognoscēs solutā putās cognoscere cōiugatā: punit pœna adulterij/ inspecta opiniōe sua. & ita etiā trāsit Panor. ī c. Plerunq̄. in fi. de do. inter vi. & vxo.

Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her/nomīe Thamar. Fuit quoq̄ Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu domini: & ideo ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onam filium suum. Ingredere ad vxorem fratris tui/ & sociare [f] illi vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios: introiens ad vxorem fratris sui/ semen fundebat in terrā: ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum dominus eo q̄ rē detestabilē faceret. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suę. Esto vidua in domo patris tui donec crescat Sela fili⁹ me⁹. Timebat enim ne & ip̄e moreretur sicut frēs ei⁹. Quę abijt & habitauit ī domo p̄ris sui. ¶Euolutis multis annis mortua est Sue vxor Iudæ. Qui [g] post luctum consolatione suscepta: ascendebat ad tonsores ouiū suarū: ipse & Hyras opilo regis Odolamitha in Thamnas. Nunciatumq̄ est Thamar q̄ socer illius ascenderet in Thamnas ad tōdendas oues. Quæ depositis viduitatis vestibus assumpsit teristrum: & mutato habitu sedit in biuio itineris quod ducit Thamnam: eo q̄ creuisset Sela/ & non eum accepisset maritum. Quam cum vidisset Iudas: suspicatus [h] est esse meretricē. Operuerat enim vultum suum/ ne cognosceretur. Ingrediensq̄ ad eā: ait. Dimitte me vt coeam tecum. Nesciebat enim q̄ nurus sua esset. Qua respondēte. Quid dabis michi vt fruaris concubitu meo? Dixit. Mittam [i] tibi hedū de gregibus. Rursumq̄ illa dicēte. Patiar quod vis: si dederis michi arrabonem donec mittas quod polliceris. Ait Iudas. Quid vis tibi pro arrabone dari? Respondit. Annulum tuum & armillam & baculum quē manu tenes. Ad vnum [k] igitur coitum mulier concepit: & surgens abijt. Depositoq̄ habitu quem sumpserat: induta est viduitatis vestibus. Misit aūt Iudas hedum per pastorem suum Odolamitem vt reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cum non inuenisset eam: interrogauit homines loci illius. Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis nō fuit in loco isto meretrix. Reuersus est ad Iudam & dixit ei. Non inueni eam. Sed & homines loci illius/ dixerunt michi nunq̄ sedisse ibi scortum. Ait Iudas. Habeat sibi. certe mendacij arguere nos non poterit. Ego misi hedum quem promiseram & tu non inuenisti eam. Ecce autē post tres menses nunciauerunt Iudę dicentes. Fornicata est Thamar nurus tua: & videtur vterus illius intumescere. Dixitq̄ Iudas. Producite [l] eam vt comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam: misit ad socerum suum: dicēs. De viro cuius hæc sunt concepi. Cognosce cuius sit annulus & armilla & baculus. Qui agnitis muneribus: ait. Iustior me est: quia non tradidi eā Selę filio meo: attamen vltra nō cognouit eam. Instāte autem partu: apparuerūt gemini [m] in ventre: atq̄ in ipsa effusione infantium vnus protulit manum: in qua obstetrix ligauit coccinū: dicens. Iste egreditur prior. Ille vero retrahēte manū: egressus est alter. Dixitq̄ mulier. Quare diuisa est p̄pter te maceria. Et ob hāc causā vocauit nomē eius Phares. Postea egressus est frater eius in cuius manu erat coccinū: quē appellauit Zarā. Genesis. 38. c d. e. e. f. g.

¶Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar. Matthei. 1. a.

l ¶Producite eā vt cōburatur. Debet ei vidua caste & honeste se ī viduitate regere si tñ luxuriosā vitā delegerit: nō inuenio q̄ aliqua corporis pœna plectatur a iure humano: q̄uis honores aliquos seu p̄rogatiuas pdat. vidua nāq̄ sicut ad secūdas nuptias trāseūdo perdit tutelā filiorū. ita etiā pdit eā luxuriosā vitā eligēdo glo. est quā sequūtur Cy. Io. fa. Bar. Bal. ange. & saly. in auten. sacramentū. C. Quando mulier offi. tute. fun. possit. & idē tenet Bal. ī auten. eisdē. C. de nup. & ī l. his solis. C. de reuo. dona. & ange. Are. de legi. patro. tute. ī fine. & in .§. actionū & ibi aliq̄d per Iaso. post Io. fa. insti. de acq. per ar. Et ideo etiā talē vitā eligēdo perdit domiciliū viri: vt notat angel⁹ in l. Cū quædā puella. ff. de iuris. omnium iudi. m ¶Apparuerūt gemini in vētre. Vide scripta in verb. Esau. Gene. 3. & ī verbo Iacob. in. 1. annota. n ¶Bonū est hoī mulierē nō tangere. Hic nota q̄ etiā absq̄ luxuriosa cohabitatiōe solus tact⁹ pc̄tm̄ ē. c. Nec solo. 32. q. 5. qa est de p̄ambulis ad venerē. c. Nec aliq̄. 27. q. 1. hīc dr̄ adagio cōī (de quo p Hostiē. in c. Veniens. de eo q cogno. cōsan. vxo. suę) ni fugias tactus vix deuitabitur actus.

Tangere. ¶Bonū ē [n] homi mulierē nō tāgere &c. vt supra Mulier. 1. Corin. 7. a

¶Immundū ne [o] tetigeritis: & ego recipiam vos/ & ero vobis in patrem & vos eritis michi in filios (dicit dominus omnipotens) 2. Cori. 6. e.

o ¶Immundum ne tetigeritis. Tangere immundū/ est consentire peccatis. Qui ergo cum peccatoribus versatur: si eorum peccatus non consentiat/ immundum non tangit. c. Ecce. 23. quæst. iiij.

p ¶Signa tau &c. Hinc dicit Augustin⁹ in c. Non pôt. circa princi. 23. quæsti. 4. Cum idem morbus plurimos occupauerit: nichil aliud bonis restat q̃ dolor & gemitus: vt per illud signum quod Ezechieli sancto reuelabatur: signum scilicet tau/illęsi euadere ab eorum vastatione mereantur. Hęc ibi. q ¶Tędet animam meam vite meę. De his qui vitę tędio manus in se violentas iniiciũt: vide in verbo Desperatio. & in verbo Achitofel.
r ¶Iesus cœpit pauere & tędere. Vide quę dicta sunt in verbo Iesus. Super illud Matth. 26. Pater si possibile est/trãseat a me calix iste.

¶Cætera in verbis Baptisare. Eccli. 34. d. Esau. Genesis. 27. d. Fluxus. Leuitici. 15. c. Heliseus. 4. Regum. 13. d. Iesus. Lucæ. 7. c. & Ioannis. 20. d. Malignari. Psalm. 104. b. Oculus. Zacharię. 2. c. & Sanson. Iudi. 16. f.

Tardare. ¶Require sentẽtias in verbis Cõuertere. Eccli. 5. c. Decima. Exodi. 22. d. Loqui. Iacobi. 1. c. Mors. Eccli. 14. b. Promissio. 2. Petri. 3. c.

Ezechi. 9. b. c **Tau.** ¶Dixit dñs ad virũ. Transi per mediã ciuitatem in medio Hierusalem: & signa [p] tau super frontes virorum gementiũ & dolentiũ super cunctis abominationibus quę fiunt in medio eius. Et illis (& alijs sex viris) dixit audiente me. Transite per ciuitatem sequẽtes eum: & percutite. Non parcat oculus vester neq; misereamini. Senem/ adolescentulum & virginẽ: paruulum & mulieres interficite vsq; ad internitionem. Omnem autẽ super quem videritis tau/ne occidatis: & a sanctuario meo incipite.

Iob. 10. a. **Tedere et Tedium.** ¶Tędet [q] animam meam vitæ meæ.
Psalm. 118. d. ¶Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
Marci. 14. d. ¶Iesus [r] cœpit pauere & tędere &c.

2. Mach. 12. e **Telum.** ¶In ciuitate Effrõ machinę multę & telorũ [s] erat apparat⁹.

Eccli. 9. d. Isi **Temerarius.** ¶Temerarius [t] in verbo suo/odibilis erit.

Psalm. 45. b **Tempestas.** ¶Expectabam eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate.
80. b. ¶In tribulatione inuocasti me & liberaui te: exaudiui [v] te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictonis.
¶Cætera in verbis Effœminatus. Iob. 36. b. Exultatio. Tobiæ. 3. d. Profundum. Psalmo. 68. d. & Pusillanimitas. Psalmo. 54. b.

3. Regum. 6. c **Templum.** ¶Nichil [x] erat in templo quod non auro tegeretur.
1. Mach. 10. d ¶Quicunq; confugerint in templum quod est Hierosolymis/& in omnibus finibus eius obnoxij [y] regi in omni negotio/dimittantur: & vniuer

s ¶Telorũ apparat⁹. Telũ (vt Caius ex interpretatione legum. 12. tabularũ scriptũ reliquit.) vulgo quidem id appellatur quod ab arcu mittitur. sed & omne significatur quod manu cuiusdã mittitur. sequit̃ ergo vt lignum & lapis & ferrũ hoc nomine contineatur. dictumq; ab eo quod in longinquum mittitur/ a græca voce figuratum. Nam quod nos telum appellamus/ illi græce belos appellant. text. est ita dicens in. §. Item lex cornelia de siccarijs. versic. telum. Insti. de publi. iud. & notat glosa. in ca. Quisquis. §. Si quis cum telo. de pœni. distinc. 1.
t ¶Temerari⁹ in verbo suo/odibilis erit. Qui loquitur non loquenda: temerarius est. Temeritas enim proprie consideratur respectu actus prohibiti. Notat Gemi. in c. Eum qui. §. insuper. de præben. in sexto. Vñ quia ecclesiasticis pleraq; reperiuntur prohibita/ ecclesiasticus dicitur temerarius multipliciter. Primo ratiõe negligentiæ: propter quam deponitur. 81. distinc. capi. Dictum. Secũdo ratione pusillanimitatis ꝓpter quam scriptũ est. Canes muti non valentes latrare. &. Nũquid posuistis vos murũ pro domo Israel (cap. 1. 43. distin. Tertio ratione vitæ abominabilis/de qua dicitur. Cuius vita despicitur/restat vt eius prędicatio contẽnatur. c. 2. in fi. 3. quęsti. 7. Quarto ratione doctrinę: quãdo scilicet circa eas scientias versatur circa quas versari non debet. capi. Cum multa. in fi. 86. distin. Quinto ratione societatis peruersæ. cap. penul. 2. quæsti. 7. Vnde in psal. Cum sancto sanctus eris: cum peruerso peruerteris. capit. Sic viue. 16. quæsti. 1. Sexto ratione austeritatis. capi. Non mediocriter. de consecra. distinc. 5. & c. 1. 46. distinct. Septimo ratione rapacitatis. ca. Tres personas. 23. quæsti. 4. & c. Non omnis. 2. quæst. 7. Octauo ratione vanæ laudis. cap. Nichil. 83. distinct. Nono ratiõe præsumptionis habitæ in consecrando. capi. Comperimus. 14. quæsti. 6. Decimo ratione præsumptionis habitæ in iudicando. capi. Temerarium. 11. quæsti. 3. Vndecimo ratione temerariæ vocationis in ius. capi. Vt animarum. in fi. de consti. in. 6. Facit l. Eum quem temere. ff. de iudi. Præmissos temeritatis modos congerit Archid. in d. c. 1. Paulo ante finẽ. 46. distinct.
v ¶Exaudiui te in abscondito tempestatis. Circa hæc verba literaliter accepta: aduerte ꝙ tempestas nedum est respectu afflictionum seu procellarum in mari obuenientium/sed etiam respectu earum quæ obueniunt in terra. l. 2. §. quod diximus. ff. Si quis cautio. & facit tex. in l. Fistulas. §. fi. ff. de contra. emp. x ¶Nichil erat in templo quod non auro tegeretur. Templum dicitur a contemplatione: cuius nomen pro quibuscunq; magnis locis antiqui dicebant. & templa dicta sunt quasi ampla tecta. Et nota ꝙ templi quatuor partes sunt. Antica ad ortum/postica ad occasum: sinistra ad septẽtrionem/dextra ad meridiem. Primus Moyses tabernaculum condidit domino. deinde Salomon templum. Ita dicit Archidia. in capi. Vniuersas. 16. quæsti. 3. Pro ista autem sententia est text. peculiaris in cap. Gloria episcopi. 2. respon. 12. quæsti. 2. de quo vide in verbo Aurum. 3. Reg. 7. y ¶Obnoxij regi in omni negocio dimittantur. Si intelligũtur hæc verba prout ea intelligit Nico. de Lira hic/de obnoxijs regi. j. de obnoxijs pœnæ per regem infligendæ propter aliquam noxam. istud procedit satis etiam de iure humano. Criminosi namq; ad ecclesiam confugientes gaudent immunitate ecclesiæ: etiam si essent infideles vel excommunicati: vt no. Io. Faber. in l. 1. in princip. C. de his qui ad eccle. confug. & de hac materia dixi in verbo Salomon. Si vero intelligantur (prout verba ipsa sonare videntur) ꝙ obnoxij regi. j. regis debitores ad templum confugientes/tuti sint: aliud videretur dicendum iure humano. prout est bo. tex. in. §. Publicorũ. in aucten. de manda. princip. colla. 3. vbi dicitur. Publicorum tributorum exactiones etiam intra templa decenter fieri prçparabis. quoniã fiscaliũ ratio/& militibus & priuatis/ipsisq; templis & cunctæ reip. vtilis & necessaria est. Auxiliabuntur autem ad hoc etiã deo amabiles ecclesiarum defensores & iconomi/nullum horum qui fiscalia tributa exigunt eripientes exactioni sed neq; permittẽ

sa quæ sunt eis in regno meo libera habeant (dixit rex Demetri9 ad Iudęos scribens).

℄Nolite.[z] confidere in verbis mendacij : dicentes. templum domini/tēplum domini/templum domini est. Hiere.7.a.

℄Nescitis quia templum dei estis/& spiritus dei habitat in vobis. Si quis autē templum dei violauerit: disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est quod estis vos. 1.Cori.3.c.

℄De templo ędificato per Salomonē: vide in verbo Salomon.3.Reg.7.

℄Cętera in verbis Antiochus.2.Machabeorum.6.a. Aequitas. Psalm.64.b. Iesus. Matthæi.4.a.27.e.f.& Lucæ.2.e.& Polluere. Psal.78.a.

Tentare et Tentatio.

℄Non[a] tentabis dominum deum tuum: sicut tentasti in loco tentationis. Deutero.6.c.

℄Si surrexerit[b] in medio tui prophetes aut qui somnium vidisse se dicat & prædixerit signum atq portentum : & euenerit quod loquutus est/& dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos & seruiamus eis. Non audies verba pphetæ hui9 aut sōniatoris: quia tentat vos dn̄s deus vester: vt palam fiat/vtrū diligatis eum an non: in toto corde/& in tota anima vr̄a. 13.a

℄Hodie si vocē eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea. Psalm.94.b.

℄ Fili accedens ad seruitutē dei/sta in iustitia & in timore : & præpara[c] animam tuam ad tentationem. Eccli.2.a.

℄Qui[d] non est tentatus: quid scit? 34.b.

℄Qui tentatus non est: qualia scit? Ibidem.

℄Fili in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit neq̄ nō des illi potestatem. Non[e] enim omnia oībus expediūt: & nō omni aiæ oē gen9 placet. 37.d.

℄Vos estis (dixit Christus ad discipulos) qui pertrāsitis mecū i tētationib9 meis. Et ego dispono vobis/sicut disposuit michi pater meus regnum vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis[f] super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Lucę.22.c.

℄Non tētemus deū sicut quidā eorū tentauerūt: & a serpētib9 perierūt. 1.Corin.10.b

℄Tentatio[g] vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est: qui[h] non patietur vos tentari supra id quod potestis : sed faciet etiam cū tentatione pronentum: vt possitis sustinere. 10.c.

℄Nemo cum tentatur dicat/quoniam a deo tentetur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisq vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde[i] concupiscentia cum conceperit/parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit/generat mortem. Iacobi.1.b.

℄Nouit[k] deus pios de tentatione eripere : iniquos vero in diem iudicij 2.Petri.2.b.

tes. violentiā aūt seditiosum aliquod pati exactionē inferētes: sciētes quia si quid tale gesserint/de suo satisfacere fisco cogentur. Hęc ibi. Et ita etiam/q exactio tributi regis non differatur propter confugium ad ecclesiam: tenet Io. Faber. in l. p̄senti. in prin. C. de his qui ad eccle. confu. z ℄Nolite confidere in verbis mendacij: dicentes. Templum domini &c. Potest hoc conuenire (dicit glo. or.) illis virginibus quæ iactant pudicitiam & impudēti vultu præferūt castitatem/ cū aliud habeant in consciētiā. virgo aūt vera est/quę & corpore & spiritu casta est. Quid enim prodest corporis pudicitia/in mente corrupta? Vt nāq dicit Augusti. in lib. de sancta virginitate. & habet i c. de pudicitia. in fi. 32. q. 5. Vt nemo impudico vtit corpore/ nisi spū prius cōcepta nequitia: ita nemo pudicitiā seruat in corpore/nisi spiritu pri9 insita castitate.

a ℄Non tentabis dominū deū tuū. Nemo debet tentare deū suū/exponendo scz se periculo dū habet qd rationabili consilio faciat. c. Quęritur. in prin. 22. q. 2. & c. Si nulla. 23. q. 8. & vtrobiq ponit casus i quo quis deū tētare diceret. Alibi etiā ponit casus in ca. fi. de purga. vulga. vbi p̄misso q fratres tēplarij & quidā alij q in aliquos tēporalē exercebāt potestatem: si qn̄ illi de aliquo crimine infamabant eos ferri candentis iudiciū subire compellebant/ quib9 si qua exinde sequeret adustio/ciuilē pœnā infligebāt (subisigitur) cū huiusmodi iudiciū sit penitus interdictū: vtpote in quo de9 tētari videt/ mādam9 quaten9 dictos fratres & alios: vt ab huiusmodi grauamine oīno desistāt per cen. eccle. appellatiōe remota cōpellas.

b ℄Si surrexerit in medio tui pphetes &c. Hac sententia docemur etiam illa q̄ a diuinātibus non secūdū deū dicūtur: si acciderint q̄ dicūtur/non esse sic accipiēda vt fiāt q̄ pręcipiuntur ab eis: nec colātur quę colūtur ab eis/nec pręter suā potestatem deus ostendit esse q contingūt ista/ sed quasi q̄reretur: cur ea pmittat? Causam tētationis exposuit/ad cognoscendā vtiq eorū dilectionem: vtrum eā habeāt erga deū suū. Cognoscendū vero ab ipsis potiusq̄ ab illo q scit omnia anteq̄ fiant. Ita hanc sententiā declarat textus Augusti. in c. fi. in fi. 26. quæsti. 5.

c ℄Prępara animam tuā ad tentationē. Pręparatio animę ad tentationē vtilis est. Si quidem (vt dicit Io. os aureū.) nunq̄ tentationē formides/si animā p̄paratā habes. Ita notat Archi. in c. Hęc aūt. paulo post prin. 23. quæsti. 4.

d ℄Qui non est tentatus/ quid scit? Vide c. Considerandū. 50. distin. de quo in verbo Compati.

e ℄Nō em̄ oīa oīb9 expediūt. q. d. Tibi qui animā tuā videris ad aliqua mala sequēda esse procliuē/non expedit oīb9 te licitis immiscere: immo a plurib9 cōuenit licitis abstinere/qui in libertate arbitrij pnus es ad illicita cōmittēda. c. 1. col. pe. de cōse. distinc. 5. Cętera vide in verbo Expedire.

f ℄Et sedeatis super thronos &c. Vide c. Vereor. & ibi Archid. 8. quęsti. 1.

g ℄Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Declara hanc sententiā per tex. in eius annotatione citatos in verbo Humanus.

h ℄Qui non patiet vos tētari &c. Hinc dicit. b. Ber. citatus per Arch. in cap. Inter hęc. de pœ. dist. 2. q̄cūq seuiat tētatio/nō putes te derelictū a deo: memineris scriptū esse. Cū ipso sum in tribulatiōe.

i ℄Concupiscentia cū cōceperit/parit peccatum. Require annotationem in verbo Concupiscentia.

k ℄Pios de tentatione eripere. Qui deo syncere seruire discupiūt: varios plerūq tentationū experiūtur aculeos. In illis

reseruare cruciandos.

¶Cætera in verbis Abraham. Genesis.22.a. Beatus. Iacobi.1.b. Diues. 1.ad Timoth.6.b. Fides. Sapien.1.a.&.2. Corinth.13.b Figulus. Eccli. 29.a. Iesus. Matth.4.a.& ad Hæbreos.2.d.& 4 in fine. Insipiens. Sapiē. 14.b. Laudare. Eccli.27.a. Loquela. Eccli.13.b. Orare. Matth.6.b. Oratio. Eccli.18.c. Probare. Psalmo.25.a.& Tobias. Tobiæ.12.c.

Iob.14.a. **Tempus.** ¶Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.

Ecclēs.3.a. ¶Oia tēpus habēt: & suis spacijs transeūt vniuersa sub cœlo. Tēpus nascendi/& tēpus moriendi. Tempus plantandi/& tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidēdi/& tempus sanandi. Tempus destruēdi/& tempus ædificandi. Tempus flendi/& tempus ridendi. Tempus plangēdi/& tēpus saltandi. Tēpus spargendi lapides/& tēpus colligendi. Tempus[l] amplexandi/& tēpus longe fieri ab amplexibus. Tēpus acquirendi/& tempus perdendi. Tempus custodiendi/& tempus abijciendi. Tempus scindendi/& tempus consuendi. Tempus[m] tacendi/& tempus loquendi. Tempus dilectionis/& tempus odij. Tempus belli/& tempus pacis.

3.b. ¶Cuncta fecit bona deus in tempore suo.

7.b. ¶Ne dicas: quid putas causæ est/ꝙ priora tempora meliora fuere q̄ nūc sunt? Stulta enim est huiusmodi interrogatio.

11.a. ¶Mitte[n] panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum.

Sapien.2.b. ¶Vmbrę transitus est tempus nostrum: & non[o] est reuersio finis nostri: quoniam consignata est/& nemo reuertitur.

Eccli.4.c. ¶Fili conserua tempus: & deuita a malo.

Hierem.8.c. ¶Omnes conuersi sunt ad cursum suum/quasi equus impetu vadens in prælium. Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini

2.Timo.3.a. ¶In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erūt homines[p] seipsos amantes/cupidi/elati/superbi/blasphemi: parentibus non obedientes/ingrati/scelesti/sine affectione/sine pace: criminatores/incontinētes/immites: sine benignitate/ꝓditores/proterui/timidi cœci: & voluptatum amatores magis q̄ dei. Habentes speciem quidem pietatis: virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita &c.

¶Cætera in verbis Amicus. Prouerb.17.c. Bonum. Ad Galathas.6.b. Dies.2.Corinthi.6.a.&.ad Ephesi 5.d. Discedere.1. ad Thimothe.4.a. Doctor. Ecclēs.9.c. Dominus. ad Galath.4.a. Esca. Psalm.103.d. Exaudire.2.Corint.6.a. Extollere. Eccli.10.d. Filius. ad Galath.4.a. Homo. Iob.14.a.f.& Ecclēs.9.c. Magister.2.ad Thimo.4.a. Memento. Eccli. 18.c. Negotiū. Ecclēs.8.b. Opus. Eccli.5.d. Perditio. Deuteronomij.32. c.& Senectus. Psalmo.70.b.

Prouer.26.b. **Temulentus et Temulentia.** ¶Quomodo si spina nascatur in manu temulenti[q]: sic parabola in ore stultorum.

¶Cætera in verbo Anna mater Samuelis.1.Regum.1.b.

2.Tessal.2.b. **Tenere.** ¶Qui[r] tenet nunc/teneat donec de medio fiat.

¶Aliam sententiam quęre in verbo Probare.1.ad Thessaloniceń.5.a.

Tenax. ¶Require sentētiam in verbo Cupidus. Ecclesiastici.14.a.

Exo.10.f. **Tenebre.** ¶Dixit dominus ad Moysem. Extēde[s] manum tuam in cœlum & sint tenebrę super terram Aegypti tam densæ vt palpari queāt.

enim tentādis sollicitior est diabolus/quorum vita est syncerior. In eis vero tentandis negligentior/quorum vita est sordidior: quia vt dicit Gregori⁹. Illos diabolus tētare negligit/quos quieto modo possidere se sentit. quod dictum citat Archidia. in capi. Nulli. paulo post princi.3.quæst.1.

l ¶Tempus amplexandi &c. Vide quod dictum est in verbo Fraudare. super illud apostoli. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ad tempus vt vacetis orationi.

m ¶Tempus tacendi/& tempus loquendi. Salomon ait prius: tempus tacendi: & postea/loquendi. quia veritas prius tacendo discitur/& postea loquendo prædicatur. textus est ita dicens. in capit. Qui ecclesiasticis.§. Ecce. versicu. Hinc etiam Salomō ait. 36.distinct.

n ¶Mitte panem tuū super transeūtes aquas &c. Idest eleemosynam facito pauperi populo/& ęternam inuenies retributionem capit Medicina. de pœniten. distinctione.1. Et ita per aquas/populi accipiuntur: prout etiam probat text. in ca. Cum Marthę.§. verum. de celebra. missa.

o ¶Et non est reuersio finis nostri &c. Vide qđ dictum est in verbo Spiritus. super illud psalmistæ. Spiritus vadens & non rediens.

p ¶Erunt homines seipsos amantes. Homines seipsos amātes ita demum in vitio sunt si suum amorem diuino præferāt. Alioqui nedum animam suam/sed etiam corpus suum potest quis imo debet amare. capi. Charitas.1. paulo ante fin. de pœniten. distinct. 2. d. capit. Non mediocriter. in fin. de consecra. distinctio.5.

q ¶Temulenti. Id est ebrij.l. Vnica. & ibi glos. C. si quis impera. maledi.

r ¶Qui tenet nunc/teneat donec de medio fiat. Qui fidem tenet nunc/teneat eam perseueranter: ita ꝙ nullis ab ea deturbetur agonibus. capit. Potest. de pœniten. distinctio.1. Vel aliter declara vt per glo. ordi. hic.

s ¶Extende manum. Require annotationes huius sententiæ in verbo Moyses.

ss ℭExortum est in tenebris lumen rectis Iniustis autem ac maleuolis vix in tenebris lumen veritatis oritur. Siquidem vt peccatorum tenebras/Ita ipsa tenebrosa loca deligunt: vt suæ facilius fiant compotes perniciosæ voluntatis. Vide glo.in capi.Consuluit.de offi.delega.

t ℭTenebrę non obscurabuntur a te. Huius sententiæ mens est. Nedum aperta ac manifesta sed etiam quælibet occulta/nota deo esse. De quo etiam est tex. clarus in c. Nunquid Cain. in fi. de pœni. distinc. 1. & in c. Consuluisti. versi. Occulta. 2.quæsti.5.cũ similib⁹ allegatis in verbo Cor. super illud. 1.Reg.16. homo videt ea quæ patent/domin⁹ aũt intuetur Cor.

Extenditq; Moyses manum in cœlum. Et factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum: nec mouit se de loco in quo erat.

ℭQuale gaudium michi erit qui in tenebris sedeo/& lumen cœli non video? (dixit Tobias). Tobię.5.c.

ℭNunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua domine: & iustitia tua in terra obliuionis? Psalm.87.c.

ℭExortum [ss] est in tenebris lumen rectis: misericors & miserator & iustus. 111.a.

ℭTenebræ [t] non obscurabuntur a te domine: & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius/ita & lumen eius. 138.b

ℭVia impiorum tenebrosa est: nesciunt vbi corruant. Prouer.4.c.

ℭSi oculus [v] tuus fuerit simplex: totum corpus tuũ lucidum erit. Si aũt oculus tuus fuerit neq̃: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen [x] quod in te est tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Matthęi.6.c.

ℭAbijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Ad rom.13.d

ℭEratis [y] aliquando tenebræ/nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Probantes quid sit beneplacitum deo. Et [z] nolite communicare operib⁹ infructuosis tenebrarum; magis autem redarguite. Ad ephe.5.c.

ℭCætera in verbis Deliciæ. Psalmo.138. Deus.1.Ioannis.1.b. Habitare Psalmo.90.b. Iesus. Matthæi.27.e. Lux. Genesis.1.a. Iob.30.d. Esaiæ.9 a.45.a. Ioannis.1.a.3.c 12.f.& g.2.Corinth.6.c. Mentiri.1.Ioannis.1.b. Spiritus. Genesis.1.a. & Talentum. Matthæi.25.c.

Tepidus.

ℭQuia tepidus es/& nec frigidus nec calidus: incipiã te euomere ex ore meo: dicit dominus. Et diffusius in verbo Calidus. Apocaly.3.c.

Terminus.

ℭMaledictus [a] est qui trãsfert terminos proximi sui. Deutero.27.c

ℭViderunt omnes termini terrę: salutare dei nostri. Psalmo.97.a

ℭNe [b] transgrediaris terminos antiquos/quos posuerunt patres tui. Prouerb.22.d

ℭCætera in verbo Homo. Iob.14.b.

v ℭSi oculus tu⁹ fuerit simplex. Declara vt i verbo Oculus.

x ℭSi lumẽ quod in te est/tenebrę sunt &c. Idest si hoc quod nos bene agere cœpimus ex mala intentione offuscam⁹. d.c. Vide q̃tũ 1.quæsti.1. ipsa q̃ mala esse non ignoramus etiam cũ facim⁹/q̃tę tenebrę erunt?

y ℭEratis aliquãdo tenebrę/nunc aũt lux in domino. Vide textũ in c. Hãc societatẽ. de pœni. dist.4.

z ℭNolite cõmunicare operibus &c. Declara vt in verbo Magis.

a ℭMaledict⁹ q trãsfert terminos proximi sui. Transgreditur qs terminos proximi sui. Primo ad literã qñ euellit terminos possessionũ vicini sui. ca. Tanta. paulo post princi.86. distincti. & hic a lege diuina maledictus censetur. vt in hac sententia/quæ citatur apud canonistas per text. in capi. in legibus. 12. quæsti. 2. Lege autẽ humana quomodo talis euulsor seu occupator alienorum terminorum.i.limitum/puniat: dici potest q; quandoq; termini seu limites alieni occupantur gratia applicandi sibi quod alienũ est: & tunc si est persona splendida/relegatur ad tempus: habito respectu an sit iuuenis an senex: secundum quod distinguitur in l.2. in princip. ff. de termino moto. Si vero est persona humilis castigatur & ad opus publicum biennio datur. d.l.2. paulo ante fin. quandoq; vero occupantur gratia offuscandarum finalium quæstionum. & sic vt præstaret inter aliquos materiam litium. & tunc aliqua pœna secundum arbitrium iudicis puniendus erit considerata qualitate personæ & facti. text. est in l.fi. in fi. ff. eodem. Quandoq; autem termini occupantur/non causa applicandi sibi quod alienum est/nec causa suscitãdarum finalium quęstionum: sed alias ex malicia vel ex ignorantia. Si ex malicia/punitur pœna.50. aureorum. Si ex ignorantia: vt quia credebat non esse confines seu terminos. & tunc si sit humilis persona peti potest vt verberibus castigetur. d.l.2. in fine. & l.fi. in princip. ff. eodem. Ita declarat hanc materiam Panor. in capit. Ex litteris. in fine. de proba. sed pręceptor meus Decius ibidem: cuius opinio verior videtur/dicit q; limitare. d.l.fi. dum imponit pœnã qnquaginta aureorum/ vt solũ procedat quando fines occupantur: nec causa alieni sibi applicandi/nec causa suscitandarum finalium quęstionum/est nimis restringere. d.l. cum loquatur generaliter de mouentibus fines dolo malo. Vnde dicit q; cum contra istos mouentes terminos agrorum iura vario modo loquant: diuersas eis pœnas infligendo erit in arbitrio iudicis consideratis debitis circunstantijs quam voluerit imponere. iuxta id quod no. glo. 2. 1. quæsti. 2. in summa. & in capi. Fraternitatis. 34. distinct. Panor. in capi. 2. circa fi. de coha. cle. & mu. in capi. Ad apostolicum. in glo. 1. de regula. & glo. & ibi Panor. in capi. De causis. de offi. delega. Reperio tamen Io. Faber. in suo breuiario in l.1. C. de accusa. qui in hac materia dat breuem distinctionem. Nam aut quis amouet lapides terminorum animo furandi: & tenetur furti. Aut gratia occupandi fines vel turbandi: & punitur corporaliter extraordinarie/si ad pœnam corporalem agatur. Sin autem in.50. aureis. & sic intellige d.l.1. de accusa. & l.2. & .3. de termino moto. Secundo transgreditur quis terminos proximi sui mystice/& hoc multipliciter. Primo quando parrochianum alterius admittit ad sepulturam. capi.1. in fi. de sepul. Secundo cum parochianum alterius excommunicat vel interdicit. capit.1. & .2.9. quæsti.2. Tertio cum prędicat contrarium fidei. capi. Transferunt. 24. quæsti.3. & quarto cum alterius patrochianum recipit ad pœnitentiam. ca. Placuit. de pœniten. distinctio.6. glo. est hos modos colligens in d.c.1. in verbo Transgrediaris. de sepultu.

b ℭNe transgrediaris terminos &c. Recurre ad superiorem annotationem. Itinerabile.

Genesis.1.b. **Terra.** ℭVocauit[c] deus aridam/ terram: congregationesq; aquarū vocauit maria. Et vidit deus q; esset bonum. Et ait. Germinet terra herbā virentem & facientem semen: & lignum pomiferum faciens fructū iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbā virentē/ & facientē semen iuxta genus suum: lignumq; faciens fructum: & habens vnumquodq; sementem secundum speciem suam &c.

Psalmo.26.d ℭCredo videre bona domini in terra viuentium.

64.b. ℭVisitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

105.b. ℭAperta[d] est terra & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abyron.

113.circa finē ℭBenedicti vos a domino: qui fecit cœlum & terram. Cœlum[e] cœli domino: terram autem dedit filiis hominum.

Ecclēs.3.d. ℭOmnia pergūt ad vnū locum. De[f] terra facta sunt/ & in terram pariter reuertantur.

Sapiē.12.a. ℭIllos antiquos habitatores terræ sanctæ tuæ domine quos exhorruisti: quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina & sacrificia iniusta: & filiorum[g] suorum necatores sine misericordia: & comestores viscerum hominum: & deuoratores sanguinis/ & auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti a medio sacramento tuo: per man9 parentum nostrorum: vt dignam perciperent peregrinationem puerorū dei/ quæ tibi omnium charior est terra &c.

Eccli.1.a. ℭAltitudinem cœli & latitudinem terræ & profunditatem abyssi/ quis dimensus est?

Esaię.9.a. ℭPrimo[h] tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim: & in nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilęę gentium &c.

66.a. ℭHęc dicit dominus. Cœlum sedes mea: terra autem scabellum pedum meoruum &c.

ℭCætera in verbis Domina. Prouerbiorum.30.c. Gloria. Psalmo.84.b. Homo. Ecclesiastici.17.a. Iob. Iob.2.d. Iurare. Matthæi.5.f. Loqui. Ioannis.3.d. Medicus. Ecclesiastici.38.a. Moyses. Numeri.19.c. Nūcius Prouerbiorum.25.d. Operari. Prouerbiorum.26.c. Pax. Matthæ.10.d. Rex. Ecclēs.10.c. Sapientia. Prouerb.3.c. Seminare. Exodi.23.a. Serpens. Genesis.3.c. Spiritus. Psalm.142.c. & Superbia. Ecclesiastici.10.c.

Matth.24.a. **Terre motus.** ℭErunt pestilentiæ & fames & terræ[i] motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.

ℭCætera in verbis Iesus. Matthęi.27.g. & 28.a. & Videre Apoca.16.d.

Deuter.10.d. **Terribilis.** ℭDominus deus vester: ipse est deus deorum/ & dominus dominantium: deus magnus & potens & terribilis[k]: qui personam non accipit/ nec munera &c.

28.f. ℭNisi timueris nomen domini gloriosum & terribile: hoc est dominum deum tuum/ augebit dominus plagas tuas/ & plagas seminis tui &c.

Psalm.65.a. ℭDicite deo q̄ terribilia sunt opera tua domine.

75.a. ℭTu terribilis es domine: & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

c ℭVocauit aridam/ terram congregationesq; aquarum vocauit maria. Omne quod in hoc est subsolari mundo: aut aqueum est aut terrestre. Vnde & omnis via aut terrestris est aut aquea. notatur I l.1.ff. Si quis cau. Sicq; terræ appellatio generalis est: vt scilicet comprehendat omnem terram paruam vel magnam. De quo est no. casus in c. Cum in partibus de verbo. signi. cum glo. ibi. in verbo. Nomine terrę. d ℭAperta est terra & deglutiuit Dathan &c. Vide scripta in verbo Chore. & in verbo Moyses. Numeri.19.e. e ℭCœlum cœli domino &c. Vide quod dictum est in verbo Pes. super illud. Quicquid calcauerit pes vester/ vester erit. f ℭDe terra facta sūt &c. Idem tex. in c. In ecclesiastico.13.q.2. g ℭFiliorū suorū necatores & comestores &c. Istud secundū litteram non legitur euenisse in terra de qua hic sermo fit. Vnde dicit Nico. de Lira hanc esse metaphoricam locutionē: vt ideo scilicet huius terræ habitatores/ hominum comestores dicantur: quia raptores erant ac depredatores alienorum bonorum. q̄ vt dicit glo. in l. Illicitas.§. Ne tenuis. in verbo lumine. ff. de offic. præsi. & glo. expressior relata ad textum in l. Aduocati. in verbo Vitā. C. de aduo. diuer. iudi. dicū tur esse vita hominis. Vnde qui eis hominem spoliat/ ipsum vita sua priuare dicitur: & sic quodammodo necare & comedere. h ℭPrimo tēpore alleuiata est &c. An dici possit hāc sentētiā esse accōmodabilem ad id quod vult text. in capi. Fraternitatis.34. distinc. homines scilicet prioris tēporis & corpore fuisse fortiores q̄ sumus/ & meritis ampliores. Talemq; eis leuiorem fuisse pœnitentiā quæ hoc videretur tempore grauissima. quod hoc carmine cōplectitur Archidiaconus ibidem/ dicens. Terra malos homines nunc educat/ atq; pusillos. i ℭEt terræ motus. Terræ motus ob hominum blasphemias nonnunq̄ accidunt. text. est in.§.1. in Auctēn. vt non luxu. contra natu. colla.6. k ℭTerribilis. Terribilis est domin9 impiis/ ab impietate sua nequaq̄ recedentib9. Sūt enim tales terribilem eum experturi/ nouissimum eius subeūdo terribile iudiciū.§. fi. in auctē. iusiu. quod præstatur ab his colla.2. l. Rem non nouam. paulo ante fi. C. de iudi. Vn̄ dicit tex. in.§. pe. in auctēn. consti. quæ ex ascrip. q; maledicta terribilia delinquentib9 imminebūt. Debet etiā iudex terribilis esse delinquētibus.§. talem. in auctē. de manda. prin. facit l. vnica. C. si rector prouin. id tn̄ habeat iudex an̄ oculos qd dicit Augustin9 ad Macedoniū scribens. in c. Prodest. circa me.23. quæsti.5. vbi dicitur. Sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent. Ita timentibus iussi sunt dilectionē debere qui terrēt. Nichil cupiditate nocēdi fiat/ sed oia consulēdi

charitate & nichil fiat immaniter/nichil inhumaniter. Ita formidetur vitio cognitionis: vt nec intercessoris religio contēnatur; quia & plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur: vt vita hominum corrigatur: q si tanta est peruersitas & impietas/vt corrigendis reis nec disciplinæ nec venię remedia suffragentur/ab omni intentione atq conscientia quam deus cernit siue seueritate siue lenitate non nisi officium dilectionis impleatur. l ¶Thesaurizat & ignorat &c. Eum qui eiusmodi est/tidet Hieronymus in c. Nonne. in fi. 37. distin. m ¶Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

¶Obliti sunt deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Aegypto: mirabilia in terra Cham: terribilia in mari rubro. Psalm. 105. a.

¶Cætera in verbis Aurora. Cantico. 6. d. & Linguosus. Eccli. 9. c.

Tergum.

¶Require sententiam in verbo Loth. Genesis. 19. d.

Thesaurizare et Thesaurus.

¶Thesaurizat [l] & ignorat cui congregabit ea. Psalm. 38. b.

¶Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi &c. supra Præceptum.

¶Nolite thesaurizare [m] vobis thesauros i terra: vbi erugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate [n] autem vobis thesaurum in cœlo: vbi nec erugo nec tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus: ibi est & cor tuum. Matthei. 6. c.

¶Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro/profert mala. 12. c.

¶Simile est regnum cœlorum thesauro [o] abscondito in agro: quem qui inuenit homo/abscondit: & præ gaudio illius vadit & vēdit vniuersa quę habet: & emit agrum illum. 13. f.

¶Omnis scriba doctus/in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera. 13. g.

¶Cætera in verbis Filius. 2. Corinthios 12. c. Iucunditas. Eccli. 30. d. Mendacium. Prouerbiorum. 21. a Sapientia. Eccli. 20. d.

Laicis maior thesaurizandi libertas est concessa/q clericis. Aurum siquidem habet ecclesia non vt seruet/sed vt eroget pauperibus. cap. Aurum. in princip. 12. quæst. 2. Possūt tñ pro futura eorum cautela: vt scilicet occurrentibus succurratur necessitatibus/peculium aliquod reseruare. modo omnis inordinata absit affectio. capit. Habebat. eadē cau. & quæstio.

n ¶Thesaurizate vobis thesaurū in cœlo. Quia qui acquirunt thesaurū ecclesię/non dico pecuniarum sed spiritualem: videntur in cœlo thesaurizare. Aduertendum est pro cognoscēdo hoc spirituali thesauro/q ecclesia vniuersalis vna est. c. 1. §. Vna. de sum. tri. cuius verus sponsus est Christus. c. Debitum de biga. & papa est vicarius & summus administrator. vt dictū est in verbo Petrꝰ. Huius autem corporis ecclesię multa sunt bona irremunerata vt mors Christi/de cuius sanguine sola gutta suffecisset ad faciendam humani generis redemptionem. Item passiones innocentum & martyrum/ex quibus & alijs meritis cōstat thesaurus ecclesiæ: cuius plenam dispositionem habet papa. vnde cum per indulgentias suas vt decet concessas/remittit alicui pœnam: videtur hunc thesaurum communicare. vt sit sensus: q in recompensationem illorum bonorum remittit hanc pœnam. Minima enim gutta sanguinis Christi fuisset ad mundum redimendum sufficiens. Item martyres fuerūt puniti vltra q eorum delicta exigerent: vnde eorum merita in ecclesia vniuersali remanserunt. quia sicut nullum malum impunitum: ita nullum bonum irremuneratum. Ille ergo qui concedit indulgentiam: intendit communicare illa bona/irremunerata compensatione quadam. Ita de hoc ecclesiæ thesauro loquitur Panor. in ca. Ad liberandam. colum. 1. de iudę. & in capit. Quod autem. colum. fi. de pœ. & remis. o ¶Thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit. Hic aduerte q thesaurus tripliciter assumi solet. Primo pro pecunia abscondita/a tempore cuius extat memoria: vt quia causa metus vel custodiæ aliquis pecuniam abscondisset in muro/vel in vasculo posuisset in terram defossam. & hic thesaurus nullomodo efficitur inuentoris/sed remanet eius qui abscondit aut suorum heredum. l. Nunq. §. thesaurus. in fine. ff. de ac. re. do. l. Thesaurus. ff. ad exhi. l. Item labeo. ff. fa. her. & l. A tutore. ff. de rei vendi. Vnde talem pecuniam seu thesaurum mercenarius vel quispiam alius inueniens: tenetur domino domus in cuius muro inuentus est/reddere: absq eo q aliqd possit (nisi incurrēdo crimen furti) retinere: vt probatur in textibus allega. Secundo sumitur thesaurus pro quolibet aceruo pecunię vel diuitiarum/vt in euangelio. vbi est thesaurus tuus: ibi est cor tuum. & in l. 1. C. de cano. largi. titu. & iste etiam non efficitur inuentoris. Tertio sumitur thesaurus proprie & stricte/pro pecunia scilicet ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: cuius depositionis non extat memoria. & hic in nullius bonis esse dicitur. Vnde aut inuenitur in suo: & efficitur inuentoris in totū/ etiā si inueniat in suo data ad hoc opera. Modo tamē licito. j. non arte magica vel aliquo sortilegio seu dęmonū consultatione/quia tunc deberetur fisco: prout hęc probantur. in l. Vnica. in princip. iuncta glo. in verbo. Arte. C. de thesau. lib. 10. Dicitur autem inueniri in suo: quando inuenitur in re cuius inueniens habet dominium directum vel vtile incommutabiliter tamen/secus si quis haberet tantum dominium commutabiliter. vnde maritus qui est dominus rei dotalis/commutabiliter tamen. l. Doce ancillam. C. de rei. ven. thesaurum inuentum in re dotali/non acquirit in totum vt inuentum in suo: sed tātū pro dimidia vt inuentū in alieno. l. diuortio. §. si fundū viro. ff. solu. ma. Idem in creditore qui propter cessationem solutionis debitoris/impetrauit ius dominij pignoris. Nam cum post talem impetrationem possit debitor infra biennium recuperare dominium pignoris/poterit etiam recuperare thesaurum pro dimidia. l. Si is. §. fina. ff. de ac. re. do. Idem si quis non haberet in re ius dominij sed vsufructus. quia fructuarius non lucratur thesaurum inuentū sed dimidiam restituit proprietario. d. l. Si is. §. Q si seruus. ff. de acqui. re. do. aut vero thesaurus inuenitur in alieno. & hoc casu inuentor acquirit dimidium/siue locus alienus sit priuatus siue publicus aut fiscalis: dummodo tamen non data ad hoc opera inuenerit sed fortuito. quia in alieno loco quærere thesaurum non licet/etiam de consensu domini: q̄uis dominus possit operas alicuius conducere ad quærendum in suo loco thesaurum. Sicut enim sibi per se quærere licet: ita per alium. Pręmissa probantur in §. thesauros. cum glo. in verbo non data adhoc opera. insti. de re. diui. & in d. l. Vnica. C. de thesau. lib. 10. De thesauro autem inuento in loco sacro vel religioso: dici solet q naturali ratione totum quæritur inuentori sicut inuentum in suo. d §. thesauros. 2. respon. institu. de re. di. sed attenta ciuili constitutione/thesaurus inuentus in loco sacro aut religioso: debet diuidi inter inuentorem & fiscum: & occupans partem fisci/punitur in totius perditione thesauri. l. 3. §. penulti. & fina. ff. de iu. fis. hodie autem cum ecclesiasticæ res in nullo sint iure imperatoris. capit. Solitæ. de maiori. & obedien. Videtur medietas spectare ad fiscum ecclesiæ/non ad fiscum cæsaris. Ita Ioan. de platea in d. l. Vnica. colum. 2. licet glo. in capit. Si quid inuenisti. 14. quæstio. 5. dicat simpliciter. q thesaurus inuentus in loco sacro efficitur totus inuentoris vt inuentus in suo. per text. in d. §. thesauros.

Psalmo.49.c **Testamentum.** ¶Peccatori [p] dixit deus. quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.

73.d. ¶Respice domine in [q] testamẽtum tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

88.a. ¶Disposui testamentum electis meis: iuraui Dauid seruo meo/ vsq in æternum præparabo semen tuum.

Eccli.11.c. ¶Sta [r] in testamento tuo/ & in illo colloquere: & in opere mandatorum tuorum veterasce.

1.Corin.11.f ¶Accepit [s] Iesus calicẽ postq̃ cœnauit: dicẽs. Hic calix nouũ testamẽtũ est in meo sanguĩe: hoc facite quotiẽscũq bibetis ĩ meã cõmemorationẽ.

Ad heb.9.d. ¶Noui [t] testamenti mediator est Iesus: vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum/ quæ erant sub priori testamẽto repromissionem accipiant/ qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

9.e. ¶Vbi testamentum est/ mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis cõfirmatum est: alioquin [v] nondum valet dũ viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. ¶Vbi subsequit̃ sentẽtia de sanguine inveteri testamẽto dedicato: de qua vide in verbo Sanguis.

¶Cętera in verbis Filius. 2. Corin. 12. c. Iacob Eccli. 44. d. Iesus Matthæi. 26. b. Iucunditas. Eccli. 30. d. Mendacium. Prouerbio. 21. a. Mors.

p ¶Peccatori dixit deus. Quare tu enarras &c. Hoc dictum citari solet in criminosos diuinorum verborum declamatores. quorum tamen doctrina si bona sit/ sequenda est: sed vita non imitanda. capi. fi. in fine. 43. distinctio. capit. 1. in fin. 3. quæsti. 7. vbi hoc dictum allegatur.

q ¶Testamentum tuum. Loquitur de testamento nouo quod Christi est & ęterna promittit: cum vetus temporalia tantum promitteret. capi. Cum Marthę. de cele. mis.

r ¶Sta in testamento tuo &c. Hac sententia possunt commoneri testatores: ne in suorum sint testamentorum reuocatione faciles/ sed in eis ad mortem vsq permaneant. Dixi cõmoneri. quia de iure potest quilibet quoties vult/ testamentum suum reuocare. Ambulatoria est enĩ vltima volũtas vsq ad mortem. l. 3. §. fi. cum l. penul. ff. de adi. lega. quod verum est nedum expresse sed etiã tacite. quia nouissimo testamento omnia priora tolluntur seu reuocãtur ac rumpũtur ipso iure. ita q secundo facto testamento/ primũ nõ reconualescit: etiam si testator dixerit se velle primum testamentum valere. tex. est no. in l. Posthumus. §. fi. ff. de iniu. rup. & ir. testa. & est gl. expressa in. §. sed & si qs priore. insti. Qui. non est p. fa. testa. Q̃z si nec expresse fuerit nec tacite primum testamentum reuocatum: valet & tenet/ etiam si a tẽpore confectionis ipsius effluxum esset decẽnium. tex. est quem Paulus de cast. ibi dicit esse singularem. in l. Sancimus. C. de testa. dummodo tamen solẽniter sit factũ iuxta ea quæ habẽtur in l. Cum antiquitas. in l. Iubemus & in l. fi. C. eodem ti. Sed hodie de generali consuetudine regni Franciæ testamenta sine iuris solẽnitate condita valent. dum tamen duo testes affuerint. & sic seruatur ius canonicum. de quo in c. Cum esses de testa. quia solẽnitates a iure in testamentis requisitę/ possunt de consuetudine remitti. presertim respectu numeri testium: vt duo tantum sufficiant. Notat Io. Fa. in l. 1. in princip. C. de sacro. eccle. & notat Bar. in l. 1. in. 8. col. & ibi per Iaso. C. de sum. tri. & Alexan. in l. Si non speciali. C. de testa. Et hanc consuetudinem regni Franciæ refert & dicit valere/ Nicolaus Boerius. in commento consuetudinũ Bituricẽ. in ti. de testa. §. 1. in glo. vnica. colum. 1. Aduerte nichilominus q testamentum debet nõ esse imperfectum ratione voluntatis. quia non valeret. l. Si is qui. ff. de testa. etiam si esset factum a milite. l. Lucius Titius. in princi. ff. de testa. mili. & ibi Bar. no. & idem si esset factum inter liberos. quia adhuc nõ valeret/ immo nec probaret voluntatem defuncti. notat Bar. in l. fi. per illum text. iuncta glo. in verbo impletum. C. fami. hercis. Licet bene probaret si esset imperfectum/ tantum ratione solẽnitatis. Nam ex tali testamento nullo ratione solẽnitatis etiam quo ad extraneos probaretur voluntas testatoris. tex. est in l. fi. ff. de reb. eo. Secundo testes qui adhibentur testamento debent non esse compulsi/ alias testamentum esset ipso iure nullum. tex. est sing. in l. qui testamento. in fi. ff. de testa. quem dicit singu. Ludo. Ro. in singulari. 61. & ita per illum text. tenet Panor. in c. 2. colum. pe. quod me. cau. & gl. in l. 1. §. fi. ff. de aucto. tuto. Et nota circa id quod dictum est de testamento imperfecto ratione voluntatis. quia non dicitur testator volũtatem suam imperfectam relinquere/ si promiserit se alia scriptura declaraturum quod obscure dixerat in testamento. Nam licet morte pręuentus non declarauerit: nichilominus valebit dispositio sua/ nec reputabitur imperfecta. tex. est no. in l. pe. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & in l. Cum pater. §. viros. ff. de leg. 2.

s ¶Accepit Iesus calicem postq̃ cœnauit &c. Vide quod diffuse dictum est in verbo Iesus Matth. 26. b.

t ¶Noui testamenti mediator est Iesus. Annota vt in verbo Iesus. Et adde: q inter nouũ & vetus testamentum multiplices sunt differentię. Nouũ enim lingua gręca primo scriptum est: exceptis euangelio Matthęi/ epistola Pauli ad Ro. & eiusdem epistola ad Hebręos. Vetus autem testamentum primo scriptum est hebraice. c. 2. Vt veterum. cum glo. fi. & ibi Archi. 9. distin. Secũdo in nouo testamento est lex mansuetudinis: in testamento aũt veteri lex rigoris. c. Hęc aũt. §. ex his. 23. quæsti. 4. Tertio nouũ promittit ęterna/ vetus temporalia. d. capi. Cum Marthę. de cele. mis. Quarto vetus plures vxores haberi permittebat. Nouũ aũt prohibet. c. Recurrat. §. his ita. 32. quæsti. 4. ca. Gaudemus. de diuor. Quinto vetus multa admittebat cęrimonialia/ nouũ non admittit illa. §. 1. 5. distinc. & dictum est in verbo. Cęrimonię. Sexto vetus ad opera respiciebat. Nouum autem respicit ad voluntatem. c. Si quis nõ iratus. in princi. 15. quęsti. 1. Cõueniũt aũt vetus & nouũ in hoc q vtrunq admittit moralia. j. decalogi p̃cepta. c. Meretrices. 33. quæsti. 4.

v ¶Alioquin nondum valet dum viuit qui testatus est. Testamentum viuentis nondum valet. j. nondũ habet effectũ incõmutabilem. quia vsq ad supremũ vitę testatoris spiritũ potest mutari. d. l. 4. in fi. ff. de adi. lega. Valet tamẽ in se statim vt factum est: nec aliquem lapsum temporis requirit. quia ad validitatem testamenti duo tantũ expectantur: perfectio scilicet voluntatis & perfectio solẽnitatis. quibus interuenientibus testamẽtũ valet: etiã si postea subitarie testator moriatur. d. l. Si is qui. ff. de testa. Verum est tamen q ad probationem testamẽti debet post mortẽ testatoris publicari testamentũ. j. coram iudice aperiri/ & testes de veritate interrogari/ exindeq iudicialis scriptura fieri: qua publicatione facta/ testamentũ habet perpetuam probationem etiam si originale deperdatur. tex. est in l. Publicati. C. de testa. Si tamẽ testamentũ fuisset confectum manu publici notarij/ testamentum faceret plenam fidem etiam si testes in eo descripti moriantur. glo. est sing. in l. 2. in verbo Publicũ. ff. quemad. testa. ape. Vnde hoc casu non requireretur testamentum publicari: quia publicatio fit solum ad hunc effectum/ vt testamento stetur etiã si testes moriãtur: vt no. Bar. in l. Gesta. C. de re iudi. Et sic cũ hodie notarius publicus cõmuniter adhibeat̃ in testamẽto conficiẽdo: raro vel nunq̃ fit publicatio testamẽtorũ. Ita do. Iason in d. l. Publicati. C. de testa. in princi. vbi aũt testamentũ esset scriptum manu testatoris vel alterius priuati: tunc ne morientibus testibus fides

continuat/testamenti publicatio necessaria est. Ita proprie loquitur tex. in d. l. Publicati. Qz si ante publicationem ageretur de probando testamento: probaretur per testes in eo descriptos. de toto ipsius tenore deponentes. Non enim sufficeret ꝙ. 7. testes deponerent de media parte testamenti/ & alij. 7. de alia media parte. quia iste duę probationes non coniunguntur/ ex quo diuersa respiciunt. vide Bal. notanter loquentem. in l. Cum antiquitas. versi. Secũdo quęro. C. de testa. & do. meum Decium in c. Cum causam. in glo. fi. versi. Secunda conclusio. de proba.

Ecclesiastici. 14. b. Phinees. Ecclesiastici. 45, in fine. Sapientia. Ecclesiastici. 20. d. & Sapientia. ad Colo. 2. a.

Testis. ¶Non [x] stabit testis vnus contra aliquem quicquid illud pec Deuter. 19. d.
cati & facinoris fuerit: sed [y] in ore duorum aut trium testium stabit [z] om
ne verbum.
¶Si steterit testis mendax contra hominem/ accusans eum pręuaricatio Ibidem.
nis: stabunt ambo quorum causa est ante dominum in conspectu sacer
dotum & iudicum/ qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentissime per
scrutantes: inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum menda
ciũ. Reddent [a] sicut fratri suo facere cogitauit: & auferes malũ de medio
tui: vt audientes cæteri timorem habeant: & nequaq̃ talia audeãt facere.
¶Qui quod nouit loquitur/ iudex iustitiæ est: qui autem mentitur/ testis Prouer. 12. c.
est fraudulentus.
¶Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis. 14. a.

x ¶Non stabit testis vnus cõtra aliquem &c. Solus testis etiam vtroq; iure humano fidem non facit q̃ tęcunq; fuerit auctoritatis. tex. est in ca. Cum nobis. in prin. de testi. & in ca. pe. & fi. 6. q. 2. & in l. iurisiurandi. in fi. C. de testi. Intellige ꝙ non facit fidem seu probationem plenã: sed tamen facit probationem semiplenã sufficientẽ ad deferendũ iuramẽtũ necessarium in supplementũ alterius semiplenę probatiõis. glo. est & ibi doc. in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & l. In bonę fidei. C. de re. cre. & in c. fi. de iureiu. & bene probatur in c. Ex insinuatione. de pcu. & in c. fi. de succes. ab intes. hoc verũ si testis sit omni exceptione maior. & dicitur testis omni exceptione maior. quãdo ei nulla exceptio seu macula impingi potest. glo. est in §. Item verborum. insti. de inutili stipu. & in ca. 1. in verbo maiores. de consan. & affini. & ideo si testis productus/ esset alicuius conditionis propter quam fides eius vacillaret: vt quia esset cõsanguineus vel multum amicus parti/ tunc non faceret semiplenam probationem/ nec induceret iudicem ad opinionem sed ad suspitionem. per glo. no. in l. Etiam matris. ff de proba. Et ita tenet Bar. in d. l. Admonẽdi. in. 10. col. & ibi do. Iason in repetitione in. 63. col. vbi multos allegat idem tenentes. & confirmat quibusdam fundamentis/ de quibus ibi per eum. Istud tamen non procedit qñ testis consanguineus vel affinis esset vir legalissimus & notę fidei & auctoritatis. quia tunc consanguinitas nõ impediret quo minus eius dictũ faceret semiplenã probationẽ. Ita Io. de Imola in c. Cũ R. canonic⁹. de offi. dele. Refert/ sequitur & confirmat alijs auctoritatib⁹ do. Iason in repetitione d. l. Admonẽdi. col. 64. versi. limita multum singulariter. Et in duabus colum. seq. colligit aliquos casus in quibus vnus testis q̃ìcũq; legalis non facit semiplenam probationem. Vide per eum. quia vrget infirmitas & exposcit materia vt breuis sim. y ¶In ore duorum vel triũ testium &c. Iure etiã humano duo testes sufficiũt ad probandum crimen etiam contra papam: vt notat glo. quæ reputatur singularis in c. Pręsul. 2. quęsti. 5. & dictũ est in verbo Duo. in vlti. anno. vbi vide. Contra Cardinalẽ aũt exigũtur multi testes: vt probatur in d. c. Pręsul. quod intellige qñ testes non essent laudabilis vitę/ alias sufficerẽt duo sicut cõtra papã. Ita declarat Panor. in c. Cum esses. colũ. 5. de testa. vel dic ꝙ hodie illud c. Pręsul. nõ procedit. & fuit decisio tẽporalis. vide Panor. in ca. Per tuas. in fi. de maio. & obe. Immo duo testes regulariter sufficiũt ad plenam probationem faciendam etiam si alter illorũ sit inhabilis: dũmodo tamẽ alter sit omni exceptiõe maior. quia inhabilitas vnius per magnã habilitatẽ alterius purgatur: vt no. Bal. in l. Si quis. ex argẽtarijs. §. Quid enĩ. in prin. & ibi Alex. & Iason. ff. de eden. & idem Alex. & Bar. sequitur in l. Gallus. §. vltimo. ff. de libe. & posthu. & Iason in l. Cunctos populos. col. 12. versi. Istam regulã ponit. Bal. C. de sum. tri. Nã propter cõmunionẽ & societatem inhabiles gaudent priuilegio habiliũ. vt est tex. in l. Si cõmunẽ. ff. queãd. ser. amit. Et ita etiã trãsit do. Boerius alios allegans idẽ tenẽtes in suo cõmento ad cõsue. Bitu. in ti. de iuris. omniũ iudi. §. 9. in glo. 3. colũ. 1. Hęc sententia sic ampliata/ limitatur a iure humano in aliquibus casibus. Primo in testamẽto in quo qñq; octo testes requiruntur: vt in testamẽto cæci. l. hac cõsultissima. C. qui testa. fa. pos. Quãdoq; quinq; vt in testamẽto rustici. l. fi. C. eodem. & quãdoq; 7. & hoc regulariter d. l. Hac cõsultissima. §. 1. Secũdo in codicillis in quibus exigũtur quinq; testes. l. fi. C. de codi. Tertio in scriptura chyrographaria in qua qñq; tres testes & qñq; quinq; necessarij sunt. vt est tex. i l. fi. cũ auctẽ. ibi sequẽte. C. si. cer. peta. hos tres casus ponit glo. in l. vbi numerus. ff. de testi. Quarto in scriptura chyrographaria de qua quis vult facere comparationẽ literarum: tũc enĩ tres testes requirũtur. l. Comparationes. C. de fi. instru. Quinto in instrumẽto in quo pater filiũ suum naturalẽ/ tantũ nominat filiũ suũ simpliciter: quia ad hoc vt talis nominatio operetur legitimationẽ filij/ oportet instrumentũ habere subscriptionem triũ testiũ. §. Ad hoc autem. in aucten. vt li. ma. & auię. colla. 8. & in aucten. Itẽ si qs. C. de natu. libe. Sexto in instrumẽto quo mulier confitetur se intercessisse non gratis sed p̃mio recepto. vt enim tali confessiõi stetur tres testes adesse oportet. l. Antiquę. C. ad sena. velle. Septimo quando quis testamentũ suũ iure perfectum simplici verbo/ absq; scilicet factione alterius testamenti vel cancellatiõe iam facti vult reuocare. quia ad probandam talem reuocationem verbalẽ/ si de ea scriptura iudicialis facta nõ sit exiguntur saltem tres testes. l. Sãcimus. versi. Si aũt testator. C. de testa. Octauo in inuentario bonorum qđ facit hęres vt videat an sit locus falcidię. quia si legatarij sint absentes vel aliquis ipsorũ/ presentia triũ testiũ debet adhiberi. tex. est in auctẽ. Sed cũ testator. §. hac quoq;. C. ad l. Falcidiã. vide Archidiaconũ qui istos casus colligit sed non ita diffuse declarat. 2. quęsti. 5. in princi. z ¶Stabit omne verbũ. Iure humano istud procedit dummodo viua voce deposuerint. Non enim sufficit ꝙ testes dicta sua dent iudici in scriptis. bo. est tex. in capi. 2. Qui ma. accu. pos. quia vox ipsa plurimum facit pro veritate elicienda. Videndum est enim qua trepidatione vel audacia quis loquatur. l. De minore. §. tormenta. ff. de mino. Contrarium tamen tenet Bar. in l. Theopompus. in fi. ff. de do. prelega. p illum tex. sed Panor. in d. c. 2. Reprobat opi. Bar. & ad illũ tex. rñdet ꝙ loquitur in eo cui⁹ fidẽ testator elegerat. & idẽ qđ Panor. tenet Bald⁹ in l. In bonę fidei. col. 2. versi. Sequitur videre de voce mortua. C. de re. cre. Secũdo intellige dũmodo testes fuerint iurati. Testib⁹ enĩ non iuratis. s. deponẽtib⁹ nõ p̃stito iuramẽto de veritate dicẽda nõ creditur/ q̃tęcũq; religionis vel auctoritatis existãt. tex. est in c. Nuper. in fi. de testi. in c. Tuis. eo. ti. & in c. si. de iura. calũ. immo non solũ debent esse iurati/ sed etiã pars aduersa debet esse citata ad videndũ eos iurare. Aliter depositiones testiũ non p̃iudicãt. glo. est & ibi bo. tex. in c. 2. in verbo Audire. de testi. glo. in l. Si qũ. in verbo noluerint. C. eodẽ. de quo dic vt ibi late p Fely. & Decium. Aduerte tñ ꝙ si testes fuerint magnę auctoritatis q̃uis non iurati deponendo non faciant plenã probationem: faciũt tñ aliqualem pręsumptionẽ. glo. est in c. Cũ olim essem⁹. in verbo fratrẽ. de p̃iu. a ¶Reddẽt ei sicut fratri suo facere cogitauit. Quomodo aũt contra testẽ/ falsum deponẽtẽ pcedatur de iure humano: breuiter dici põt/ ꝙ põt cõtra eũ agi & ciuiliter actiõe i factũ ad interesse. l. q noie. ff. de falsis. & hoc vsq; ad triginta annos. Ita intelligitur gl. 2. in fi. in c. Licet. de pba. & in l. q̃rela. C. de fal. Et etiã agi

poteſt criminaliter.l.pe.&.fi.C.eodem.& hoc caſu vſq; ad viginti annos.d.l.querela. Et ſi fuerit obtentum in accuſatione falſi: ſententia lata prętextu illorum falſorum teſtiū in effectu retractatur. quia agenti ex ea obſtabit exceptio q fuit lata per falſos teſtes. Ita loquitur tex.in c.Cū venerabilis.de excep. Quod dictū eſt teſtē teneri criminaliter/intellige quando depoſuiſſet falſum in eo in quo ſubſtantia negocij conſiſtit. ſi autē in acceſſorijs/non punitur pœna.l.Corneliæ.ſed alia pœna ordinaria. Ita Iaco.Butri.& ibi ange.in l.Lutius Titius.ff.de his qui no.infa.quod dictum refert & ſequitur Decius in d.ca.

Prouerb.19.a ¶Teſtis falſus [b] nō erit impunitus: & q mēdacium loquitur nō effugiet.

19.d. ¶Teſtis [c] iniquus deridet iudicium: & os impiorū deuorat iniquitatem.

24.d. ¶Ne [d] ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum.

¶Cætera in verbis Filius. Sapientiæ.4.b. Ieſus. Apocalypſis.1.a. Interficere. Deuteronomij.17.a. Interrogare. Pſalmo.36.b. Maleficus. Mala.3.b. Odire. Prouerbiorum.6.c.& Preſbyter.1.ad Titum.5.c.

Exo.20.c. **Teſtimonium.** ¶Non loquaris [e] contra proximum tuum falſū teſtimonium.

Nume.35.d. ¶Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius [f] teſtimonium nullus condemnabitur.

Pſalm.92.a. ¶Teſtimonia tua domine credibilia facta ſunt nimis.

118.h. ¶Cogitaui vias meas: & conuerti pedes in teſtimonia tua.

Prouer.25.c. ¶Iaculum & gladius & ſagitta acuta: homo [g] qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.

Ioannis.5.f. ¶Si ego teſtimoniū phibeo de meipſo (dixit Chriſt9) teſtimoniū [h] meū nō eſt verū. Alius eſt q teſtimoniū perhibet de me: & ſcio quia verum eſt

Licet.col.21. Secundo intellige quando cōtra teſtē procederetur per viam accuſationis. ſecus ſi per viā inquiſitiōis. quia tunc ſaltem de iure canonico mitior pœna imponeretur. Ita ange.i.§. Et licet.in fi.in auten.de teſti.probatur i c.Inquiſitionis.in prīci.de accuſa. Et ita etiam tenet Decius vbi ſupra. Pœna aūt falſi/eſt in ſeruis vltimū ſupplicium: in liberis deportatio & omnium bonorum publicatio/licet aliquādo augeatur vel minuatur.l.1.§.fi.& ibi gl.ff.de fal. Et aduerte q ſi aliqui ex teſtibus a me productis depoſuerint falſū: ſi vtor depoſitiōibus ipſorū/ſicut ipſi tenentur de falſo non ſolum criminaliter ſed etiam ciuiliter: vt dictum eſt. Ita etiam ego producens. facit tex.in l.ſi falſos.C.de fal. vbi ratione vſus quis tenetur de falſo. Et ſic loquitur Panor.in c.Licet.col.11.de proba. ſi vero ipſorum depoſitionib9 proteſtor nō velle vti: licet ipſi teneantur de falſo/non tamen ego qui eos produxi. niſi eos ſcienter produxiſſem. Ita Bar.in d.l.ſi falſos.& & in l.ſi aduerſarius.C.de fi.inſtru.& ita ſentit Decius in d.c.Licet.col.21. Præmiſſa quæ dicta ſunt de pœna falſi teſtis pcedunt in cauſa ciuili iam finita/ſi aūt cauſa necdum ſit finita poterit per iudicem puniri extraordinarie/ſecundū qd ſibi videbitur. Nec iſta punitio tollet punitionem ordinariam quæ poſtea poterit fieri per l.cor.de fal. vt no.Cy.in l.Nullum.C.de teſti.& Panor.in c.1.in glo.2.de cri.fal. Quando vero teſtis deponit falſum in cauſa criminali/& executio facta retractari non poteſt: punitur pœna talionis.i.punitur ſimilitudine ſupplicij.tex.eſt in l.1.§.1.& ibi Bar.ff.ad l.cor.de ſicca.& ita notat Panor.in d.cap.1.de cri.& Bal.in l.preſ byteri.C.de epiſ.& cle. vbi ſubiungit q eadem pœna punitur iudex compellens teſtem ad dicendum falſum. Cleric9 aūt qui falſum teſtimonium dixit/debet deponi & in monaſterium detrudi ad agendā pœnitentiam.tex eſt in c.Si epiſcopus.50.diſtin.per quem ita Panor.in d.c.1.in fi.de cri.fal.

b ¶Teſtis falſus non erit impunitus. Teſtis dicitur falſus/& teneť de falſo non ſolum quando dixit mendacium: ſed etiam qñ occultauit veritatem.& hoc intellige quando interrogatus ſuper certo articulo/dicit ſe nihil ſcire. vel quando iurauit puram veritatē dicere & multa ſubticuit. vt in c.Cum dilecti.de accuſa. ſecus aūt vbi non iuraſſet vel fuiſſet interrogatus. tunc enī non tenetur ſi veritatem ſubticuit. quia teſtis verboſus eſſe non debet: ſed ſatis eſt q ad interrogata reſpondeat. Ita Panor.in d.c.1.& ibi eſt bo.tex.de crimi.fal.in.2.notabili.& idem ſentit Bal.in l.preſ byteri.C.de epiſ.& cle.& in l.vbi exigitur.§.dolo.ff.de eden.q.ſ.etiam in ſubticenda veritate falſum cōmittatur/ſicut in exprimenda falſitate.

c ¶Teſtis iniquus deridet iudicium. Idem probat tex.in d.c.1.de cri.fal. an aūt teſtis iniquus ſic derideat iudicium q ſententia per falſos teſtes ſit nulla.dici pōt breuiter q nō. Sententia enī quis per falſos teſtes lata mero iure valet/ſed per in inte.reſtitutionē retractari pōt.tex.eſt & ibi Bar.Paul9 & Alex.in l.diuus.ff.de re iudi.qd pcedit nedū ſi falſitas opponatur directo/ſed etiam ſi opponatur per viam replicationis: vt qñ reus fuit abſolutus. vel per viam exceptiōis: vt quādo reus fuit condēnatus. Ita videtur ſentire gloſa in l.qui agnitis.in glo.pe.de in inte.reſti.& bene facit tex.in d.l.diuus.& ita tenet Alex.in l.nam & poſtea.§.1.in glo.1.ff.de iureiu.& late ſequitur Decius in c.Licet.col.20.de proba.licet Panor.ibi col.10.diſtinguat an opponatur falſitas per viam replicationis: vt tunc requiratur reſtitutio. an vero per viam exceptionis/& tunc reſtitutio non ſit neceſſaria.& eandem diſtinctionem ponit Io.An.in c. Cū venerabilis.in glo.pe.de excep.ſed cōmuniter dānatur.quia contra d.l.diuus.quæ loquitur in reo condēnato.& ſic quando falſitas opponitur per viā exceptionis/& tamen exigit reſtitutionē: vide latius Decium vbi ſ. Hæc concluſio limitatur non procedere in ſententia lata contra abſentē per falſos teſtes/ſeu per falſas allegatiōes.quia talis eſt ipſo iure nulla.l.Si prętor.§.1.ff.de iudi.per quem Ita Panor.in d.c.Licet.col.8.in.1.quęſt.ſuper gl.2.de quo tamen vide omnino Decium ibidem.in quarta quęſtione.col.2.

d ¶Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum. Cauſa non ſubſiſtente non debet quis cōtra proximum teſtimoniū dicere.ſubſiſtente vero/dicere debet.& ſi nolit/poteſt cogi ad iudicium venire & de his quæ nouit teſtificari. Habebit tamen expenſas a parte producente.tex.eſt in l.Si quando.C.de teſti. Intellige niſi teſtis eſſet abſens extra prouinciam. quia tunc non eſt arctandus venire ad iudicium ſed reſcribendum eſt iudici eorum vt atteſtationes eorum recipiat & iudici partium remittat: reſcribendo qūta ſit fides ipſis adhibenda.tex.eſt no.in capi.Conſtitutus.in fi.de fideiuſſo. Secundo intellige dūmodo cā ſit in eo ſtatu in quo faciēdæ ſūt pbatiōes.pri9 enī nō debet cogi teſtis vt veniat ad iudiciū tex.eſt i c.Statutū.§.pe.de reſcrip.in.6.

e ¶Nō loquaris cōtra pximū falſum teſtimoniū. Recurre ad ſcripta in ſuperiore verb.a.& b.

f ¶Ad vni9 teſtimoniū nullus cōdēnabiť. Vide qd dictū eſt in ver.Proxio in.1.anno.

g ¶Homo qui loquiť cōtra pximū ſuū falſū teſtimoniū. Talis pōt puniri de falſo/etiā ſi teſtioniū ſuū nō habuerit effectū.puta qa ex aliquo alio facto nō valuit/vel quia aduerſari9 meli9 pbauit.& ſic iudex nō fuit ſecut9 dictū hui9 falſi teſtis.qa nihilomin9 poterit de falſo puniri. Ita tenent glo.& ibi Panor.in d.c.1.de crimi.fal.& idem tenet Bar.in l.Si quis legatum.col.2.verſi.iuxta hoc qro quid de teſte.ff.ad l.Cor.de fal. Et de hoc plenius per Io.And.in regula.Non eſt ſine culpa.de regu.iur.

h ¶Teſtimonium meum non eſt verum. Ideſt teſtimonium meum reputatur a vobis inefficax. quia me non deum: qui nec fallere nec falli poteſt/ſed purum hominem creditis. Cuiuſlibet autem puri hominis teſtimonium pro ſeipſo latum/reputatur inualidum. Omnibus enim in rem propriam dicendi teſtimonium facultatem iura ſummouerunt dicit tex in l.Omnibus.C.de teſti.& facit tex.in c.Sane.in ſ.15.quęſti.3. Clerici tū in cauſa eccleſię poſſunt eſſe teſtes.capi. Inſuper

testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio/sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucēs: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit michi pater vt perficiam ea ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibēt de me: quia pater misit me. Et qui me misit pater: ipse testimonium perhibuit de me.

¶ Ego in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Ioanis.18.g.

¶ Si iudico ego/iudicium meum verum est: quia solus non sum: sed ego & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum [i] qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me qui misit me pater. 8.c.

¶ Noli erubescere testimonium domini nostri Iesu Christi. 2.Timo.1.b.

¶ Tres sunt [k] qui testimonium dant in cœlo/pater/verbū & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra/spiritus/aqua & sanguis: & hi tres vnum sunt. Si testimonium accipimus/testimonium dei maius est. Quoniā hoc est testimoniū dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filiū dei/habet testimonium dei in se. Qui vero non credit filio: mendacē facit eū: quia non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimoniū: quoniā vitā æternā dedit nobis deus & hæc vita in filio eius est. 1.Ioānis.5.b

¶ Cætera in verbo Achab.3.Regum.21.a.in fi. Auaricia. Psalmo.11.e. Conscientia.2.ad Corinth.1.c. Eligere.1.Timoth.5.b. Episcopus.1. ad Timot.3.a. Iesus. Matthæi.26.f. Lex. Psalmo.18.b. Mendacium. Exo.23.a. Paraclitus. Ioannis.15.in fine. & Susanna. Danielis.13.f.

Testiculus.

¶ Omne [l] animal quod vel contritis vel tonsis vel sectis ablatisq; testiculis est/non offeretis domino. Leuiti.22.d.

¶ Cætera in verbis Eunuchus. Deutero.23.a. & Vehemoth. Iob.40.b.

Tibia.

¶ Reqre sētētias i ver. Claud⁹. Pro.26.b & Ligua. Eccli.40.c

Timere et Timor.

¶ Vnusquisq; patrē suū & mrem suā timeat. 19.a.

¶ Dominum [m] deū tuum timebis: & illi soli seruies: ac per nomen illius non iurabis. Deutero.6.c.

de testibus. & idem in hominibus de vniuersitate qui admittuntur ad ferendū testimoniū in causa vniuersitatis. l. intantum §. vniuersitatis. vbi Bar. ff. de re. dt. facit l. sed si hac. §. Qui manumittit. ff. de in ius vo. Ratio est. quia cōmodum causæ ad eos principaliter non spectat/sed in quandā consequētiam. vnde &c. ar. §. legatarius. insti. de lega. Istud procedit non solum in subsidium. s. quando ex qualitate negotij alij testes haberi non possent: quo casu non est dubium q; admittuntur. vt est tex. in cap. Veniens. el. 2. de testi. & in c. Tertio loco. de proba. sed etiam si qualitas negocij non obstaret quin alij testes haberi possēt. Ita tenet Panor. in d.c. Tertio loco. col.3. p tex. qui gñaliter loquitur in d.ca. Insuper. in cōtrariū tñ multum facit tex, in c. Et si Christus. in fi. in verb. Deficientibus alijs testibus. de iureiu. Et facit. quia negari non pōt quin isti testes habeāt affectionē ad causam. vnde sunt repellendi per ea quę no. Bar. in l. deferre. §. ide responderunt. ff. de iu. fis. Et si admitterēt deberēt saltē admitti tm̄ i subsidiū. ar. l. 2. §. diu⁹. ff. de iu. fis. vt de Deciū i d.c. tertio loco. 2. do. Iaso. i l. dictātib⁹. col. 2. & seq. C. de testa. vbi relinquit cogitandū. veri⁹ tamē videtur q; solum admittant in subsidium per d.ca. Et si Christus. in fi. nec ob. d.c. insuper. quia limitandū venit & declarandu. per d.ca. Et si Christus quod est posterius l. sed & posteriores ff. de legibus.

i ¶ Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso. Hinc dicit tex. in c. In omni. de testibus. in omni negocio principalis persōa dicens veritatem de re sibi nota: rectissime habēda est pro teste. Cut adhibito vno efficiuntur duo testes. adhibitis duobus/efficiuntur tres. Quod patenter ostendit dñs cum dixit. si peccauerit in te frater tuus: corripe eum inter te & ipsum solum. Q; si te non audierit: adhibe tecū vnum vel duos testes: vt in ore duorū vel trium testium stet om̄e verbum. Itē alibi affirmat dicens. Ego sum qui testimoniū perhibeo de me ipso/& testimoniū perhibet de me. pater. Nā in lege vestra scriptum est: q; duorū testimonium verum est. hęc ibi. de cuius tex. intellectu. vide ibi plene per Panor. & moder.

k ¶ Tres sunt qui testimoniū dant in cœlo &c. s. per hoc apparet q; Iesus est veritas. s. verus de⁹ & verus homo. c. Cū homo. de hære. quia de vtroq; habemus certū testimoniū. De deitate. s. per patrē & filium & spm̄ sanctū. de humanitate/per spm̄. s. animā/aquā & sanguinē. Pater dedit testimoniū deitatis qñ dixit. hic est filius meus dilectus. c. fi. de cons. dist. 3. Ipse filius dedit qñ in monte transfigurat⁹ est & potentiā diuinitatis & spem ęternę beatitudinis ostendit. c. Quod quidā. col. pe. 1. q. 1. Spūssanctus dedit qñ super baptisatū in specie colūbę requieuit d.c. fi. de cōse. dist. 3. de humanitate aūt anima dedit testimoniū: qñ eā/valide clamās emisit in passione. Rationalis quippe anima nō posset viuificare nisi corpus humanū. aqua & sanguis dederunt testimoniū/qñ vnus militū lancea latus eius aperuit & continuo exiuit sanguis & aqua. vnde ꝓbatum est aperte q; veram haberet naturā carnis. Nam de fantastico corpore nec sanguis nec aqua potuisset exire. merito ergo ille qui vidit testimoniū perhibuit & testimoniū eius est verū. qa tres sunt qui testimoniū dant in terra. Spiritus aqua & sanguis. Ita hāc sententiā declarat. glo. or. hic & tex. apud canonistas in c. in quadam. iuncta glo. in verb. Verbum. de cele. missa.

l ¶ Omne animal qd vel contritis &c. Per hoc significatur (dicit de Lira.) q; nullus impotens ad spirituales filios in ecclesia dei verbo & exemplo generandos/debet in prelatū promoueri. De quo vide tex. ampliū: plures maculas corporales/a promotione secundū legem Mosaicā repellentes moraliter declarans. in c. 149. distin. Et dixi diffuse in verb. Macula.

m ¶ Dominū deū tuū timebis. Timendus est dñs timore filiali/non aūt solo timore seruili vt statim dicet. Qui autē nullomō timet: si nec hoīem reuereat/duriciā cordis habere ꝓbatur. Notat Archi. in c. Sunt plures. de pœni. dist. 3. & est tex. in c. Ad apostolice. §. sed licet sic. de re iudi. li. 6. vbi etiam dicitur huiusmodi hominem obturare aures suas more aspidis q aurē alterā calcat in terram/alterā obturat cauda: ne incantationē possit audire. & est gl. in c. 1. in glo. pe. in fi. eo. ti. & li.

n ¶ Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Glo. in c. Pastoralis. in verb. Tenetur. de offi. dele. dicit. Iudices aliquem nocentem esse/ex allegatis & probatis cognoscentes: possunt eum condemnare/tametsi nouerint ipsum esse innocentem. Formatam enim ab eis conscientiam ex eo ꝙ innocentem cognoscunt/debent deponere. quia trepidauerūt timore vbi non erat timor. de hoc tamē: an scilicet iudex quem nouit innocentē/ possit iudex vt nocentē dānare propter allegata & probata: vide qd dixi ĩ verb. Iesus. Math. 27. sup illud. sciebat eīm Pilat⁹ ꝙ p inuidiā tradidissent eū.

Iob. 3. d. ¶ Timor quem timebam/euenit michi: & quod verebar/accidit.
Psalm. 13. b. ¶ Trepidauerunt [n] timore: vbi non erat timor.
18. c. ¶ Timor [o] domini sanctus/permanet in seculum seculi: iudicia domini vera/iustificata in semetipsa.
22. b. ¶ Si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala/quoniam tu mecum es.
32. c. ¶ Timeat dñm oīs terra: ab eo aūt cōmoueantur oēs inhabitantes orbē.
113. c. ¶ Qui timēt dñm sperauerūt in dño: adiutor eorū & protector eorū est.
117. a. ¶ Dominus michi adiutor: non timebo quid faciat michi homo.
Prouer. 1. a. ¶ Timor [p] domini principium sapientiæ.
8. b. ¶ Timor domini odit malum.
10. d. ¶ Timor domini apponet dies: & anni impiorum breuiabuntur.
14. d. ¶ In timore domini fiducia fortitudinis: & filijs eius erit spes.
14. d. ¶ Timor domini fons vitæ: vt declinet a ruina mortis.
15. d. ¶ Per timorem domini declinat omnis a malo.
19. d. ¶ Timor dñi ad vitā: & ĩ plenitudine cōmorabiť absq; visitatiōe pessimi.
24. c. ¶ Time [q] dominum fili mi/& regem.
Sapiē. 17. c. ¶ Frequenter preoccupāt pessima redarguente conscientia. Cum sit eni timida nequitia: data est in omniū cōdemnationem. Semper enim præsumit seua perturbata conscientia. Nichil enim est timor nisi præsūptionis adiutoriū: proditio [r] cogitationis auxiliorum. Et dū ab intro minor est expectatio: maiorem cōputat potentiā eius causæ de qua tormētū pstat.
Eccli. 1. b ¶ Timor domini gloria & gloriatio: & lętitia & corona exultationis.
Ibidem. ¶ Initiū sapientię timor domini: & cū fidelibus in vulua concreatus est: & cū electis fœminis graditur: & cum iustis & fidelibus agnoscetur.
Eccli. 1. c ¶ Plenitudo sapientiæ timere dominū: & plenitudo a fructibus illius.
Ibidem. ¶ Corona sapientiæ timor domini: replens pacem & salutis fructum.
Ibidem. ¶ Radix sapientię est timere dominum: & rami illius longęui.
Ibidem. ¶ Timor domini expellit peccatum. Nam [s] qui sine timore est/non poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius subuersio est.
10. c. ¶ Qui [t] timent dominum: erunt in oculis illius.

o ¶ Timor dñi sanctus. Hic aduerte ꝙ multiplex reperitur timor. Quidam est timor filialis q sanctus diciturac castus/& offensam respicit. i. principaliter assumitur ne offendatur dominus et secundario ne offensus tardet/discedat aut eo careamus. & iste pmanet in æternum. cap. fi. in fine. 23. quæst. 7. alius est timor seruilis qui principaliter respicit pœnam. i. assumitur ne in pœnam incurratur. Timor enim seruilis secundū Grego. est in quo viuit peccādi volūtas & seqretur opus si sperareť impunitas. glo. ē. citās Grego. in c. Eū q. ĩ verb. Formidine. de præbē. in. 6. vbi etiā dicit: ꝙ iste timor pmiū nō habet nisi qa solet īducere filialē. qa vt dicit tex. in d. c. fi. circa fi. 23. q. vi. Cū pet timorē continet se homo a pctō fit cōsuetudo iustitię/& īcipit qd durū erat amari & excludi timor a charitate/ & succedit timor castus. Vñ dicit Aug. Sicut seta ītroducit filū/sic timor introducit charitatē. ca. Sicut seta. de pœ. distin. 1. vbi dicit Archi. ꝙ hic timor claudit ostium & custodit ne peccatum quod nondum intrauit/intret animam: & est a spiritusancto. sed tamen non dicitur proprie donum spiritussancti. Tertius est timor qui dicitur initialis: vt quādo assumitur timor principaliter propter amissionem pmij. gl. est in d. c. Eum qui. in verb. Formidine. & notat Archid. in d. c. Sicut seta. de primo & secundo timore datur hoc distichon. Oderunt peccare boni: virtutis amore. Oderunt peccare mali: formidine pœnę. glo. est in c. Irrefragibili. in glo. fi. in fi. de offi. ordi. Quartus est timor naturalis vt quando timemus horribilia. qui timor cadit etiam in viros perfectos. vnde & Christus timuit mortem: quia de eo legitur. cœpit pauere & timere. vide tex. cum glo. 1. in c. Nolite timere. 11. quæst. 3. Qintus est timor mundanus: vt cū quis timet facere vel dicere quod sibi incumbit faciendum ne aliquibus displiceat. c. Sicut. 43. dist. in prin. & c. Quisquis. 11. quæst. 3. Inter hos omnes timores/Timor primus sanctus est & permanet in seculum seculi. i. parat & acquirit hereditatem permanentem. d. c. fi. in fi. 23. quæst. 6. quia est verus ille timor quo deus timēdus est: prout ibidem clare probatur.

p ¶ Timor domini principium sapientiæ. Hoc dictum potest intelligi etiam in timore seruili. d. c. Sicut seta. de pœniten. dist. 2. & d. c. fi. 23. quæst. 6.

q ¶ Time dñm & regem. Et sacerdotalis auctoritas & regia timenda est. Et ita purū domino impendere poterimus famulatum: & ecclesiæ eius sponsæ iura non lędere sed intemerata seruare. c. Res autem omnes. 23. quæst. 5.

r ¶ Et pditio cogitationis auxiliorū. i. nimi⁹ timor cogitationē pdit: & qd internū est/exteri⁹ manifestat. Timor nāq; plerūq; sensus peruertit hūanos. c. Accusatores vel testes. in fi. 3. q. 5. vnde & tales nimis timidi vitiū animi pati dicunť. l. 1. §. fi. in fi. ff. de ędi. edic. an autē vitiū hoc inordinati timoris sit mortale vel veniale: distingue vt per Albe. de Rosate. in dictionario suo ĩ verb. Timor. post. S. Tho. in. scda scdę. q. 269.

s ¶ Qui sine timore est/non poterit iustificari. Verū ergo intimiditas sit pctm̄/dici pōt post Tho. in scda scdæ. q. 126. arti. 1. quē Albe. de Rosate citat in dictionario suo/sed minus emēdate; ꝙ intimiditas pōt contingere tripliciter. Primo ex eo ꝙ aliqs minus q̄ debeat timet timenda/vt mortē vel alia tēporalia mala. hęc eñ intimiditas ex totali defectu amoris nō contīgit/sed quia min⁹ debito amat bona eis cōtraria. qñq; cōtingit eo ꝙ quis ęstimat mala/opposita bonis q̄ amat: sibi superuenire nō posse. & hoc ex elatiōe animi pcedit de se psumentis: scdm qd diciť Iob. 41. Factus est vt nullū timeret. Tertio contingit ex defectu rationis: sicut philosophus dicit in. 3. Ethicorū. ꝙ stulti nichil timēt. vñ patet ꝙ oīe impauidū est vitiosū: vel ex defectu amoris vel ex elatione animi vel ex stoliditate/q̄ tamen excusat a pctō si sit inuincibilis.

t ¶ Qui timent dñm/erunt in oculis illius. Potest hęc sententia declarari; vt velit eos qui dñm timent eo timore quo timendus est/casto. s. ac filiali: omnia sua opa in conspectu dei facere. id est in operibus suis faciendis considerate/semper se præsentem habere deum: ipsosq; eum quem habent testem/ esse habituros & iudicem. vide pulchrum tex. in cap. Et venit. de pœniten. dist. 1.

¶Qui [v] timet deum faciet bona. Eccli.15.a.

¶Da locum timori altissimi: quia omnis sapientia timor dei; & in illa timere deum & in omni sapientia dispositio legis. 19.c

¶Nichil meli⁹ est q̃ timor dei: & nichil dulci⁹ q̃ respicere i mãdatis dñi. 23.prope fine

¶Timor dei super omnia se superposuit: beatus [x] homo cui donatum est habere timorem dei. Qui timet illum cui assimilabitur? 25.b.

¶Facultates & virtutes exaltant cor: & super hæc timor domini. 40.d.

¶Non est in timore dñi minoratio: & nõ est in eo inquirere adiutorium. Ibidem.

¶Timor domini sicut paradisus benedictionis: & super omnem gloriã operuerunt illum. 40.d.circa fi

¶Non [y] accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei in quo clamamus abba pater. Ad rom.8.c.

¶Quis non timebit te domine: & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es. Apoca.15.b.

¶Cætera in verbis Beneplacitum. Eccli.2.d. Confidere. Prouer.14.c. Cõtumax. Eccli.1.d. Debitũ. ad Rom.13.a. Depcatio. Psal.144.d. Despicere. Pro.1.a. Diligere. Eccli.2.b. Dñs. Mala.1.b. & 1.Petri.2.c. Domus. Eccli.27.a. Dulcedo. Psal.30.e. Emulari. Prouer.23.b. Esca. Psal.110.a. Extrem⁹. Eccli.1.b. Fides. Eccli.25.b. & ad Rom.11.c. Fili⁹. Eccli 16.a. Finis. Prouer.22.a. Firmamentũ. Psal.24.c. Fornicator. Apo.21.b. Gaudium. Eccli.1.b. Hieremias. Hiere.1.b. Homo. Prouer.29.d. Incredibilis. Eccli.2.d. Illuminatio. Psalmo.26.a. Inopia. Psalmo.33.b. Intelligentia. Iob.28.d. Iustus. Psalmo.111.b. Laudare. Psalmo.21.e. Lætari. Psalm.85.b. Merces. Eccli.2.b. Misericordia. Eccli.2.b. Negligere. Ecclesiastes.7.c. Nix. Iob.6.c. Occidere. Matthæi.10.d. Potestas. ad Romanos.13.b. Refugium. Psalmo.5.a. Rex. Psalmo.2.d. Senex. Ecclesiastici.25.a. Tobias. Tobiæ.4.d. & Vehemoth. Iob.41.d.

Tympanum. ¶Sumite [z] psalmum: & date tympanum psalterium iocundum cum cythara. Psalm.80.a.

¶Laudẽt nomen domini in [a] choro: in tympano / & psalterio psallãt ei. 149.a.

Tyrannus. ¶Neq; [b] rex: neq; tyrannus in conspectu tuo inquirent domine de his quos perdidisti. Sapien.12.c.

¶Multi tyrãni sederunt in throno: & insuspicabilis portauit diadema. Eccli.11.a.

¶Cætera in verbis Daniel. Danielis.1.a. & Impius. Iob.15.c.

v ¶Qui timet deum faciet bona. Filialis timor bonus est / vnde & dicitur. Qui timet deum / faciet bona. Ita Panor. in d.c. Qui ex timore. in glo.1. de regu.iur.

x ¶Beatus homo cui donatum est habere timorẽ dei. Intellige de filiali timore / non autem de mero seruili: saltem si semper in eo stetur. talis enim timor seruilis perseuerans beatum hominem non redderet. quia (vt dicit Augustinus in ca. Qui ex timore. de regu.iu.) qui ex timore facit præceptum / aliter q̃ debeat facit: & ideo iam non facit. Neq; enim considerãdum est solum factum / sed animus facientis & maxime quo ad deum. quia respicit nõ quod fit sed quo animo fit: vt est tex. cũ glo. in c.1. de collu. dete. & 86. distin. c. Non satis. & 14.q.5.ca. Si qd inuenisti.

y ¶Nõ accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Ex istis verbis datur intelligi q̧ & si in veteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum: tamen in nouo testamẽto sola libertate & dilectione iustitiæ sunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicuntur serui & filij ancillæ / pertinentes ad Hismael: isti dicuntur liberi & filij liberæ / pertinentes ad Isaac. Itẽ Ioannes in sua epistola dicit. Timor non est in charitate sed perfecta charitas / foras mittit timorẽ. Qui autem cogitur / timore illo ducitur qui non est in charitate: qui man⁹ comprimit nõ animũ mutat / quo pœna timetur non bonum diligit. Ita ex hac Pauli sentẽtia arguit textus in alle. ca. fi. col. fi. 23. quæst. 6. Subiungit tamen q̧ immo etiam in nouo testamento sunt homiẽs ad bonum cogendi: quia timor pœnarum seu seruilis / tandem ex quadam bonorũ operum consuetudine conuertetur in filialem. de quo vide quod dictũ est in verb. Dulcedo. super illud psalmistæ. Parasti in dulcedine tua pauperi deus.

z ¶Sumite psalmum & date tympanũ. Declara vt in verb. Psalterium.

a ¶In choro in tympano & psalterio. Tympanum sumitur hoc loco pro instrumento musicali sicut & chorus & psalterium. aliquando tamen tympanum pro quodam instrumento ad oleum faciendum apto / accipitur. prout est tex. in l. sed addes. §. illud nobis. in fine. ff. loca.

b ¶Neq; rex neq; tyrannus. Rex differt a tyranno vt bonus differt a malo. nam vt ait Grego. tyrannus est proprie qui in re publica non iure principatur. vnde sicut regnum est rectus principatus: ita tyrannis est peruersum dominium. de quo satis in.4. & .5. poli. Cum ergo principis natura sit vt tendat ad bonum commune / tyrannus autem tendat ad proprium: sequitur clare q̧ Tyrannus / princeps dici non potest. vnde Esa.22. Princeps ea quæ digna sunt principe cogitat. Ita dicit gl. in cle. vnica. in verb. Regum. de baptis. Dicitur autem tyrannus a tyrus græce latine fortis siue angustia. vnde fortes reges / tyranni vocabantur: postea accidit tyrannos vocari pessimos & improbos reges & luxuriosæ dominationis crudelitatum / & crudelissimam dominationem in populis exercentes: a tyro quod est angustia. quia angustiant & cruciant seruos suos. Ita Bar. in tractatu suo de tyranno. in princip. vt vero apertius cognoscatur: aduertendum est q̧ decem sunt actus qui regulariter solent a tyrannis exerceri. Primus est potentes & excellentes homines ciuitatis perimere: ne contra ipsum possint insurgere: immo & nõnunq̃ proprios fratres & consanguineos occidunt quod est pessimæ tyrannidis argumentum. Secundus est sapientes discriminare: ne cognoscentes eorum mala / arguant: & populum contra ipsum prouocent. Tertius nedum disciplinam & scientiam perimere / sed etiam operari ne fiant sapientes. semper enim timent per sapientiam reprehendi. Quart⁹ specialitates & congregationes non permittere. timent enim ne contra ipsos insurgant. Quintus habere per ciuitates multos exploratores. Cum enim cognoscat se male agere / existimat semper homines in eum machinari & de eo sinistre loqui. Sextus conseruare ciuitatem in diuisione: vt quælibet pars aliam timeat & contra eum non insurgat. Septimus curare vt subditos reddat pauperes: vt sic contra eum non insurgant / sed circa victus & necessariorum prouisionem occupentur. Octauus mittere bellicosos homines ad partes extraneas & contra eas bella procurare: vt interim in tyrannidis suæ loco quietus agat. Nonus sui custodiam non ciuibus sed extraneis committere. Et decimus. cum in ciuitate partes

ſunt/ſemper vni adhęrere vt cum illa aliā fuget. Hos actus tyrānorū colligit poſt Plutarchū in lib. de regimine principum Bar. in d. ſuo tractatu de tyranno. in. 8. quæſt. vbi hanc materiā diffuſius tractat & examinat. vide eum.

c ℭNec titulos erigāt. Titulos. ſ. ſigna aliqua erigere adorationis gratia non licet: vt hic &. in l. pe. C. de paga. Titulos etiam. ſ. ſigna erigere ſeu ponere phibetur humanū quando erigeretur in reb9 ſeu bonis ab alio poſſeſſis/etiā ſi nullius adorationis intuitu ponerent. hoc enim facere vel vt fiat permittere/ad ſolū principē ſpectat. tex. eſt in l. 1. C. vt nemo priuat9 titulos &c. vnde dicit beatus Grego. in c. 1. in. fi. 16. quęſt. 6. Si quis eccleſiaſticorū vnq̄ titulos ponere ſiue in ruſticano ſiue vrbano prædio ſua ſponte præſumpſerit: anathema ſit. Et ideo dicit tex. in l. 2. C. vt nemo priua. &c. Ne qs vela regalia ſuſpendere/ vel titulum audeat ſine præceptiōe iudicis competētis alienis rebus imponere: quas quocunq; modo qualiſcūq; perſona poſſideat. licet non dominus/licet iniuſtus poſſeſſor vel temerarius inuaſor qui poſſidet doceatur. Si qs aūt hæc facere auſus fuerit: ſi plebeius eſt/ vltimo ſubdi ſupplicio: ſi clariſſimus vel curialis vel miles vel clericus/ proſcribendū deportandumq; non ſolum ciuitate Romana ſed etiā libertate priuari cenſemus. executoreſq; huius legis omnes iudices eſſe oportere. deponendi aūt vel frangēdi titulos vel etiā cōſcindendi: vel nō ſolū eis ad quorū prętudiciū tale aliqd cōtra phas contraq; leges cōmittit: ſed oībus tā liberis q̄ ſeruis ſine metu calumnię vel accuſatione criminis licentiam miniſtramus: decernentes iudices eorūq; officia tricenis libris auri mulctari/ ſi talem accuſationem vel admittant vel depoſitam ſcribi concedāt. Et dicit tex. ī l. fi. C. vt nemini lice. ſig. re. impo. quas alius tenet. Rebus quas ali9 detineret īprimere ſigna/nemini licet/ & ſi ſuas vel obligatas ſibi eas eſſe aliqs affirmet. hęc ibi.

Leuiti. 26. a. **Titulus.** ℭNon facietis vobis idolum [c] & ſculptile: nec titulos erigetis: nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra: vt adoretis eum. Ego enim ſum dominus deus veſter.

Iohannis. 19. d. ℭScripſit [d] & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum. Ieſus nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudęorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum hebraice/græce & latine.

Tobię. 1. a. **Tobias.** ℭTobias ex tribu & ciuitate Neptalim: quę eſt in ſuperioribus Galilææ ſupra Naaſon poſt viam quæ ducit ad occidentem/in ſiniſtro habens ciuitatem Sephet: cum captus eſſet in diebus Salmanaſar regis Aſſyriorum: in [e] captiuitate tamen poſitus viam veritatis nō deſeruit/ ita vt [f] omnia quæ habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui [g] erāt ex eius genere impartiret. Cumq; eſſet iunior omnibus in tribu Neptalim: nichil [h] tamen puerile geſſit in opere. Deniq; cum irent omnes ad vitulos aureos quos Hieroboam fecerat rex Iſrael: hic [i] ſolus fugiebat conſortia omniū/& pergebat [k] ad Hieruſalem ad templū domini: & ibi adorabat dominum deum Iſrael/omnia primitiua ſua & decimas [l] ſuas fideliter offerēs: ita vt in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtraret omnem decimationem. Hæc & his ſimilia puerulus obſeruabat.

1. b. c. ℭCū [m] vero factus eſſet vir/accepit vxorē Annā de tribu ſua: genuitq; filiū/nomē [n] ſuū imponēs ei: quē ab infantia timere deū docuit & abſtinere ab omni peccato. Igitur dū per captiuitatē deueniſſet cū vxore ſua & filio in ciuitatē Niniuē cū omni tribu ſua/& cū omnes ederent ex cibis gētilium/iſte cuſtodiuit animā ſuā: & nūq̄ [o] cōtaminatus eſt in eſcis eorū. Et qm̄ memor fuit dn̄i in toto corde ſuo: dedit illi deus gratiam in cōſpectu Salmanaſar regis: & dedit illi poteſtatem quocūq; vellet ire/habēs libertatem quæcunq; facere voluiſſet. Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate: & monita ſalutis dabat eis.

1. in fine. ℭCum autem veniſſet Tobias in Rages ciuitatem Medorum: & ex his quibus honoratus fuerat a regē habuiſſet decem talenta argenti / & cum in multa turba generis ſui Gabellū egentē videret qui erat ex tribu eius/

d ℭScripſit titulum Pilatus. Titulus ſumitur hic p ſcriptura. & ita etiam ſumitur in. §. titulos. ſecundū. 1. lecturam. in autē. de manda. princi. colla. 3. Sumit autem titulus & alijs pleriſq; modis/de quibus vide glo. in c. Dudum. 2. in verb. Intitulatam. de elec. & in c. fi. in. verb. Titulos. de of. archip̄.

e ℭIn captiuitate tn̄ poſitus viā veritatis non deſeruit. Hoc apertum eſt veræ & non fucatę virtutis argumentū veritatē. ſ. nedū in pſperis/ſed & ī aduerſis colere: & ab ea nullaten9 deflectere. vide tex. & ibi Archi. ī alle. c. Suggeſtū. 7. q. 1.

f ℭIta vt omnia quæ habere poterat &c. Dominus iſtud a nobis non requirit: vt videlicet ſimul omnia effundamus/ ſed vt diſpenſemus. miſericordię namq; pro poſſibilitate conditionis humanę menſura ſeruanda eſt: vt non ſibi vnuſquiſq; totum eripiat ſed quod habet cum paupere partiatur. c. Dn̄s. in princ. iuncto c. In ſingulis. in fi. 86. diſt.

g ℭQui erant ex eius genere. Parentibus pauperibus prius ſuccurrendum a nobis eſt/q̄ extraneis. dei enim traditio eſt vt prius paſcas parētes. & melius eſt vt ipſe ſubuenias tuis quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere/ aut ab aliquo poſtulare pręſidium neceſſitatis. Ita textus in c. Cæterum. in prin. iuncto. c. Eſt probanda. in prin. 86. diſtin.

h ℭNichil tamen puerile geſſit in opere. Hinc optimam ſuæ ſenectutis exiſtimationem dabat. Ex ſtudijs enim ſuis cognoſcitur puer dicit tex. poſt Salo. in c. Ex ſtudijs. de pręſump.

i ℭHic ſolus fugiebat cōſortia hoīm. Et recte qdē. qa in delictis nō eſt imitāda cōſuetudo. c. Latores. de cle. excō. mi.

k ℭPergebat ad Hieruſalem ad templū dn̄i. Orare in eccleſia & ad eam orandi cauſa pergere vtile eſt nō tn̄ vſquequaq; neceſſarium. vnde Ber. vbicūq; fueris infra temetipſum ora. ſi longe fueris ab oratorio non quęras locū quoniā ipſe locus es. Ita Io. An. in cle. ſi dominū. in verb. orationes. col. 2. in verſi. Orationes enim ſunt in eccleſia principaliter faciendæ. de reliquijs & vene. ſancto. & dixi in verb. Deprecari. vel in verb. Orare.

l ℭEt decimas ſuas fideliter offerens. Et propterea bene ſecū in oībus agebatur. c. Maiores. in princ. 16. q. 7.

m ℭCum factus fuiſſet vir accepit vxorem. Ante virilem ætatem poteſt vxor accipi. quia non ætas ſed reddendi debiti poteſtas conſideranda eſt. c. Puberes. de deſpon. impu.

n ℭNomen ſuum imponens ei. Require annotationem in verb. Nomen.

o ℭNunq̄ contaminatus eſt in eſcis eorum. Vide quod dictum eſt in verb. Cibus. 1. Co. 5. d.

p ¶ Sub chirographo dedit illi &c. Require scripta in verb. Chirographū. q ¶ Occisis sepulturam sollicit⁹ exhibebat. Occisis subitoq; mortuis absq; habita exteriori peccaminū cōfessione: ecclesiastica sepultura denegari nō debet: modo eos non constet in mortali peccato vita functos. vide Panor. in c. Ex parte. de sepul. & dixi in verb. Sepultura.

r ¶ Propter blasphemiā suam. Letiferas dñs in populum plagas mittit: vt si non virtutis amore/ vitionis tamen acerbitate grauissimū blasphemię crimen ab hominibus euellatur. vide pulchrū tex. in. §. 1. in auten. vt non luxu. cōtra na.

sub chirographo [p] dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum vero tēporis mortuo Salmanasar rege/ cū regnaret Sennacherib fili⁹ ei⁹ p eo/ & filios Israel exosos haberet in cōspectu suo: Tobias quotidie pergebat per oēm cognationē suam & consolabatur eos: diuidebatq; vnicuiq; prout poterat de facultatibus suis. Esurientes alebat: nudisq; vestimenta præbebat: & mortuis atq; occisis [q] sepulturā solicitus exhibebat. Deniq; cū reuersus esset rex Sennacherib fugiens a Iudæa: plagā quā circa eū fecerat deus propter blasphemiā [r] suam/ & iratus multos occideret ex filijs Israel: Tobias sepeliebat corpora eorū. At vbi nunciatū est regi [s]: iussit eū occidi/ & tulit omnem substātiam eius. Tobias vero cum filio suo & [t] cū vxore fugiēs/ nudus latuit: quia multi diligebant eū. Post dies vero quadragintaquinq; occiderunt regē filij ipsius: & reuersus est Tobias in domum suam: omnisq; [v] facultas eius restituta est ei.

¶ Post hæc vero cum esset dies festus domini/ & factū [x] esset prandiū bonū in domo Tobię: dixit filio suo. Vade/ & adduc aliquos de tribu nostra timētes deū vt epulentur nobiscū. Cūq; abijsset: reuersus nūciauit ei vnū ex filijs Irsael iugulatū iacere in platea. Statimq; exiliēs de accubitu suo/ relinquens prandiū ieiunus peruenit ad corpus: tollensq; illud portauit domum suam occulto/ vt dum sol occubuisset caute sepeliret eū. Cumq; occultasset corpus/ manducauit panem cum luctu & tremore: memorans illum sermonem quem dixit dominus per Amos prophetam. Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Cū vero sol occubuisset/ abijt & sepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius: dicentes. Iam huius rei causa interfici iussus es: & vix effugisti mortis imperium. Sed Tobias [y] plus timens deum q̄ regem: rapiebat corpora occisorum & occultabat in domo sua: & medijs noctibus sepeliebat ea. Tobi. 2. a. b.

¶ Contigit autem vt quadam die fatigatus Tobias a sepultura veniens in domū suā/ iactasset se iuxta parietē & obdormisset: & ex nido hyrundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius/ fieretq; [z] cœcus. Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi: vt posteris daretur exemplum patientiæ eius: sicut & sancti Iob. Nam cum ab infantia sua semper deum timuerit/ & mandata eius custodierit: non est contristatus contra deum q̄ plaga cœcitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore permansit/ agens gratias deo omnibus diebus vitę suę. Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita [a] isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius: dicentes. Vbi est spes tua pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos: dicēs. Nolite ita loqui: qm̄ filij sanctorū sumus/ & vitam illam expectamus: quam deus daturus est his qui [b] fidē suā nūq̄ mutāt ab eo. Anna [c] vero vxor eius ibat ad op⁹ textrinū quotidie: & de labore manuū suarū victum quē consequi potuisset: deferebat. Vnde factum est vt hedum caprarū accipiens/ detulisset domū: cui⁹ cū vocē balantis vir eius audisset: dixit. Videte ne forte furtiu⁹ sit: reddite eum dominis suis: quia [d] non licet nobis aut edere ex furto 2. b. c. d.

s ¶ Iussit eū occidi: & tulit oēm substantiā eius. Qui vt mortē subeat dānat. non ideo censet dānat⁹: vt q̄ habet bona perdat seu cōfiscentur/ sed exp̄ssa bonorū cōfiscatio necessaria est: applicātur aūt bona ascendentibus & descēdentib⁹ ac latere parentib⁹ vsq; ad tertiū gradū si supersint/ qbus nō extantibus: bona dānatorū fisco vendicātur/ & hoc excepto lęsę maiestatis crimine. in quo etiā p̄dictis superstitib⁹ personis/ dānatorū bona fisco sunt applicanda. tex. est in. §. fi. in auten. vt nulli iudi. colla. 9. & in auten. bona dānatorū. C. de bo. dā. & idē dicendū in crimine heresis. auten. gazaros. C. de de here. & ca. Cū scdm leges. eo. ti. in. 6.

t ¶ Et cū vxore fugiēs Vxores dānatorum ad mortē/ dotē & donationē p̄pter nuptias accipere debent. sin vero sine dote sint/ de substantia viri accipient partē quartā. si nulli sint liberi superstites/ vel si sint: nō sunt plures trib⁹. alioqui si plures sūt virilē cū eis portionē accipiēt. Cū tñ quartę vel virilis portiōis solū habebūt vsūfructū si liberi supsint. Alias habebūt etiā dñium. tex. est in d. auten. bona dānatorū. 2. rñ. C. de bo. dā. iūcta auten. pręterea. C. vnde vir & vxor.

v ¶ Omnisq; facultas eius restituta est ei. an restitut⁹ ad statū p̄stinum cēseatur etiā restitut⁹ ad bōa sua q̄ fuerant ei adēpta: tractāt diffuse Bar. Iason & Alex. i l. gall⁹. §. Et quid si tñ. ff. de libe. & posthu. & dixi i in verb. Restituere.

x ¶ Et factū esset prandiū bonū in domo Tobiæ. Videt ergo licere dieb⁹ festis aliq̄to lautius epulari: modo religio seu dei cultus nō ideo deserat. vide c. Comessationes. 44. dist.

y ¶ Plus timēs deū q̄ regē. Scriptū qppe sciēs eē. Nolite timere eos q occidūt corp⁹/ postea aūt nichil hñt qd faciant. Eū vero timete q pōt & aīam & corp⁹ mittere in gehennā ignis. c. Nolite timere. 11. q. 3.

z ¶ Fieretq; cœcus. Aduersitas ergo nōnunq̄ bonis etiā viris obijcit sed est p̄batio virtutis non indicium reprobationis. tex. est in alle. c. Aduersitas. 7. q̄st. 1.

a ¶ Ita isti parentes & cognati eius. parētes abesūt s. do fortunę flatu/ abeunt persępe: & eū quē in p̄speris positū sequebant/ in aduersis iacentē deserūt. quia prędā seq̄bant/ non hoīem. vide bo. tex. in d. c. est p̄bāda. in fi. 86. dist.

b ¶ Qui fidē suā nūq̄ mutant ab eo. Eorū em̄ q mutant priores iustitię i recordatiōe nō habent vt ęterna eis ip̄endat remūeratio. c. Si auerterit. de pœ. dis. 4.

c ¶ Anna vero vxor ei⁹ ibat ad op⁹ &c. An vxor teneatur operari marito. vide qd dixi in verb. Marit⁹. Tob. 10. post Io. An. & Panor. in c. Lr̄as. de resti. spolia.

d ¶ Nō licet nobis aut edere ex furto aliqd &c. Require ano. i verb. Furtū.

e ℭVel parentū meorū. Petit ne suorū pctā parentū dñs consideret: quia pro parentū peccatis filij nōnunq̄ tēporaliter puniuntur. tametsi non ęternaliter/ vt dixi in verb. Anima. Ezechielis. 18. a. f ℭExpedit eñ michi mori magisq̄ viuere. Vide annota. in verb. Expedire. & adde q̄ Tobias mortem appetendo non peccauit/ saltē criminaliter. quia & Paulus mortē appetijt: dicens. cupio dissolui & esse cū Christo. & hoc ei non ad vituperiū sed ad cōmendationē solet ascribi. ca. si. 7. q. 1. g ℭPerrexit in superius cubiculū dom⁹ suæ. Vide qd scripsi in verb. Solitudo. super illud psal. Similis factus sum pellicano solitudinis &c. cū tractaui de solitudine tecti.

aliquid aut contingere. Ad hæc vxor eius irata: respondit. Manifeste vana facta est spes tua & eleemosynę tuæ modo apparuerūt. Atq̄ his & alijs huiuscemodi verbis exprobrabat ei.

Tobi. 3. a. b. c ℭTobias ingemuit & cœpit orare cū lachrymis: dicens. Iustus es dñe: & oīa iudicia tua vera sunt/ & omnes viæ tuæ mia & veritas & iudiciū. Et nūc dñe memor esto mei: & ne vindictam sumas de peccatis meis: neq̄ reminiscaris delicta mea vel [e] parentū meorum. Quoniam non obediuimus præceptis tuis: ideo traditi sumus in direptionē & captiuitatem & mortē & in fabulā: & in improperiū oībus nationibus in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua: quia non egimus secundum pręcepta tua/ & non ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum: & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit [f] enim michi mori magis q̄ viuere. Eadē itaq̄ die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum/ & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui. quoniam tradita fuerat septem viris/ & dæmonium nomine Asmodeus occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam: respōdit ei/ dicens. Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terrā interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis sicut etiam occidisti septem viros? Ad hanc vocem [g] perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neq̄ bibit: sed in [h] oratione persistens cum lachrymis deprecabatur deum vt [i] ab isto improperio liberaret eam. Subiungitur oratio Saræ quę videatur.

3. d. ℭIn illo tempore exauditę sunt preces amborū in conspectu glorię sūmi dei: & missus est angelus domini sanctus Raphael vt curaret eos ambos quorum vno tempore sunt orationes in conspectu domini recitatę.

4. caput ℭIgitur cum Tobias putaret orationē suam exaudiri vt mori potuisset: vocauit ad se Tobiam filium suū: dixitq̄ ei. Audi fili mi verba oris mei/ & ea in corde tuo quasi fundamentum cōstrue: Cum acceperit deus animam meam: corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ. Memor [k] enim esse debes quæ & quāta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cum autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ: sepelias [l] eam circa me. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mēte habeto deū tuum: & caue ne aliquando pctō cōsentias: & prætermittas præcepta domini dei nostri. Ex substantia tua fac eleemosynam: & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec a te auertatur facies dñi. Quomodo [m] potueris ita esto misericors. Si multū tibi fuerit/ abūdāter tribue. Si exiguū tibi fuerit: etiā exiguū libēter ipartiri stude. Pręmiū ei bonū tibi thesaurizas in die necessitatis: q̄m eleemosyna [n] ab omī pctō & a morte liberat: & non patietur aīam ire in tenebras. Fiducia magna erit corā sūmo deo eleemosyna oībus facientibus eā. Attēde [o] tibi fili mi ab omni fornicatiōe: & pter vxorē tuā nūq̄ patiaris crimē scire. Superbiā [p] nūq̄ in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipa enim initiū sūpsit omis perditio. Quicūq̄ [q] tibi aliquid operatus fuerit: stati ei mercedē restitue: & merces mercenarij tui apud te omnino nō remaneat. Quod [r] ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliqñ alteri facias. Panē tuū cū esurientib⁹ & egētib⁹ comede: & de vestimētis tuis nudos tege.

h ℭIn oratione persistēs. Assidua naq̄ impetrat oratio: qd non impetraret itermissa. d. c. Importuna. in princ. de pœ. dist. 1.

i ℭ Vt ab isto improperio liberaret eā: aut certe desuper terrā eriperet eā/ vt postea sequitur in eius oratione. Ex quo videtur eam non satis habuisse patiētię: cū afflictionum amaritudo non ita debeāt deterrere. d. c. Suggestū. 7. quæst. 1. nisi dicam⁹ eam timuisse & alios plerosq; id sibi improperium facturos/ sicq̄ temerarij iudicij pctm̄ incursuros: quod ex magna charitate orauit impediri/ malēs cum dei voluntate mortem subire/ q̄ alios contra domini voluntatē peccare. vide glo. primam. circa prin. in c. 1. 14. dist.

k ℭMemor enim esse debes q̄ & q̄ta &c. Vide textū. in c. 2. de cōuer. infide.

l ℭ Sepelias eā circa me. Iure hūano vxor liberā habet eligendę supulturę facultatē. c. De vxore. in prin. de sepul. sed si ea non electa decedat/ erit ī sepulchro viri sepelienda: vt quos coniunxit vnū coniugiū/ coniūgat vnū sepulchrū. c. Ebrō. ī fi. cū prin. c. seq. 13. q. 2. Mulier aūt quę plures viros habuit successiue: si sepulturā nō eligat/ est cum viro vltimo cuius domiciliū retinet & honorē tumulāda. c. Is q̄ §. fi. de sepultu. in. 6. Limita hāc materiā vt p Panor. & alios in d. ca. de vxore.

m ℭQuō potueris ita esto misericors. Vide tex. ī alle. c. In singulis. 86. dist.

n ℭ Eleemosyna ab omī peccato &c. Recurre ad verbum Eleemosyna.

o ℭAttende tibi ab omī fornicatiōe. Oīs fornicatio etiā simplex. vt est fornicatio soluti cum soluta: sūmo ab oībus studio declināda est. vtpote cū animam criminali labe commaculet tanq̄ verū & indubitatum mortale pctm̄. vide gl. ī cle. ad nr̄am. de hære. in verb. Nō est. vbi citaī hęc sententia & aliæ plures qd dictū est comprobantes.

p ℭSupbiā nūq̄ &c. Reqre āno. ī verb. Supbia.

q ℭQuicunq̄ tibi &c. An istud fieri debeat de iure humano dixi annotando hanc sententiam in verb. Merces.

r ℭQuod ab alio oderis tibi fieri &c. Declara vt in verb. Facere.

s ℭPanē tuū & vinū tuū &c. Intellige hāc sententiā. vt dictū est in verb. Panis. vel (scdm glo. interli. hic) panis verbi dei/de quo dictū est. Non in solo pane viuit hō/sed in omi verbo qd pcedit de ore dei. ca. Inter cætera. de offi. or. iustis est se minādus. .i. talib9 qui in suā ipsum vtilitatē conuertūt. Cæteris aūt quos forsan deteriores reddet/aut quos pbabile est ꝙ ipsum contēptui habebūt ac neglectui: subtrahēdus est. put etiā est tex. in sępe alle. c. In mādatis. 43. dist. t ℭEt restituas ei chirographū suum. Non sufficit debitori soluenti chirographū suū reddere/sed & apocha. .i. quittantia est ei a creditore facienda. Et sicut creditor tenet facere debitori soluenti apochā solutiōis: ita etiā ecōtra debitor tenet creditori facere vnā antipochā in qua contineat se soluisse debitū creditori. tex. est & ibi Bal. & Paul9 de castro in l. plures apochis. C. de fi. instrumen. & facit tex. in l. fi. §. Titius. & ibi gl. in verb. Apochę. ff. de cōdi. ide. aliq tñ dicunt vt refert gl. i d. l. plures. ꝙ creditor recipiens debitū facit duas apochas: alterā tradit debitori soluenti/alteram vero a debitore subsignatā seruat apud se. v ℭQuod signū dabo ei. Sine signo eñ quo creditoris voluntas dignoscat nō teneretur debitor immo nec posset aut deberet filio creditoris soluere. quia cōiūctę psonę solutio sine mādato speciali facta nō liberat debitorē. l. vero pcuratori. cū glo. ibi. ff. de soluti. x ℭEx filijs Israel. Verū dicit; quia ex numero angelorū erat q vident deū. Israel eñ videns deū interptat. c. Eccl'a. col. fi. 1. q. 4. y ℭCum redieris restituā tibi mercedē. An de iure hūano locanti operas suas debeat in initio/aut in fine tñ merces pmissa solui: vide quod dixi i verbo Merces. deut. 24. post Bar. in l. Qui insulā. §. Qui edē. ff. locati. z ℭTūc paratis omībus q̄ erant &c. Hic aduerte: ꝙ si quis pecuniā ideo acceperit vt i aliquē locū eat: deinde parato sibi ad pficiscendū/ cōditio tēporis vel valitudinis ipedimēto fuerit/ quomin9 pficisceretur. pōt dici cū per eū non steterit repetionē cessare: ʒcū liceat pœnitere ei q dedit/ pculdubio repetet id quod datū ē. nisi forte accipiētis intersit nō accepisse ob hāc causā pecuniā. Nā si ita res se habeat vt licet nondū pfect9 sit: ita tñ rem cōposuerit vt necesse habeat pficisci vel sumpt9 q necessarij fuerint ad pfectionē iam fecit vt manifestū sit eū plus forte q̄ accepit erogasse/conditio cessabit. sed si min9 erogatū sit: cōditio. .i. repetitio locū habebit. ita tñ vt indēnitas ei pstet ei9 qd expēdit tex. est in l. si pecuniā i pri. ff. de cōdi. inde. vide ibi moder.

Panem[s] tuum & vinum tuum super sepulturam iusti cōstitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Consilium semper a sapiente perquire. Omni tempore benedic deum: & pete ab eo vt vias tuas dirigat & omnia consilia tua in eo permaneant. Indico tibi etiam fili mi dedisse me decem talenta argēti dum infantulus esses / Gabelo in Rages ciuitate Medorum: & chirographū eius apud me habeo. Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias: & recipias ab eo supra memoratum pondus argenti: & restituas[t] ei chirographum suum. Noli timere fili mi. pauperē quidem vitam gerimus: sed multa bona habebimus si timuerimus deū/ & recesserimus ab omni peccato & fecerimus bene.

ℭTunc respondit Tobias patri suo: & dixit. Omnia quęcunꝙ pręcepisti Tob.5.capitu
michi: faciam pater. Quomodo autem pecuniā hanc requiram: ignoro. Ille me nescit: & ego eum ignoro. Quod[v] signum dabo ei? Sed neꝙ viā per quam pergatur illuc aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi: & dixit. Chirographum quidem illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis / statim restituet. Sed perge nunc / & inquire tibi aliquem fidelē virū qui eat tecū/salua mercede sua: dū adhuc viuo/ vt recipias eā. Tunc egressus Tobias inuenit iuuenē splendidū stantem / præcinctum & quasi paratum ad ambulandū. Et ignorans ꝙ angelus dei esset / salutauit eū: & dixit. Vnde te habemus bone iuuenis. At ille respondit. Ex[x] filijs Israel. Et Tobias dixit ei. Nosti viam quæ ducit in regionē Medorū? Cui respondit. Noui/ & omnia itinera eius frequenter ambulaui: & mansi apud Gabelum fratrem nostrū qui moratur in Rages ciuitate Medorū / quæ posita est in mōte Egbathanis. Cui Tobias ait. Sustine me obsecro donec hęc ipsa nunciem patri meo. Tūc ingressus Tobias/ indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ ammiratus pater / rogauit vt introiret ad eū. Ingressus itaꝙ salutauit eū: & dixit. Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias. Quale gaudiū michi erit qui in tenebris sedeo/ & lumen cœli nō video? Cui ait iuuenis. Forti animo esto: in proximo est vt a deo cureris. Dixit itaꝙ illi Tobias. Nunquid poteris perducere filiū meū ad Gabelū in Rages ciuitatem Medorum? & cū[y] redieris restituā tibi mercedē tuā. Et dixit ei angelus. Ego ducā & reducā eū ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te indica michi de qua domo aut de qua tribu es tu? Cui Raphael āgel9 dixit. Gen9 q̄ris mercenarij an ipm mercenariū q cū filio tuo eat? Sed ne forte sollicitū te reddā: ego sū Azarias Ananię magni fili9. Et Tobias respōdit. Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris ꝙ volueri cognoscere gen9 tuū. Dixit aūt illi angelus. Ego sanū ducā & sanū tibi reducā filiū tuū. Respondens aūt Tobias/ ait. Bene ambuletis / & sit dñs in itinere vestro: & angelus eius comitetur vobiscū. Tunc[z] paratis omnib9 quę erant in via portanda: fecit Tobias vale patri suo & matri suę: & ambulauerūt ābo simul. Cūꝙ profecti essent cœpit mater ei9 flere/ & dicere. Baculū senectutis nostræ tulisti: & transmisisti a nobis. Nunq̄ fuisset ista pecunia pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra: vt diuitias[a] cōputaremus hoc/ꝙ videbamus filium nostrū. Dixitꝙ ei Tobias. Noli flere: saluus perueniet filius noster / & saluus reuertetur ad nos / & oculi tui videbunt illū. Credo enim ꝙ angelus[b] dei bonus comitetur

a ℭVt diuitias cōputarem9 hoc/ꝙ videbam9 filiū nr̄m. Nota parentū amorē in filiū de quo vide pulchrū tex. in l. Isti quidē. ff. qd me. cau. b ℭAngelus dei bon9. Sūt eñ & angeli mali q per suā corrugęs superbiam in infernum præcipites dati sunt. c. Hi duo. de consecra. distin. 1.

c ¶Et exiuit vt lauaret pedes ſuos. Hinc ſignificaꝛ p huius vitę lubricitatẽ pergẽtes: debere conſcientias ſuas frequẽti abluere cõfeſſione. Nec eñ vbi eſt taciturnitas cõfeſſionis, ibi venia ſperanda eſt criminis. dicit tex. in cap. Quis aliquãdo. in fi. de pœni. diſtinct. 1. d ¶Piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum. Diabolus eſt qui peccatorum ſordes per confeſſionis ablutionem a ſe volentes euellere prępedit ac prępedire ſtudet. A ſuę eñ ruinę principio nititur humanũ genus euertere ſemper & perturbare. c. 1. paulo poſt princi. 16. quęſti. 1. e ¶Aſſauit carnes eius. Vide quod ſcriptũ eſt in verb. Caro. Sup illud Pauli. Nõ omnis caro eadẽ caro: ſed alia hominũ &c. alia autem piſcium.

ei: & bene diſponat omnia quæ circa eum geruntur: ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem ceſſauit mater eius flere & tacuit.

Tob.6.caput ¶Profectus eſt autem Tobias: & canis ſecutus eſt eum. & manſit prima manſione iuxta fluuium Tigris. Et [c] exiuit vt lauaret pedes ſuos: & ecce piſcis [d] immanis exiuit ad deuorandũ eum. Quem expaueſcens Tobias clamauit voce magna: dicens. Domine: inuadit me. Et dixit ei angelus. Apprehende branciam eius: & trahe eũ ad te. Quod cũ feciſſet: attraxit eum in ſiccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus. Exentera hunc piſcem: & cor eius & fel & iecur repone tibi. Sunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtiliter. Quod cum feciſſet: aſſauit [e] carnes eius: & ſecũ ſuſtulerũt in via cætera ſalierunt q̃ ſufficerẽt eis quouſq; peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. Tũc interrogauit Tobias angelum: & dixit ei. Obſecro te Azaria frater, vt dicas michi quod remediũ habebunt iſta quæ de piſce ſeruare iuſſiſti. Et reſpondẽs angelus: dixit ei. Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas: fumus eius extricat omne genus dæmoniorũ, ſiue a viro ſiue a muliere: ita vt vltra nõ accedat ad eos. Et fel valet ad vngendos oculos [f] in quibus fuerit albugo: & ſanabuntur. Et dixit ei Tobias vbi vis vt maneamus. Reſpondenſq; angelus ait. Eſt hic Raguel nomine vir propinquus de tribu tua. Et hic habet filiam noĩe Saram: ſed neq; maſculũ neq; fœmellã vllam habet aliam p̃ter eam. Tibi [g] debetur omnis ſubſtantia eius: & oportet eam te accipere cõiugem. Pete ergo eam [h] a patre eius: & dabit tibi eam in vxorem. Tũc reſpõdit Tobias & dixit. Audio quia tradita eſt ſeptem viris & mortui ſũt: ſed & hoc audiui quia dæmonium occidit illos. Timeo ergo ne forte & michi hæc eueniant: et cũ ſim vnicus parentibus meis, deponam ſenectutem illorum cũ triſtitia ad inferos. Tunc angelus Raphael dixit ei. Audi me & oſtendã tibi quæ ſint quibus præualere poteſt dęmonium. Hi nãq; qui coniugium ita ſuſcipiunt vt deũ a ſe & a ſua mente excutiant: & [i] ſuę libidini ita vacent ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem dęmoniũ ſuper eos. Tu autem cũ acceperis eam, ingreſſus cubiculum per [k] tres dies continens eſto ab ea: & nichil aliud niſi orationibus vacabis cum ea. Ipſa aũt nocte incenſo iecore piſcis fugabitur dęmonium. Secunda nocte vero in copulatione ſanctorũ patriarcharũ admitteris. Tertia autem nocte benedictionẽ conſequeris vt filij ex vobis procreẽtur incolumes. Tranſacta aũt tertia nocte accipies virginem cum timore domini amore [l] filiorum magis q̃ libidine ductus: vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris.

7.a.b ¶Ingreſſi ſunt autem angelus & Tobias ad Raguelẽ: & ſuſcepit eos Raguel cũ gaudio. Intuenſq; Tobiam Raguel: dixit Annę vxori ſuæ. Q̃ ſimilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo. Et cum hęc dixiſſet: ait. Vnde eſtis iuuenes fratres noſtri? At illi dixerunt. Ex tribu Neptalim ſumus, ex captiuitate Niniuæ. Dixitq; illis Raguel. Noſtis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt. Nouimus. Cumq; multa bona loqueretur de eo: dixit

f ¶Oculos in quibus fuerit albugo. Qui ſpiritualiter loquẽdo, dicanꝛ in oculis albuginem habere: vide textũ q Gregorij eſt in ca. 1. §. Albuginem. 49. diſtinc. de quo in verbo Arrogans.

g ¶Tibi debetur oĩs ſubſtãtia ei9. Ideſt tu ei velut p̃ximior poſt filiam, ſucceſſur9 es ĩ omni ei9 ſubſtãtia q̃ tñ p̃pter eã ſucceſſiõis ſpem nõ dicit p̃prie deberi. ſed tñ largo ſumpto vocabulo. Vide quod dictum eſt in verbo Portio. In magna annota. in princip.

h ¶Pete eã tibi vxorem. Vrbanius eſt vxorem a viro peti, q̃ virum ab vxore. Vnde & cũ de matrimonialibus faciendis inter aliquos p̃miſſionib9 agitur: prius interrogaꝛ maſculus, dein fœmina. q̃uis in quibuſdam locis non ſine iuſtã ratione prius interrogeꝛ fœmina & ſubinde maſculus. Ita Panor. ĩ c. Si inter virũ. in. 2. no. de ſponſa.

i ¶Et ſuę libidini ita vacent &c. Require annotationem iſtis verbis factam in verbo Angelus.

k ¶Per tres dies cõtinens eſto ab ea. Iſtud conſilij eſt prout annotando hæc verba dictũ eſt in verbo angelus. & eodẽmodo conſilij eſt quod legiꝛ in quarto cõcilio Carthaginẽſi. de quo ĩ ca. Sponſus & ſponſa. 30. q. 5. vbi dicitur. Spõſus & ſpõſa cũ benedicendi ſunt a ſacerdote: a ſacerdotibus vel paranymphis offerãtur ĩ eccleſia ſacerdoti: q cũ acceperint bñdictionẽ, eadẽ nocte p reuerẽtia bñdictiõis ĩ virginitate p̃maneãt. Cũ enim ibi dicaꝛ p reuerentia abſtinẽdũ a cõiugib9, ſaltẽ eadẽ nocte qua bñdictionẽ acceperũt: ſequiꝛ illud p̃cepti nõ eſſe, ſed conſilij tñ. quia q̃ñ lex fundat ſe in reuerẽtia, nõ eſt p̃cepti ſed cõſilij. glo. eſt in d. c. Sponſus in ver. reuerẽtia. Aduerte tñ quia verum eſt q non eſt præcepti q̃tum ad hoc vt per tranſgreſſionem incurratur peccatum mortale. ſed bene eſt pręcepti q̃tum ad hoc vt incurratur peccatum veniale. quia tranſgreſſio conſilij reuerentię obligat ad veniale. Ita Archidia. in cap. Teſtamentum. in fi. 6. diſtinctio. & cum eo videtur tranſire do. meus Decius in capit. 1. de conſti. Et ita etiam tranſiui in verbo Conſilium: in vlti. annotatio. in fin. Sed iſtud durum videtur. Cum enim copula matrimonialis ſi ſolo fiat amore liberorum ſit abſq; omni culpa etiam veniali: vt notatur in capit. Nerui. §. fi. 13. diſtinctio. & in capit. vir cum propria. in glo. ma. in fi. 32. quæſtio. 4. Quare non licebit eadem die ſine peccato?

l ¶Amore filiorum &c. Vide annotationem in verbo Angelus.

m ¶Et cū lachrymis osculat⁹ est eum. Istę lachrymę/sunt lachrymę gaudij: de qb⁹ vide pulchrū tex. in cle. si dn̄m. col. 2. de reli. & vene. sancto. n ¶Promittas michi dare filiā tuā. Si pater p̄mittat Titio se ei daturū filiā suā nuptui: liberatur a promissiōe si sibi filiā istigāti vt cōsentiat nolit cōsentire filia. Vide Panor. in c. Gēma. col. pe. de sponsa.
o ¶Vt & ista cōiungeret̃ cognationi suę secūdū legem Moysi. In lege em̄ p̄cepit domin⁹ Moysi: vt nullus duceret vxorem/nisi de propria tribu & familia. Vnde etiā si aliquis absq̧ liberis moreretur p̄cepit dn̄s vt frater eius vxorē defuncti sibi copularet/ & ex ea semē fratri suo suscitaret. Vide textū plenū in hac materia & eā latissime discutientem. 35. q. 1. in prin. & c. 1. per to. & dicā in verbo Vxor.
p ¶Et accepta charta fecerūt cōscriptionem cōiugij. Sed nūquid sine instrumētis seu charta cōiugij est matrimoniū? Dicūt quidam q̧ nō; qū decorati maximis dignitatibus faciunt matrimonium / vt in aucten. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero legem dudū. colla. 8. & melius. in aucten. qui. mo. na. effi. legi. §. hæc ergo casta. colla. 6. Sed dicq̧ matrimoniū nudo cōsensu perficitur sine scriptura: vt in aucten. de nup. §. Nuptias. colla. 4. &. ff. de reg. iur. l. Nuptias. sed filij ante geniti non effici unt̃ legitimi si dotalia instrumenta nō sint facta. §. fi. insti. de nup. & ibi glo. quę p̄missa ponit in verbo istrumentis. & facit. C. de natu. libe. l. Cū quis. & l. Nuper. & l. Imperator. Hodie tñ de iure canonico etiā in terris imperij sine dictis istrumētis tenet matrimoniū & filij efficiūtur legitimi. c. Tāta. & ibi late per doc. Qui filij sint legi.
q ¶Et religauit illud in deserto supioris Egypti. Angelus dęmonem qui Tobiā occidere volebat in deserto ligauit: quia cohibitū a fidelib⁹ qui sunt membra Christi in infidelibus tātū dominari permittit. in quibus tñ tenet eū ligatū. quia nec ipsos tantū lędere pmittit q̄tum nititur. d. cap. Nec mirum. colum. 2. versi. Nec ideo. 26. questi. 5.
r ¶Non possum⁹ ita coniūgi sicut gentes q̄ ignorant deū. Facit tex. in c. Gaudem⁹. in prin. de diuor. vbi pagani in gradib⁹ lege canonica phibitis cōiuncti separandi nō sunt etiā post conuersionem ad fidē licet sec⁹ sit in his qui fideles existētes in talibus fuerunt gradibus prohibitis copulati.
s ¶Sed sola posteritatis dilectione. Hec est p̄cipua causa coniugij. cap. Pudor est. 32. quæsti. 1. valeret tamen matrimonium contractum etiam seclusa posteritatis consideratione. Vide quod dictum est in verbo Ioseph. dū actū est de matrimonio Ioseph & Marię.

angelus ad Raguelem. Tobias de quo interrogas/pater istius est: & misit se Raguel/& [m] cum lachrymis osculatus est eum: & plorans supra collum eius: dixit. Benedictio sit tibi fili mi: quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius & Sara ipsorum filia lachrymatę sunt.

¶Postq̄ aūt locuti sunt/præcepit Raguel occidi arietem & parari cōuiuium. Cumq̧ hortaretur eos discumbere ad prandium: Tobias dixit. Hic Tobię. 7. c. d. ego hodie non manducabo neq̧ bibam / nisi prius petitionē meā confir in fine. mes: & promittas [n] michi dare Saram filiam tuam. Quo audito verbo: Raguel expauit sciens quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit ne forte & huic similiter cōtingeret. Et cum nutaret & non daret petenti vllum responsum: dixit ei angelus. Noli timere dare eam illi/quoniā huic timēti deum debetur coniunx filia tua. Propterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel. Non dubito q̧ deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me vt [o] & ista coniungeretur cognationi suæ secundum legem Moysi. Et nunc noli dubium gerere q̧ tibi eam tradam. Et apprehendens dexteram filiæ suæ/dexteræ Tobiæ tradidit: dicens. Deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob vobiscum sit: & ipse cōiungat vos impleatq̧ benedictionē in vobis. Et accepta [p] charta: fecerunt conscriptionē coniugij. Et post hæc epulati sunt benedicentes deum. Vocauitq̧ Raguel ad se Annam vxorem suam: & præcepit ei vt prępararet alterum cubiculū. Et introduxit illuc Sarā filiam suam: & lachrymata est. Dixitq̧ ei. Forti animo esto filia mea: dominus cœli det tibi gaudiū pro tędio quod perpessa es.

¶Postq̄ vero cœnauerunt: introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatus 8. a. b. &. c.
itaq̧ Tobias sermonum angeli protulit de cassidili suo partem iecoris: posuitq̧ eum super carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehēdit dæmonium: & religauit [q] illud in deserto superioris Aegypti. Tunc hortat⁹ est virginem Tobias: dixitq̧ ei. Sara exurge deprecemur deum hodie & cras & secundum cras: quia his tribus noctibus deo iungimur. Tertia aūt transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorum sumus: & non [r] possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant deū. Surgentes autem pariter instanter orabāt ambo simul vt sanitas daretur eis. Dixitq̧ Tobias. Domine deus patrum nostrorū/benedicant te cœli terrę mareq̧ & fontes & flumina & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt. Tu fecisti Adam de limo terrę. Dedistiq̧ adiutorium Euam. Et nunc domine tu scis quia non luxurię causa accipio sororem meam coniungem: sed sola [s] posteritatis dilectione: in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Dixit itaq̧ Sara. Miserere nobis domine miserere nobis: & consenescamus ambo pariter sani.

¶Et factum est circa pullorum cantū accersiri iussit Raguel seruos suos: 8. c. d.
& abierunt cum eo pariter vt foderent sepulchrum. Dicebat enim. Ne forte simili modo euenerit ei quo & cæteris alijs septem viris qui sunt ingressi ad eam. Cumq̧ parasset fossam: reuersus Raguel ad vxorem suam dixit ei. Mitte vnam ex ancillis tuis & videat si mortuus est vt sepeliam eum anteq̄ illucescat dies. At illa misit vnam ex ancillis suis. Quę ingressa cubiculum: reperit eos saluos & incolumes secum pariter dormientes. Et reuersa nunciauit bonum nūcium: & benedixerunt dominū Raguel

videlicet & Anna vxor eius: & dixerunt. Benedicimus te deus Israel quia non contingit nobis quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscũ misericordiam tuam: & exclusisti a nobis inimicum persequentem nos. Misertus es autem duobus vnicis: fac eos plenius domine benedicere te/ & sacrificium laudis tuę & suæ sanitatis offerre: vt cognoscat vniuersitas gentium/ quia tu es deus solus in vniuersa terra. Statimq; præcepit seruis suis Raguel vt replerent terra fossam quam fecerant priusq̃ illucesceret. Vxori autem suæ dixit vt instrueret conuiuium: & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agẽtibus necessaria. Duas quoq; pingues vaccas & quatuor arietes occidi fecit/ & parari epulas omnibus vicinis suis cũctisq; amicis. Et adiurauit [t] Raguel Tobiam vt duas hebdomadas moraretur apud se. De omnibus autem quæ possidebat Raguel dimidiam partem dedit Tobiæ. & fecit hanc scripturam vt pars dimidia quę supererat post obitum eorum Tobiæ dominio deueniret.

Tob.9.a.b.c &d. ¶ Vocauit Tobias angelum ad se: quemadmodum hominem existimabat: dixitq; ei. Azaria frater peto vt auscultes verba mea. Si me ipsũ tradã tibi seruum: non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamẽ obsecro te vt assumas tibi animalia siue seruitia & vadas ad Gabelũ in Rages ciuitatem Medorũ: reddasq; ei Chirographum suũ: & recipies ab eo pecuniã/ & roges [v] eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniã numerat pater meus dies: & si tardauero vna die plus contristatur anima eius. Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel cuius adiuramentum spernere nõ [x] possum. Tunc assumens Raphael quatuor ex seruis Raguelis & duos camelos/ in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniẽs Gabelũ dedit ei chirographum suum/ & recepit [y] omnem pecuniam/ indicauitq; ei de Tobia filio Tobiæ omnia quæ gesta sunt: fecitq; eũ secum venire ad nuptias. Cumq; ingressus esset domum Raguelis/ inuenit Tobiam discumbentem: & exiliens osculati sunt se inuicẽ: & fleuit Gabelus/ benedixitq; deũ: & dixit. Benedicat te de⁹ Israel/ qa fili⁹ es optimi viri & iusti & timẽtis deũ/ & eleemosynas faciẽtis. & dicat̃ benedictio sup vxorem tuã & super parentes vestros: & videatis filios vestros & filios filiorũ vestrorũ vsq; in tertiã & quartã generationẽ: & sit semẽ vestrum benedictũ a deo Israel qui regnat in secula seculorũ. Cumq; omnes dixissent amen/ accesserunt ad cõuiuium: Sed cũ timore domini nuptiarum conuiuium exercebãt.

10.a.b. ¶ Cum vero moras faceret Tobias causa nuptiarum/ solicitus erat pater eius Tobias: dicens. Putas quare moratur filius meus/ aut quare detentus est ibi? Putas [a] ne Gabelus mortuus est & nemo reddat illi pecuniã? Cœpit autem contristari nimis ipse & Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere eo q; die statuto minime reuerteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis atq; dicebat. Heu me fili mi: vt quid te misimus peregrinari lumen oculorũ nostrorũ/ baculũ senectutis nostræ/ solatium vitæ nostræ/ spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te vno habẽtes te nõ debuim⁹ dimittere ire a nobis. Cui dicebat Tobias. Tace & noli turbari: sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille cum quo misimus eũ. Illa autẽ nullo modo consolari poterat; sed quotidie exiliens circunspiciebat & circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur/ vt procul videret eum si fieri posset veniẽtem.

10.c.d.in fin: ¶ At vero Raguel dicebat ad generũ suũ. mane hic & ego mittã nũciũ salutis de te ad Tobiã patrẽ tuũ. Cui Tobias ait. Ego noui qa pr̃ me⁹ & mr̃ mea modo dies cõputãt/ & cruciat̃ spũs eorũ i ipis. Cũq; verbis mltis rogaret Raguel Tobiã/ & ille eũ nlla ratiõe vellet audire: tradidit ei Sarã & dimidiã partẽ ois substãtię suę i pueris in puellis/ i pecudib⁹/ i camelis/ & i vaccis/ & pecunia multa & saluũ atq; gaudẽtẽ dimisit eũ a se/ dicẽs. Angel⁹ dñi sctũs sit i itinere vr̃o: pducatq; vos incolumes & iueniatis recte circa parẽtes vr̃os: & videãt oculi mei filios vr̃os priusq̃ moriar. Et apprehẽdentes parẽtes filiã suã/ osculati sũt eã: & dimiserũt ire monẽtes eã honorare [b] soceros/ diligere [c]

t ¶ Adiurauit Raguel Tobiam. An & qñ quis nõ possit alterum adiurare sine peccato: est bo. tex. in capi. Qui exigit. 22. quęstio. 5. de quo in verbo Ioseph fili⁹ Iacob filij Isaac. Gene. 48.

v ¶ Roges eũ venire ad nuptias meas. Idest ad cõuiuiũ nuptiarũ mearum. tũc eñi fieri seu celebrari nuptię dicũtur/ cũ fit nuptiarũ cõuiuiũ: & hoc de cõi vsu loquẽdi/ vt notat Panor. in cõsi. suis cõsilio. 1. colum. 2. de quo vide quod diffuse scriptum est in verbo Nuptiæ. in. 1. annotatio.

x ¶ Cui⁹ adiuramẽtũ spernere nõ possum. Posset spernere si vellet/ sed quia spernẽdo fidẽ suã cõtemneret: dicit se nõ posse spernere. Illud eñ tãtũ posse dicimur/ qd honeste possumus. gl. est in l. Nepos Proculo. ff. de verbo. signi.

y ¶ Recepit omnẽ pecuniã. Qui sub chirographo aut pignore mutuã dedit pecuniã: chirographũ aut pignus restituere nõ cogitur/ nisi omni pecunia recepta. Vñ soluẽdo etiã maiorẽ partem pecunię non liberat qs chirographũ aut pign⁹ suũ. bo. est tex. in l. Q̃diu. C. de distrac. pig.

z ¶ Sed cũ timore dñi nuptiarũ cõuiuiũ exercebãt. Hæc conuiuia q̃ timori dñi sunt annexa commẽdabilia sunt. c. Cõuiuia. 44. dist. & dixi in verbo Conuiuium.

a ¶ Gabeles mortu⁹ est/ & nemo reddat ei pecuniã. Debitore mortuo/ incũbit eius hæredi debitã pecuniã reddere. & ad id agendũ compelli põt actiõe qua defunctus compelli potuisset. Actiões enim hæreditariæ trãseũt in hæredes tã actiue q̃ passiue. l. p hęreditarijs. C. de hæredita. actio. l. 1. cũ si. C. si. cer. pe.

b ¶ Honorare soceros. Socer honorandus est. quia loco parentis habetur. l. qa parentis. ff. solu. ma.

c ¶ Diligere maritũ. Diligend⁹ est ab vxore ma-

maritũ/regere familiã/gubernare domũ/& ſeipſã[d] irrep̃hẽſibilẽ exhibere.
¶Cũq; reuerterentur peruenerũt ad Charrã q̃ eſt in medio itinere cõtra To.11.a.b.c.
Niniuẽ vndecimo die. Dixitq; angel⁹. Tobia frater ſcis queadmodũ reli=
quiſti patrẽ tuũ: ſi placet itaq; tibi pręcedamus & lento gradu inſequan=
tur iter noſtrũ familiæ ſimul cũ coniuge tua & cũ animalibus. Cũq; hoc
placuiſſet vt irent: dixit Raphael ad Tobiam. Tolle tecum ex felle piſcis:
erit enim neceſſarium. Tulit itaq; Tobias ex felle illo: & abierunt. Anna
autem ſedebat ſecus viam quotidie in ſupercilio mõtis vnde reſpicere po=
terat de longinquo. Et dum ex eodẽ loco ſpecularetur aduentũ eius: vidit
a longe: & illico cognouit veniẽtẽ filiũ ſuũ: currenſq; nũciauit viro ſuo:
dicẽs. Ecce venit filius tuus. Dixit itaq; Raphael ad Tobiam. At vbi in=
troieris domũ tuã: ſtatim adora dominũ deũ tuũ: & gratias agens ei/ ac=
cede ad patrẽ tuũ & oſculare[e] eum ſtatimq; lini ſuper oculos eius ex felle
iſto piſcis quod portas tecũ. Scias enim q; mox aperientur oculi eius: &
videbit pater tuus lumen cœli/ & in aſpectu tuo gaudebit. Tunc præcu=
currit canis qui ſimul fuerat in via & quaſi nuncius adueniens blandimẽ
to ſuæ caudæ gaudebat. Et conſurgens cæcus pater cœpit offendens pe=
dibus currere: & data manu puero/ occurrit obuiam filio ſuo. Et ſuſcipiẽs
oſculatus eſt eum cum vxore ſua: & cœperunt[f] flere præ gaudio. Cũq;
adoraſſent deũ & gratias egiſſent/ conſederunt. Tunc ſumens Tobias de
felle piſcis liniuit oculos patris ſui. Et ſuſtinuit quaſi dimidiã fere horã:
& cœpit[g] albugo ex oculis eius quaſi membrana oui egredi. Quã appre
hendens Tobias traxit ab oculis eius: ſtatimq; viſum recepit. Et glorifi=
cabant deum ipſe videlicet & vxor eius & omnes qui ſciebant eum. Dice
batq; Tobias. Benedico te domine deus Iſrael quia tu caſtigaſti me/ & tu
ſaluaſti me. Et ecce video Tobiam filium meum.
¶Ingreſſa[h] eſt etiam poſt ſeptem dies Sara vxor filij eius/ & omnis fami 11.d.in fine.
lia/ & pecora ſana/ & cameli/ & pecunia multa vxoris. Sed & illa pecunia
quã receperat a Gabelo/ & narrauit parentibus ſuis omnia beneficia dei
quæ feciſſet circa eum per hominem qui eũ duxerat. Veneruntq; Achior
& Nabath conſobrini Tobiæ gaudentes ad Tobiam/ & congratulantes
ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat deus. Et per ſeptem dies
epulantes omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.
¶Tũc vocauit ad ſe Tobias filiũ ſuũ: dixitq; ei. Quid poſſumus dare vi 12.capu.
ro iſti ſancto qui venit tecũ? Reſpõdens Tobias/ dixit patri ſuo. Pater quã
mercedem dabimus ei/ aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius? Me
duxit & reduxit ſanũ: pecuniã a Gabelo ipſe recepit: vxorem ipſe me ha=
bere fecit & dæmonium ab ea ipſe compeſcuit: gaudium parẽtibus eius
ipſe fecit: meipſum a deuoratiõe piſcis eripuit: te quoq; videre fecit lumẽ
cœli: & bonis omnibus per eum repleti ſumus. Quid illi ad hæc dignũ
dare poterim⁹? Sed peto te pater mi vt roges eũ ſi forte dignabit mediẽ=
tatẽ de omnibus quæ allata ſunt ſibi aſſumere. Et vocantes eũ pater ſcili=
cet & filius/ tulerũt eum in partẽ/ & rogare cœperunt vt dignaretur dimi
diã partẽ omnium quæ attulerant acceptam habere. Tũc dixit eis occul
te. Benedicite deum cœli/ & coram omnibus viuentibus confitemini ei:
quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Etenim ſacramentũ regis ab=
ſcõdere bonũ eſt/ opera aũt dei reuelare & confiteri honorificũ eſt. Bona[i]
eſt oratio cum ieiuno & eleemoſyna/ magis q̃ theſauros auri recondere:
qm̃ eleemoſyna a morte liberat: & ipſa eſt quę purgat peccata & facit in=
uenire vitã ęternã. Qui aũt faciũt pct̃m & iniqtatẽ: hoſtes ſunt aĩæ ſuę.
Manifeſto ergo vobis veritatẽ: & nõ abſcondã a vobis occultũ ſermonẽ.
Qñ orabas cũ lachrymis/ & ſepeliebas mortuos/ & dereliquebas prãdiũ
tuũ & mortuos abſcõdebas p diẽ i domo tua & nocte ſepeliebas eos. Ego[k]

vitus & obedientia ſibi ve=lut capiti ſuo exhibenda. c. Cũ caput. 35. q. 1. Cętera dic vt in verbo Maritus.

d ¶Et ſe ipſam irre=prehẽſibilem exhibere. De=clara hæc verba per ea quæ dicta ſunt in verbo Epiſco=pus. 1. ad Timo. 3. in ſecun=da annotatione.

e ¶Oſculare eum ſta=timq; lini &c. Docentur filij nedum parẽtibus honorem exhibere/ ſed & ipſorũ ſub=uenire neceſſitatibus: prout etiam faciendũ ſuadent im=mo præcipiunt humana iu=ra. l. 1. C. de alen. libe. l. Si qs a liberis. ff. de libe. agno ſcẽ. & cap. 1. cum ſimilibus. 30. diſtinct.

f ¶Cœperũt flere prę gaudio. Vide annotationẽ iſtis verbis factam in verbo Gaudium.

g ¶Cœpit albugo ex oculis eius &c. Albugo deſi=gnat ſtultitiam populi ſibi placentis/ habẽtis zælũ dei ſed non ſecũdũ ſciẽtiam: de quibus dicitur. Suam iuſti=tiam volentes cõſtituere: iu=ſtitię dei non ſunt ſubiecti. pupilla eñi nigra videt al=ba tenebroſa ſũt & qui ſibi ſapientes vidẽtur/ & dicũt. Nunquid & nos ſumus cæ=ci: in eis veritas nõ eſt. Qui autẽ fragilitatis & ignoran=tiæ conſcij/ dicunt. Domine de⁹ illumĩa tenebras meas: a domino illuminãtur. Hęc ſentẽtia eſt glo. ordi. ꝑ qua eſt text. Gregorij in allega=to cap. 1. §. Albuginem. 49. diſtinctio.

h ¶Ingreſſa eſt poſt ſeptem dies &c. Poſt ſeptẽ dies illuminatiõis ingredi=tur vxor: quia poſtq̃ iudæa per fidẽ illuminata fuerit: poſtq̃ gratiã ſpiritusſancti acceperit: ingredietur ad eã eccleſia/ vt ſit vnum ouile & vn⁹ paſtor: & ſit dom⁹ Chri=ſti vna/ vno lapide angula=ri firmata. Hoc dictũ eſt gl. ord. & apud canoniſtas idẽ ſentit Archi. in ca. Semel. 2. de conſe. diſtinct. 2. Allegã=do illud pſal. Conuertentur ad veſperam & famen pa=tiẽtur vt canes & circuibũt ciuitatem.

i ¶Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna. Re=curre ad ver. Oratio & elee=moſyna.

k ¶Ego obtuli ora=tionem tuã dño. Iſtud vnũ eſt de quinq; ꝓcipuis in qui=bus nobis ſubſeruiũt angeli dei boni/ in repręſentandis ſcilicet deo noſtro orationi=bus noſtris. Ita Archi. citan=do hæc verba inc. Fatendũ.

obtuli orationē tuā dño Et qa acceptus eras deo: necesse [l] fuit vt tentatio pbaret te. Et nūc [m] misit me dñs vt curarē te: & Sarā vxorē filij tui a dæmonio liberarē. Ego eni sū Raphael angel9 vn9 ex septē q astamus ante deū. Cūq̧ hęc audissēt turbati sūt: & tremētes ceciderūt super terrā in faciē suā. Dixitq̧ eis angelus. Pax vobis: nolite timere. Eteni cū erā vobiscū: per volūtatē dei erā: ipm benedicere & cātate illi. Videbar vobiscum māducare & bibere: sed ego cibo inuisibili & potu q ab hoibus videri nō potest/ vtor. Tēpus est ergo vt reuertar ad eū q me misit: vos aūt benedicite dñm & narrare oia mirabilia eius. Et cū hoc dixisset: ab aspectu eorum ablatus est/ & vltra eū videre nō potuerūt. Tūc pstrati per horas tres in faciē benedixerunt deum: & exurgentes narrauerunt [n] oia mirabilia eius.

Tob.13.a.b.c ¶Aperiens aūt Tobias senior os suū: benedixit dñm & dixit. Magnus es dñe i ęternū/ & in oia secula regnū tuū: quoniā tu flagellas [o] & saluas: deducis [p] ad inferos & reducis: & nō est qui effugiat manū tuā. Cōfitemini dño filij Israel/ & i cōspectu gentiū laudate eū: qm ideo dispersit vos inter gētes q̄ ignorant eū vt vos enarretis mirabilia eius/ & faciatis scire eos qa non est alius deus omnipotēs præter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos pptet miam suam. Aspicite ergo quę fecit nobiscū: & cū timore & tremore cōfitemini illi/ regemq̧ seculorū exaltate [q] in operib9 vestris. Ego aūt in terra captiuitatis meę cōfitebor illi: qm ostendit maiestatē suā in gentē peccatricē. Conuertimini itaq̧ peccatores/ & facite iustitiam corā domino: credentes q̧ faciat vobiscū miam suam. Ego autē & anima mea in deo lętabimur. Benedicite dominum omnes electi eius: agite dies lætitie & confitemini illi.

¶Subiūgūtur quędā verba Tobiæ prophetantis super Hierusalem quæ omnia transcripta sunt in verbo Hierusalem. Ibi vide.

Tob.vlti.c. ¶Consūmati sunt sermones Tobiæ. & postq̄ illuminatus est Tobias: vixit annis quadraginta duob9/ & vidit filios suorū nepotū. Cōpletis itaq̧ annis centū duobus: sepultus [r] est honorifice in Niniue. Quiquaginta nāq̧ & sex annorū lumē oculorū amisit: sexagenarius vero recepit. Reliquū vero vitæ suæ in gaudio fuit: & cū bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autē mortis suæ vocauit ad se Tobiam filiū suum: & septem iuuenes filios suos nepotes: dixitq̧ eis. Prope erit interitus Niniue. Nō enim excidit verbum domini: & fratres nostri qui dispersi sunt/ a terra Israel reuertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur: & domus dei quæ in ea incensa est iterū reędificabitur: ibiq̧ reuertentur omnes timentes deum: & relinquent gentes idola sua / & venient in Hierusalem & habitabunt in ea / & gaudebunt in ea omnes reges terræ adorantes deum Israel. Audite ergo filij mi patrem vestrum. Seruite dño in veritate & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filijs vestris mandate vt faciant iustitias & eleemosynas: vt sint memores dei & benedicāt eum in omni tempore/ in veritate & in tota virtute sua. Nunc ergo filij audite me & nolite manere hic: sed quocunq̧ die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro/ ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis [s] hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

vltimo.d. ¶Factū est aūt post obitum matris suæ Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua & filijs & filiorū filijs: & reuersus est ad soceros suos / inuenitq̧ eos incolumes in senectute bona: & curam eorū gessit/ & ipse clausit oculos eorum & omnem hęreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditq̧ quintam generationem/ filiosq̧ filiorum suorum. Et completis annis nonaginta nouem in timore domini/ cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius & omnis generatio eius in bona [t] vita & in sancta

13.quæsti.2. & dixi satis late in ver. Angelus. psal.103.

l ¶Necesse fuit/ vt tentatio probaret te. Declara hæc verba vt in verbo Necesse.

m ¶Misit me dominus vt curarē te. Angeli sic vocantur quia mittuntur. Non enim ex tempore quo creantur angeli sunt/ sed ex tempore quo mittuntur. Vt de Archidiaco. in d. capi. Fatendum.

n ¶Narrauerunt omnia mirabilia ei9. Non suā sed dei gloriam quærentes: propter quam satis permissum videtur ea dicam9 quæ nostram videntur commendationem respicere. Vide quod dixi in verbo laudare super illud. laudet te alienus & non os tuum: extraneus/ & non labia tua.

o ¶Tu flagellas & saluas. In iustis/ domini flagellum saluatio est: in iniustis autem/ futuræ est damnationis initium. cap. Sunt plures. §. fina. iuncto capit. penul. in princip. de pœni. distinct.3.

p ¶Deducis ad inferos & reducis. Quosdā dominus ex iustitia ruere permittit / quos postea subleuat ex misericordia. vide capit. Firmum. de pœnitent. distinct.2. iuxta autem corticem litteræ istorū verborum: vide quod scripsi in verbo Spiritus. super illud. Spiritus vadens & non rediens.

q ¶Exaltate in operib9 vestris. Nedum in verbis sed & in operib9 deum confitemur & exaltamus. Et eodē modo nedum verbis sed & operibus deū negamus & quodāmodo deprimimus. prout hæc bene probantur in capi. ęstimāt. 11. quæsti.3.

r ¶Sepultus est honorifice. An Christianis honorificas liceat sepulturas expetere: vide quod scripsi in verbo Sepulchrum in.2. annota. post cardi. de Turrecre. in capi. Non ęstimem9. 13. quæsti.2.

s ¶Vt exeatis hinc. Etiam corporaliter: alias autem exire dicimus spiritualiter/ cū scilicet malitiæ habitatorū loci nō assentim9: sed eam vt possum9 redarguimus. capi. Ecce inquiūt. in fi. 23. quæsti.4.

t ¶In bona vita & i sancta conuersatione. Bona vita q̄tum ad se ipsos: sancta conuersatione/ q̄tum ad proximos. Vide c. Nolo. in

conuersatione permansit: ita vt accepti essent tam deo q̃ hominibus / & cunctis habitantibus in terra.

Thomas. ¶Thomas vnus ex duodecim / qui dicitur Didymus: nō erat cum discipulis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum: ille autem dixit eis. Nisi [v] videro in manibus eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in locum clauorum: & mittam manum meam in latus eius / non credam. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus / & Thomas cū eis. Venit Iesus ianuis clausis: & stetit in medio & dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit Thomę. Infer digitū tuum huc: & vide manus meas / & affer manum tuam & mitte in latus meum: & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit Thomas & dixit. Dominus meus & deus meus. Dixit ei Iesus. Quia [x] vidisti me Thoma / credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Ioan.20.f.g.

Tonare et Tonitruum. ¶Tonabit de cœlo dominus: & excelsus dabit vocem suam. 2.Regū.22.d

¶Cum vix paruam [y] stillam sermonis dei audierimus. Quis poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? Iob.26..in fi.

¶Tonabit deus in voce sua mirabiliter: q facit magna & inscrutabilia. 37.a.

¶Cætera in verbis Moyses. Exodi.9.e.f.g. & Videre. Apocalypsis.4.a. b.6.a.8.a.10.a. & 16.c.

Torcular. ¶In benedictione dei & ipse speraui & quasi qui vindemiāt repleui torcular. Eccli.33.c.

¶Torcular [z] calcauit dominus / virgini filiæ Iuda. Trenorū.1.f.

¶Cætera in verbis Gedeon. Iudicum.6.b. Honorare. Prouerbiorum.3. b. Indumentum. Esaiæ.63.a. Sabbatum.2. Esdræ. vltimo.b. &. Videre. Apocalypsis.19.c.

Tortura. ¶Vigilia & cholera & tortura viro infrunito. Et supra Parcus. Eccli.31.c.

¶Seruo [a] maliuolo tortura & compedes: mitte illum in operationem ne vacet. 33.d.

Trabes. ¶Require sententiam in verbo Festuca. Matthæi.7.a.

Tractare. ¶Cum viro irreligioso tracta de sanctitate: & cum iniusto de iustitia: & cum muliere de his quę æmulatur. cum timido de bello: 37.c.

princip,12. quæsti.1. [v] ¶Nisi videro in manibus eius &c. Recurre ad annotationē istis verbis factam in verbo Iesus. Aduerte tamen diffusius. q an Thomas de domini resurrectione ab initio dubitauerit / non est vsq quaq certū. dicit enim Leo papa in sermone qui legitur in do.8. paschę. Thomas cum esset sanctus & fidelis & iustus: hęc omnia ipse fideliter requisiuit: non q ipse aliquid dubitatet / sed vt ipse omnem suspitionem infidelitatis excluderet. sed contra est quod legit ecclesia: dicit enim. Thomas didymus recte vocari potuit: propter dubium cor / in credendo effectum dominicę resurrectionis. & in homil. festi. dicit Grego. Iste vnus ex discipulis defuit: reuersus qd gestum est audiuit / audita credere renuit. venit iterum dominus / & non credēti discipulo latus palpandum prebuit: & manus ostendit: & ostensa suorū cicatrice vulnerū / infidelitatis illi9 vulnus sanauit. Pōt dici q dubitauit vt colligitur hic. sed distingue de dubitatiōe. dubitauit vacillando & nō firmiter credendo / sed non dubitauit vt iam crederet. & hoc innuit verbū quod sequitur. Nō credam. Nō enī dixit Thomas. Non credo simpliciter & absolute: sed nō credam nisi videro &c. & hoc etiam patet per illud quod dixit dominus. Infer digitum tuū huc &c. & noli esse incredulus sed fidelis. ergo non ceciderat adhuc in infidelitatē perfectam. Ita in hac materia loquitur Archi. in c. Sic quippe. in principio.27. quæsti.2.

[x] ¶Quia vidisti me Thoma. Recurre ad verbū Iesus.

[y] ¶Cum vix paruam stillam &c. Idest si humilitatis domini admirāda vix ferimus: terribilem aduentum maiestatis eius qua virtute tolerabimus? Qz enim secūdus dñi ad iudiciū aduētus terribilis sit expectādus / & vt terribilis pertimescēdus: est bo. tex. in.§. fi. in auctē. iusiu. quod prest. ab. & in l. Rem non noua. circa fi. C. de iudi.

[z] ¶Torcular calcauit domin9 virgini filiæ iuda. Loquit de torculari crucis: de quo scriptum est Esa.63. Torcular calcaui sol9 & de gentibus non est vir mecū. Vide in verbo Indumentū.

[a] ¶Seruo maliuolo tortura. Seruis maliuolis tortura datur ad eruendam eorum criminum q̃ eis imponuntur veritatem: vt hic & in l. Quicunq.§. sane. C. de seruis fugi. Idem dicas esse in liberis. l. Cum cognitionaliter. in fi. C. de quæstionibus. Sunt tamen ad hoc vt seruis aut liberis inferenda sit tortura / duo necessaria. Primum est q veritas aliter haberi non possit. Tortura namq infertur causa inuestigandę veritatis & in subsidium. l. Diuus pius. ff. de quæsti. & est bo. tex. in c. Illi qui. in fi. 5. quęsti. 5. dum ibi dicitur. Replicanda est solicite veritas quam sponte platam / vox habere non potest: hanc diuersis cruciatibus religiosus tortor exigere debet. vt dum pœnis corpora subijciuntur q gesta sunt fideliter & veraciter exquirantur. Secundum est q precedant aliqua indicia siue presumptiones seu semiplenę probationes. Nam sine indicijs non est danda quęstio seu tortura. l. Ex libero. ff. de quæsti. c. Cum in contēplatione de regu. iu. Quę autem indicia sufficiant / non potest dari certa doctrina: sed relinquendum est iudicis arbitrio. Vnus tamē testis est sufficiens secūdū omnes. de quo est glo. in l.3. C. ad l. Iu. ma. quod procedit nisi alia ratio suadeat in contrarium secūdū Panor. in d.c. Cū in cōtēplatione. de regu. iu. debet nichilominus tortura esse moderata. Vnde debet iudex animaduertere ad indicia. Item ad qualitatem personę an sit fortis in resistendo an ne. debet enim ita torquere / vt tortum seruet incolumem innocentię vel supplicio: vt sic si deliquit possit pati supplicium debitum. Si vero est innocens non patiatur corporis defectum. l. quēadmodum. ff. de quæst. vt notat Pa. in d.c. Cum in cōtēplatione. in.3. quæst. Potest autem tortura dari nedum in criminalib9 / sed etiam in ciuilibus: vt est tex. in c.1. de depos. & facit tex. in c. In primis.§. pe.2. quæsti.1. Premissa fallunt. Primo in his q sunt in dignitate constituti vel in militia. Tales enim non torquentur / nisi in certis criminibus. l. Milites. C. de quæstio. Et

cum negotiatore de traiectione. cum emptore de venditione: cum viro inuido de gratijs agendis. Cum impio de pietate: cum inhonesto de honestate. Cum operario agrario de omni opere. cum operario annuali de cõsummatione anni. Cũ seruo pigro de multa operatione. Non [b] attendas his in omni consilio. Sed cum viro sancto assiduus esto: quencunq; cognoueris obseruantem timorem dei: cuius anima est secundũ aĩam tuã.
¶Cætera in verbis Antiochus. 2. Machab. 9. d. & Causa. Prouer. 25. b.

Deutero. 27. c **Transferre et Translatio.** ¶Maledictus [c] qui trãsfert terminos proximi sui.
Prouer. 25. ¶ Hæ parabolæ [d] Salomonis quas trastulerunt viri Ezechię regis Iuda.
Ecclẽs. 10. b. ¶Qui transfert lapides/affligetur in eis: & qui scindet lingna: vulnerabitur ab eis.
¶Pater si fieri potest transfer a me calicem hunc &c. vt in verbo Iesus. Matthæi. 26. d.
¶De Enoch qui translatus est in paradisum. Supra Enoch.
Ad heb. 7. b. ¶Translato [e] sacerdotio: necesse est vt legis translatio fiat.

2. Cori. 11. c. **Transfigurare.** ¶Eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli/trãsfigurãtes se in apostolos Christi. Et non mirũ. Ipse eni [f] sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis. Non ergo est magnũ: si ministri eius transfigurantur: velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundũ opera ipsorũ.
¶De transfiguratione Christi vide in verbo Iesus. Matthæi. 17. a.

Transire. ¶Require sententias in verbis Diues. Iacobi. 1. b. Dolor Threnorũ. 1. d. Ignis. Psalmo. 65. c. Iudich. Iudich. 8. c. Mundus. 1. Ioannis. 2. c. & Sapientia. Ecclesiastici. 24. c.

Transitus. ¶Require sententiam in verbo Phase. Exodi. 12. c.

Tob. 3. d. **Tranquillum et Tranqillitas.** ¶Non delectaris domine in perditionibus nostris: quia [g] post tempestatem tranquillum facis: & post lachrymationem & fletum exultationem infundis.
Sapien. 12. c. ¶Tu dominator virtutis: cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia disponis nos.

Tob. 13. b. **Tremere et Tremor.** ¶Aspicite q̃ fecit vobiscũ deus: & cũ timore [h] & tremore cõfitemini illi: regeq; seculorũ exaltate i opib9 vestris.
Psalmo. 57. c ¶De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit cum exurgeret in iudicium deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Trepidare. ¶Require sententiam in verbo Timor. Psalmo. 13. b.

Tres. ¶Require sententias in verbis Abrahã. Gene. 18. a. Cõcordia.

ex hoc dicunt quidam q; clericus regulariter nõ est torquẽdus. quia miles cœlestis militię. vt in cap. 1 de cle. ęgro. Alij cõtra per c. Si constiterit. de accusa. & per d. c. 1. de depo. Communis tamen conclusio docto. est q; clerici etiam presbyteri si sunt suspecti possunt ex causa torqueri. vt probatur in d. c. 1. vbi tamen abbas antiquus dicit q; nõ reperitur clericos esse torquẽdos: nisi sint infames. Et cũ torquetur clericus non debet ita seuere torqueri sicut laicus. Vnde nõ debẽt clerici supponi equuleis vel fidiculis/sed virgis seu corrigiatis. Vide bo. tex. in c. 1. circa fi. 23. q. 5. per quem ita cõcludit Panor. in d. c. Cum in cõtemplatione. in. 5. quęst. in fin. Secũdo p̃missa fallũt in aduocatis. quia torqueri non possunt: vt satis p̃batur in d. l. Milites. iuncta l. Aduocati. C. de aduo. diuer. iu. immo etiã ille q desijt exercere officium aduocatiõis: p̃pter memoriam pristinæ dignitatis torqueri nõ põt. Ita determinat Bar. in l. 4. p illũ text. C. de aduo. diuer. iudicũ. Tertio fallũt in minore. 14. annis. quia nõ debet torqueri licet veritas ab eo ferula vel corrigia haberi non possit. l. 1. §. impuberes. ff. ad syl. & d. l. Ex libero. §. 1. Quarto fallunt in senibus. l. 3. ad Sylle. Quinto fallunt in mulieribus p̃gnãtibus. Tales enim torqueri non possunt. l. Pręgnantis. ff. de pœnis. Sexto fallũt in seruis quos quis postularet cõtra dominos torqueri. qa hoc fieri nõ debet nisi in certis casibus. l. 1. C. de q̃stio. & idem in libertis. quia cõtra eorum patronos nõ torquẽtur. l. Pridem. C. eodem titu. Effectus autem torturæ est vt ex vi confessionis p̃pter torturam factæ possit quis dãnari si in ea perseueret. i. si confessionem in tormẽtis seu tortura factã/ratificet extra locum & visionem torturæ. Alioqui si non perseueraret non esset damnãdus. l. 1. §. si quis vltro. & ibi Bar. ff. de quęs. Et non debet quęstio seu tortura semel facta reiterari. nisi oriantur noua indicia. l. Repeti. ff. de quæst. Alia pleraq; in materia torturę vide per Bart. in tractatu suo de quæstio.
b ¶Non attẽdas his in omni consilio. Docet homines eius rei de qua dubitatur ignaros aut non amatores/in socios aut cõsultores expetendos nõ esse. sed eorum consortia esse sequẽdo quorum animas a peccatorum labe defecatas nouimus. ne si peruersorum sequamur consortia/eorum peruersitate fœdemur. & eos quos habebamus bonos mores/corrumpant consortia mala. c. Sępe. 28. quæsti. 1.
c ¶Maledictus qui transfert terminos proximi sui. Declara per ea quę diffuse scripta sunt in verbo Terminus.
d ¶Quas transtulerunt viri Ezechię. De his qui libros vna lingua scriptos in aliam transferunt: vide quod dixi in verbo Gręcus in. 1. anno. & in verbo Scriptura. in vlti. anno.
e ¶Translato sacerdotio. Declara vt in verbo Sacerdotium. Et quia nonnũq̃ sacerdotes. s. epi de vna diocesi ad aliam transferuntur: vide plene de hac translatione in c. Inter corporalia. & per totum ti. de transla. epis. & in c. Mutationes. cũ multis sequentibus. 7. quęsti. 1.
f ¶Ipse eni sathanas &c. Declara per text9 in istorum verborum annotatione citatos. in verbo Angelus.
c ℂNe vagari incipiam poſt greges ſodaliū meorū. Cū omnes dedeceat vagari/ dedecet tamen cumprimis mulieres clericos & religioſos: vt de mulieribus probatur in c. Mulieres. in princip. de iudi. in.6. dum ibi dicitur. mulieres quas vagari non cōuenit nec virorū cœtibus immiſceri: auctoritate litterarū ſedis apoſtolicę vl legatorū ipſius/aut alia quacūq̧ ad iudicium perſonaliter euocari vel trahi inuitas cauſa ferendi teſtimoniū aut alia qualibet quę in iure non exprimitur/prohibemus. de clericis in c. nulla ratione.93.diſt. vbi contra tales clericos vagos ſcribit conciliū Pariſienſe in hęc verba. Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt qui ſub nullius ep̄i diſciplina & prouidentia gubernātur. tales em̄ acephalos.ſ.ſine capite priſca conſuetudo nūcupauit. de religioſis autem in c. Abbates.2.rñ.18.quæſt.2. vbi dicitur. Monachi abbatibus omni obedientia & deuotione ſubiaceant. Q̄ȝ ſi quis per contumaciā extiterit indeuotus/aut per loca aliqua vagari p̄ſumpſerit om̄ia q̄ acquiſierit ab abbatibus auferātur ſcdm regulā monaſterio p̄futurā. ipſi aūt qui fuerant peruagati / vbi inuenti fuerint cum auxilio ep̄i tanq̄ fugaces ſub cuſtodia reuocētur. Er reū ſe ille abbas eſſe cognoſcat q in huiuſmodi perſonis nō regulariter animaduertit. Hęc ibi. de quibus etiam monachis vagis ſeu vagabundis loquitur rex. in c. ſi. de regula. dicēs. Ne religioſi vagādi occaſionē habentes/ſalutis p̄prię detrimentū incurrant/& ſanguis eorū de pręlatorū manibus requiratur: Statuimus/ vt pręſidentes capitulis celebrādis ſcdm ſtatutū concilij generalis/ſeu patres abbates ſeu priores: fugitiuos ſuos & eiectos de ordine ſuo/requirant ſolicite annuatim. Qui ſi in monaſterijs ſuis recipi poſſunt/ſcdm ordinē regularē abbates ſeu priores eorū monitione pręmiſſa: per cenſuram eccleſiaſticā cōpellant ad receptionē ipſorū/ſalua ordinis diſciplina. Quod ſi hoc regularis ordo non patitur: auctoritate noſtra p̄uideant/ vt apud eadem monaſteria in locis cōpetentibus (ſi abſq̧ graui ſcandalo fieri poterit. alioquin in alijs religioſis domibus eiuſdē ordinis ad agendā ibi pœnitentiā)talibus vitę neceſſaria miniſtrent. Si vero huiuſmodi fugitiuos vel eiectos inobediētes inuenerint / eos excōmunicent & tandiu faciāt ab eccleſiarum prælatis/excōicatos publice nunciari: donec ad mandatū ipſorū humiliter reuertātur. Hæc ibi. De hac etiā materia eſt tex. & ibi per Inno. Panor. & alios in ca. q̄to. de offi. ordi.

d ℂNon eſt opus valentibus medico. Vide annotationem in verb. Ieſus. Aduerte tamen vlteri⁹ q̄ licet hoïes valentes/dicātur qui ſani ſunt vel robuſti vt hic & apud Ciceronē/dū dicit. Sicut medico diligēti priuſq̄ conet̄ ęgro medicinā adhibere/nō ſolū morbi ei⁹ cui mederi volet /ſed etiā cōſuetudo valentis & natura corporis cognoſcenda eſt. tñ ſecus eſt in hominib⁹ valitudinarijs. Eos nempe valitudinarios dicim⁹/qui male ſani ſunt & frequēter ęgrotant/ſeu q infirmi ſunt. tex. eſt & ibi Inno. Hoſtiē. & Panor. in c. Si q teſtiū. de teſti. & in c. Quoniā frequēter. vt li. nō coteſt. vñ & valitudo/dicit̄ infirmitas. l.1.§.ſi vero. ff. ſi quis cau. l. vnica C. Qui mor.

e ℂValles abundabunt frumento. Declara moraliter vt in verb. Frumentum.

¶Omnis [f] vallis exaltabitur/ & omnis mons & collis humiliabitur &c. Esaię.40.a.
¶Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Lucę.3.b.

Vanus et Vanitas.

¶Deus nouit hominum vanitatem: & videns iniquitatem nonne considerat? Iob.11.c.
¶Memorare quæ mea substantia: nunquid eni vane constituisti omnes filios hominum? Psalmo.88.d
¶Vanitas [g] vanitatũ dicit Ecclesiastes. Vanitas vanitatũ: & oĩa vanitas. Ecclẽs.1.a.
¶Vidi quæ fiunt cuncta sub sole: & ecce vniuersa vanitas/ & afflictio spiritus. Et idem probatur Ecclesiastis.2.c. 1.d.
¶Dixi in corde meo. Vadam & affluam delitijs: & fruar bonis. Et vidi ꝙ hoc quoqȝ esset vanitas. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi: quid frustra deciperis? Et subsequuntur plures sententiæ: quibus vniuersa quæ sub sole sunt esse vanitatẽ concluditur. 2.a.
¶Contemplatus sum omnes labores hominũ: & industrias aĩaduerti [h] patere inuidiæ proximi. Et in hoc ergo vanitas: & cura superflua est. 4.a.
¶Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. 5.b.
¶Vidi [i] impios sepultos qui etiam cũ adhuc viuerẽt in loco sancto erant: & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. sed & hoc vanitas est. 8.c.
¶Et est alia vanitas quæ fit super terrã. Sũt iusti: quibus mala ꝓueniũt/ quasi opera egerint impiorum: & sunt impij qui ita securi sunt/ quasi iustorum facta habeant. Sed [k] & hoc vanissimum iudico. Ibidem.
¶Vanitati [l] creatura subiecta est non volẽs: sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Ad rom.8.d.
¶Cætera in verbis Cogitatio. Psalmo.93.b. Desiderare. Ecclesiastes.6.a. & d. Dij. Sapientiæ.13.a. Futurum. Ecclesiastes.6.d. Homo. Psalmo.38.b. & Ecclesiastes.11.d. Ionas. Ionæ.2. Laborare. Ecclesiastes.4.b. Mẽdacium. Psalmo.4.a. Mulier. Prouerbiorum.31.d. Nomen. Exodi.20.b. Ociosus. Ecclesiastes.2.c. Oculi. Psalmo.118.c. Odire. Psalmo.30.b. Somnium. Ecclesiastes.5.c. & Superbia. Iob.11.c.

Vapulatio.

¶Non intelligens vapulabit. Osee.4.d. 1
¶Tradent vos in concilijs: & in synagogis vapulabitis [m] (dicit Christus ad discipulos) & ante præsides & reges stabitis ꝓpter me in testioniũ illis. Marci.13.b.
¶Seruus [n] qui cognouit voluntatem domini sui: & non se præparauit: & non fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis. Qui autẽ non cognouit & fecit digna: plagis vapulabit paucis. Lucæ.12.f.

Varius.

¶Require sententias in verbis Desiderium.2.Timoth.3.d Doctrina. ad Hæbreos.13.b. & Gaudium. Iacobi.1.a.

Vas.

¶Cũcta vasa altaris operient simul velamine hiacythinarũ pellium: & inducent vectes. Cumqȝ inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium/ & omnia vasa eius in commotione castrorum: tunc intrabunt filij Gath/ vt portẽt inuoluta/ & [o] non tangent vasa sanctuarij: ne moriãtur. Numeri.4.b
¶Vas [p] quod non habuerit operculũ/ nec ligaturã desuper/ imundũ erit. Numeri.19.c
¶Factus sum tanꝗ vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Psalmo.30.d

f ¶Omnis vallis exaltabitur. Hęc sentẽtia & sequens possunt in ethico earũ sensu ad humilitatis cõmendationẽ citari. de qua materia dixi ample in verb. Hũilitas. g ¶Vanitas vanitatũ/ & omnia vanitas. Cõparatione eius creaturæ quę mutationẽ non recipit: oĩs creatura quæ permutatur/ non vera sed vana esse probat. vnde omnis homo mẽdax esse dicitur. & vanitati similis factus. hinc etiam Eccl'iastes. Cuncta q̃ sub sole sunt. i. quę temporũ vicissitudinem recipiũt: non tantũmodo vanitas (q̃ oĩ creaturæ ratiõe mutabilitatis inest) sed etiã vanitas vanitatũ: varietate permutatiõis quam recipiũt/ esse dicuntur. tex. est ita dicens in ca. fi. paulo ante finem. de pœni. dist.2.
h ¶Animaduerti patere inuidię ꝓximi. Require anno. in verb. Iesus.
i ¶Vidi impios sepl'tos &c. Annota breuiuscule/ vt in verb. Impius.
k ¶Sed & hoc vanissimũ iudico. Loqtur in persona carnalis hoĩs. Neqȝ eñ spũalis vanum iudicat: aut nõ sine iusto dei iudicio factũ credit/ ꝙ plerũqȝ bonis aduersa/ malis obueniãt ꝓspera. Illud eñ vt altero seculo vberius ꝑmientur boni: hoc aũt euenit vt ibidẽ rigidi⁹ puniãtur mali. tex. est in c. pe. de pœ. dist.3.
l ¶Vanitati creatura subiecta est nõ volẽs. Hinc dicebat Paulus infœlix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? &c. .§.1.15.quæst.1.
m ¶Vapulabitis. i. verberibus afficiemini. Et ita etiã sumit in. l. Si ex plagis .§. Tabernati⁹. ad l. Aquil.
n ¶Seru⁹ q cognouit &c. De hac sentẽtia ẽ tex. in c. pe.37. distin.
o ¶Et nõ tangent vasa sãctuarij. Hic nota decretũ Sixti papę de quo ĩ c. In sancta. de cõs. dis.1. vbi dr. in sancta ap'ica sede statutũ est vt sacra vasa nõ ab alijs q̃ a sacratis dño qȝ dicatis hominib⁹/ cõtractetur: ne pro talib⁹ pręsũptiõib⁹ dñs iratus plagas ĩponat pp'o suo Cui⁹ aũt materię eẽ debeãt vasa sanctuarij saltẽ calices & patenę: declaratũ ẽ in cõcilio Remẽsi. de quo ĩ ca. vt calix. ead. dist. de qbus etiã & alijs eccl'ię vasis loquẽs tex. in c.2. de custo. Eucha. dicit ꝙ mũda & nitida teneri debent. & ĩ c. Altaris. de cõs. dist.1. dicit ꝙ si vetustate cõsũpta sint: incẽdi & cineres ĩ loca occulta ꝓijci debent. Et in c.1. de pigno. ꝙ cuilibet laico vel fœminæ obligari nõ debẽt/ nisi iustissima necessitate vrgẽte.
p ¶Vas qd nõ habet operculũ. Vas est os hũanũ: Operculũ ẽ discretio/ quam debent hr̃e seculares/ etiã loquẽdo. qa vt dicit Salomõ. Est tp̃s loquẽdi/ & tp̃s tacẽdi. Ligaturã desup hñt religiosi: q non dãt loq nisi de licẽtia sui p'lati. Et bonũ est custodire linguã suã. qa vir liguosus nõ diriget ĩ terra/

2.Timo.2.c. ℭIn magna domo: non solum sunt vasa aurea & argentea: sed & lignea/ & fictilia: & quædā quidē in honorem: quædam aūt in contumeliā. Si [q] quis ergo se emundauerit ab istis: erit vas in honorem sanctificatum: & vtile domino ad omne opus bonum paratum.

ℭCætera in verbis Figulus. Ecclesiastici. 29. a. Fingere. Sapientiæ. 15. b. Fornicatio. 1. ad Tessalon. 4. a. Moyses. Exodi. 3. c. &. 12. e. & Mundare. Esaiæ. 52. d.

Vastare. ℭVide sententias in verbis Depopulator. Esaiæ. 21. a. & Peruersus. Prouerbiorum. 11. a.

Vbertas. ℭRequire sententias in verbis Inebriare. Psalmo. 35. b. & Ioseph filius Iacob filij Isaac.

Prouer. 30. i fi. **Vbera.** ℭQui [r] fortiter premit vbera ad eliciendum lac: exprimit butyrum: & qui vehementer emungit: elicit sanguinem.

Cantico. 1. a. ℭMeliora sunt vbera tua vino flagrantia vnguentis optimis.

1. a. in fine. ℭExultabimus & lętabimur in te: memores vberum tuorum.

1. d in fine. ℭFasciculus myrrhę dilectus meus michi inter vbera mea cōmorabitur.

7. a. ℭDuo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.

7. c. ℭErunt vbera tua sicut botri vineæ.

8. c. ℭSoror nostra paruula: & vbera non habet.

Ibidem. ℭVbera mea sicut turris.

Esaiæ. 11. b. ℭDelectabitur [s] infans ab vbere super foramina aspidis: & in cauerna reguli qui ablatus fuerit manum suam mittet.

Osee. 9. c. ℭDa eis dn̄e. Quid dabis eis? Da eis vuluā sine liberis: & vbera arentia.

Lucę. 11. d. ℭBeatus venter qui te portauit & vbera quę suxisti (Dixit mulier de turba ad Iesum).

ℭCætera in verbo Spes. Psalmo. 21. b.

Sapien. 7. d. **Vbiqꝫ.** ℭOmnibus mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem vbiqꝫ propter suam mundiciam.

Marci. 16. i fi. ℭApostoli profecti prędicauerunt vbiqꝫ domino cooperante: & sermonē confirmante sequentibus signis.

Lucę. 9. a. ℭEgressi apostoli circuibant per castella: euāgelizantes & curātes vbiqꝫ.

Iob. 10. c. **Vę.** ℭSi impius fuero: vę michi est.

Prouer. 23. d. ℭCui væ: cuius patri væ: cui rixæ: cui foueæ: cui sine causa vulnera: cui suffossio oculorum. Nōne his qui commorantur [t] in vino: & student calicibus epotandis?

Ecclēs. 4. c. ℭVæ soli: quia cum ceciderit non habet subleuantem se.

Eccli. 2. c. ℭVæ [v] his qui perdiderunt substantiam: & qui dereliquerunt vias rectas & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient: cum inspicere cœperit dn̄s.

Esa. 1. a. ℭVæ genti peccatrici: populo graui iniquitate: semini neq̄ filijs sceleratis. Dereliquerunt dominum: blasphemauerunt sanctum Israel: abalienati sunt retrorsum.

5. e. ℭVæ [x] qui dicitis malum bonum: & bonum malum/ ponentes tenebras lucem/ & lucē tenebras: ponentes amarum in dulce: & dulce in amarum.

10. a. ℭVæ qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitiam scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes: & vim facerent causæ humilium populi mei vt essent viduę prędа eorū: & pupillos dirperēt. Quid facies in die visitationis/ & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium: & vbi derelinquetis gloriam vestram? ne incuruemini sub vinculo: & cum interfectis cadatis.

---

vt in psal. dr̄. & maxīe clerici hoc debent facere: q cor/ linguā & corp⁹ ab omnib⁹ illicitis abstinere debent. Ita hanc sententiam declarando dicit Archidiaco. in ca. Ex merito. in verbo Caueant. 6. quæsti. 1.

q ℭSi quis ergo se emundauerit ab istis: erit vas in honorem. Si igitur se nō emundauerit: erit vas in contumeliam. de quo loquens text. in capit. Nabuchodonosor. §. 1. 23. quæstio. 4. dicit vasis iræ nunq̄ deus redderet interitum/ si non spontaneum reperiretur homo habere peccatū. vbi Archidiaco. dicit ꝙ reprobi ideo vocantur vasa iræ. quia artifex aliquod vas habens/ vel instrumentum arti suę non recte subseruiēs sed eam potius prępediens: ipsum in ignem proijcit iratus. Ita deus reprobis non obediētibus & sibi in eo ad quod nati sunt non deseruientibus: iratus damnat eos/ & in ignem pijcit æternū. Hæc Archid.

r ℭQui fortiter premit vbera ad eliciēdum lac &c. Hac sententia damnatur nimia correctio quæ scilicet misericordiæ dulcedine non est contemperata. de quo vide textum amplīū in capit. Disciplina. 45. distinct. & dictum est in verbo Corripere.

s ℭDelectabitur infans ab vbere &c. Moraliter. s. bonus prælatus aut doctor: q infans vocatur propter eam vitæ innocentiam quam debet habere. capit. Oportet. 8. quæsti. 1. maiore perfruetur voluptate in euocandis a suis impietatibus impijs q̄ diuinæ contemplationis lac sugendo. Est enim ipsi⁹ dulcedo nōnunq̄ interrumpenda propter necessitatem fratris. capit. Qui episcopatum. eadem cau. & quæst.

t ℭNonne his q cōmorant̄ in vino. Nō vetat bibere vinū ad necessitatem/ sed morari extra tēpus & vtilitatē ī vino. & sic vsum vini nō inhibet/ sed abusum. Vide tex. 35. distinc. in princi. & c. Luxuriosa.

v ℭVę his q pdiderūt sustinētiā. Nō eīn satis diuinæ facit volūtati: q primos ętatis annos absumit in virtutū studio/ & sedulo earūdem exercitio: nisi & ita nouissimos absumpserit. capi. Apostol⁹. de pœni. dist. 3. & vide. in verbo Perseuerare.

x ℭVę q dicitis malū

bonum &c. Tex. eſt de hac ſentẽtia factus in c. Vę qui dicitis. 11. quęſti. 3. y ℭVę qui potum dat amico ſuo &c. Glo. in l. Dolum. C. de dolo: refert Hiſpanos quendam ad prandiũ conuocaſſe: quẽ vt facilius promouerent pro eis fideiubere: niſi ſunt inebriare/ dantes ei vinum album: vt immixtum loco aquę vino rubeo/ in ebrietatem incideret.

z ℭPropter hoc amplius accipietis iudicium. Quia quo maiorem quis prę ſe fert vitę ſanctimoniam/ eo peccans grauiorem ſubiturus eſt pœnam. cum (vt dictum eſt) ęquitas ſimulata duplex ſit iniquitas. cle. 1. cũ glo. in verbo Sanctitatis. de relig. domi.

ℭVæ qui multiplicat non ſua. Vſq₃quo & aggrauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent qui mordeant te? Et ſuſcitabuntur lacerantes te: & eris in rapinam eis? &c. Abacuch. 2. b

ℭVæ [y] qui potum dat amico ſuo: mittẽs fel ſuum & inebriãs: vt aſpiciat nuditatem eius. Repletum eſt ignominia pro gloria &c. 2. d.

ℭVę vobis ſcribæ & Phariſei hypocritę: qui clauditis regnũ cœlorũ ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes ſinitis intrare. Matthęi. 23. b

ℭVæ vobis ſcribę & Phariſei hypocritæ qui comeditis domos viduarũ: orationes longas orantes: propter [z] hoc amplius accipietis iudicium. Ibidem.

ℭVæ vobis ſcribę & Phariſei hypocritæ qui circuitis mare & aridã vt faciatis vnũ ꝓſelitũ: & cũ fuerit factus faciatis eũ filiũ gehẽnę duplo q̃ vos. Ibidem.

ℭVæ vobis ſcribę & Phariſei hypocritæ: q mũdatis quod deforis eſt calicis & parapſidis: intus aũt pleni eſtis rapina & ĩmundicia. Phariſee ecce mũda pri⁹ qd int⁹ eſt calicis & parapſidis: vt fiat & id qd deforis ẽ mũdũ. 23 c.

ℭVæ vobis diuitibus: qui [a] habetis conſolationem veſtrã. Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines. Lucę. 6. d.

ℭVæ vobis Phariſeis: qui diligitis primas cathedras in ſynagogis: & ſalutationes in foro. 11. f.

ℭVæ vobis qui eſtis vt monumenta quæ non parent: & homines ambulantes ſupra neſciunt. 11. f. in fine.

ℭVæ vobis qui ędificatis monumẽta ꝓphetarũ: patres aũt veſtri occiderũt illos. Profecto [b] teſtificamini ꝙ cõſentitis operibus patrũ vrorũ: qñquidẽ ipi eos occiderũt: vos aũt ędificatis eorum ſepulchra. 11. g.

ℭCætera in verbis Aduentus. Matthæi. 24. b. Auaricia. Abacuch. 2. c. Ciuitas. Abacuch. 2. c. Cogitare. Michee. 2. a. Cor. Eccli. 2. c. Decima. Matth. 23. c. Diabolus. Apocalypſis. 12. c. Domus. Eſaiæ. 5. c. Ebrietas. Eſaiæ. 5. c. Aedificare. Hieremiæ. 22. d Fortitudo. Eſaiæ. 30. a. Generare Eſaiæ. 45. b. Hypocrita. Matthæi. 23. b. Iniquitas. Eſaiæ. 5. d. Legiſperitus. Lucæ. 11. f. Opulentus. Amos. 6. a. Paſtor. Hieremiæ. 23. a. Prædari. Eſaiæ. 33 a. Rex. Eccleſiaſtes. 10. d. Sapiens. Eſaiæ. 5. e. & Scandalum. Matthæi. 18 a.

Vectigal.

ℭReddite omnibus debita. Cui tributũ: tributum. cui [c] vectigal: vectigal &c. Ad rom. 13. c.

Vehemoth alio nomine behemoth.

ℭEcce vehemoth quem feci tecum/ fœnũ quaſi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius & virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit caudam ſuam quaſi cedrum: nerui [d] teſticulorũ eius perplexi ſunt. Oſſa eius velut fiſtulę Iob 40. b. c. & d. in fine.

a ℭQui habetis conſolationem veſtrã. Require annotationẽ in ver. Diues.

b ℭProfecto teſtificamini &c. Nedum enim verbo ſed & facto/ voluntas declaratur. l. Reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac.

c ℭCui vectigal/ vectigal. Vectigal proprie dicitur quod de rebus quæ vehuntur. i. portantur exoluitur. gl. eſt in ru. C. de vecti. & commiſ. in l. 1. in fi. ff. de publica. in c. Super quibuſdam. cum ſimilibus. de verbo. ſigni. & a canoniſtis appellatur pedagiũ. notat Panor. in c. Innouamus de cenſi. & de iure eſt octaua pars. l. Ex pręſtatiõe. C. de vecti. & cõmiſ. Et a nemine põt imponi niſi a principe vel eius auctoritate. d. c. Innouamus. de cẽſi. l. 2. & 3. C. vectiga. no. inſti. nõ poſſe. vel a ciuitate q̃ hoc ius imponendi vectigalia pręſcripſiſſet. l. Vectigalia. C. de vectiga. Sunt autem a vectigalibus ſoluẽdis/ eccleſię & eccleſiaſticę perſonę immunes. ita ꝙ exigentes ab eis/ ſententiam excommunicationis incurrunt ipſo facto ſi ſint ſingulares perſonę: ſi vero ſit vniuerſitas/ eſt interdicta. tex. eſt in c. Quãq̃. de cẽſi. in. 6. vbi etiam tollitur omnis cõtraria cõſuetudo: quę (vt ibi dicitur) dicenda poti⁹ eſt corruptela. Et debent dictę ſententię excommunicationis & interdicti tãdiu per locorum dioceſanos publicari/ donec de exactis fuerit eccleſijs vel eccleſiaſticis pſonis plene ſatiſfactum. Caſus eſt in clemẽ. præſenti. de cenſi. nedũ aũt clericus ſed etiã omnes extranei poſſunt libere fraudare pedagiũ ſeu vectigal. a ciuib⁹ ĩpoſitũ qa nõ cadit ꝓprie hoc caſu fraus/ ſ₃ poti⁹ ꝗs euitat grauamẽ. ſ₃ ipſi ciues qui communi conſenſu ſibi impoſuerunt non licite fraudant. quia in eorum pręiudiciũ bene potuerũt hoc ſtatuere. Hæc ſunt de mente Bar. in l. Vectigalia. ff. de publica. & Panor. in d. c. Innouamus. verſi. Et ex hoc infertur de cen. Multa alia in hac materia vide per Bal. in rub. ff. de re. di. & per doc. in d. c. Innouamus.

d ℭNerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Gregorius in moralibus parte ſexta lib. 32. capit. 55. & 56. & tranſumptiue in c. Nerui. 13. diſtinc. Hęc verba declarans dicit. Nerui teſticulorum leuiathan perplexi ſunt. quia ſuggeſtionum illius argumenta implicatis inuentis alligãtur: vt pleroſq₃ ita peccare faciant: quatenus ſi fortaſſe fugere peccatum appetant. hoc ſine alio peccati laqueo non euadant. & culpam etiam faciant/ dum aliqua vitant atq₃ nequaq̃ ſe ſub vna valeant abſoluere/ niſi in alia ſentiant ſe grauari. Quod melius oſtẽdimus ſi qua ex conuerſatione hominum allegationis huius exempla proferamus. Ecce quidam dum mundi huius appetit amicitias: cuilibet alteri ſimilem ſibi ducenti vitam/ ꝙ ſecreta ſcelera illius omni ſilentio contegat ſe iureiurando conſtringit. ſed is cui iuratum eſt/ adulterium perpetrare cognoſcitur: ita vt etiam maritũ adulterę occidere conetur. Is autem qui ei iuſiurandum prębuit reuertitur ad mentem/ & diuerſis hincinde cogitationibus impugnatur: atq₃ hoc ſilere formidat/ ne ſilentio adulterij ſimul & homicidij particeps fiat. prodere trepidat ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorũ neruis ligatus eſt/ qui in quãlibet partem declinet/ metuit ne a tranſgreſſionis contagione liber non ſit. Alius cuncta q̃ mũdi

gris. Cartilago illius quasi laminę ferreę. Ipse [e] est principium viarũ dei. Qui fecit [f] eum applicabit gladium eius: huic [g] montes herbas ferunt. Omnes bestiæ agri ludent ibi: sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Protegunt vmbræ vmbram eius: circundabunt eum salices torrentis. Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur: & habet fiduciã ꝙ influat Iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eũ: & sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathã hamo: & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius aut armilla perforabis maxillam eius? Nũquid multiplicabit ad te preces: aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum: & accipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi aui: aut ligabis eũ ancillis tuis. Concident eum amici: diuident illum negociatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius: & gurgustium piscium capite illius? Pones super eum manum tuã. Memento belli. Nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum. & videntibus cunctis præcipitabitur.

Iob.41 caput ¶ Non quasi crudelis suscitabo. Quis enim resistere potest vultui meo: & quis ante dedit michi vt reddã ei. Omnia quæ sub cœlo sunt/ mea sũt. Non parcam ei verbis petentibus: & ad deprecandum compositis. Quis reuelabit faciem indumenti eius: & in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dentium eius formido: corp⁹ illius quasi scuta fusilia & compactum squamis se prementibus. Vna vni coniungitur: & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit: & tenẽtes se nequaq̃ separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis & oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades eius procedunt sicut tædæ ignis accensæ. De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atq; feruentis. Halitus eius prunas ardere facit: & flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo: & faciem eius præcedit egestas. Membra carnium eius cohærentia sibi. Mittet contra eum fulmina: & ad locum alium non ferentur. Cor eius indurabitur tanq̃ lapis: & stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit timebunt angeli/ & territi purgabuntur. Cum apprehenderit eũ gladius/ sustinere nõ poterit: neq; hasta neq; torax. Reputabit enim quasi paleas ferrũ: & quasi lignum putridum/ ęs. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quasi stipulam æstimabit malleum & deridebit

sunt deserens atq; per omnia frangere proprias voluntates quęrens: alieno se subdere regimini appetit: sed eum qui sibi ad deum preesse debeat minus cauta inquisitione discernit. quia fortasse is qui sine iudicio eligitur: cum preesse iam cœperit/ agere quæ dei sunt prohibet & quæ mundi sunt iubet. Pensans itaq; subditus vel quæ sit culpa inobedientię/ vel quod contagium secularis vitæ: & obedire trepidat & non obedire formidat. ne autem obediens/ deum in suis præceptis deserat: aut non obediens/ deum in electo priore contẽnat. Alius pensare pondus ecclesiastici honoris negligens/ ad locũ regiminis ꝓcijs ascendit. sed quia omne qđ hic eminet/ plus mœrorib⁹ affic[i]tur q̃ honoribus. gaudet dũ cor plus tribulatione premitur/ ad memoriã culpæ reuocaẗ: doletq; se ad laborem cũ culpa peruenisse. q̃q̃ sit iniquũ quod admiserit/ ex ipsa fractus difficultate cognoscit. Reum se igitur cum impensis pręmijs agnoscẽs/ vult adeptę dignitatis locum deserere: sed timet ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiã reliquisse: vult suscepti gregis curam gerere/ sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralis gregis dimittere q̃ empta possidere. per honoris ergo ambitum ligatum culpa hincinde se conspicit esse. Quippe sine reatu criminis neutrum videt. si aũt susceptus semel grex relinquitur ac rursus sacra actio seculariter empta teneatur. Vndiq; metuit & suspectus. Latus omne pertimescit/ ne aut stãs in empto regimine non digne lugeat quod non etiam deserens emendat. aut certe regimen deserens/ dum aliud flere nitiẗ rursus aliud de ipsa gregis destitutiõe committat. Est tamen ꝙ ad destruẽdas vehemot versutias subtiliter fiat: vt cum mens inter minora & maiora peccata constringiẗ: si omnino nullus sine peccato adit⁹ patet: minora semper eligãẗ. quia & qui murorũ vndiq; ambitu ne fugiat clauditur/ ibi se in fugam pręcipitat vbi breuior murus ingeritur. Hinc etiã Paulus cũ quosdã in ecclesia incontinentes inspiceret/ concessit minimã vt maiora declinaret: dicens. Propter fornicationẽ vnusquisq; suã vxorẽ habeat. & quia tũc solũ cõiuges in admixtione sine culpa sunt/ cum nõ pro explenda libidine sed pro suscipienda prole miscentur. vt hoc etiam idem concesserat sine culpa/ q̃uis minima non esse monstraret: illico adiunxit. Hoc autem dico secundum indulgentiam/ non secundum imperium. Non enim sine vitio est quod ignoscitur & non pręcipitur. peccatum profecto videt sed ꝙ possit præuideri præuidit. Sed cum in dubijs constringimur/ vtiliter minimis subdimur. ne in magnis sine venia peccemus. Itaq; plerunq; neruorum vehemoth istius perplexitas soluitur/ dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur. Hæc tex. in d. c. Nerui.

e ¶ Ipse principium viarum dei. Principium (inquit beatus Gregorius) viarum dei/ vehemoth dicitur: quia nimirũ cum cuncta creans ageret hunc primũ condidit/ quem reliquis angelis eminentiorem fecit huius primatus eminentiam cõspicit ꝓpheta cum dicit. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Abietes non adęquauerunt summitatem eius. platani non fuerunt æquales frondibus eius. quoniam preciosum fecit eum in multis condensis frondibus. Quid namq; accipi in cedris & abietibus & platanis potest: nisi illa virtutum cœlestium procerę celsitudinis agmina/ in ęternę lętitię viriditate plantata/ quæ q̃uis excelsa condita sunt/ huic tamen non prælata sunt nec ęquata. qui speciosus factus in multis/ condensisq; frondibus dicitur: quia prędatum cæteris legionibus tanta illum specie pulchriorem reddidit/ q̃ta illi supposita angelorum multitudo decorauit. Ista arbor in paradiso dei/ tot quasi condensas frondes habuit: quot sub se positas supernorum spirituũ legiones attendit. qui & idcirco peccans sine venia dãnatus est. quia magnus sine vlla comparatione fuerat creatus. Ita hæc verba declarat tex. in c. Principium. in princi. de pœni. distinct. 2.

f ¶ Qui fecit eum applicabit gladiũ eius. Gladius vehemoth/ ipsa nocendi malicia est: sed ab eo a quo bonus ꝑ naturã factus est (vt dicit tex. in ca. 1. de sum. trini. in. 1. col.) gladius applicatur. quia eius malicia/ diuina dispensatione restringiẗ: ne ferire tantum mentes hominum q̃tum appetit/ permittatur. d. c. Nec mirum. col. 2. 26. quæsti. 5.

g ¶ Huic montes &c. Hæc & sequentia declara vt per glo. or. hic.

h ¶ Sub ipso erunt radij solis: & sternet sibi aurũ quasi lutũ. Per radios solis/acumina sapiẽtiũ demõstrãtur: p aurum/ claritas sanctitatis: per lutum/coinquinatio peccati. Est ergo sensus ꝙ leuiathã seu per suggestiões callidas siue per dãnatũ quẽ repleth hominẽ/solis radios. .i. doctos quoq; sapientesq;/sibi frequẽter subijcit. & aurũ. .i. viros sanctitatis claritate fulgẽtes/quasi lutum sibi: vitijs eos coinquinando/substernit. tex. est ita declarans in c. Multi bene incipiũt. in fine. de pœni. di. 2. Rationẽ aũt isti⁹ potestatis leuiathã in viros claritate sanctitatis nitẽtes/vide per tex. celebrẽ in c. citius. eadẽ. dist. de quo in ver. Ducere. o. & p.

vibrantem hastam. Sub [h] ipso erunt radij solis: & sternet sibi aurũ quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam profundum maris : & ponet quasi cum vnguenta buliunt. Post eum lucebit semita : ęstimabit abyssũ quasi senescẽtem. Non est super terram potestas quæ comparetur ei: qui factus est vt nullum timeret. Omne sublime videt : ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

¶ Factus est sermo domini ad me : dicens. Fili hominis leua planctum super regem Tyri: & dices ei. Hæc dicit dominus deus. Tu [i] signaculũ multitudinis plenus sapiẽtia: & perfectus decore in delitijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum : sardius/topazius & iaspis/ chrysolit⁹ & onix & berillus/saphyrus & carbunculus & smaragdus. Aurum opus decoris tui: & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt. Tu cherub [k] extentus & protegens: & posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in vijs a die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negociationis tuę repleta sunt interiora tua iniquitate: & peccasti/ & eieci te de monte sancto dei: & perdidi te o cherub protegens de medio lapidum ignitorũ. Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo: in terram proieci te/ante faciem regũ dedi te vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum/& iniquitate negociationis tuæ polluisti sãctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te: & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium vidẽtium te. Omnes qui viderint te in gentibus obstupescent super te. Nichili factus es: & non eris imperpetuum. Ezechi. 28. c. d. & e.

Velle.

¶ In hoc cognoui quoniam voluisti me : quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Psalm. 40. c.

¶ Deus noster in cœlo: omnia [l] quæcunq; voluit fecit. 113. b

¶ Omnia quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo & in terra: & in mari/ & in omnibus abyssis. 134. b

¶ Velle adiacet michi: perficere autem bonũ/non inuenio. Non [m] enim quod volo bonum hoc facio: sed quod nolo malum hoc ago. Præcedentia autem verba quæ scribi potuissent: vide in verbo Lex. Ad rom. 7. d.

¶ Deus est q operatur in vobis: & velle : & pficere pro bona voluntate. Ad philip. 2. b

¶ Quicunq; [n] voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituit. Iacobi. 4. a.

Velox et Velociter.

¶ Require sententias in verbis Exaudire.

i ¶ Tu signaculũ multitudinis &c. Multa de vehemoth magnitudine locuturus propheta: primo verbo cuncta complexus est. quid namq; boni non habuit qui signaculũ dei similitudinis fuit. de sigillo quippe anuli talis similitudo imaginaliter exprimitur/ qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. & licet homo ad similitudinẽ dei creatus sit/angelo tñ quasi aliquid mai⁹ tribuens. Non eũ ad similitudinẽ dei conditũ/sed ipm signaculũ similitudinis dei dicit: vt quo subtilior est natura/eo in illũ pleni⁹ similitudo dñi credatur expssa. hinc est ꝙ primatus ei⁹ potẽtiã insinuãs pplieta: subiũgit. Omnis lapis preciosus/operimẽtũ tuũ sardius/ topazius/ iaspis/ chrysolitus/onix/berillus/ carbũculus/ smaragdus & saphir⁹. Nouẽ dicit genera lapidũ. quia nimirum ordines angelorum sunt nouem. Nã cũ per sacra eloquia : angeli/ archangeli/throni/ dñationes/virtutes/ principat⁹ & potestates/cherubim & seraphim/aperta narratiõe memorẽtur: supnorũ ciuiũ q̃tę sint distinctiones ostendit. quib⁹ tñ beemoth iste opertus fuisse describitur. quia eos quasi vestẽ ad ornamẽtum suũ habuit/quorũ dum claritatem transcenderet. ex eorum comparatiõe clarior fuit/de cui⁹ descriptiõe adhuc subiũgit. Aurum opus decoris tui & foramina tua in die qua cõditus es pręparata sunt. Aurũ opus extitit decoris eius : quia sapiẽtiæ claritate canduit. quã bene creat⁹ accepit. Foramina vero idcirco in lapidib⁹ fuit/ vt vinculati auro i ornamẽti compositiõe iungantur & nequaq̃ a se dissideant: quos inter fusum aurum repletis foraminibus ligat. huiusmodi ergo lapidis in die conditionis suę: foramina pręparata sunt. quia videlicet capax charitatis est cõditus/quasi repleri voluisset angelis stãtibus: tanq̃ positis in regis ornamẽto lapidib⁹ potuisset inhęrere. Si enim charitas auro penetrabilem sese pbuisset: sanctis angelis sociatus in ornamento vt diximus regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina/ sed superbiæ vitio nõ charitatis auro sunt repleta: namq; idcirco ligãtur auro ne cadant. Idcirco iste cecidit/quia etiã perforatus manu artificis: amoris vinculis ligari contẽpsit. Nũc aũt cęteri lapides qui hic similiter fuerant perforati/penetrantes se inuicẽ charitate ligati sunt: atq; hoc in munere isto cadente meruerũt vt nequaq̃ iam de ornamẽto regio cadendo soluãtur. Præmissa oĩa p huius declaratiõe sentẽtię habẽtur in d. c. Principiũ. col. 2. de pœni. distin. 2. k ¶ Tu cherub extentus &c. Require annotationẽ in verbo Cherub. l ¶ Omnia quæcunq; voluit dominus fecit. Facta est istis verbis annotatio in verbo Facere. m ¶ Non enim quod volo bonũ hoc facio &c. Declara per ea quæ dicta sunt in verbo Lex ad Ro. 7. e. in. 2. & 3. annotatione. n ¶ Quicunq; voluerit amicus esse huius seculi &c. Hæc sentẽtia de voluntate deliberata intelligẽda est. Nõ enim subreptio dilectionis seculi/seu peccati primus motus; inimicos dei nos constituit sed solus consensus interpretatiuus aut expressus. Quæ enim nobis etiam nolentibus obueniũt: diuinã nobis gratiã nequaq̃ subtrahũt. d. c. Sed pẽsandũ. 5. distin. c. Non est ꝙ cuiq̃. 15. q. 1. vnde verbũ voluerit hic positũ/ deliberationẽ seu consensum signat deliberatũ. Quid aũt sit in iure humano/an scilicet verbũ volo dispositionẽ inducat & deliberationẽ præsupponat: dici põt breuiter ꝙ verbũ volo indeliberate prolatũ nõ inducit dispositionem. glo. est in l. serui electiõe. ff. de leg. 1. secus si deliberate pferatur. videt aũt deliberate proferri qñq; ex pręteritis. vt quia tempore deliberandi petito & elapso. Rũdit hæres

se velle adire. Nam tunc adire videtur vt in casu simili videretur repudiare per hec verba. Nolo adire. vt est tex. vbi Bart. in
l. sed si alio. versi. plane. in fi. ff. ad trebel. Quandoq; ex p̄sentib⁹ vt quia dicit volo esse heredem. talia enim verba inducūt di
spositionem. l. Iam dubitari. in fi. ff. de here. insti. l. Apud Aufidiū. ff. de opti. lega. Idem si verbū volo fuerit ꝓlatū testibus
ad hoc specialiter vocatis. Ita loquitur l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. Idē si fuerit prolatū aliquo interrogāte. tūc em̄
deliberate ꝓferri videtur. Ita loquitur glo. in l. In vendentis. in glo. mag. C. de cōtra. emp. Quādoq; ex futuris: vt quia post
plata talia verba/ volo adire: elapsū sunt tres menses. tūc em̄ inducitur aditio. Casus est in l. fi. versi. Similitq; modo. C. de iu. delibe. qui licet loquatur ī repudiatiōe tamē habet etiā locū in aditiōe. quia aditio & repudiatio eisdem regulis regulantur. l. Is potest. ff. de acqui. hęre. Ista est cōclusio Bar. in l. Gerit. col. 3. ff. eodē.

Psalmo. 68. d. Irasci. Ecclēs. 7. b. Loqui. Ecclesiastes. 5. a. & Iacobi. 1. c. & Opus. Prouerbiorum. 22. d.

Vellus. ¶De vellere Gedeonis: vide in verbo Gedeon.

Iob. 28. a. **Vena.** ¶Habet argentum venarum suarum principia: & auro loc⁹ est in quo conflatur &c.

Prouer. 10. b. ¶Vena vitæ os iusti: os autem impiorum operit iniquitatem.

25. d. ¶Fons turbatus pede/ & vena corrupta: iustus cadens coram impio.

Gene. 25. d. **Venans Venator et Venatio.** ¶Fact⁹ est Esau vir gnarus [o] venandi.

Gene. 10. b. ¶Nemroth [p] erat robustus venator coram domino. Ab hoc exiuit prouerbium. quasi Nemroth robustus venator coram domino.

Eccli. 27. b. ¶Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitatem.

Hierem. 16. d ¶Ecce ego mittam piscatores multos (inquit dominus) & piscabuntur Iudæos. Et post hæc mittam eis multos venatores: & venabuntur eos de omni monte: & de omni colle: & de cauernis petrarum. quia oculi mei super omnes vias eorum &c.

¶Cætera in verbis Esau. Genesis. 25. d. 27. a. b. c. d. e. Laqueus. Psalmo. 123. a. & Salomon. 3. Regum. 4. c.

o ¶Esau factus est gnarus venandi. Esau venator erat qm̄ peccator erat. Et penit⁹ nō inuenimus in scripturis sanctis sanctū aliquē venatorem. Hęc sunt verba Hiero. in psal. 82. & translatiue in ca. Esau. 86. dist. vbi glo. dicit non esse opponendū de Eustathio: q tametsi sanctus venationi operam dedit. pœnituit enim/ vnde nec venator decessit. quia post pœnitentiam/ peccator desinit esse quod erat. c. Ferrū. 50. dist. Vnde dicit text. qui est Gregorij in cap. Qui venatorib⁹. eadē disti. Qui venatorib⁹ donāt/ non ho-
minib⁹ donāt sed arti nequissimæ. Nam si homo tantū esset/ & venator nō esset: non ei donares/ honoras in eo vitium nō na
turam. Et idem Gregorius in c. Vident. eadē distin. dicit. Vident homines venatorem & delectantur. Vę miseris si se nō cor
rexerint. Qui enim venatorem vident & delectantur/ videbunt saluatorem & tristabūtur. Et ꝓpterea etiam dicit Ambrosi⁹
in c. An putatis. eadē distin. An putatis illū ieiunare fratres: qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat/ non beatorū marty
rum sancta loca perquirit: sed surgens congregat seruulos/ disponit rhetia/ canes producit/ saltus syluasq; plustrat. seruulos
inq̄ secum pertrahit/ fortasse magis ad ecclesiam festinantes/ & voluptatibus suis peccata accumulantes aliena: nesciens reū
se futurū tam de suo delicto q̄ de perditione seruorum. Et facit quod legitur in concilio Aurelianeñ. de quo in ca. 2. de cleri.
vena. vbi dicitur. Omnibus seruis dei venationes & syluaticas fatigationes cū canibus & accipitres aut falcones habere in-
terdicimus. Et specialior prohibitio legitur in d. concilio Aurelianñ. de quo in c. 1. eodē ti. Episcopū presbyterū aut diaconum
canes aut accipitres aut huiusmodi ad venandū habere non licet. Qꝫ si quis taliū personarū in hac voluptate ꝓeptus detētus
fuerit: si episcopus est/ tribus mensibus a cōmunione: si presbyter/ duobus: si diaconus/ ab omni officio suspēdatur. hęc ibi.
Vt aūt in hac materia/ an scilicet venatio occupatiua bestiarū vel auium sit illicita: habeatur breuis resolutio. dici potest ꝙ
duplex est talis occupatiua venatio: quędam est saltuosa & clamosa quæ fit in saltu vel nemore/ hominum canum & auium
multitudine congregata. & hæc omnibus est prohibita. j. nedum clericis/ sed etiam laicis si diebus quadragesimalibus/ ieiu
niorum aut pręcipuarū festiuitatū fiat/ subtrahendo se a diuino cultu cui talibus diebus præ cæteris vacandū est. Ita loquitur
d. c. An putatis. 86. distin. c. Irreligiosa. de cōse. dist. 3. & c. Ieiunia. de consecra. distin. 5. Fallit vbi necessitas famis vrgeret.
aut si apri/ vrsi/ aut similes bestię vineas aut segetes vastarēt. ar. in l. 2. C. de ferijs. alijs aūt dieb⁹ talis venatio est laicis per-
missa. ar. ff. de acqui. re. do. l. Naturalē. & l. Pomponius. & insti. de re. diui. §. feræ igitur bestię. sed clericis est omnino ꝓhi-
bita. c. 1. §. fi. Ne cle. vel mo. c. Cū apostolus. versi. Nec cū canib⁹. de cēsi. & d. c. 1. & 2. de cleri. vena. Quędam est venatio oc-
cupatiua. Quieta seu recreatiua: puta cū rhetib⁹/ laqueis/ & canibus/ cū silentio & modestia. Et hæc permissa est laicis/ cleri-
cis vero prohibita si causa voluptatis vel nimis frequēter assuinatur. secus si causa necessitatis vel vtilitatis: vt si fiat forsan
ad excitandū calorē naturalem vel etiā appetitū. arg. c. Dilectus. de homici. Episcopo tñ quęlibet venatio videtur interdicta.
c. 1. in prin. 34. distin. sed aduertendum est quia contrariū innui videtur in d. c. 1. de cle. percus. vbi nō magis prohibetur epi-
scopis venatio q̄ alijs seruis dei/ salua ꝑœna secūdū Hostiē. ibi. & in summa eiusdē ti. §. Quę & quibus. versicu. Item causa
vtilitatis. vbi dicit ꝙ in d. c. 1. 34. distinct. non dicitur simpliciter ꝙ ille episcopus venator tantū esset/ sed etiam dicitur ꝙ
incontinens erat. & circa ep̄alia deses & negligens. Religiosis tamē seu monachis videtur simpliciter inhibita venatio/ q̄uis
Host. in d. c. 2. de cle. vena. dicat eis permissam: vbi redditus eorum in venatione consisterent. sed in contrarium est text. in
cle. Ne in agro. §. porro. de statu mona. vbi de venatione datur circa monachorum personas: bona/ vtinā aūt bene obseruata
prouisio: in hæc verba. A venatiōibus & aucupationibus omnes monachi semper abstineant. nec eis interesse aut canes aut
aues venaticos per se vel alios tenere præsumant. Nec a familiaribus secum morantibus teneri permittant: nisi saltus/ viua-
ria/ vel garenas proprias vel ius venandi in alienis haberent: in quibus cuniculi vel ferę aliæ forsan essent. quo casu hoc eis
permittitur. dū tamē intra monasteria seu domos quas inhabitant aut eorum clausuras venaticos canes non teneant/ nec ve
nationi præsentiam exhibeant personalem. Ita hanc materiam resoluit Henricus Bouhic in d. c. 1. de cle. vena.
p ¶Nemroth robustus venator coram dño. Hic aduerte ꝙ quadruplex reperitur venatio. Quędam dicitur oppressiua
siue violenta hominū: de qua legitur Gene. 3. & hic ꝙ robustus erat Nemroth venator corā dño. j. hominū oppressor & extin
ctor quos ad turrim ędificandam illexit. Ita dicit text. in c. fi. in fi. 6. dist. Et hęc venatio est omnib⁹ illicita. nisi forsan in bel
lis iustis & hominib⁹ criminosis qui superciliū auctoritate opprimūtur. His em̄ casib⁹ licita videtur talis venatio. cap. Noli
existimare. cū quatuor sequentib⁹. 23. q. 1. c. Miles. & c. Cū minister. 23. q. 5. Secūda est venatio adulatoria/ q̄ fit ab histrionib⁹
& similib⁹/ quotiens placendi causa/ hominē laudāt de bono quod eū nō habere sciunt. & hęc etiā est illicita & vituperabi-
lis. d. c. Qui venatorib⁹. 86. dist. c. Sunt nōnulli. 46. dist. ca. Sunt plurimi. 6. q. 1. & de hac dixi in verbo Adulatio. Tertia est

venatio arenatoria: cum scilicet quis salariũ recipit vt in arena cum bestijs pugnet. l. 1. §. Item senat⁹. ff. de postu. & hęc si fiat cum præmio omnibus etiam laicis est prohibita & infamat. secus si fiat causa virtutis exercendę. quia tũc permissa est laicis: vt patet in d. §. Item senatus. sed non clericis: vt patet in eo quod legitur & notatur in c. 1. & 2. de cleri. pugnan. in duel. Quarta est venatio occupatiua bestiarũ vel auium: quã proprie & cõmuni loquẽdi vsu venationẽ vocamus. Et de hac an licita sit vel illicita: vide quod scriptum est superiore proxi. anno. q ¶ Si quis vendiderit filiam suam in famulam. Iure humano pater filium filiã ve põt ꝓpter nimiã paupertatẽ egestatẽq; victus vẽdere in famulũ seu famulã: ita scilicet ꝙ obtinẽdi ius seruitij in filio aut filia habeat emptor. Liceat aũt ei qui vendidit aut q alienatus est vel cuilibet alij ad ingenuitatem eum propriã repetere: modo si aut precium offerat quod potest valere aut mancipium pro huiusmodi pręstet. text. est in l. 2. C. de pa. qui. fi. distra. vbi Bal. in. 1. no. post Nico. de malũ. dicit ꝙ fili⁹ aut filia sic vendita / non efficitur seruus aut serua sed seruiens. vnde ingenuitas eius non est absorpta sed velata ad tempus. Alioqui si diceremus eũ seruum / nunq̃ rediret in eandem ingenuitatẽ numero. vt. ff. de cõdi. & de. l. Intercidit. ff. de acti. & obliga. l. Seruus effectus. quod est cõtra d. l. 2. dũ dicit. ingenuitatem propriã repetere liceat: repeto enim quod meũ est / peto qđ est alienũ. hæc Bal.

r ¶ Precium pudicitię nõ negabit. Vide quod istis verbis annotatũ est in verbo Pudicitia.

s ¶ Vendidisti populum tuum sine precio. Iure humano nichil dici potest vendi sine precio. Nulla eñ vẽditio aut emptio sine precio esse põt / sed & certũ esse precium debet. §. precium. insti. de emp. & vẽdi. Sufficit autem precium esse / tametsi rei venditæ non correspondeat. Si tamen modico precio constituto: apponatur in venditione pactum de recuperanda re post certum tempus / pręsumitur pignus & non venditio. Casus est & ibi late per doc. in c. Ad nostram. de emp. & ven. Quod dictum est venditionem sine precio consistere non posse: intellige de propria venditione: prout scilicet venditio ab alijs contractibus distinguitur / & sic sumendo hoc verbum venditio proprie & stricte. Non aũt large. & improprie. quia large & improprie: appellatione venditionis omnis contractus continetur. glo. est & ibi Panor. in fine. in c. Ex parte. de postulando. bo. tex. in l. Statuliber a cęteris. §. fi. ff. de statulibe. nisi in dispositione de venditione loquẽte / fieret mentio seu commemoratio precij. quia tunc intelligitur solum de venditione propria & stricta. vnde facta similiter prohibitione vendendi / etiam censetur facta prohibitio permutandi / donandi vel alias alienandi. secus si fieret prohibitio vendẽdi aliquo ꝓcio. quia tunc censeretur solum facta prohibitio vendendi stricte & proprie. vide Panor. qui ita sentit in d. c. ex parte. in fi. de postulan. in c. 1. in. 1. no. de his q̃ fiunt a præla. sine consen. capitu. & in c. fi. in vltimo no. de accusa. & facit text. in l. fi. C. de prędijs curia. libro. 10.

t ¶ Venenum aspidũ insanabile. Nota hanc adiectionem / insanabile. Qui eñ venenum dicit seu veneni meminit: adijcere debet vtrum bonum esset an malum. Nam medicamenta venena sunt. quia eo nomine omne continetur quod adhibetur & eius naturam cui adhibitum esset mutat. dicitur enim venenum a vi vehemẽti immutandi naturam eius cui adhibetur. tex. est cum glo. in l. Qui venenum. in princip. ff. de verbo. significa. Vnde dicit tex. in l. Eiusdem. in prin. & versic. adiectio. ff. ad l. cor. de sicca. Legis cornelię de siccarijs & veneficis. capite quinto. Qui malũ venenum necandi causa fecerit / vel vendiderit vel habuerit: plectitur. Adiectio aũt ista veneni mali: ostendit esse quędam & non mala venena. Ergo nomen medium est. & tam id quod ad sanandũ / q̃ id quod ad occidendum paratum est: cõtinet / sed & idem quod amatorium appellatur. Eadem etiam distinctio veneni boni & mali / probatur in l. quod sępe. §. veneni. ff. de contrah. emp. & in l. Cęteræ. §. 1. ff. fami. hercis.

v ¶ Veneno vitã finiuit. Vitam veneno finire faciẽs / delinquit grauius q̃ gladio occidens. l. 1. C. de male. & mathe. & est glo. in c. Certe. in verbo Malũ. 12. q. 1. Et aduerte ꝙ aliquando qui venenũ dandum consulit / grauius punitur q̃ si ipse venenum dedisset. Medicus namq; vel alter qui venenum filio dedit quo intoxicatus est pater: grauissima parricidarum pœna punitur. qua tamen nõ puniretur / si ipse patrem illius filij intoxicasset. bo. est tex. in l. Si sciente. ff. ad l. pompe. de parri. & notat Archi. in c. Tanta. in fi. 86. distinct.

x ¶ Venenum aspidum sub labijs eorum. Dici potest venenum aspidum sub labijs esse meretricũ. vt enim veneno corpus / sic animi iuuenum earum blandicijs & conuersatione perimuntur. tex. est cum glo. in l. 1. §. ipsas etiam. C. de natu. libe.

y ¶ Q̃ vt veniam merear. Recurre ad verbum Cain: & adde ꝙ nusq̃ legitur dominum veniam nisi se corrigentibus dedisse. c. legatur. in princip. 24. q. 2. An aũt ex venię petitione / inferri possit ad confessionem criminis / ita ꝙ veniam petens videatur crimen confiteri. tex. est probans ꝙ non. & ibi notat Panor. in fi. in c. Exhibita. de homici.

Vendere et Venditio.

¶ Si [q] quis vendiderit filiam suam in famulam: non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit dimittet eam: populo autẽ alieno vendendi nõ habebit potestatem si spreuerit eam. Si autem filio suo desponderit eam: iuxta morem filiarum faciet ei: ꝙ si alteram ei acceperit: prouidebit puellæ nuptias & vestimenta: & precium [r] pudiciciæ non negabit. Si tria ista non fecerit: egredietur gratis absq; pecunia. Exodi. 21. a.

¶ Vendidisti [s] domine populum tuum sine precio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Psalm. 43. c.

¶ Cætera in verbis Ananias. Actuum. 5. a. & b. Apostolus. Actuum. 4. g. Emere. Leuitici. 25. b. Prouerb. 23. c. Ezechielis. 7. d. & 1. Corinthios. 7. e. Emptio. Eccli. 27. a. Esau. Genesis. 25. d. Frumentum. Prouerb. 11. d. Furari. Exodi. 21. b. & 22. a. Iesus. Matthæi. 21. b. Ioseph filius Iacob filij Isaac. Genesis. 37. f. Iubilęus. Leuitici. 25. b. Mulier. Prouerbiorum. vltimo. c. Perfectus. Matthæi. 19. c. Redimere. Leuitici. 25. d. & c. & Scelus. Amos. 2. c.

Venenum.

¶ Fel draconum vinum eorum: & venenum [t] aspidũ insanabile. Deutero. 32. e

¶ Ptolemæus veneno [v] vitam finiuit. 2. Mach. 10. c

¶ Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum [x] aspidum sub labijs eorum. Psalmo. 13. b.

¶ Cætera in verbo Lingua. Iacobi. 3. b.

Venia.

¶ Maior est iniquitas mea: q̃ vt [y] veniã merear (dicit Cain) Genesis. 4. b.

Venire.

¶ Deus manifeste veniet: deus noster & non silebit. Psalm. 49. a.

¶ Dicite filiæ Sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo &c. Esaiæ. 62. d.

¶ Veniet dominus deus meus: omnesq; sancti eius cum eo &c. zachari. 14. b

z ¶Cum venerit filius hominis. Quia hęc tota sententia extremi est commemoratio seu prænunciatio iudicij: vide quod de eo dictum est in verbo Dies. super illud Iohel.2. Sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinē, anteq̄ veniat dies domini magnus & horribilis. & in verbo Iudicium. super illud Esa.3. dñs ad iudicium veniet cum senioribus populi sui.

a ¶Esuriui enim &c. Declara vt in verbo Esurire.

b ¶Et eum qui venit ad me, non eijciam foras. Quia de prædestinatis ad salutem, nullus tandem periclitatur. c. Nouit. de pœniten. distinct.3.

c ¶De fructu oris viri replebitur venter eius &c. q.d. Qui eam quam didicit scientiam in alios dissemi-nare studuerit: ma otē sibi scientię cumulum exaggerabit. Ita enim fiet vt dominus gratitudinē eius agnoscēs, plenam ei sapientię largiatur vbertatem: prout etiam hoc probatur in sępe allegato ca. Reuertimini. circa fi. 16. quæsti.1.

d ¶Non ventiles te in omnem ventum. Hostiē. in cap. fi. in ver. tuentur le. de vita & ho. clerico. dicit quosdam esse clericos qui vt laicorum priuilegijs gaudeant, mercatores laicos se dicunt. Et subinde vt clericorum gaudeant immunitatibus, se clericos allegant & prætendunt. Ita ventilantes se seu chlamydem habētes ad omnem ventum.

e ¶Coram se facient verberari. An iure humano liceat iudicibus infligere verbera, dixi annotando hæc verba in verb. Causa. Adde tamen q̄ dum ibi dictū est, clericum seu religiosum, nō esse per laici manus verberandum, etiam de mandato iudicis ecclesiastici: q̄ illud procedit etiam in tortura. quia in tortura inferuntur verbera & cruciatus. pœna enim infertur vt vi pœnę dicat veritatem. capit. illi.5. quæsti.5. l.1. ff. de quæstio. & dixi diffuse in verbo Tortura sed per laicum clericus etiam ad iudicis ecclesiastici preceptum verberari nō debet. igitur &c. Ita Panor. per illum text. in capi. Vniuersitatis. colum.1. versi. Et hanc litterā adduco. de sen. excom. vbi tamē dicit q̄ de consuetudine seruatur contrarium. Secundo adde q̄ in castigatione verberum clericis illatorum, tria sunt cōsideranda: scilicet persona verberantis, persona verberati, & ipsius offensa. In persona verberantis tria requirenda sunt, scilicet dignitas ipsius. quia si episcopus sit proprijs manibus verberare non debet. capit. Non liceat in princip. 86. distinct. Animus verberandi, & potestas coercēdi. Similiter in verberato tria considerantur. Etas, status religionis, & gradus honoris. In offensa etiā sunt tria animaduertenda. Qualitas cōmissi, facilitas emendandi, & pertinacia resistendi. Et nota q̄ tunc demum sunt verberandi & non alias, cum sperātur per verbera, &

Mat.25.c & d ¶Cū z venerit filius hominis in maiestate sua: & omnes angeli eius cū eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabūtur ante eum omnes gentes: & separabit eos abinuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedisti michi mā-ducare. Sitiui, & dedisti michi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus: & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram: & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti: dicentes. Domine quando te vidimus esurientē, & pauimus te: sitientem, & dedimus tibi potū. Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te. aut nudū, & cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amē dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis, michi fecistis. Tunc dicet rex & his q a sinistris erūt. Discedite a me maledicti in ignem æternum: qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui a enim, & non dedistis michi manducare. Sitiui: & non dedistis michi potum. Hospes eram: & non collegistis me. Nudus: & non operuistis me. Infirmus & in carcere eram: & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi: dicentes. Domine quando te vidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere, & non ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis: dicens. Amen dico vobis q̄diu nō fecistis vni de minoribus his, nec michi fecistis. Et ibūt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

Ioānis.6.d. ¶Omne quod dat michi pater (dicit Christus) ad me veniet: & eū b qui venit ad me, non eijciam foras &c.

¶Cætera in verbis Crux. Matthæi.16.d. Esurire. Ioan.6.d. Ignis. Esa. vlti.e. Iugū. Matth.11.d. Paraclitus. Ioan.16.b. & Pax. Matthæi.10.d.

Venter.

Prouer.13.d. ¶Venter impiorum insaturabilis.

18.d. ¶De fructu c oris viri replebitur venter eius: & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.

Cantico 7.b ¶Venter tuus sicut aceruus tritici: vallatus lilijs.

Lucę.1.d. ¶Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui.

¶Cætera in verbis Crux. ad Philippē.3.d. Homo. Sapientiæ.7.a. Manus. Canticorum.5.b. Spes. Psalmo.21.b. & Vbera. Lucæ.11.d.

Ventus.

Iob.7.b. ¶Memento domine quia ventus est vita mea: & nō reuertetur oculus meus vt videat bona: nec aspiciet me visus hominis.

Eccli.5.c. ¶Non d ventiles te in omnem ventum: & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

¶Cætera in verbis Detrahens. Prouerbiorum.25.d. Doctrina. ad Ephesios.4.c. Domus. Prouerbiorū.11.d. Frigidus Ecclesiastici.43.c. Iesus. Ecclesiastici.43.c Iesus. Matthæi.14.c.d. & Iob. Iob.1.d.

Verberari et Verbera.

Deutero.25.a ¶Si fuerit causa inter aliquos & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint: illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium: condemnabunt impietatis. Si autem eum qui peccauit dignum viderint plagis: prosternent & e corā se facient

verberari. Pro [f] mẽsura pc̃ti: erit & plagarũ mod9: ita dũtaxat vt quadra genariũ nũerũ nõ excedãt: ne fœde lacerat9 ante oculos tuos obeat fr̃ tu9.

¶ Si dereliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambu= Psalmo.88.e
lauerint. Si iustitias meas prophanauerint: & mandata mea nõ custodie=
rint. Visitabo in virga iniquitates eorũ: & in verberibus peccata eorum.

¶Cætera in verbis Balaam. Numeri.22.e. & Fides. ad Hebræos.11.g.

Verbum.

¶Auris verba dijudicat: & fauces comedẽtis saporem. Iob 12.b.
¶Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret. Psalmo.35.a.
¶Misit verbũ [g] suum & sanauit eos & eripuit eos de interitionibus suis. 106.c.
¶In æternum domine verbum tuum permanet in cœlo. In generatione 118.m.
& generationem veritas tua fundasti terram: & permanet.
¶Fidelis est dñs in omnib9 verbis suis: & sanctus in oĩbus operibus suis. 144.d.
¶Mala aurea in lectis argenteis: qui loquitur verbum in tempore suo. Prouer.25.b.
¶Ne reuerearis proximum tuum in casu suo: nec [h] retineas verbum in Eccli.4.c.
tempore salutis.
¶Temerarius in verbo suo odibilis erit. 9.d.
¶Beatus [i] vir qui non est lapsus verbo ex ore suo: & non est stimulatus 14.a.
in tristitia delicti.
¶Audisti verbum aduersus proximum tuum: commoriatur in te fidens 19.b.
quoniam non te dirumpet.
¶Sagita infixa fœmori canis: sic verbum in corde stulti. Ibidem.
¶Qui multis vtitur verbis: lædet animam suam. 20.a.
¶Verba prudentium statera ponderabuntur. 21.d.
¶Qui narrat verbũ non audienti: quasi qui excitat dormientem de gra= 22.a.
ui somno.
¶Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogita= 27.b.
tu cordis hominis.
¶In medio insensatorum serua verbum tempori. 37.b.
¶Ante omnia opera verbum verax præcedat te. 37.c.
¶Verbum [k] domini manet in æternum. Esaię.40.b.
¶In principio erat verbum: & verbũ erat apud deũ: & deus erat verbũ. Ioannis.1.a.
Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsũ facta sunt: & sine ipo factum est nichil. Quod factũ est in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebrę eam non comprehenderunt &c.
¶Verbum [l] caro factum est: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam 1.b.
eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratiæ & veritatis &c.
¶Verba quæ ego locutus sum vobis: (dicit Christus ad Iudæos) spiritus 6.g.
& vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis: qui non credunt.
¶Verbum consummans & abbreuians in ęquitate: quia verbum [m] bre= Ad rom.9.f.

non aliter emendari. Ita in ista materia loquitur Archid.45.distin. in prin. f ¶Pro mensura peccati/erit & plagarũ mod9. Require annotationẽ in ver. Mẽsura. g ¶Misit verbũ suũ &c. Vide qd dictũ est in ver. Mittere. Io.8. h ¶Nec retineas verbũ in tempore salutis. Qui namq; verbo suo põt errantem ab errore reuocare: si non reuocet/tam in vitio est/q̃ is qui errat. c. q̃tę. de sen. excom. i ¶Beatus vir qui nõ est lapsus verbo. Leuis enim res est sermo quia leuiter volat/sed grauiter vulnerat: leuiter transit/sed grauiter vrit/leuiter penetrat animum/ sed non leuiter exit. profertur leuiter/sed nõ leuiter reuocatur: facile volat/atq; ideo facile violat charitatẽ. Ita dicit Ber. quem apud canonistas citat Archid. in ca. Quotiens. 22. quęsti. 5. k ¶Verbũ dñi stabit inęternũ. De stabilitate verbi diuini / est pulchra decisio in c.1.35.q.10. vbi dicitur. Sedẽ apostolicã cõsulere decreuisti: si mulier copula nuptiali extraneo viro cõiuncta/ cognationi eius pertineat. Et si eo defuncto / cognatio remaneat: vel sub altero viro cognationis vocabula dissoluãtur/vel si susceptę soboles possint legitime ad prioris viri cognationis trãsire copulam. Est enĩ verbũ dñi forte & durabile & immutabile & perseuerabile: nõ momẽtaneũ/nõ trãsitoriũ. Ait enĩ per se ipsa veritas q̃ de9 est & verbũ dei est. Cœlũ & terra transibũt/ verba aũt mea nõ trãsibũt. Anteq̃ de9 in carne appareret inter homines: eo inspirãte dixit Adã. Q̃obrẽ relinquet homo patrẽ suũ & matrem & adhęrebit vxori suę/& erũt duo ĩ carne vna. Deinde cũ veritas orireť de terra in terrã/ & visibilis in humanitate appareret: ĩterrogat9 est/ si liceret homini vxorẽ relinquere? qd prohibẽs vetuit. nisi forte fornicatio excluderet maritalẽ copulã. Vñ protulit statim in mediũ eandẽ sententiã/quã ante secula manẽs cũ patre verbũ inspirauerat Adę: ipe cõfirmãs/qd ipse prim9 ptulit homo. Quãobrem relinquet homo patrẽ suũ & matrẽ/& adhęrebit &c. Si vna caro fuerit: quomodo põt aliquis eorũ ppinquus vni pertinere/ nisi pertineat alteri? hoc minime posse fieri credendũ est. Porro vno defuncto ĩ superstite affinitas nõ deletur. Nec alia copula cõiugalis / affinitatẽ copulæ prioris soluere valet. sed neq; alteri9 cõiunctiõis soboles placet ad affinitatis prioris viri cõsortiũ trãsire: p eo q̃ verbũ dñi validũ est & forte. Et inquiẽs dixit ppheta. Verbũ dñi stabit inęternũ. Et alius ppheta. Quoniã ipse dixit/ & facta sunt: ipse mandauit/ & creata sunt. Statuit ea inęternũ & in seculũ seculi. pceptũ posuit/& nõ pteribit. Nã post verbũ & pręceptũ/effecit deus duos: carnẽ vnam. s. masculũ & fœminam/ qui innumerã multitudinẽ vtriusq; sexus nõ destitit ipse facere secũ: sicut per se veritas dixit. Nõ rogo p his tãtũ/sed etiam p his qui per verbũ eorũ sunt credituri in me: vt vnũ sint/sicut tu pater in me & ego in te: vt & ipsi vnũ in nobis sint. Si qs ergo sacrilego & temerario ausu in defuncto q̃rit propinquitatem extinguere/ vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare/ vel susceptam sobolem alterius copulę propinquitati prioris credit legitime sociari: hic negat dei verbũ validũ esse & forte. & qui tam facile & tam velociter querit dissoluere: hic non credit verbum dei inęternum permanere. Hæc ibi. l ¶Verbum caro factum est. His verbis admirandum incarnationis dei nostri ostenditur mysterium quo inter ipsum & ecclesiam/spirituale coniugium contractum est. c. Debitum. vbi bo. tex. circa hęc verba videndus. de bigamis. m ¶Verbum abbreuiatum faciet dominus super terram. Deus pater verbum fecit abbreuiatum. Vultis autem nosse q̃ longum q̃ breue fecit? Cœlum (inquit hoc verbum) & terram ego impleo: nunc caro factum/in augusto locatum pręsepio

est. A seculo (ait propheta) & in seculū tu es deus. & ecce factus est infans vnius diei. Ad quid hoc aut quæ necessitas fuit, vt sie exinaniret se, sic humilaret se, sic abbreuiaret se dn̄s maiestatis (nisi vt vos similiter faciatis. Iam clamat exēplo, quod postmodū prædicaturus est verbo. discite a me: quia mitis sum & hūilis corde. vt verax inueniatur qui dicit. Cœpit Iesus facere & docere. Hæc sententia est Bernardi in principio sermonis sui primi de natali dn̄i, quę in effectu habentur in c. Dn̄s noster. 93. dist. n ¶ Sine intermissiōe. Declara per illud qd dictū est in verb. Orare super illud Pauli. 1. ad Thessa. 5. Semper gaudete, sine intermissione orate.

uiatum faciet dominus super terram.

2. Corin. 2. d. in fine. ¶ Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei: sed ex synceritate sicut ex deo coram deo in Christo loquimur.

Ad thessa. 2. c ¶ Gratias agamus deo sine [n] intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus dei: accepistis illud, non vt verbum hominum: sed sicut est vere verbum dei: qui operatur in vobis qui credidistis.

Iacobi. 1. d. ¶ In mãsuetudine suscipite insitū verbū: quod pōt [o] saluare aias vestras.

¶ Cætera in verbis Bilinguis. Prouerb. 18. b. Credere. Prouerb. 14. b. & Ecclesiastici. 19. c. Contendere. 1. ad Timotheum. 2. a. Cor. Ecclesiastici 37. c. Dignus. 1. ad Timotheum. 5. c. Dulcedo. Prouer. 16. d. & Eccli. 6. a. Ecclesia. Ecclesiastici. 21. c. Egestas. Prouerb. 14. c. Eructare. Psalmo. 44. a. Euangelizans. Psalmo. 67. c. Factor. Iacobi. 1. d. Fatuus. Eccli. 19. b. Gladi9. ad Ephe. 6. d. Gloria. Prouer. 18. b. Habitare. Psal. 90. a. Iterare. Eccli. 7. b. & 9. b. Lingua. Iacobi. 3. b. Loqui. Eccli. 32. b. Luxuriosus. Eccli. 21. c. Maria virgo. Lucæ. 1. b. Munus. Exodi. 23. a. Panis. Deuter. 8. a. Ratio. Matth. 12. c. Sapiens. Ecclēs. 12. d. Semen. Lucę. 8. b. Stultus. Prouerbiorum. 17. b. & 18. a. &. Ecclesiastes. 10. c. & Superbia. Tobi. 4. c

Verbosus.

Iob. 11. a ¶ Nūquid qui multa loquitur, non & audiet: aut vir [p] verbosus iustificabitur.

Eccli. 7. b. ¶ Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum: & non iteres verbū in oratione tua.

Vereri et Verecundia.

Iob. 3. d. ¶ Timor quem timebam euenit mi chi (ait Iob) & quod [q] verebar accidit &c.

Psalmo. 43. c. ¶ Tota die [r] verecundia mea contra me est: & confusio faciei meæ cooperuit me.

Eccli. 32. b. ¶ Ante grandinem præibit coruscatio: & ante verecundiam pibit gratia.

¶ Cætera in verbis Mulier. 1. ad Timotheum. 2. c. & opera. Iob. 9. b.

Vermis.

¶ Require sententias in verbis Homo. Iob. 25. b. & Eccli. 10. b. Ignis. Esaiæ vltimo. & Opprobrium. Psalmo. 21. b.

Veritas.

3. Esdræ. 4. c. ¶ Magna est terra (dixit iuuenis qui veritatem rege, vino, ac mulieribus esse fortiorem asseruerat) & excelsum est cœlum, & velox cursus solis: conuertit in gyro cœlum in locum suum in vna die. Nonne magnificus qui hæc facit? Et veritas [s] magna est & fortior pre omnibus.

o ¶ Quod pōt saluare anĩas vestras. Facit tex. Ambrosij in ca. remittūtur. in prin. 23. q. 5. dū ibi dicit. Remittunt peccata per dei verbum. Et tex. eiusdē Ambro. in c. Verbū in princ. de pœ. dist. 1. vbi dicitur. Verbum dei dimittit pc̄tā. Gl. tamen exponunt illos tex. bifariā. Prio, verbū. s. filius dei: qui dicitur verbū. quia sicut p verbum manifestatur alicuius voluntas: ita per filium volūtas patris, dimittit peccata. Vel verbū. s. prędicatio, pc̄tā dimittit causatiue. quia est causa cōtritionis. & pposit de cōfitendo loco & tēpore idoneis: ita per cōsequētiā remissionis. Quid ergo operatur sacerdos dicendo post confessionē. absoluo te &c. Hostien. in ca. Significauit. in verb. Recōciliari. de pœni. & remi. dicit: q hęc verba absoluo te: perinde sonant, ac si diceretur. Absolutū te denūcio. qd non esset nisi absolutionem peteres. vel absoluo te a pœna æterna, in tēporalē tamen mutata. de hoc tamē vide quod plene scribit Hostien. in summa sua in ti. de pœni. & remis. sub rubricella de remissiōibus. §. 1.

p ¶ Nūquid vir verbosus iustificabitur. Recurre ad scripta i verb. Lingua. sup illud psal. Vir linguos9 nō diriget in terra. & super illd Iaco. 3. Si qs i verbo nō offendit, hic pfect9 est vir.

q ¶ Quod verebar accidit. Vereri est verecūdari vel timere. & descendit a vereus, ra, rū: quia verorū est vereri. & inde verecundor verecundaris. s. erubescere de turpi facto, dicto, vel cogitatu. Erubescentia tn̄ est

pprie effectus verecundiæ apparens in rubore exterius in facie. sed verecūdia est in aīo vel mēte erubescentis. Ita dicit Archi. in c. Puto. in verb. Vereri. 2. q. 7. r ¶ Tota die verecundia mea contra me est. Hic aduerte q multiplex est verecundia. Quædam est virginalis: quę. s. virginibus inesse solet. c. Nec illud. in princ. 30. quæst. 5. Secunda est verecundia vidualis, qua timet vidua ad secundas nuptias cōuolare. de qua viduali verecūdia, pulchre loqtur Ambrosi9 in lib. de patriarchis & trāslatiue in c. Honorādus. in fi. 32. q. 2. si qua mulier amisso cito marito & adolescētula, laqueū infirmitatis suę timēs incidere: si vult nubere, nubat tn̄ in dn̄o. Ita vt electionē mariti parētibus deferat, ne appetētię ęstimemur auctrix si ipsa de nuptijs suis electionē sibi vēdicet: expetita magis debet videri a viro, q̄ virū ipsa expetijsse. verecundiā pręmittat anteq̄ nubat quo ipsū coniugiū plus cōmendet verecūdia. Hęc ibi. Tertia est verecūdia qua qs vano quodā pudore mot9, pc̄tm̄ suum nō vult cōfiteri. de qua loquēs tex. in c. Inter hęc hircū. 1. in princ. de pœ. dist. 3. dicit raro inuenies q se corrigat: & rara confessio pc̄ti, & rara pœnitētia. Repugnat natura & verecūdia: qa obnoxia est culpæ oīs caro & qsq erubescit pc̄tm̄ suū cōfiteri, dū magis psentia cogitat q̄ futura. Et huic verecūdię pōt adaptari hęc psalmographi sn̄ia. Talē eīm verecūdiā malā esse & remorsū cōsciētię parere indubiū est. c. Quis aliqn̄. §. fi. de pœni. distin. 1. Quarta est verecūdia qua qs in suorū cōfessiōe peccaminū erubescit: & hęc bona est, & pars dr̄ esse remissiōis. c. Quē pœnitet. circa prin. eadē dis. Quita est & vltima verecūdia, qua qs verecūdat & timet pc̄tm̄, vel quodpiā aliud inhonestu agere: & hęc virt9 est. vn̄ in veteri lege dicebat verecūdos & verētes facite filios Israel. & dicit Hiero. verecūdia igenuos pdit natales. Ita de hac vltia specie verecūdię loqtur Arch. in c. fi. in verb. Pudicus. 42. distin.

s ¶ Veritas magna est & fortior p oībus. Hic dicit Cyprian9 in c. Cōsuetudo. in pri. 8. dist. Cōsuetudo q̄ apud quosdā

trepserat: impedire non debet quominus pręualeat veritas & vincat. Nam consuetudo sine veritate/vetustas erroris est. propter quod relicto errore sequamur veritatem. scientes quia apud Esdram veritas vincit vt scriptum est. Veritas valet & inualescit & viuit inęternum & obtinet in secula seculorũ. Hæc ibi. Et facit quod notat Archi. in ca. Corpus. versi. Et notan. de cons. dist. 2. vbi dicit. Veritas quæ in omnibus primatũ tenet/habet pręrogatiuã. Primo respectu auctoritatis: quia dicit Augu. in sermone de assumptione dñi/ꝙ auctoritas sine veritate nichil valet. Secundo respectu consuetudinis. quia vt dicit Cyprianus. Nemo consuetudinem/veritati pręponat. Tertio respectu opinionis. quia opinio potest esse vera vel falsa: & veritas vna est & indiuisibilis/secundũ Dionysium: opinio autem multiplex. & ideo turpe est si nugas sequamur. j. fonte veritatis omisso opinionũ riuulos consectemur. Quarto respectu similitudinis: quia semper cum veritate ẽ similitudo/ vt dicit Augu. ideo veritas pręfertur vmbrę & figurę & etiam imagini. quia hęc dicuntur ꝑpter quandam assimilationem. sed differũt: quia vmbra dicit repręsentationem obscuram & defectiuã siue priuatiuam/sed figura dicit repręsentationem non oĩno priuatiuã/sed tantum imperfectam. Similitudo vero appropriato nomine dicit repręsentationem claram: sed imago dicit repręsentationem expressam. Et quia sacramenta noui testamenti magis expresse repręsentãt inuisibilem gratiam/ q̃ veteris testamenti. ideo ibi dicitur fuisse vmbra/ hęc autem imago: in cœlestibus autem erit veritas. Hęc Archidia.

[t] ❡Diminutę sunt veritates a filijs hominum. Veritas doctrinę diminuta est in magistris & doctoribus. quia licet multa sciant pauca tamen faciũt. de quibus Grego. super Eze. Homil. 10. intellectus eorum in spiritualibus emicat/ & tamen vita in factis carnalibus remanens/intellectui non cõcordat. & homil. 11. dicit. vt seruetur veritas prędicãdi/ necesse est vt teneatur altitudo viuẽdi. Veritas etiam iustitię diminuta est in iudicibus & rectoribus. Math. 11. non est in eis veritas neq; iudiciũ. transgressi enim sunt constitutum & iusiurandũ quod iurauerunt. & apud Esaiam dicitur. cõuersum est retrorsum iudicium: & iustitia longe stetit. quia corruit in platea veritas/ & ęquitas non potuit ingredi. veritas etiam vitę perijt in omnibus. vnde Esa. veritas in te facta est in obliuione. Et sic patet illud prophetæ. Diminutæ sunt veritates a filijs hominũ. & Osee. 4. Non est veritas neq; misericordia: & non est scientia dei in terra &c. Ita in ista materia loquitur Albe. de Rosate in dictionario suo in verb. Veritas.

[v] ❡Ego sum via veritas & vita. Hinc dicit Augustinus in lib. de bap. par. & habetur in c. Qui cõtempta. 8. dist. Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi: aut circa fratres inuidus est & malignus quibus veritas reuelatur: aut circa deum ingratus est/inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in euangelio. Ego sum (inquit) veritas: non dicit. Ego sum consuetudo. Itaq; veritate manifestata/cedat consuetudo veritati: quia & Petrꝰ qui circuncidebat/cessit Paulo veritatem prædicanti. Igitur cum Christus veritas sit: magis veritatem q̃ consuetudinem sequi debemus. quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. Hæc ibi. Vnde etiam dicit Beda super Marcum/ & recitatiue in capi. Abijt. 11. quæst. 3. Cum aliqui pro mũeribus falsum contra aliquem testimonium dicunt: profecto quia veritatem pro pecunia negant/deum pecunia vendunt. Ipse enim dixit. Ego sum veritas.

[x] ❡Quid est veritas. Tametsi Christus via sit/ veritas & vita: tamen dicenti sibi Pilato quid est veritas: noluit respondere: ne se videretur iactare. Ita dicit Hostiensis in c. Maiores. col. 2. in verb. Veritatis. de baptis.

Omnis terra veritatem inuocat. Cœlum etiam ipsam benedicit & omĩa opera mouentur & tremunt ipsam: & non est cum ea quicq̃ iniquum. Vinum iniquum/iniquus rex/iniquę mulieres. Iniqui omnes filij hominũ: & iniqua illorum omnia opera: & nõ est in ipsis veritas. Et in sua iniquitate peribunt: & veritas manet & inualescit in æternum: & viuit & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas/ neq; differentias: sed quæ iusta sunt/facit omnibus: iniustis ac malignis. & omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum: sed fortitudo & regnum & potestas & maiestas omnium æuorum. Benedictus deus veritatis. Et desijt loquendo: & omnes populi clamauerunt: & dixerunt. Magna est veritas & pręualet.

❡Seruite domino in veritate & inquirite: vt faciatis quę placita sũt illi. Tobię. 4. c.

❡Saluũ me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ [t] sunt veritates a filijs hominum. Psalmo. 11. a.

❡Non contradicas verbo veritatis vllo modo: & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Eccli. 4. d.

❡Volatilia ad sibi similia cõueniunt: & veritas ad eos qui operantur illã reuertetur. 27. b.

❡Corruit in plateis veritas: & ęquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuione: & qui recessit a malo/ prædæ patuit. Esaię. 59. c.

❡Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris: & vnusquisq; malum contra amicũ suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentũ mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt: quæ odi/dicit dominus. zacharię. 8. c.

❡Ego sum via/veritas [v] & vita (ait Christus). Ioãnis. 14. a.

❡Ego in hoc natus sum (ait Christus) & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate: audit vocem meam. Dixit ei Pilatus. Quid [x] est veritas? 18. g.

❡Veritatẽ dico: nõ mẽtior (inquit Paulus) doctor gẽtiũ ĩ fide & veritate. 1. Timo. 2. b.

❡Cætera in verbis Aaron. Exodi. 28. c. Confidere. Sapien. 3. b: Emere. Prouer. 23. c. Facies. Prouer. 28. c. Iesus. Ioannis. 4. c. Inuocare. Psalmo. 144. d. Lex. Ioãnis. 1. b. Insensatus. Ad Galath. 3. a. Mandatum. Psalm. 118. i. Peccatum. 1. Ioannis. 1. d. & Saluus. 1. Timotheum. 2. b.

Vespere. ❡Require sententias in verbis Fletus. Psalmo. 29. b. Homo. Psalmo. 103. c. & Mane. Genesis. 1. a. 1. Paralipomenon. 23. d. Psal. 54. d. 89. b. Ecclesiastici. 18. d. & Esaiæ. 5. c.

Psalmo.76.d **Vestigium.** ¶In mari via tua/ & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.

Eccli.13.d. ¶Vestigiũ cordis boni/ & faciem bonam: difficile inuenies/ & cũ labore.

Leuiti.10.b. **Vestis et Vestimentum.** ¶Locutus est Moyses ad Aaron & ad Eleazar: & Itamar filios eius. Capita vestra nolite nudare: & vestimẽta nolite scindere. ne forte moriamini: & super omnem cœtũ oriatur indignatio.

Deuter.22.b. ¶Non [y] indueris vestimento quod ex lana linoq; contextum est.

Ibidem. ¶Non [z] induetur mulier veste virili: nec vir vtetur veste fœminea. Abominabilis enim apud deum est: qui facit hæc.

Psalmo.21.c. ¶Diuiserunt [a] sibi vestimẽta mea: & super vestem meã miserunt sortẽ.

Ecclés.9.b. ¶Omni [b] tempore sint vestimenta tua candida.

Esa.9.b. ¶Omnis violenta prædatio cum tumultu: & vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem & cibus ignis.

63.a. ¶Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra?

Matth.6.b. ¶Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentũ vetus. Tollit enim plenitudinem eius a vestimento: & peior scissura fit.

22.b. ¶Intrauit rex vt videret discumbentes (in nuptijs filij sui) & ibi vidit hominem nõ vestitum veste nuptiali: & ait illi. Amice [c] quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. ligatis manibus eius & pedibus eius/ mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.

Apocaly.3.d. ¶Vestimentis albis induaris: vt non appareat confusio nuditatis tuæ.

¶Cætera in verbis Conuertere. Iohelis.2.d. Conuentus. Iacobi.2.a. Dauid.2.Regum.1.b. Emere. Exo.21.a. Esau. Genesis.27.c. Iesus. Matthæi.14.d. & 17.a.21.a.26.f.27.c. & vltimo.a. & Lucæ.23.b. Ioannes Baptista. Matthæi.3.a. Iudich. Iudich.10.a. Mulier. Prouerb.31.c. Nuditas. Apocalypsis.16.c. Ouis. Matthæi.7.b. Paulus. Actuum.ꝗ.b. Pignus. Exodi.22.d. Ruth. Ruth.3.a. Tobias. Tobiæ.1.c.

y ¶Non indueris vestimento &c. Hinc tex. (præmisso prius ꝙ pſbyter quidã non pfessus/ fuerat electus in priorem regularis eccclesię) dicit in c. Cũ causam. in fi. de elec. Cũ scdm legẽ diuinã non sit in boue arandũ & asino/ nec quisq̃ debeat vestem induere de lana linoq; contextã: irritetis electionẽ prædictã: & cõpellatis præfatũ presbyterũ aliosq; clericos non pfessos vt vel beati Augustini regulã in eadẽ ecclesia constitutã profiteantur & seruent: aut ipsã ecclesiã omnino dimittant. Hęc ibi. Et isti etiã sentẽtiæ innitens tex. in c. Quidã. de apostatis. dicit. Quidã sũt sicut accepim⁹/ q cũ ad sacri vndã baptismatis voluntarie accesserunt: veterẽ hominẽ omnino non exuunt vt nouo perfectius induantur. Cũ aũt maledictus sit hõ qui terrã duabus vijs ingreditur/ & indui veste non debeat lana linoq; contexta: Statuimus vt per prælatos ecclesiarum/ talis obseruãtia veteris rit⁹ omnimodo cõpescat: vt quos christianę religioni liberæ voluntatis arbitriũ obtulit salutiferę coactionis necessitas/ in eius obseruatiõe cõseruet &c. Hæc ibi. Sunt autẽ huic pcepto cerimoniali (q̃tum ad litterã) alia duo pręcepta similia/ scilicet nõ arabis in boue simul & asino: & non seres agrũ diuerso semine. de quib⁹ pceptis non potest secundũ literam ratio reddi: sed de sẽsu eorum morali ratio reddi potest. Est enim triplex duplicitas. Prima in corde. Secũda in ore. Tertia in opere. sicut cõtingit tripliciter peccare. corde/ ore/ & opere. Prima duplicitas prohibet in illo mãdato. Nõ indues vestem lana linoq; textam: seu/ non indueris vestimento qd de lana linoq; contextum est. Per linũ enim quod subtile & occultũ quia sub tegmine ponitur alijsq; vestibus operitur/ malicia intelligitur: quæ latet in corpore. Per lanam quæ blanda & mollis est dum tangitur/ itelligitur blãda. i. mollis siue amicabilis facies exterius. Per hoc ergo ꝙ lex prohibet ne aliquis induat vestem ligno lanaq; contextam: prohibet ne aliquis habeat maliciã in corde/ & amicitiã prętendat in facie. Item semen est verbum bonum & verbũ malum/ verbũ dei & verbũ diaboli. Per hoc ergo ꝙ prohibet lex ne aliquis seminet agrum diuerso semine: prohibet secundam duplicitatem. s. ne aliquis verbum detractionis/ verbum diaboli in occulto habeat: verbum aũt bonum. i. suaue ad audiendũ/ sicut est verbum adulatoriũ: habeat in aperto. Item est opus bonũ & opus malum. per bouem intelligitur opus bonum: quia bos animal est laboriosum & fructuosum: & secundũ legem reputatur mundum. Per asinum qui secundũ legem reputatur animal immundũ/ intelligitur opus malum. per hoc ergo ꝙ lex prohibet ne aretur in boue simul & asino: prohibet tertiam duplicitatẽ/ scilicet ne aliquis operetur bonum in aperto/ & in occulto faciat malum: sicut faciunt hypocritę. Prima duplicitas pertinet ad seductores: secunda ad detractores/ & tertia ad hypocritas. Ita istam materiã resoluit & declarat Archi. in c. fi. §. his ita respondetur in verbo diuerso semine. 6. dist.

z ¶Non induetur mulier veste virili. Intellige quando vti vellet ad perniciosum aliquẽ finem/ vt ad meretricandũ facilius & occultius. alioqui si alicuius honesti finis rationem habeat/ ne. s. agnoscatur ab impudice eam quęrentibus: põt indui veste virili. Ita hãc sententiam sentiunt declarandã glo. & Archid. in c. Siqua. el. 2. 2. dist.

a ¶Diuiserunt sibi vestimenta &c. Pro his quæ hui⁹ sententiæ annotationem concernunt/ recurre ad verbum Iesus super illud Math. 27. postq̃ illuserunt Iesum diuiserunt sibi vestimenta sua.

b ¶Omni tempore sunt vestimenta tua candida. Moraliter monemur virtutum candorem omni tempore nobis asciscere: vt sic deo nostro nos semper paratos possimus exhibere per vestimenta enim candida/ innocens defecataq; vita/ puritas ab omni criminum inquinamento monstratur: vt est bo. tex. Rabani circa hęc verba notandus in capi. Post baptismum. de conse. distinct. 4. vbi dicitur. Post baptismum traditur christianis vestis candida/ quæ signat innocentiam & puritatem christianam: quam post ablatas veteres maculas/ studio sanctæ cõuersationis immaculatam seruare debent: ad repręsentandam ante tribunal Christi. Cuncti vero renati albis induuntur vestibus ad ministerium resurgentis ecclesiæ. Item vtuntur baptisati albis vestibus: vt quorum primæ natiuitatis faciem/ vetusti erroris pannus fuscauerat: habitus secũdæ regenerationis gloriæ præferat indumentum. Et cõformiter dicit Ambrosius in lib. de officijs. & habetur in c. Accepisti. eadem distin. Accepisti post baptismum vestimenta candida vt esset indicium ꝙ exueris voluptates peccatorum/ & indueris innocentię casta velamina. Hæc ibi.

c ¶Amice quõ huc intrasti nõ habens vestem nuptialẽ. Verissimũ est igit ptritũ illud adagiũ. Hũc hoĩes decorãt quẽ

Vestitus nomen. ¶ Vide sententiam in verbo Victus.

Vetus. ¶ Recedant [d] vetera de ore vestro: quia deus scientiarum do 1. Regū. 2. a.
minus est/ & ipsi præparantur cogitationes.

¶ De veteri fermento: vide in verbo Fermentum. 1. Corinthos. 5. b.

¶ De veteri vino: in verbo Vinum. Lucæ. 5. g.

¶ De veteri testamento: in verbo Testamentum.

Veteranus. ¶ Q̄ speciosa [e] veteranis sapientia: & gloriosus est in= Eccli. 25. a.
tellectus & consilium.

¶ Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani: sic mulier ligata homini 25. d.
quieto.

Vexatus et Vexatio. ¶ In paucis [f] vexati/ i multis bene dis= Sapien. 3. a.
ponentur: quoniam deus tentauit eos: & inuenit illos dignos se.

¶ Tantummodo sola vexatio [g] intellectum dabit auditui. Esaię. 28. e.

Via. ¶ Via [h] regia gradiemur (dicebāt filij Israel ad Seō regē Amor= Numeri. 21. e
reorū) nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes: donec transeamus
terminos tuos.

¶ Tenebit iustus viam suam: & mundis manibus addet fortitudinem. Iob. 17. c

¶ Dirige domine in conspectu tuo viam meam. Psalmo. 5. b.

¶ Notas michi fecistis domine vias vitæ: adimplebis me lætitia cum 15. in fine.
vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq3 in finem.

¶ Propter verba labiorum tuorum (domine) ego custodiui vias duras. 16. b.

¶ Vniuersæ [i] viæ domini misericordia/ & veritas: requirentibus testamē= 24. b.
tum eius/ & testimonia eius.

¶ Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut deus noster? 76. b.

¶ Viæ sapientiæ viæ pulchræ: & omnes semitæ eius pacificæ. Prouer. 3. c.

¶ Via [k] impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. 4. c.

¶ Cum placuerint domino viæ hominis: inimicos quoq3 eius conuertet 16. a.
ad pacem.

vestimenta decorant. vnde refert Hostiē. in c. 1. de priuileg. q̄ q̄dā theologię magister dum cū humili veste prædicaturus in monasterium venisset/ fuit male ac tenuiter exceptus: sed postea cum preciosa seu diuite cappa rediens/ splendide fuit habitus & honorifice tractat9. ideoq3 prædicationis cathedrā ascensurus/ diuitē eā cappam exuens/ gratias egit: dicens. de honoribus hac vice in monasterio isto michi multipliciter exhibitis/ gratias tibi ago. Hæc Hostiē. aduerte tamen quia merito reprehenditur qui ad nuptias veniens non vestem nuptialem. j. honestam & cœtui cui est associandus consonam/ sed vilē aliquā accipit. Sicut enim i cibis mores eorū cū quibus viuimus obseruare monemur: sic & de indumentis intelligendū est. c. si. in pri. 41. dist. & facit c. Parsimoniam. in princ. eadē dist.

d ¶ Recedant vetera de ore vestro. Astipulatur qd dicit apostolus ad Colos. 3. b. Expoliantes veterē hoīem induite nouum/ qui renouatur in agnitiōe fidei &c. de quo dicto est tex. in ca. Quomō. in prin. de pœ. dist. 2. Quando aūt de iure humano aliquid dicat esse vetus: vide glo. in c. Gñali. de elec. libr. 6.

e ¶ Q̄ speciosa veteranis sapientia. Iure humano veterani ꝓprie vocātur milites qui ob senectutem vel aliam honestā causam cū principis permissiōe militare desierūt. glo. est & ibi de c. in ru. C. de vete. li. 12. & est tex. cū gl. in l. filiusfamilias. §. veterani. in prin. de ꝓcura. & in l. Aristo. ff. de iure. codicil. de ipsorum autem veteranorū priuilegijs est tex. amplius q̄ videri pōt in l. 1. C. eodē ti. libr. 12. aliqñ tñ veterani vocant oēs senes seu in aliqua arte diutissimo tēpore exercitati. tex. est in l. pręcipiūt. ff. de ædi. edic.

f ¶ In paucis vexati &c. Q̄ tribulationū vexatio magni sit meriti/ liquet ex his q̄ dicta sunt in verb. Angustia: & in verb. Tribulatio. Vnde cū improperaret semel iudęus christiano q̄ christiani vexarent a dęmonio/ sed iudęi nunq̄: ex quo inferebat iudęorū conditionē seu sectā/ deo esse acceptiorē. Christianus responsiōe congrua eum confudit: dicens. illi flagellantur a dño qui ab eo diligunt: sed diabolus aliū diabolū quomodo vexabit? Ita refert Archi. in c. Vsq3. 33. dist. De istis aūt qui iusto dei iudicio & ad futurā eorum maiorē quietē a dęmone vexant: est tex. cū glo. fo sēni in c. Cōmuniter. eadē dist.

g ¶ Sola vexatio intellectū dabit auditui. Require annotationē in verb. Intellect9.

h ¶ Gradiemur via regia. Viā publicā eā dicim9/ cuius etiā solum publicū est. Vię enim priuatæ solū alienū est. Ius tamen eundi & agendi nobis competit. Viæ aūt publicæ solū publicū est/ relictū ad directū certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuerit: vt ea publice iretur/ cōmearetur. Ita dicit tex. in l. 2. §. viā publicam. ff. ne quid in lo. pu. Quæ autē sit seu esse debeat vię latitudo: declarat tex. in l. vię. ff. de serui. rusti. prę. dicēs. viæ latitudo ex l. 12. tabularū in porrectū octo pedes habet. in anfractū. j. vbi flexum est/ sexdecim. de cōmensuratione vero viæ/ quomō fieri debeat: dicit Bar. in l. 3. ff. de verb. sig. q̄ si tractat de spacio locorū ratione itineris: non fit cōmensuratio per indirectū vel per aerem/ sed per vias vsitatas. secus quando agitur de spacijs locorum non respectu itineris/ sed solius distantię. quia cōmensuratio fit via breuiori & rectiori/ terresti si fieri potest/ vel per aerem. & ita dicit statuisse Clementē papam in quadam extrauaganti. quæ disponit q̄ mendicantiū monasteria distent certo spacio. Et hoc etiā refert & materiā dilatat do. Fely. in c. Olim. in 2. colū. de excep. vbi multa dicit quæ videantur. & alia quædā require in annotatione hui9 sententiæ in verb. Dextra.

i ¶ Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas. Misericordia & veritas vniuersæ viæ dñi dicuntur. quia cęteras quibus itur ad dñm/ videntur cōplecti. proprie aūt sunt. 7. vię quas a dño debemus discere/ & in eis ambulare. Prima est innocētia. de qua dicitur in psal. Non priuabis bonis eos qui ambulant i innocētia. Secunda est pœnitentia. de qua dicitur Mat. 16. Qui vult venire post me/ abneget semetipsum: & tollat crucē suam. j. pœnitentiā/ & sequatur me. Tertia est misericordia. de qua hic dicitur. Vniuersæ vię dñi/ misericordia. Quarta est iustitia. de qua dicitur Mat. 21. venit Ioannes ad vos in viam iustitię & non credidistis ei. Quinta est patiētia tribulatiōis. de qua dicitur Io. 21. dicit dñs Petro sequere me. quod de passione intelligitur. & in psal. in mari via tua/ & semitę tuæ in aquis multis. Sexta est studiū sapientiæ diuinę. Sapi. 3. Viæ eius/ viæ pulchrę: & oēs semitę illius pacificę. Septima est charitas: de qua dicit apostol9. 1. Co. 13. adhuc excellentiorem viam vobis demonstro &c. has. 7. vias colligit Archid. in c. Vos aūt. in verb. Vias. 16. quæst. 7.

k ¶ Via impiorum tenebrosa. Septem sunt impiorum seu hominū pctōrum viæ: quas enumerat Archi. in c. Non solum. 32. q. 7. & in superioribus transcripsi.

l ¶ Qui negligit viã suam/mortificabitur. Qui vitæ vias non ambulat/vitam non hæreditabit. Qui nãq; terminũ consequi vult: vias ad ipsum ducentes non negligat oportet. Alioqui si vias negligat/ & ipsum terminũ videbitur negligere, notat Cõpos. in c. Cum in cunctis. de elec. m ¶ Quã vilis facta es nimis iterans vias tuas. Peccator vias suas malas iterans/vilior redditur. ipsa enim iteratio/peccatum videtur augere: dicente August. i lib. soliloquiorum. & recitatiue in c. Inanis. de pœ. dist. 3. Vulnus iteratum/sanatur tardius: frequenter peccans & lugens/vix veniam meretur. Nichil prosunt lamenta/si replicantur peccata. Nichil valet veniam a malis poscere/ & mala denuo iterare.

Prouer.19.b. ¶ Qui [l] negligit viam suam/mortificabitur.

20.b. ¶ Quis hominum negligere potest viam suam?

21.a. ¶ Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda dominus.

21.d. ¶ Qui rectus est: corrigit viam suam.

Eccls.21.b. ¶ Via peccantium complantata lapidibus: & in finem illorum inferi/ & tenebræ/ & pœnæ.

Hierem.2.l si ¶ Quã vilis [m] facta es nimis: iterans vias tuas.

28.b. ¶ Reuertatur vnusquisq; a via sua mala: & dirigite vias vestras/ & studia vestra.

Ezech.18.f.g ¶ Nunquid voluntatis meæ est mors impij (dicit dominus deus) & non vt conuertatur a vijs suis/ & viuat? Si autem auerterit [n] se iustus a iustitia sua/ & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius: nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat/ non recordabuntur. In prȩuaricatione qua prȩuaricatus est/ & in peccato suo quod peccauit: in ipsis morietur &c. (Statim subiũgitur) Idcirco vnũquenq; [o] iuxta vias suas iudicabo: domus Israel/ait dominus deus.

Matth.7.b. ¶ Intrate per angustã portam: quia lata porta/ & spaciosa via est quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Angusta [p] autem porta & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eã.

2.Petri.2.c. ¶ Melius [q] erat illis non cognoscere viam iustitiæ: q̃ post agnitionem retrorsum conuerti: ab eo quod illis traditum est sancto mandato.

¶ Cætera in verbis Cogitatio. Esaiæ.55.a. Cor. Ecclesiastici.3.c. Deprauare. Prouerbiorum.10.b. Dextrȩ. Prouerbiorũ.4.d. Difficile. Prouerbiorum.3.c. Dolor. Threnorum.1.d. Ducere. Prouerbiorum.16.d. Duplex. Iacobi.1.b. Firmus. Ecclesiastici.5.c. Homo. Hieremiæ.10.d. Immaculatus. Psalmo.118.a. Iustus. Sapientiæ.5.a. Magi. Matthæi.2.g. Mandatum. Psalm.118.d. & v. Moyses. Exodi.3.f. Requies. Psalmo.94. in fine. Reuelare. Psalmo.36.a. Scandalum. Ecclesiastici.32.d. Semita. Psalmo.24.a. & Voluptas. Threnorum.4.a.

Deutero.15.c **Viaticum.** ¶ Cum tibi venditus fuerit frater tuus hebræus aut hebræa: & sex annis seruierit tibi: in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris/nequaq̃ vacuum abire patieris: sed dabis viaticum [r] de gregibus & de area & torculari tuo / quibus dominus deus tuus benedixerit tibi.

Leuiti.24.c. **Vicarius.** ¶ Qui percusserit animal reddet [s] vicarium: id est animam pro anima.

n ¶ Si auerterit se iustus. Tex. est de hac sententia factus in c. Si auerterit. de pœni. dist.4.

o ¶ Vnũquenq; iuxta vias suas iudicabo. Finalem pœnitentiam vel impœnitentiam cõsiderans. Siue enim delectatiõe peccati siue desperatione veniæ vsq; ad mortem quis in peccato perseueret: iustum est vt sine fine puniatur / qui sine fine peccauerit. ca. Sacerdos. §. fi. de pœni. dist.1. vbi gl. mag. in fi. quȩrit an finalis impœnitẽtia/possit desinere esse. & respondens dicit q; Iste terminus finalis impœnitentia duobus modis accipitur. inest enim alicui impœnitentia finalis/quando non habet propositum pœnitendi: hoc potest desinere esse. quia hoc propositum potest hodie habere & non cras. Item est etiam finalis impœnitentia quȩdã qualitas/ q̃ inest alicui ex eo q; nũq̃ pœnitebit. & ista nõ põt desinere eẽ subiecto existẽte. q̃ si ponatur desinere/ oportet dicamus q; nunq̃ eã habuit. hæc glo. voco tamẽ imprȩsentiarum finalẽ impœnitẽtiam: statim quoq; s decedit in peccato mortali.

p ¶ Angusta porta & arcta via est. Facit quod dicit Vergilius citatus per gl. in c. Citius. in verb. Angustiam. de pœni. dis.2. Facilis descẽsus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum/ superasq; euadere ad auras. Hoc opus / hic labor est: pauci quos æquus amauit Iuppiter: aut ardens euexit ad ȩthera virtus. Dijs geniti/potuere.

q ¶ Melius erat non cognoscere &c. Simile dicit tex. in c. Quidam. in fi. de aposta. Melius erat viam domini nõ agnoscere/ q̃ post agnitiã retroire.

r ¶ Dabis viaticũ. Viaticũ ꝓprie vocaẽ merces itineris. l. Titio. paulo post princip. ff. ad municipa. quandoq; tñ sumitur pro expensis studiorũ. l. si longius. §.1. ff. de iudi. l. Cum filiusfa. ff. si cer. pe. regulariter aũt in iure canonico sumiẽ viaticum pro corpore Christi. tex. est in c. Quod in te. in princ. de pœni. & remis. c. Is. vero. 50. dist. cum similibus.

s ¶ Reddet vicariũ. i. animã pro aĩa. Animal ergo vicariũ dicitur/ qđ alterius loco datur. homo autẽ vicarius dupliciter dici solet. vel quia seruo castaldo seu ordinario suppositus est. & talis appellatur seruus vicarius. §. si quis ancillas. insti. de lega. §. Cũ aũt. & ibi gl. insti. Quod cũ eo &c. vel quia vices alterius gerit/siue in officio non cõtentioso. vt in c.1. &.2. de offi. vica. in c.1. de offi. Archi. in c.1. in fi. de offi. archip. cũ similib9. siue in cõtẽtioso. c. Tua nobis. de offi. vi. &. C. de offi. ei9 qui vi. alte. ge. per to. Illi tñ vicarij: de qb9 in ll. pertractatur/non sunt delegati vel subdelegati/sed ordinarij. Nam eligebanẽ in certũ tẽpus qđ erat ordinarijs præfixũ: vt ipũ vices ordinariorũ p̃sentium & viuentiũ supplerẽt. Erant & alij/gerentes vices mortuorũ & absentiũ/qui suffecti appellabanẽ. hi oĩa poterãt exercere q̃ ad iurisdictionem pertinẽt/ prȩter vltimũ supplicium & membri abscissionem. l.2. C. eodem. §. anteq̃ vero. in auten. de collato. colla.9. & notat Hostien. in sum. dicti. de offi. vica. §.1. in princip. Bar. in l.1. §. hi quibus. ff. de lega.3. & do. meus Decius in ru. de offi. dele. proprie tñ vicarius differt a delegato. Nam vicarius ꝓprie est q constituitur/ vt in eodem loco & tribunali iudicet in quo iudicabat ordinari9, & a sentẽtia talis vicarij non appellaẽ ad cõstituentẽ. qa cũ habeãt idẽ tribunal: diceret appellari ab eodẽ ad eũdẽ. c. Romana.

Vicinus. Melior est vicinus [t] iuxta/q̄ frater procul. Prouer.17.b.

¶Cætera in verbis Achab.3.Regum.21.a.Ioanues Baptista. Lucæ.1. f.& Tobias.Tobiæ.8.d.

Vitium. ¶Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cū vitijs [v] & concupiscentijs. Ad gala.5.d.

Victima. ¶Nunquid vult dominus holocausta & victimas/ & non potius vt obediatur voci domini? Melior est enim obedieutia q̄ victimę: & auscultare/magis q̄ offerre adipem arietum. 1.Regū.15.e.

¶Victimæ [x] impiorum abominabiles sunt: vota iustorum placabilia. Prouer.15.b.

¶Facere misericordiam & iudicium/magis placet deo q̄ victimas. 21.a.

¶Multo melior est obedientia [xx] q̄ stultorū victimæ: qui nesciunt quid faciunt mali. Ecclēs.4.d.

¶Cætera in verbis Euenire.Ecclēs.9.a.& Mulier.Prouerbiorum.7.c.

Victus. ¶Dominus amat peregrinum: & dat ei victū atq̧ [y] vestitū. Et supra in verbo Peregrinus. Deuter.10.d.

¶Anna vxor Tobiæ ibat ad opus textrinum quotidie: & de opere manuum suaruin victum/ quem consequi potuisset deferebat. Tobię.2.c.

¶Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos & in necessaria domus tuæ & ad victum ancillis tuis. Prouer.17.c.

¶Mendicitatem & diuitias ne dederis michi (domine). Tribue tantum victui meo necessaria. Ne forte satiatus illiciar ad negandum te: aut egestate compulsus furer/& periurem nomen dei mei. 30.b.

¶Laborauit pauper in diminutione victus/& in fine inops fit. Eccli.31.a.

¶Vir respiciens in mensam alienam/non est vita eius in cogitatione victus. Alit enim animam suam cibis alienis: vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se. 40.d.

in princip. de appel. in.6.c.2. de consue. eodē lib. sed delegatus dicitur qui constituitur vt de causa cognoscat alio loco q̄ ī quo cognoscebat ordinarius. tunc em̄ appellatur delegatus/etiā si esset constitutus per hæc verba. facim⁹ te nostrū vicariū. ita dicit Bar. in l.1.§. si. ff. a qui. appel. non licet. Et quia hęc materia vicariorum: q̄ ampla est & diffusa/satis aliena est ab hac sententia: sufficiat notare impsentiarū/ꝙ vicarius particularis ad beneficia conferenda dari non pōt ista est cōmunis conclusio doc. in c. Deliberatione.§. prohibemus. per illū tex. de offi. lega. lib.6. Contrariū tamē videtur tenere glo. in c. Constitut⁹. in verb. Concessiōis. de cōcess. prębē. dicēs ꝙ in genere ad beneficia conferēda dari potest vicarius/sed non in specie ad certum beneficiū. & ita etiam bonis rationibus videt tenere Cosmas Guymier. ī suo cōmēto. quis allegetOldral. tenentē primā opi. scdm quā fuit decisum in curia requisitarū Parisieñ. anno quingēntesimo.13. supra millesimū. sed per arrestum curię parlamenti fuit dicta sententia euersa & seruata opinio cōtraria ꝙ immo valeat dict⁹ vicariatus ad būficia cōferēda. Et hoc cōtra magrm Petrū marię/ius dicti vicariat⁹ occasiōe ꝑtendētem in regulari priorat⁹ de Sauuigny.

t ¶Melior est vicin⁹ prope q̄ frater ꝑcul. Vsq̧ ad quē locum dicantur vicini seu vicinia. Bar. cuius dicta refert & sequitur Pe. de Ancha. in ca. Canonū statuta. versi. vlterius. quia in statutis sępe fit mētio de vicinis dicit in l. si tertius. col.1. ff. de aqua plu. ar. ꝙ vicini dicuntur seu vicinia/vsq̧ ad locum a quo potest exaudiri vox hominis acclamāns. ar. l.1.§. eodē aūt tecto. &.§. potuisse. ff. ad syl. Quod intelligo (dicit Bar.) nisi ex cōi vsu loquēdi appareat/ꝙ aliter vicinia accipiat. Cū aūt voces aliæ sint altę aut basse: de qb⁹ intelligit? Rū. de cōibus. Item cū longius voces qeto tpe q̄ vētoso vel ecōtra: secundum qd tēpus iudicare? Rū. secundum naturalem & communem cursum temporum. Item cum longius exaudiantur de loco alto q̄ depsso. & clauso/quomō hoc intelligitur? Rū. quādoq̧ fit denominatio vicinorū respectu certi actus: vt dicit statutū ꝙ teneantur vicini/si nō ceperunt malefactorē. tunc ponetur homo acclamans in loco malefici) cōmissi. quādoq̧ fit denominatio vicinorum respectu personę: vt puta dicit constitutio episcopi. an sit quis vsurarius probetur per vicinos: tunc dicerem hominē acclamantem ponendū in ostio illius domus. Non tamen adhoc vt quis ꝓprie & in omni materia vicinus dicatur: sufficit sola propinquitas domus ex parte posteriori: sed exigitur ꝙ sit propinquitas ex parte anteriori/ & ꝙ sit possibilitas simul conuersandi. vnde si quis habeat domū cui⁹ pars posterior sit domui meę propinqua: sed anterior sit multum remota: talis non dicetur vicinus. Ita Bar. in d.l. si tertius. pręmissa intellige ī vicinis eiusdē loci seu ciuitatis aut villę. Sunt enim quidam vicini vocati non ab eadem ciuitate seu vico/sed ratione paruę distantię vt quia ciuitates quas inhabitant diuersę sunt: sunt tamen parū distantes. tales enim dicuntur vicini. tametsi de vna ciuitate in aliā vox hominis acclamātis exaudiri non possit secūdum Panor. (qui ita limitanda dicit dicta Bar.) in c. Quosdam. de pręsump. an aūt vicinus pręsumatur scire facta vicini: ita ꝙ testis interrogatus quomodo scit? si dicat quia sum vicinus: dicatur bene deponere. vide Bar. in l.1. in.3. col. ff. si cer. pe. Bal. in l.1. ad fi. C. de collu. dete. & in l. Conuēticulam. in.4. col. versi. Et ex hoc pono vnam conclusionem contra Bar. C. de epis. & cle.

v ¶Cum vitijs hic aduerte ꝙ triplicia reperiūtur vitia. Quædam sunt vitia morum/quędam verborū/ & quædā corporum. vitia morum sunt vitanda: quia dependent a voluntate. & obsunt animæ. c. Nasci.50. dist. c. Non est.15. quæst.1. vitia verborum/sunt toleranda. c. Sedulo.38. dist. vitia. Corporū sunt discutiēda. & ab eis qui promouentur ad sacerdotium immunes esse debent. vt in ti. de corpo. vitia. de quo vide quod dictū est in verb. Macula.

x ¶Victimæ impiorum abominabiles &c. vide tex. vbi multę similes sententiæ congeruntur in cap. Scriptum est. & in capi. Immolans.14. quæst.5.

xx ¶Multo melior est obedientia q̄ stultorum victimæ. vide quod scriptum est in verb. Obedienti. super illud.1. reg.15. Melior est obedientia q̄ victimæ.

y ¶Victum atq̧ vestitum. Inspecto iure humano/vestitus mentio fuisset hoc loco superuacanea. verbo enim victus continentur quæ esui & potui/cultui quoq̧ corporis: queq̧ ad viuendum homini necessaria sunt. Vestes quoq̧ victus habere vicē Labeo ait. Cętera etiā qbus viuendi curādi ve gratia corporis nostri vtimur/ea apellatione significant. l. verbo victus cum l. se. ff. de verbo. signi. notatur per glo. in l. fi. de ali. & ciba. lega. in capi. Omnino. in princi.31. distin. & in capi. Cum querente. de cleri. non res.

z ¶Noli circunſpicere in vicis. Hac ſentētia ꝓhibemur euagari: de quo vide in verb. Vagari. vici aūt ſignificatio ſatis nota eſt. Quandoq; tamen vicus ꝓ ſuburbio ponit. l. hoc edictum. cum glo. ibi. ff. de his qui deie. vel effu. & qñq; aliter vt in l. cum pater. §. vicos. de le. 2. a ¶Frater veſter. Non carnali cognatiōe/ſed ſpirituali regñatione. per baptiſmi ſacramētum. oēs eīm ſic regeneratos/fratres vocamus. c. Ad menſam. in prin. 11. q. 3. b ¶Fui in inſula quę vocatur Pathmos &c. Ioannes ꝓpter liberā Chriſti noīs cōfeſſionē/cui intrepidus inuigilabat: fuit deportat⁹ in inſulā Pathmos. q̄ deportatio ī inſulā non pōt iure hūano dari/niſi a quatuor iudicib⁹. Ab impatore vel eo q eius vice iudicat. A prefecto ꝓtorio. A ꝓfecto vrbis & a ſenatorib⁹. Si aūt alius iudex talē ſentētiam det/non valet niſi princeps approbet eā: vel inſulā ſiue locum aſſignet. l. 1. §. 2. ff. de lega. 3. & §. deportatos. eadē l. & l. Siquis. §. Ei⁹. ff. de iniuſ. rup. & 12. teſ. glo. eſt ita concludens in §. Cum autem. Inſti. Qui. mo. ius pa. po. ſolu.

Eccli. 9. b. **Vicus.** ¶Noli circunſpicere[z] in vicis ciuitatis: nec oberraueris in plateis eorum.

Apoca. 1. c. d. **Videre.** ¶Ego Ioannes frater[a] veſter: & particeps in tribulatione & regno & patientia in Chriſto Ieſu: fui[b] in inſula q̄ appellatur Pathmos/ ꝓpter verbū dei & teſtimoniū Ieſu Chriſti. Fui in ſpū in dominica[c] die. Et audiui poſt me vocē magnā tāq̄ tubæ: dicētis. Quod vides ſcribæ in libro: & mitte ſeptē eccleſijs q̄ ſūt in Aſia/Epheſo & Smyrnę: Pergamo: & Tyatiræ: & Sardis: & Philadelphiæ: & Laodiciæ. Et conuerſus ſū vt viderē vocē quæ loquæbatur mecū. Et cōuerſus/vidi ſeptē[d] cādelabra aurea: & i medio ſeptē cādelabrorū aureorū/ſimilē[e] filio hominis: veſtitū[f] podere/& ꝓcīctū[g] ad māmillas zona aurea. Caput[h] aūt ei⁹ & capilli erāt cādidi velut lana alba & tanq̄ nix. Et oculi[i] eius tanq̄ flāma ignis: & pedes[k] eius ſimiles orichalco ſicut in camino ardēti. Et vox[l] illius tāq̄ vox aquarū multarū. Et[m] habebat in dextera ſua ſtellas ſeptē. Et de[n] ore ei⁹ gladius vtraq; parte acutus exibat: & facies[o] eius ſicut ſol lucet i virtute ſua. Et cū vidiſſē eū: cecidi ad pedes eius tāq̄ mortu⁹. Et poſuit dexteram ſuā ſuper me: dicēs. Noli[p] timere. Ego ſū prim⁹ & nouiſſim⁹ & viuus: & fui mortu⁹/&[q] ecce ſū viuēs i ſecula ſeculorū. Et[r] habeo claues mortis & inferni. Scribæ ergo q̄ vidiſti: & q̄ ſūt & q̄ oportet fieri poſt hæc. Sacramētū ſeptē ſtellarū quas vidiſti i dextera mea: & ſeptē cādelabra aurea. ſeptē ſtellæ: angeli ſūt/ſeptē eccleſiarū: & candelabra ſeptē/ ſeptē eccleſiæ ſunt.

c ¶In dñica die. Que apta eſt reuelationi accipiēdę. qa diuinę dicata eſt cōtemplationi. ca. 1. de ferijs. l. Omnes. l. Dies feſtos. C. eodem. d ¶Septē cādelabra aurea. Septē eccleſias & ipſarū nomine oēs alias ſignificantia. quia ſeptenari⁹ numerus perfectionē ſignificat: vt notat Arch. in c. Diaconi ſunt (vbi iſtorū ſeptē candelabrorum fit mētio). 93. diſtin. e ¶Similē filio hoīs. Ideſt angelū in Chriſti pſona: quē non filiū hoīs/ſed ſimilē: dicit quia iam non morit. c. Semel. de conſe. diſt. 2. Vel. quia non cū pctō ſed in ſimilitudinē carnis peccati apparuit. d. c. Si enī. col. 2. de pœni. diſt. 2. f ¶Veſtitum podere. Poderis veſtis eſt talaris. ſ. ad pedes vſq; protenſa/ſecundum Papiā. Et ſignat īmaculatā Chriſti carnē. quā in crucis ara/in noſtrę redēptionis ꝓcium īmolauit. d. cle. 1. de ſum. trini. Vel poderis eſt eccl'ia/qua veſtit de⁹ vt tunica: q̄ eſt talaris: quia vſq; ad finē mūdi duratura. d. cle. vnica. col. 2. de reli. & ve. ſāc. g ¶Et pręcinctū ad māmillas. Daniel cinctū renes vidit in ve. teſta. qa ibi carnalia cōſtringunt & timore: hic/ māmillas pręcinctū zona aurea. quia in nouo teſtamento etiā cogitatiōes iudicātur ad quas refrenandas filiali amore/hęreditatis certitudine homines inuitant. c. Hoc aūt. §. Ex his. verſi. In lege populus. 23. quæſt. 4. de quo dixi in verb. Euangelium. h ¶Caput autē eius & capilli. Caput. ſ. ipſe Chriſtus q caput eſt eccleſię. c. vnā ſanctam. de ma. & obe. in extraua. Et capilli. ſ. ſancti per fidē adhęrentes Chriſto. c. 2. §. Cū ergo veritas. ibi. Hoc nomen vnū pro fidelibus accipitur. vt intelligat vnio charitatis in gratia. de ſum. tri. Erant candidi/candore puritatis. caput quidē. ſ. Chriſtus per naturā. Capilli aūt. ſ. ſancti per gratiā. d. c. 2. col. 2. ibi. Eſtote perfecti: ſicut pater veſter cœleſtis perfect⁹ eſt/perfectiōe naturę. de ſum. trini. & fi. ca. i ¶Oculi ei⁹ velut flāma ignis. Per oculos ſignificantur doctores: qui diuina fuerunt ſapientia illuſtrati/ad contēplāda cœleſtia ſublimati & ad directionē diuinorū ordinati. prout eſt elegās tex. in c. Vnico. verſi. Sic & alma. de reli. & vene. ſanc. li. 6. De quo vide in verb. Euangeliſta. k ¶Pedes eius ſimiles orichalco: ſicut in camino ardenti. Per pedes intelligunt inferiores in eccleſia: qui corpus eccleſię ſuſtinent/tēporalia procurando. Neq; enī diu ſpiritualia ſine tēporalib⁹ poſſunt ſubſiſtere. quiq; ſimiles dicunt orichalco & non auro. quia propter tēporalium adminiſtrationē/ ſuā vix poſſunt puritatē illibatam cuſtodire. Vnde & cōtemplatiuos a tēporalium adminiſtratione conuenit eſſe quietos. c. Vnico de ſindi. ca. Duo ſunt. 12. q̄ſt. 1. Vel per pedes pleriq; intelligunt electi: quia antichriſti tēpore/ſicut orichalcū varijs cōcuſſionibus depuratur melioremq; recipit colorem: ita varijs concuſſiōibus depurabuntur/ſeu defęcatiores ac puriores reddentur. Siquidem eā tribulatio ſuis parere ſolet vtilitatē: vt eos puriores effectos/beatos reddat atq; conſtituat. d. c. Suggeſtū. & ibi plene per Archid. 7. quæſt. 1. l ¶Et vox illius tanq̄ vox aquarū multarū. Per vocē/prędicatiōem intellige ſeu Chriſti ſermonem: qui inſtar aquarum ſordes mundantiū/ſordes abluit peccatorum. c. fi. in fi. 83. diſt. m ¶Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. Per ſtellas ſeptē: ſeptem eccleſiarū epiſcopi/& per eos oēs pręlati intelliguntur: qui ſtellę dicunt. quia lucere debēt verbo pariter & exēplo. c. Vnico. de ſac. vnc. c. Viliſſimus. 1. q. 1. §. 1. auten. Quo. opor. epiſ. colla. 1. & c. Oportet. cū ſimilibus. 8. q. 1. n ¶Et ex ore eius gladi⁹ vtraq; parte acutus exibat. Per gladiū vtraq; parte acutum/ iuſtiſſimā dei ſententiā intellige: q̄ bonos ſeparat a malis/vnicuiq; ſecundū opa ſua retribuens. Hæc declaratio ſumit ex c. Ex ore in princ. de priuile. dū ibi dicitur. Ex ore ſedētis in throno ꝓcedit gladius bis acutus. quoniā ex ore Ro. ponti. rectiſſima debet exire ſentētia: q̄ contra iuſtitiā nulli parcat/ſed reddat vnicuiq; qd ſuum eſt. Hæc ibi. o ¶Facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. Hæc verba exponūtur de Chriſto dei filio ad iudiciū veniente. cuius facies in virtute ſua emittet radios obtundentes corda torpentium: inflāmantes vero & accēdentes corda fidelium. Vnde vt his gratum: ita illis terribile futurum eſt ipſius iudicium. §. fi. in auten. Iuſiu. quod ꝓſta. ab his &c. colla. 2. p ¶Noli timere. Supple ſubire tribulationes & mortē: eaq; leueris conſideratione/q ipſe qui primus ſum & nouiſſimus per varias tranſiui tribulatiōes & mortē ſubij. d. c. Suggeſtum. 7. quæſt. 1. q ¶Et ecce ſum viuens/nec amplius moriar. Id eſt manifeſte ſurrexi nec vllo vnq̄ tempore ſum moriturus. d. c. Semel. in princ. de conſe. diſt. 2. r ¶Habeo claues mortis & inferni. Qui clauem alicuius domus habet (dicit glo. ord.) quem vult intromittit/& quem vult ab ingreſſu domus repellit. Claues igitur mortis poſſidet & inferni redemptor noſter Chriſtus Ieſus. quia quos vult in ppetuę mortis dānatione ſeu periculo/iuſte remanere ſinit: prout diffuſe dicit Auguſti. in allega. cap. Si ex bono. de pœni. diſtinct. 4.

s ℭEt ecce ostiũ apertum in cœlo. Ostiũ hoc/Christus est: de quo legitur Ioan. 10. Qui nõ intrat per ostium sed ascen dit aliunde: ille fur est & latro. cap. Ordinationes. 1. quęst. 1. c. Relatum. in prin. de iu. pa. cum hoc ergo ostium Ioanni apertum ostenditur: notatur ꝙ ab ingressu nullus repellitur siue excluditur/nisi culpa sua. quia dñs vult omẽs homĩes saluos fieri. c. Agnouimus. 26. q. 6. Vel per cœlum/quod a cęlando dicitur: potest intelligi sacra scriptura. quia sub eius litera cęlatur multiplex intelligentia. vt est glo. & ibi diffusius per Archi. in c. Ieiunium quarti. 76. distin.

ℭSubsequuntur plurima quæ Ioanni cõmittuntur dicenda septem ecclesiarum prælatis: quæ videas Apocalypsis. 2. &. 3. capitibus.

ℭPost hæc vidi: & ecce [s] ostium apertum in cœlo. Et vox prima quam audiui tanꝗ tubæ loquentis mecum: dicens. Ascende huc/& ostendam tibi quæ oportet fieri [t] cito. Post hæc statim fui in spiritu. Et ecce [v] sedes posita erat ĩ cœlo: & supra sedẽ sedens. Et qui [x] sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis. & iris [y] erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinę. Et in [z] circuitu sedis sedilia viginti quatuor & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes: circũamicti stolis albis: & in capitibus eorum coronas aureas. Et [a] de throno procidebãt fulgura & voces & tonitrua: & septem [b] lampades ardentes ante thronum: quæ sunt septẽ spiritus dei. Et in [c] conspectu sedis tanꝗ mare vitreum simile [d] crystallo: & in medio sedis & ĩ circuitu sedis quatuor [e] animalia/plena oculis ante & retro. Et animal primũ simile leoni: & secundũ animal simile vitulo: & tertiũ animal habens faciẽ quasi hominis: & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singula [f] eorũ habebant alas senas: & in circuitu & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte: dicentia. Sanctus/sanctus/sanctus dominus deus omnipotens: qui erat & qui est & qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum/viuenti in secula seculorum: procidebant [g] vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno: & adorabant viuentem in secula seculorum: & mittebant coronas suas ante thronum: dicentes. Dignus es domine deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia/& propter voluntatem tuam erant: & creata sunt. Apocaly. 4. caput.

ℭEt vidi in dextera sedentis super thronum/librum [h] scriptum intus & 5. caput.

t ℭCito. Idest in pręsenti seculo: quod comparatũ æternitati breuissimum est. Facit tex. iuncta glo. in verb. Breuitate. in ca. Quid ergo. 11. quæst. 3.

v ℭEcce sedes posita erat in cœlo/& supra sedem sedes. Sedes ĩ cœlo posita/cœtus est prælatorũ & cœtus angelorũ: dispositus ordine recto. ca. fi. 89. dist. Et supra sedẽ sedens/Christus est qui omẽs dignitates excedit/& potestates regit. quia qui de cœlo venit super omnes est. c. Quæ contra. in fi. 8. distin.

x ℭEt qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis. Per istorũ duorũ lapidum colorẽ significat in Christo duplicẽ naturã/diuinã. s. & humanã: sicꝗ verũ eum esse deũ & verum hominẽ/ꝑut etiã credendũ fides suadet & scribitur in c. Cũ Christus. de hęre. De coloribus autẽ istorũ lapidũ dixi in verb. Lapis ĩ viii. anno. ibi vide.

y ℭEt iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinę. Per iridẽ in circuitu sedis possumus deiparam virginẽ Mariã accipere: q̄ sedibus ꝑlata ethereis & sideribus/quasi stella matutina prutilans: ad eũ q supra sedẽ sedet/ad regem. s. quem genuit pro salute fidelium/& eorũ qui delictorũ põdere grauãtur est sedula oratrix. c. Cũ preexcelsa. de reliq. & vene. sancto. in extraua. & dixi in verb. Maria virgo. in 3. anno.

z ℭEt in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos/vigĩti quatuor seniores circũamicti stolis albis: & in capitibus eorũ coronas aureas. Per viginti quatuor seniores/patres intelliguntur noui & veteris testamẽti. qui dicũtur esse in circuitu sedis/& sedere sup thronos: quia cũ deo iudicabũt/eius iudiciũ per omnia approbantes. Notat Archid. in c. Vereor. 8. q. 1.

a ℭDe throno procedebant fulgura/voces & tonitrua. Quia sãcti per ea quæ in terris gesserunt admirabilia/& quæ dixerunt ac scripserũt egregia: nos instruunt. Vide Archi. in c. Sacrosancta. 23. dist.

b ℭSeptem lãpades ardentes &c. Lãpades septem ardẽtes/septẽ sunt dona spiritꝰ sancti: quibꝰ sancti fuerunt ornati. d. c. 1. de reliq. & vene. sanct. li. 6.

c ℭIn cõspectu sedis tanꝗ mare vitreum. Per mare intelligitur baptismus. quia sicut in mari submersus est Aegyptiorũ exercitꝰ: ita in mari baptismi submergiť multitudo pctõrum. c. Regenerãte. de conse. dist. 4. Et diciť mare vitreũ propter pulchritudinẽ virtutũ quæ in baptismo conferunť. vt est tex. solennis theologos citans in cle. 1. §. Ad hoc. versi. Verũ. de sum. tri.

d ℭSimile crystallo. Mare vitreũ. i. baptismꝰ/diciť simile crystallo ꝑpter characteris firmitatẽ. Neqꝫ ẽm character baptismalis deletur. Vñ semel baptisatus nullo postea tẽpore baptisari debet. l. vnica. C. ne sacrũ bap. rei. c. fi. in fi. cũ similibꝰ de bap.

e ℭQuatuor animalia plena oculis ante & retro. Quatuor hęc animalia/quatuor euangelistę sunt. quę dicunť plena oculis ante & retro: ꝑpter scripta eorum exactissima. de quibus loqtur d. c. 1. de reli. & vene. sanc. in. 6. Et animal primũ simile leoni: per quẽ Marcus intelligitur. qui per desertũ quasi leo rugiens/suũ exorditur euãgeliũ. Vox clamãtis in deserto &c. Secundũ animal simile vitulo: per quod beatus Lucas designať. qui a sacrificio incœpit: dicens. Fuit in diebus Herodis regis sacerdos quidã noĩe Zacharias &c. Tertiũ animal habẽs faciẽ hominis/Mattheus est. q a gñatione Christi cœpit euangeliũ suũ: dicens. Liber generationis Iesu Christi. Quartũ animal simile aqlę/Ioãnes est. qui velut aquila volatu celsior/Christũ dei filiũ demonstrauit: dicens. In principio erat verbũ. ꝑut hęc declaranť per glo. in d. cle. 1. in verb. Ezechiel. de sum. tri. De istis aũt quatuor aĩalibꝰ plenis oculis ante & retro loquẽs tex. in c. Scriptũ est. in princ. de elec. dicit. Scriptũ est in Apocalypsi Ioãnis ꝙ in medio & ĩ circuitu sedis erãt quatuor aĩalia &c. Vbi Panor. in. 1. no. per quatuor aĩalia dicit hoc loco quatuor euangelistas intelligi.

f ℭSingula eorũ habebant alas senas: & in circuitu & intus plena sunt oculis. Hic perfectio doctrinę & virtutis euãgelistarũ cõmendatur. Debẽt autẽ ꝑlati sex alas habere: q̄ sunt sex leges. s. Naturalis/Mosayca/Prophetica/euãgelica/apl'ica & canonica. & plenı esse oculis discretiõis/nedũ in spiritualiũ sed etiã in tꝑalium administratiõe. Ita Panor. ĩ d. c. Scriptũ. in. 2. no. de elec.

g ℭProcidebãt vigintiquatuor seniores. Hic ostediť oĩm ciuiũ supernorũ: iuge diuinę laudis ꝑconiũ/sicꝗ gloriosum esse & mirabilẽ deum in sanctis suis. i. a sanctis suis gloriosũ & mirabilẽ declamari: ꝑut etiã gloriosũ eum ac mirabilem/per ea quæ in terris in eius nomine gesserũt: declamant & ostendũt. d. c. 1. in prin. de rel. & ve. sanc. in. 6.

h ℭLibrũ scriptum intus & foris/signatũ sigillis sep: ẽ. Liber hic scriptus intus & foris/sacra scriptura est: q̄ diciť scripta intus/ꝑpter sensum mysticũ: & foris/propter sensum historicum. Illi ẽm sunt duo sacræ scripturæ principales intellectꝰ quia mysticus sensus alios omnes sensus extra historicum complectitur. Vide Archi. in d. c. Ieiunium quarti. 76. distin. Vel

dicitur scripta intus & foris propter duo testamēta/ vetus & nouū: quorum alterum scilicet vetus/ foris scribitur: quia forin seca seu temporalia promittit/ nouū autē intus scribitur: quia ęterna seu beatitudinē quę nō videtur promittit. c. Cū Marthę. de cele. missa. in. 1. col. circa medium. Vel intus: vt secreta ipsius sacrę scripturæ indignis claudātur. foris: vt dignis aperian tur. c. in mandatis. 43. dist. Dicitur autem hic liber signatus sigillis septē: quia multis obscuritatibus clausa est sacra scriptu ra. vnde nec omnes ipsius interpretandę sunt capaces. c. Relatū. 37. distinct. i ¶ Et vidi angelum fortem &c. Per angelum fortē: præ nimio desiderio libri apertionem tandiu differri conquerētē/ doctores intelligūt sanctos patres. qui humani generis redēptionē in sacra scriptu ra prænūciatā intellexerūt/ sed quādo fieret ignorabāt: & eam tam longo protelari tempore dolebāt. quę tamē non nisi iusto dei iudicio di lata est / vt post theologos notatur per gl. in dicta cle. 1. in prin. in verbo Ex tēpo re. de sum. tri. & fi. ca.

foris/ signatum sigillis septem. Et vidi [i] angelū fortem/ prædicantem voce magna. Quis est dignus aperire librū & soluere signacula eius? Et [k] nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra neq; subtus terram/ aperire librum neq; respicere illum. Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus inuentus est aperire librū/ nec videre eū. Et vnus de senioribus dixit michi. Ne fleueris. Ecce [l] vicit leo de tribu Iuda/ radix Dauid aperire librum & soluere septem signacula eius. Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium/ & in medio seniorum agnum [m] astantem tanq̄ occisum: habentem [n] cornua septem/ & oculos septem: qui sunt septem spiritus dei/ missi in omnem terram. Et [o] venit & accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum: quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno/ habentes singuli citharas & phialas aureas/ plenas odoramentorum: quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouum: dicentes. Dignus es domine aperire librum/ & soluere signacula eius: quoniam occisus es & redemisti nos deus in sanguine tuo: ex omni tribu & lingua & populo & natiōe. Et fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes: & regnabimus super terram. Vidi & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum: & erat numerus eorum milia milium: dicentium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem/ & sapientiam/ & fortitudinem/ & honorem/ & gloriam/ & benedictionem: & omnem creaturam quæ in cœlo est & quæ super terram & subtus terram & mare: & quæ in eo sunt/ omnes audiui: dicētes sedenti in throno & agno. Benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant: amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderūt in facies suas: & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

Apo. 6. a. b. c ¶ Et vidi [p] q; aperuisset agnus vnū de septem sigillis: & audiui vnum de quatuor animalibus: dicens tanq̄ vocē tonitrui. Veni & vide. Et vidi: & ecce [q] equus albus/ & qui [r] sedebat super eum habebat arcum: & data est ei corona: & exiuit vincens vt vinceret. Et cum aperuisset [s] sigillum

k ¶ Et nemo poterat &c. Nemo neq; in cœlo vt angel9/ neq; ī terra vt homo neq; subtus terrā vt spiritus iam corpore exut9 poterat aperire librū. i. generis humani redemptionē in libro scriptā facere. nec respicere illū. i. pfecte intelligere vel digne cōprehendere. Q; uis enī futurā antiqui cognouerint incarnationē: modū tñ ipsi9 nūq̄ potuerūt intelligere. Vnde & beata virgo tametsi de incarnatiōe nō dubitās: modū tñ se haudquaq̄ cōprehēdere monstrauit: dicens. Quomodo fiet istud? qm̄ virū nō cognosco. tex. ē cū gl. in verb. Quomodo. in c. Sufficiat. 27. quæst. 2.

l ¶ Ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid &c. Christus a Dauid descēdēs secundū carnē. c. Dominus. in fi. 56. dist. Dignus inuentus est. i. ex sua superexcellē te clemētia dignatus est aperire librum. i. humanum genus redimere: & eā qua tenebamur obnoxij diabolo obligationem dissoluere. d. cle. 1. & ca. 1. de sum. tri. Dicitur autem leo Christus: quia (vt dicit glo. or.) leo dum fugatur per montes fugit/ & nodo quem habet in cauda/ vestigia delet ne inueniātur. Ita Christus fugit per montes. i. diuinitas Iudæos latuit. quia assumpta carne diuinitatem texit/ & eos in cœcitate sua dimisit. d. c. Cum igitur. §. hac itaq;. versi. deinde. 35. q. 1.

m ¶ Agnum stantem tanq̄ occisum. Christus qui agnus dictus est rationibus de quibus dixi in verbo Iesus/ sup illud Ioannis primo. Ecce agnus dei. dicit se Ioannes vidisse tanq̄ occisum. quia & si mortuus: cito tamen surrexit/ postea nunq̄ moriturus. d. c. Semel. de conse. distin. 2. n ¶ Habentem cornua septem & oculos septem. Idest habentem plenitudinem potestatis & cognitionis seu donorum quorūcunq;. potest enim omnia quæ posse possibile est. ca. fi. §. Charitas. de pœni. distin. 2. & omnis cognitionis plenus est. c. Legimus. le. 1. in fi. 37. dist. o ¶ Et venit & accepit &c. Christi ostenditur incarnatio/ & omnium sanctorum propter eam summa lętaq; congratulatio. Vide literam quæ satis clara est.

p ¶ Vidi q; aperuisset agnus vnum de septem sigillis. Primum sigillum aperuit agnus. i. Christus dum mundum redimendo a mortuis resurgendo/ & dona spiritus sancti ecclesię infundendo: paternę promissionis primordia/ vsq; ad illud tēpus latentia & obscura: in se & per se compleuit & exhibita demonstrauit/ perfectis & imperfectis se viam salutis ostendēs. qui saluare vtrosq; venerat/ & tandem mori voluit pro vtrisq;. dicit tex. in c. Exijt qui seminat. colum. 4. in §. Nec lus quisq̄. ibi. Egit namq; Christus. de verb. signi. li. 6. q ¶ Et ecce equus albus. Equus albus/ ecclesia est: quæ aperto primo sigillo. i. propheticis promissionibus dei patris/ in Christo & per Christum expletis: formata est/ cū a Christi latere lancea perforato profluxerunt aqua & sanguis dicit textus in d. cle. 1. paulo post princi. de sum. trini. quæ alba dicitur, tum propter sacramentum baptismi omnes peccatorum sordes abluentis. d. capi. Regenerante. de conse. distincti. 4. tum quia in initio primitiuę ecclesiæ de qua proprie fit hic sermo syncerus viuendi ritus obseruabatur. c. 1. 12. quæsti. 1.

r ¶ Et qui sedebat super illum &c. Sedens super equum album. i. ecclesiam Christus est: qui caput est ecclesię. d. c. Vnā sanctam & c. Vnico. versi. vnde in veteri. de. sa. vnc. & habet arcū. i. diuinam scripturam qua illuminat sucs. c. Sicut stellas. 38. distin. & occidit inimicos. Vnde & legitur q; qui sacram populis scripturā exponētes vitam suam vitijs cōmaculāt/ proprio dānabuntur testimonio. c. fi. 40. dist. & data est ei corona. quia ipse rex regum est & dominātium dominus. c. Tua. 2. de deci. & exiuit vincens vt vinceret. quia venit in mundum/ diaboli subacturus potestatem/ omnium operaturus salutem. d. cle. 1. de sum. trini. s ¶ Et cum aperuisset sigillum secundū. Apertio huius sigilli secundi/ est prędicatio passionis Christi. quæ in ecclesia dei vtilis fuit & est ad permulta: vt post Archidiac. in capi. Iteratur. de conse. distincti. 2. dixi in

secundum: audiui secũdum animal: dicens. Veni & vide. Et [t] exiuit alius equus rufus: & qui [v] sedebat super illum / datum est ei vt sumeret pacem de terra: & vt inuicẽ se interficiant: & datus est ei gladius magnus. Et cũ [x] aperuisset sigillum tertium: audiui tertium animal: dicẽs. Veni & vide. Et ecce [y] equus niger / & qui [z] sedebat super illum habebat staterã in manu sua. Et audiui tanq̃ vocem in medio quatuor animalium: dicentiũ. Bilibris [a] tritici denario vno: & tres bilibres hordei denario vno: & vinum [b] & oleum ne læseris. Et cum aperuisset [c] sigillum quartũ: audiui vocem quarti animalis dicentis. Veni & vide. Et ecce [d] equus pallidus: & qui sedebat super eum nomen illi Mors: & infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio / fame / & morte & bestijs terræ

¶Et cum [e] aperuisset sigillum quintum / vidi subtus altare animas inter- apocalyp.6.c
fectorum propter verbum dei / & propter testimoniũ quod habebant. Et clamabant voce magna: dicentes. Vsq̧quo [f] domine sanctus & verus nõ iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ [g] sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorum & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi.

¶Et vidi [h] cum aperuisset sigillum sextũ: & ecce [i] terræ motus magnus 6.d.
factus est: & sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus / & luna tota facta est sicut sanguis: & stellę de cœlo ceciderunt super terram: sicut ficus emittit

verbo Passio Actuum.1.2. t ¶Et exiuit alius equus rufus. Equus rufus est tyrannorũ exercitus / sanguine sanctorum rubicundus. Videns enim diabolus ecclesiã institutam ad eum quem amiserat & vnde ceciderat locum supplẽdum / inuidia permotus est.c.1.16.quæst.2. Vnde primo nisus est eam impugnare aperte / varijs passionum agonibus: Christi nominis & suæ passionis cultores / per tyrãnorum rabiem infestans: sic vt de martyribus dicatur. Purpurata est vniuersa terra sanguine martyrum. notat Archi. inc. Etsi ad tempus.11.q.3. v ¶Et qui sedebat super eum. Sedens super equum rufum / diabolus est. cui datum est.j. permissum. non enim a se ipso posset.d.cap. Nec mirũ.colũ.2.26.quæst.5. vt sumeret pacẽ de terra.j. homines varijs impeteret atq̧ angustiaret suarum suggestionũ molestijs: put & facit.d.c. Visis.col.1.16.quæst.2. quibus eos impellit: vt se inuicẽ interficiant / vel materiali gladio vel detractionibus / & persuasionibus malignis: quib9 etiam interfici quis dicitur.c. Homicidiorũ.de pœni.dist.1. x ¶Et cũ aperuisset sigillũ tertiũ. Apertio tertij sigilli / est reseratio malignitatis ac peruersitatis hęreticorum. Vidẽs namq̧ diabolus / aperta sua ĩpugnatione.j. martyriorũ seu varij generis agonum in Christi famulos illatione: se nihil vtilitatis consequi / sed ecclesiã poti9 dilatari & Christi nomen celebrius reddi: suscitauit hæreticos / qui peruerse dogmatizantes varias hęreses seminauerunt: de quibus aut q̃plurimis ipsarum est amplus textus Isidori in c. Quidam.23.quęst.4. Sed agnus aperuit hoc sigillum: quia eas inualescere nõ permisit / sed per varia ecclesiæ concilia confutauit.d.c. Quidam.&.ca.1.15.distinct.&c.1.&.2.16.distinc. y ¶Et ecce equus niger. Equus niger: hęreticorum cõgregatio est / sic peccatorum sordibus denigrata vt nullo quarũcunq̧ virtutum candore albescat. cum nulla opera: q̃uis alioqui optima / cum hæretica possint prauitate prodesse.c. Fraternitatis. de hęre. z ¶Et qui sedebat super illum habebat staterã in manu sua. Diabolus qui sedet.j. dominatur hæreticorum cœtui / habebat stateram in manu sua.j. peruersam scripturarũ expositionem: quæ stateræ comparatur. quia sicut statera sine pondere de facili mouetur huc atq̧ illuc: sic sacra scriptura / si catholicæ expositionis pondus non habeat: fluctuat huc atq̧ illuc.d.c. Relatũ.37.dist. a ¶Bilibris tritici denario vno &c.q.d. Vos qui hæreticorũ deuitatis versutias / & veram atq̧ catholicam sacræ scripturæ expositionem sectamini / bene sperate: quia bilibris tritici denario vno & tres bilibres &c.j. siue maiori sitis illuminati scientia siue minori: non frustrabimini denario vno.j. remuneratione eadem. Præmiũ enim essentiale est omnibus commune / siue maioribus siue minoribus: tãetsi accidentale diuersum sit / prout notat Archidia. in alle.c. Etsi ad tempus.11.q.3. b ¶Vinum & oleum ne lęseris. Vinum est legis austeritas / oleum euangelij suauitas. In lege enim austeritas / in euangelio tota suauitas est.c. Hęc autẽ §. deniq̧. versi. In lege.23.quæsti.4. Vinum ergo & oleum lædit qui vetus testamentum & nouum male exponit. qui hæreticorum ascribitur numero.c.fi.24.q.3.

c ¶Et cum aperuisset sigillum quartum. Apertio sigilli quarti / est reseratio fraudis / seu hypocrisis falsorum fratrum. Animaduertens nãq̧ diabolus nichil ecclesiæ detrahi / vel persecutionibus tyrãnorum / vel peruersitatibus hæreticorum: falsos quosdam fratres.j. hypocritas congessit / tanq̃ vulpeculas subdolas: quæ sub religionis seu sanctitatis imagine / vineam demolirentur domini. de quibus & eorum detecta malicia / & sic de istius apertione sigilli loquitur Panor. in ca. Ne nimia. de reli.do. & facit bo. tex. in cle. ad nostram. de here. vbi ostenditur q̧ per istos fratres varij disseminabantur errores.

d ¶Et ecce equus pallidus &c. Equus pallidus / hypocritarum est congregatio. qui pallore sanctitatẽ simulantes sedentem super se diabolum gestant: qui in omnibus terræ partibus / eorum dolositate sanctitatis seu religionis velamine tecta: plerosq̧ decipiunt / & morti ęternæ infernoq̧ tradunt. Vnde simulata ipsorum hypocritarũ æquitas / duplex appellat̃ iniquitas. Siquidem malum faciunt & abutuntur bono. notat glo. in cle.1. in verbo Sanctitatis. de reli.do.

e ¶Et cum aperuisset sigillum quintum &c. Apertio sigilli quinti / est reuelatio eorum præmiorum quæ eos manent q̧ pro Christi nomine patiuntur. Sunt enim ea pręmia ęterna / nullis propterea temporalibus agonibus acquisibilia: nisi exuberans adesset superboni dei nostri clementia. Siquidem scriptum est. Non sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.1.quæsti.3.c. Saluator.

f ¶Vsq̧quo domine sanctus & verus nõ iudicas & nõ vindicas &c. Sancti de peccatoribus vindictam petunt: non eã appetendo sub ratione vindictæ / sed iustitiæ diuinæ se conformando. & ita etiam iudicabunt malos / diuino per omnia adhęrentes iudicio: vt notat Archidia. in alle.c. Vereor.8.quæsti.1.

g ¶Et datæ sunt illis singulæ stolæ. Sancti singulas stolas habẽt: animarũ / scilicet beatitudinẽ: habituri singulas alias stolas / corporum scilicet glorificationẽ: tẽpore generalis retributionis. Notat Panor. in c.1.colũ.3. de sum. trini.

h ¶Et vidi cũ aperuisset sigillum sextũ. Apertio sigilli sexti / est pręnuntiatio siue prædictio futuræ tribulationis / antichristo regnante & approximante futuro iudicio. de cuius antichristi regno loquitur glo. apud legistas in l. Vsuræ. in verbo Solutæ. C. de vsu. de qua dixi in verbo Antichristus.

i ¶Et ecce terræ motus. Declara hæc & sequentia per ea quæ scribuntur. Matth.24.

k ¶Vidi quatuor angelos &c. Idest vidi dęmonum multitudinem/quatuor terrę partes occupantem: satagentemq; ac enitentem/quatuor ventos terræ.j.quadripartitam euangelij doctrinam præpedire: ne in bonorum vel malorũ corda fluẽs/ bonos confirmet in bono: malos a malo reuocet. Elaborant enim dæmones a ruinæ suæ principio infinitis nocendi modis/ humanũ genus euertere atq; turbare. c. Visis. col. 1. 16. quęsti. 2. l ¶Et vidi alterum angelum ascendentẽ ab ortu solis. Hic est magni consilij angelus/Christ9 scilicet qui est verus oriens. Zacha. 6. Oriens est nomẽ eius. & notat Archidiaconus. Ecclesiasticarũ. 11. dist.

grossos suos cum a vento magno mouetur. Et cœlum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terrę & principes & tribuni/& diuites & fortes & omnis seruus & liber abscon derunt se in speluncis & petris montium. Et dicunt montibus & petris. Cadite super nos & abscondite nos a facie sedentis super thronum: & ab ira agni quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare?

Apocaly.7.a. ¶Post hæc vidi quatuor [k] angelos/ stantes super quatuor angulos terræ: tenentes quatuor ventos terræ ne flarent super terram/ neq; super mare/ neq; in vllam arborem. Et [l] vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis: habẽtem [m] signum dei viui: & [n] clamauit voce magna quatuor angelis/quibus datũ est nocere terræ & mari: dicens. Nolite nocere terræ & mari/neq; arborib9: quoadusq; signem9 seruos dei nostri in frõtib9 eorũ.

7.a.b. ¶Et audiui [o] numerum signatorum/centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex [p] tribu Iuda/duodecim milia signati. Ex [q] tribu Ruben: duodecim milia signati. Ex [r] tribu Gad: duodecim milia signati. Ex [s] tribu Aser: duodecim milia signati. Ex tribu Neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu Manasses: duodecim milia signati. Ex tribu Simeon: duodecim milia signati. Ex tribu Leui: duodecim milia signati. Ex tribu Isachar: duodecim milia signati. Ex tribu Zabulõ: duodecim milia signati. Ex tribu Ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu Beniamin: duodecim milia signati.

7.c.d. ¶Post [t] hæc vidi turbam magnam/quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus/& tribubus/& populis/ & linguis: stantes ante thronum. & in conspectu agni amicti stolis albis/& palmæ in manibus eorũ: & clamabãt voce magna: dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronũ/& agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorũ & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas: & adorauerunt deum: dicentes. Amẽ. Benedictio & claritas/& sapientia & gratiarum actio: honor & virtus & fortitudo deo nostro: in secula seculorum amen. Et respondit vnus de senioribus/& dixit michi. Hi qui amicti sũt stolis albis: qui sunt & vnde venerunt. Et dixi illi. Domine mi/tu scis. Et dixit michi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna/ & lauerunt stolas suas/& dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronũ dei: & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno habitabit

m ¶Habẽtem signũ dei viui. Idest crucis vexillum: quod est saluatoris dei nostri signũ verũ/ vt est tex. in l. Vnica. C. nemini liceat signum saluatoris Christi i terra sculpere. Vel habẽtẽ signum dei viui.j. potentiam patri æqualẽ. d. c. 1. de sum. trini. vel imnunitatẽ a peccato per quã deus apparet. qa omnis homo peccator. d. c. Si em̃. de pœ. distinc. 2.

n ¶Et clamauit voce magna quatuor angelis &c. Christus/ pius noster ac misericors dñs/dęmonũ cohibuit malitiã: ne eaten9 possint virus suum in homines diffundere quatenus discupiunt. signans nos signo crucis in frontibus/ vt nedũ in occulto sed & in aperto sanctũ eius nomen/suæq; fidei syncceritatem prædicem9 & teneam9. Qua ratiõe baptizandorũ frontibus crux infigitur. d. c. Vnico de sa. vnc. & vt ab eo tempore apostata diabolus in vase suo pristino/ suæ interemptiõis cognoscẽs signaculũ: iam sibi deinceps illud sciat eẽ alienum.j. potestatem suam in eius persona esse refrenatã. ca. Postea. de conse. dist. 4.

o ¶Et audiui numerum signatorũ &c. Signati dicũtur q fidem Iacob imitãtur.j. q fideles sunt/fidem scilicet in baptismate receptã syncere tenentes: vt ille tenuit incircũcisiõe. Vt e.ñ nobis baptism9: ita illis circuncisio erat iniuncta. capi. Quod aũt. de conse. dist. 4.

p ¶Ex tribu Iuda duodecim milia signati. Iuda interpretatur confitens: eos propterea viros designans qui ante rationis vsum baptismo suscepto decedunt. tales enim sola confessione patrum spiritualium saluantur. c. Illud. perscrutari. de con. distin. 4. Designans etiam in adultis necessariam esse confessionem/& fidei quã acceperunt. quia corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. d. c. Vnico. de sacra. vnc. & peccaminum cõmissorũ. quia vbi taciturnitas est confessionis: ibi speranda non est venia criminis. c. Quem pœnitet. §. finali in fine. de pœni. dist. 1.

q ¶Ex tribu Ruben duodecim milia signati. Ruben interpretatur videns filium. quia confiteri volens debet in contritione videre filium.j. opera sua ac peccatũ/& secundũ eius grauitatẽ dolere. De quo/an scilicet magna esse debeat & peccato proportionata contritio: vide quod diffuse scripsi in verbo Cõtritio. super illud Thre. 3. Magna est velut mare contritio tua.

r ¶Ex tribu Gad duodecim milia signati. Gad interpretatur succinctus. quod spectat ad satisfactionem: quæ laboriosa est. sine ea tamen voce vel interpretatiue facta/peccatum non dimittitur. cap. peccatum. & ibi late per Pe. de Ancha. de regu. iuris. in. 6.

s ¶Ex tribu Aser duodecim milia signati. In hoc & sequentib9 quinq; tribuũ nominib9: ea quibus post tres pręmissas pœnitentiæ partes impletas homo debet inuigilare exprimuntur. Aser enim interpretatur mundanis non intentus. Neptalim/ex charitate sua alijs largiens. Manasses: oblitus terrenorum. Symeon: de pręteritis peccatis dolens. Leui: additus seu non iniuncta sibi faciens. Isachar: merces.j. ad remunerationem tendens. Zabulon: habitaculum fortitudinis j. laborem non recusans. Ioseph: augmentum.j. ecclesiam numero sanctorum locupletans. Beniamin/ filius dextrę .j. a dei propitiatione omnia/& nichil a se reputans. Quæ omnia veris pœnitentibus inesse debere/ declarat celebris textus Augustini in superioribus transcriptus in ca. Consideret. quod est ca. 1. de pœnt. distin. 5.

t ¶Post hæc vidi turbam magnam &c. Cum secundũ figuram designandos sub certo numero vidisset/ & tãtummodo de filijs Israel. Nunc aperte docet q per illum numerum vniuersi fideles: & per duodecim tribus accipiendę sunt omnes gentes/quæ hic introducuntur deum laudantes pro sua glorificatione. sicut etiam omnes gentes eum laudare debent pro sua redemptione & beneficiorum acceptorum multitudine: iuxta id quod scriptum est. Laudate dominum omnes gentes. & alibi.

Omnis ſpiritus laudet dominum. Notat Hoſtienſ. in c. Quod ſuper. de voto. Cætera quæ ſequuntur clara ſunt.
v ¶ Et cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum. Apertio illius ſeptimi ſigilli eſt reſeratio ſtatus in quo poſt antichriſti exterminium erit eccleſia. quia pax erit & tranquillitas paruo tempore. ſublato enim antichriſti timore nõ ſtatim delebitur gen9 humanum: ſed dabitur aliquod tempus ad agendam pœnitentiam: ſicut & facta diluuij comminatione/ non ſtatim deleuit dominus humanum genus: ſed faciendę pœnitentię cauſa/tempus dedit: prout dixi in verbo Homo. ſuper illud Gene. Nõ p̄manebit ſpũs meus inęternum: quia caro eſt. eruntq; dies vitæ illius centum. xx. annorum.

x ¶ Et vidi ſeptẽ angelos. Nunc ponit de prędicatoribus / quorum incumbit officio: bonorum p̄mia/ malorum æterna ſupplicia populo nunciare. cap. Exijt qui ſeminat. col. 5. verſi. habetur etiam. de verb. ſigni. lib. 6. qui vocantur angeli propter eam vitę puritatem qua ſplendere debent. capi. Oportet. 8. quęſt. 1. c. ſi. circa mediũ. 40. diſt. & in conſpectu dei ſtantes: vt oſtendatur eos nõ debere eſſe timore curuos/ ſed in dei verbo enũciando firmos & intrepidos. c. 1. in princip. 43. diſtinc. quibus datę dicũtur tubę. ſ. officium p̄dicãdi. q̃a ſine iniuncto tacite vel ex- expreſſe prædicandi officio prædicare debet nemo. cap. Cum ex iniuncto. de hære. & dixi diffuſe in verbo prędicare. ſuper illud. Quomodo prędicabũt niſi mittant̃.

y ¶ Et alius angelus venit &c. Hic introducitur alius angel9/ magni ſcilicet cõſilij: qui eſt rex regum & dominus dominantium/ cõmittens p̄dicatoribus ſuum miniſterium. De quo angelo dicitur: q̃ venit. ſ. humanitatẽ ſibi vniuit & ſtetit ante altare. ſ. crucis pœnam ſibi delegit: rationibus de quibus habetur per gloſam in allegat. cle. 1. in verbo Cruci. de ſum. tri. habens thuribulum aureum in manu ſua. ſ. exemplaritatem ſubiectionis & humilitatis ac perfectionis omnimode demonſtrans. capit. Dominus noſter. 93. diſtinct.

z ¶ Et data ſunt ei incenſa multa: vt daret de orationibus ſanctorum omnium. Incenſa. ſ. orationes ſeu ſacrificia. c. Denique. paulo ante finem. 7. quæſt. 1. Chriſto offeruntur a ſanctis: non vt omnes exaudiendas præſentet patri/ ſed eas quæ exauditione dignæ videntur. Neq; enim expedit omnes exaudiri: tametſi exauditionem ſperãtes eas effundamus. notat gl. ma. in vlt. col. in d. cle. 1. de reli. & vene. ſanc.

a ¶ Super aureum altare quod eſt ante thronum dei. Aureum altare/crucis eſt tropheum vbi Chriſtus pro peccatoribus orauit quod eſt ante thronũ dei quantum ad diuinum placitum. quia paſſio Chriſti in carne deo placuit: licet Iudęorum crucifixio diſplicuerit. Vnde Iudęi Chriſtum crucifigendo bonum dicuntur feciſſe ſed non bene. notat glo. in c. 1. de collu. dete.

b ¶ Et accepit angelus thuribulum &c. Ideſt Chriſtus accepit contubernium noſtræ conditionis. & impleuit illud de igne altaris. quia plenus fuit gratia & veritate ab inſtanti ſuæ conceptionis. & miſit in terrã per ſepulturam ſuæ conditiõis: prout hæc dicuntur in alle. capi. 1. de ſum. trini. iuncto eo quod ibi dicit Hoſtienſis. declarando illud prophetæ. Fœmina circundabit virum.

c ¶ Et facta ſunt tonitrua & voces & fulgura &c. Hoc videtur eſſe quod per euangeliſtas dicitur in Chriſti morte velum templi ſciſſum eſſe/ & multa mortuorum corpora ſurrexiſſe &c.

d ¶ Et ſeptem angeli qui habebant tubas pręparauerunt ſe vt tuba canerent. Chriſto mortuo/ fidei facta eſt p̄dicatio: quę pręparatione p̄eunte ſubeunda eſt: ne ſcilicet tacenda dicantur/ aut dicenda taceantur vel indiſcrete proferantur. d. c. 1. & c. In mandatis. & c. fina. 43. diſt.

e ¶ Et primus angelus tuba cecinit. Primus angelus: cœtus eſt apoſtolorum. de quorum prędicatione poſt Chriſti mortem/ ſcribitur. In omnem terram exiuit ſonus eorum. c. Fundamenta. in princi. de de elec. in. 6. qui propterea verborum contumelijs & varijs flagellis ac ſuorum corporum interfectionibus: quæ per grandinem & ignem & ſanguinem ſignantur/ affecti ſunt. Vnde & de eis dicitur q̃ ibant gaudentes a conſpectu concilij. quia digni inuenti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati. 23. quæſt. 3. in prin.

f ¶ Et tertia pars terræ combuſta eſt &c. Hic ſequitur Iudęorum reproborum punitio propter apoſtolorum perſecutionẽ. qui omnes reprobi Iudęi/ ſub appellatione tertię partis terræ. ſ. auarorum: & tertiæ partis arborum. ſ. ſuperborum. & fœni viridis. ſ. luxurioſorũ deſignantur. quia omne quod eſt in mundo/ aut eſt concupiſcentia oculorum/ aut concupiſcentia carnis/ aut ſuperbia vitę: prout notãter declarat Archi. in c. diſplicet. 23. q. 4.

g ¶ Et ſecũd9 angel9 tuba cecinit. Secũdus angel9 martyrũ chorus dicit̃. quibuſdã enĩ Chriſti nomẽ diuulgãtib9: diabol9 q̃ eſt mons magnus p ſuperbiã vt notat Archi. in c. Nerui. 13. diſt. Miſſus eſt in mare. ſ. in imperatores elatos qui ipſos martyres fecerũt/ varia eis ſupplicia infligentes: & terrã/ eorũ ſanguine purpuratã reddẽtes/ dicit Archi. in d. c. Etſi ad tempus. 11. q. 3. Vnde & ipſi & eorũ cõſiliarij ac fautores ſeu principes q̃ inſtar eorũ martyrib9 ſupplicia intulerũt/ ſunt puniti. quia necdũ mala agẽtes ſed & q̃ mala agẽtibus cõſentiũt/ aut eorũ imitant̃ maliciã: animaduerſionẽ merent̃. c. 1. de offi. dele. iuncto ca. Cenomanẽſem. 56. diſt.

h ¶ Et terti9 angelus tuba cecinit. Terti9 angelus/ eſt eorũ p̄dicatorũ ſeu Chriſti nominis & eius fidei p̄mulgatorũ cœtus: qui aduerſus hęreticos dimicarũt. q̃ in apertiõe tertij ſigilli p equũ nigrũ deſignati ſunt. Hic aũt p ſtellã cadẽtem: quia nocte lucẽt. ſ. apud degentes in peccatorum tenebris/ videntur p̄pter eorũ argutias & verborum phalerationes lucere. quibus hæreticam eorum malitiam contegere nituntur. ca. Omnem vim. 37. diſtinctio.

i ¶ Et cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum. Hæretici propria

---

ſuper illos. Non eſurient neq; ſitient amplius: nec cadet ſuper illos ſol: neq; vllus æſtus. quoniam agnus qui in medio throni eſt/ reget illos: & deducet eos ad vitæ fontes aquarum: & abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

¶ Et [v] cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum: factum eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora. Apo. 8. a I pti

¶ Et [x] vidi ſeptem angelos ſtãtes in conſpectu dei: & datæ ſunt illis ſeptẽ tubæ. Et [y] alius angelus venit & ſtetit ante altare/ habens thuribulum aureum: & data [z] ſunt illi incenſa multa/ vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper [a] altare aureum quod eſt ante thronum dei. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum/ de manu angeli corã deo. Et [b] accepit angelus thuribulum aureum: & impleuit illud de igne altaris/ & miſit in terram: & [c] facta ſunt tonitrua & voces & fulgura/ & terræ motus magnus: & ſeptem [d] angeli qui habebant ſeptem tubas/ præparauerunt ſe vt tuba canerent. Et [e] primus angelus tuba cecinit. Et facta eſt grando & ignis mixta in ſanguine: & miſſum eſt in terrã. Et [f] tertia pars terrę combuſta eſt: & tertia pars arborum concremata eſt: & omne fœnũ viride combuſtum eſt. 8. a. & b.

¶ Et [g] ſecundus angelus tuba cecinit: & tanq̃ mons magnus igne ardẽs miſſus eſt in mare. Et facta eſt tertia pars maris ſanguis: & mortua eſt tertia pars creaturæ eorum: quæ habebant animas in mari: & tertia pars nauium interijt. Et tertius [h] angelus tuba cecinit. Et cecidit de cœlo ſtella magna/ ardens tanq̃ facula. Et [i] cecidit in tertiam partem fluminum & 8. c. d.

precipitati superbia/cadunt in tertiam partem fluminum idest scripturarum. quorum prima pars est vetus testamentum: secunda nouũ & tertia/expositio sanctorũ: in quam cadũt. quia eã non recipiũt/ pprię innitẽtes prudẽtię. vnde & vino inebriari dicuntur. c. Vino inebriantur. 37. dist. k ¶Et nomen stellę dicitur absynthium. Heretici non iniuria comparantur absynthio. quia amaritudinẽ prauę intelligentię inducũt. & velut absynthiũ bono cibo mixtum/cibũ reddit amarum: sic omnia eorũ opera alioqui bona ea deprauatę intelligẽtię acore amaricãt/ & insipida seu infructuosa reddũt. c. 3. de hęreticis.

in fontes aquarum: & nomẽ [k] stellę dicitur absynthium. Et [l] facta est tertia pars aquarum in absynthium/& multi hominũ mortui sunt de aquis quia amaræ factę sunt. Et [m] quartus angelus tuba cecinit. Et percussa est tertia pars solis: & tertia pars lunæ: & tertia pars stellarum: ita vt obscuraretur tertia pars eorũ : & diei non luceret pars tertia & noctis similiter. Et vidi & audiui vocem vnius [n] aquilę volantis per medium cœli: dicẽtis voce magna. Væ/væ/væ habitantibus in terra. De cæteris vocibus trium angelorum qui erant tuba caniturі.

Apocalypsis. 9 caput.

¶Et quintus [o] angelus tuba cecinit : & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram: & data [p] est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi. Et ascẽdit fumus putei sicut fumus fornacis magnę. Et obscuratus est sol & aer de [q] fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas: sicut habẽt potestatem scorpiones terrę. Et præceptum [r] est illis ne læderent fœnum terrę: neq; omne viride neq; omnem arborẽ: nisi [s] tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis. Et dictum [t] est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus quinq;. Et cruciat⁹ eorũ vt cruciat⁹ scorpij cũ pcutit hominẽ. Et in illis dieb⁹ quęrẽt homines mortẽ/& nõ inueniẽt eã: & desiderabũt mori/ & fugiet mors ab eis. Et [v] similitudines locustarum similes equis paratis in prælium : & [x] super capita earum tanq̃ coronæ similes auro: & [y] facies earum tanq̃ facies hominum. Et habebant capillos/sicut capillos mulierum: dentes earum sicut dẽtes leonum erant. Et [z] habebant loricas sicut loricas ferreas:

l ¶Et facta est tertia pars aquarũ in absynthium &c. Multæ scripturæ peruerso hæreticorum sensu deprauant. vnde multi ipsorũ sensum seu errorem pestiferum sequẽtes: perenniter intereũt. cap. pe. in fi. iuncto. d. ca. 3. de hære.
m ¶Et quart⁹ angel⁹ tuba cecinit &c. Quart⁹ angel⁹ est cõtra hypocritas seu falsos fratres/pdicatorũ cœtus. quo canente inuenta est hæc pestifera lues. in tertia parte solis. j. in multis plaratis. qui per solem ideo designantur: quia præ alijs verbo lucere debent & exẽplo. d. c. Vnico. de sa. vnc. ca. Vilissimus. 1. quæsti. 1. & cap. Oportet. cum similibus. 8. quæsti. 1. Et in tertia parte lunæ. j. secularibus sacerdotibus & laicis. qui (vt luna a sole suum lumen) a suis prelatis vitæ rationem assumunt. cum prelatorũ exempla facile deducuntur a subditis in exemplum. ca. Magne. de voto. & in tertia parte stellarũ. j. religiosis. quos in omnibus suis actib⁹ lucidos esse conuenit. c. Quorundam. de elec. li. sexto. n ¶Et vidi & audiui vocẽ vnius aquilæ &c. Quadruplici statu ecclesiæ descripto : hic subsequentes alij tres status/periculosiores futuris prænunciantur. o ¶Et quintus angelus tuba cecinit. Videns diabolus: humani generis quieti semper inuidens/q̃ euangelicam non potuit pdicationem impedire: per Iudæorum æmulationem/per imperatorum crudelitatem: per hæreticorum calliditatem/vel per hypocritarum malitiam/ seu simulatã religionem: nunc angelo quinto. j. prædicatorum cœtu in diuini verbi promulgatione pergente: diabolus (qui per stellam intelligitur. quia ab initio vt splendida stella luxit & plenus sapientia & perfectiore decore fuit. c. Principium. de pœ. distinc. 2.) omnem suam rabiem in homines effusurus venit. p ¶Et data est illi clauis putei abyssi &c. Idest cõcessa est sibi potestas pcursores antichristi (qui per puteũ abyssi/propter suæ malitiæ profunditatem: satis accipi possunt. Puteus enim humanę est iniquitatis profunditas. c. Voluissent. §. fi. de pœ. dist. 1.) excitandi ad exercendam in Christi cultores tyrãnidem spiritualem. Et aperuit puteum abyssi. j. peruersa dogmata a corde eorũ erũpere fecit. quibus velut magnæ fornacis fumo obscurati sunt sol & aer. j. illuminantes alios & ab eis illuminati. peruersa nanq; dogmata facile quorũcunq; mentes inficiunt/nisi verbis eorum vel audiendorum vel legendorum tollatur occasio. bo. est tex. in ratione sui. in l. Dãnato. versi. necnõ impios. & in l. Quicunq;. §. finali. C. de hære. q ¶Et de fumo putei exierũt locustæ &c. Promulgata antichristi doctrina/multiplicabuntur eius doctores: quos hic locustas appellat. quia bonorum erũt corrosores/instar locustæ : quæ terræ fruges corrodens vastat. notat Archi. in c. Reuertimini. 16. quæst. 1. & eorum potestatem scorpionibus ęquat. quia vt scorpi⁹ dum pungit nõ sentitur sed postea diffunditur virus/& diffusum plerunq; enecat: sic ab eis decepti/propter suorum verborũ fucum non sentiunt: sed perimuntur tandẽ & perenniter cruciantur. d. c. Tertio. de hære.
r ¶Et præceptũ est illis ne læderent fœnũ terræ/neq; omne viride/neq; omnem arborem. Non omnes peruersis antichristi pcursorum dogmatibus illaqueabuntur/sed immunes euadẽt plerique. & de cõiugatis: qui per fœnum terræ. & de continentibus: qui per viride. & de virginibus qui per arborem signantur. non solum enim virgines & continentes: verũ etiam coniugati per rectam fidem & operationem ad æternam merentur beatitudinem peruenire/dicit tex. in ca. Primo. in verbis finalibus. de sum. trini. s ¶Nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus. Eos dominus pestilẽtibus permittit doctrinis illaqueari/qui ipsum nolunt aut non audent in aperto confiteri. ideo enim baptizandus in fronte signatur/ne fidem in aperto erubescat confiteri/dicit textus in d. c. Vnico. de sa. vnc.
t ¶Et dictum est illis ne occiderent eos &c. Antichristiani fideliũ animas nõ occident. quia animam occidere soli⁹ est dei. c. Nolite timere. 11. quæsti. 3. sed (deo id sinente) cruciabunt corpora: vt tanto beatiores reddant/quãto maiora p Christi nomine supplicia pertulerint. quia vnusquisq; (secũdum apostolum) propriam mercedem accipiet secundũ suũ laborem. cã. Presens. in fine. 20. q. 3. v ¶Et similitudines locustarũ similes equis &c. Similitudines locustarum. j. antichristi præcursores per locustas signati: erunt similes equis paratis in plium. quia animosi erũt ad congrediendum/verbis & argutijs suis quoslibet vincere volentes. nõ animaduertẽtes/quia regnum dei in simplicitate fidei est nõ in contentiõe sermonis. d. c. Omnẽ vim. in fi. 37. distinc. x ¶Et super capita earum tanq̃ coronę similes auro. Nõ dicit eorũ coronas aureas/sed auro similes/p quoddã falsitatis figmẽtũ. qa victores se simulabũt & remuneratores. sed reuera velut fallorũ assertores dogmatũ in baratri profundũ ibunt pcipites. qa qui impœnitẽs moritur/omnino morit & æternaliter cruciatur. cap. fina. in fi. de pœni. dist. 7. y ¶Facies earum sicut facies hominũ &c. Quia se pios/mãsuetos & discretos ostentare nitẽtur: cũ tamẽ vulpinã exerceãt malitiã. ita se duplicis reos iniquitatis reddẽtes: cũ (vt iam dictũ est) simulata æquitas duplex sit iniquitas. cle. 1. cum glo. in ver. Sanctitatis. de relig. do. z ¶Et habebãt loricas ferreas. Idest corda obstinata veritatis sagittam nõ expauẽtia/sed in eorum obstinatiõe ad finẽ vsq; permanẽtia: proptereaq; peccabunt peccato

in spiritum sanctum de quo dictum est. Est peccatum ad mortem: quis orabit pro eo? ca. Si sacerdos. §. potest etiã. versi. Ego autem dico. de pœni. dist. 1. Prouenit autem huiusmodi obstinatio secũdum glo. ibi. in verbo dimittienda: interdum ex desperatione / puta cum quis credit suorum delictorum magnitudinem diuinam misericordiam excessisse & ob hoc de vitijs ascendat ad vitia: iuxta id quod ait Cain. Maior est iniquitas mea / q̃ vt veniam merear. Interdum vero prouenit ex præsumptione / puta cum quis securus delinquit: tanq̃ deus pro temporali delicto / non sit æternum supplicium daturus. in quo peccati genere refert Hieronymus Origenẽ deprehẽsum esse. qui post mortẽ anathematizatus est. hęc glo.

a ¶ Et vox alarũ earum sicut &c. Diuersi currꝰ / diuersis vijs: & a diuersis equis ad idẽ bellũ capiunt. sic isti (licet diuersis hęresibus) vnanimiter ecclesiam impugnãt. de quibꝰ ideo dici potest quod scribitur in c. Excommunicamꝰ. 2. de hęreticis. Facies sunt habẽtes diuersas / sed caudas adinuicem colligatas. q̃a de vanitate cõueniunt in idipsum.

b ¶ Et habebant caudas similes scorpionum: & aculei &c. Caudas appellat dolosas sententias quibꝰ coram blãdiunt & latẽter pũgunt. ita sub mellis dulcedine venenũ exhibentes / put & iam fuerũt pleriq; q̃plurima periculũ animarũ pariẽtia sub quodã velamine sanctitatis faciẽtes & cõmittẽtes dicit tex. I alle. cle. 1. paulo post princi. de religi. do.

c ¶ Et habebãt super se regẽ angelum abyssi &c. Istorũ dux erit diabolꝰ: cuiꝰ nomẽ tribꝰ linguis exprimitur / vt in oĩ gente. s. lingua eiꝰ malitia caueatur: quia vbiq; exercet / & hoc p̃cipue / q̃a in hac triplici lingua: doctrina euãgelica est cõscripta. Vide glossam. in c. vt veterum. in fine. 9. dist.

& vox [a] alarum earum sicut vox curruũ / equorum multorum currentiũ in bellum. Et [b] habebant caudas similes scorpionum: & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinq;. Et habebãt [c] super se regem angelum abyssi cui nomẽ hebraice abaddo græce autem appollion: & latine habens nomen exterminans. Væ [d] vnum abijt: & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc. Et [e] sextus angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei / quod est ante oculos dei: dicentem sexto angelo qui habebat tubã. Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumie magno Euphrate. Et soluti [f] sũt quatuor angeli qui parati erant in horam & diem & mensem & annum: vt occiderent tertiam partem hominũ. Et numerus [g] equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum. Et ita [h] vidi equos in visione: & qui sedebant super eos habebãt loricas igneas, hyacinthinas & sulphureas. Et capita equorum erant tanq̃ capita leonum: & de ore ipsorum procedebat ignis & fumus & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominũ: de igne & fumo & sulphure: q̃ procedebãt ex ore ipsorum. Potestas enim [i] equorum in ore eorũ est: & in caudis eorũ. Nam caudæ eorum similes serpentibus habentes capita: & in his nocẽt. Et cæteri [k] homines qui non sunt occisi in his plagis: neq; pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum: vt non adorarent dæmonia: & simulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea: quæ neq; videre possunt neq; audire / neq; ãbulare: & non egerunt pœnitentiã ab homicidijs suis / neq; a veneficijs suis: neq; a fornicatione sua: neq; a furtis suis.

d ¶ Væ vnum abijt &c. Explicata est ecclesię turbatio / quæ erit tẽpore p̃cursorum antichristi. Et ecce veniũt duo vę. s. superest declarare duo postrema dispẽdia quæ futura sunt antichristi tempore & iudicij nouissimi die.

e ¶ Et sextus angelus tuba cecinit &c. Sextus angelus est cœtꝰ eorũ p̃dicatorum qui sub antichristi rabie gloriosum Christi nomen hominibꝰ intonabũt / antichristi fraudes & versutias enunciãdo. quasi vox vna procedens a quatuor altaris cornibus. s. p̃cones pręteriti temporis qui dicunt vox vna: quia doctrina eorũ q̃ vna est. s. in fidei vnitate fundata / prodijt & emanauit ex quatuor euãgelijs: in quibus velut in quadrato lapide sanctę fidei structura consurgit & cuiuslibet vitę cõmunis atq; actionis norma cõsistit. dicit tex. in c. Sicut sancti euãgelij. 15. dist. Et fuerũt ista quatuor cornua altaris aurei / quod est in cõspectu dei. s. penes ecclesiã charitate rubentẽ: in qua quod offertur / a deo accipitur / & extra quã nullũ deo acceptũ sacrificiũ offerri potest. d. c. 1. §. vna vero. de sum. trini. c. Illi offerunt. c. Odit deus. 1. q. 1. præmonuerunt dicẽtes. Solue quatuor angelos. s. p̃dica dæmones vniuersos esse solutos antichristi tempore: vt sic cautiꝰ caueãt sibi electi p̃pter maius eis imminẽs ex laxatis dęmonũ habenis periculũ. quo casu / maiore sc; inualescente periculo: cautius est agendum. c. Vbi periculũ. de elec. li. 6. quos quatuor angelos dicit alligatos in flumine magno Eufrate. s. in Christi passiõe / qua imminuta est dæmonũ potestas vt est gl. in alle. c. Si enĩ. col. pe. in verbo Ad inferna. de pœni. dist. 2. & adhuc imminuit sola eiꝰ scilicet passiõis Christi recordatione. notat Archi. in d. c. Iterat. de cõse. distin. 2.

f ¶ Soluti sunt quatuor angeli &c. Antichristi tempore dæmonũ inualescet potestas: qua ferocissima reddet antichristi persecutio per horã & diẽ & mẽsem & annũ. s. per annos tres & dimidium. Per horã enĩ (dicit gl. or.) dimidiꝰ annus. per diẽ: primus annus. per mẽsem / secũdus / & per annũ: tertiꝰ accipiendus est. quia tribꝰ annis & dimidio perstabit antichristi persecutio. & ita etiã dicit glosa apud legistas in l. vsuræ. C. de vsu.

g ¶ Et numerꝰ equestris &c. Dicit multos esse diaboli ministros seu reprobos homines / & eorum numerum bonorum superexcedere numerũ. quia pauci quos æquus amauit Iuppiter: aut ardẽs euexit ad æthera virtus. notat glo. alle. in c. Citius. in verb. Angustam. de pœni. distinct. 2.

h ¶ Et ita vidi equos in visione &c. Reprobos homines equos appellat: vt pote cum se instar irrationabilium brutaliter viuentes rationis expertes demonstrent. vnde & bruti alicuius nomine recte vocantur. vt post Archi. late dixi in verb. Equus. super illud psal. nolite fieri sicut equus & mulus. Et super eos sedent habentes loricas igneas & hyacinthinas & sulphureas. s. eis dominantur diaboli / varios eosq; fortes & validos habentes nocendi modos. d. c. Visis. col. t. 16. q. 1. Eorum autem reproborum capita. s. prælati seu p̃dicatores. s. assertores dogmatum antichristi sunt tanq̃ capita leonum &c. quia ministri antichristi quod docebunt dictis & signis / hoc etiam pœnis & cruciatibus diuersis cogent confiteri. Taliter autẽ coactos si corde fidem tenuerint: q̃uis ore negauerint / excusat Ambrosius a tanto; quia non incidunt in tam graue peccatum / ac inciderent si sponte diffiterentur. vide pulchrum tex. Ambrosij in c. Potest. de pœ. dist. 1. Et de ore ipsorum procedebat &c. Idest doctrina istorum erit tota vitiorum plena / & vitiorum amplectendorum persuasiua. vnde & multi eã doctrinã amplexantes peribunt. Neq; enim superioribus debet in illicitis obtemperari. c. Si dñs. c. Iulianus. cum similibus. 11. quæst. 3.

i ¶ Potestas enim equorum in ore eorum & in caudis eorum est. Malignãtium hominum intentio versatur & in nocendo aperte: & in occultis deceptionibus / si aperte nequeũt nocere. instar dæmonis (cuius imitant vestigia) qui modo aperte / modo occulte satagit nocere. c. Aduersitas. §. Cum vero. versi. Est ergo persecutio. 7. quæst. 1.

k ¶ Et cæteri homines qui nõ sunt occisi &c. Nedum peribunt qui malis adhęserint antichristianorum persuasiõibꝰ.

ſed & qui de malignis ſuis præuaricationibus pœnitentiam non egerint. Iuſtum nãq; eſt vt torqueantur ſine fine qui pœnitẽtiam reſpuentes/peccare voluerint ſine fine.d.c.Voluiſſent.in prin.de pœni.diſt.1. l ❡Et vidi alium angelum fortem &c.Præmiſit Ioannes futuram eccleſię ſub antichriſto perſecutionem: nunc agit de ipſius per Chriſtum conſolatiõe: dicens. Vidi angelum fortem.j.Chriſtum/qui fortis vocatur angelus; quia miſſ9 a patre eſt/ vt dirupto quo tenebamur captiui vinculo ſeruitutis: priſtinæ nos reſtitueret libertati.c.Cum redemptor.in princi.12.q.2.Deſcendentẽ de cœlo / amictũ nube: & iris in capite eius .j. in virginis vterum venientem: in qua ſuæ humanitatem diuinitati coniunxit.d.cle.1.de ſum.tri.

Apocalyp. 10 caput. ❡Et vidi [l] alium angelum fortem deſcendentem de cœlo/amictum nube & iris in capite eius. Et facies [m] eius erat vt ſol: & pedes eius tanq̃ colũna ignis. Et habebat [n] in manu ſua libellum apertum: & poſuit [o] pedem ſuum dextrum ſuper mare: ſiniſtrum autem ſuper terram: & clamauit [p] voce magna. quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamaſſet loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas: & cum locuta [q] fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas: & ego ſcripturus eram. Et audiui vocem de cœlo dicentem michi. Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua: & noli ea ſcribere. Et angelus [r] quem vidi ſtantem ſupra mare & ſupra terram leuauit manum ſuam ad cœlum: & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorũ: qui creauit [s] cœlum & ea quæ in illo ſunt: & terram & ea quæ in ea ſunt: & mare & omnia quæ in eo ſũt. quia tempus non erit amplius. ſed in [t] diebus vocis ſeptimi angeli cum cœperit tuba canere/conſũmabitur myſterium dei: ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Et [v] audiui vocem de cœlo iterum loquentem michi: & dicentem. Vade & accipe librum apertum de manu angeli ſtantis ſupra mare & ſuper terram. Et abij ad angelum dicens ei vt daret michi librum. Et dixit michi. Accipe librum & deuora illum: & faciet [x] amaricari ventrem tuũ: ſed in ore tuo erit dulce tanq̃ mel. Et accepi librum de manu angeli & deuoraui illum: & erat in ore meo tanq̃ mel dulce. Et cum deuoraſſem eũ: amaricatus eſt venter me9. Et dixit michi. Oportet te iterum prophetare gentibus & populis & linguis & regibus multis.

11.a.b.c. ❡Et datus [y] eſt michi calamus ſimilis virgæ: & dictũ [z] eſt michi. Surge

m ❡Et facies eius ſicut ſol & pedes tanq̃ colũna ignis. Ideſt Chriſto adhęrẽtes: ſiue de contemplatiuis ſint/qui per facies: ſiue de actiuis/qui per pedes intelliguntur. quia contemplatiuæ cedit actiua vita/ſeu cõtemplatiua excellentior eſt actiua/vt late dixi in verbo Contemplari.in.1.annota. Luceant.j.lucidos ſe alijs exhibeant: ſcientes q vt vita bona nobis: ita fama bona proximis.j.pro noſtrorum ædificatione proximorum neceſſaria.eſt.d.c.Nolo.in prin.12.quæſt.1.

n ❡Et habebat in manu ſua libellum apertum. Apertum librum Chriſtus habet. quia omnes ſcientiæ & ſapientiæ theſauri in eo ſunt abſconditi.d.capit.Legimus. in fi.37. diſtinct. & quia omnes ſcripturas operatione cõpleuit partim prędicando: & partim quæ de ſe dicta erant/in ſe manifeſtando & tandem (vt dicitur in capi. Qui eccleſiaſticis.circa medium.36.diſtinct.) ſuis ſcripturarum ſenſum aperiendo.

o ❡Et poſuit pedem ſuum dextrum &c. Ideſt poſuit maiores prædicatores/ſuper peccatores maiores: & minores ſuper minores. Prædicatores enim coaptandi ſunt audientibus. neq; eadem omnibus ſunt prædicanda.d.capit.fi.§.fin. iuncto dicto cap.In mandatis.43.diſtinct. p ❡Et clamauit voce magna &c. Præcepit Chriſtus ſuæ fidei prædicationem. Et locuta ſunt ſeptem tonitrua.j.prædicatores qui ſepoſita formidine verbum dei debent intonare.capit. Sit rector. in princip.43.diſtinct. Chriſti fidem doctrinamq; annunciauerunt: bonis præmia/malis æterna futura ſupplicia demonſtrantes: prout veris prædicatoribus incumbit demonſtrare.d.c. Exiſt.colum.4.de verb.ſig.li.6.

q ❡Et cum locuta fuiſſent &c. Dicit Ioannes admonitum ſe diuinitus ne audita myſteria omnibus aperiat. quia ſaltem infidelibus manifeſtanda non ſunt/ne apud eos vileſcant: & non probiores ſed deteriores euadant. vt eſt tex. in ſæpe allega.capi.In mandatis.43.diſtinct. r ❡Et angelus quem vidi &c. Hic ponitur Chriſti promiſſio de vita incõmutabili/a bonis ſiue electis hæreditanda. quam promiſſionem ideo iuratam dicit/ vt eius firmitatem demonſtret. Iuramentum namq; dei eſt ſuæ promiſſionis ſtabilimentum. quia quicquid loquitur/abſq; ambiguitate complet. vnde. Cœli & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.c.1.circa princip.35.quæſt.10. Vnde ex his qui prędeſtinati ſunt ad vitam / nemo ſeducitur finaliter.capi.Nouit.de pœniten.diſtinct.4.c.Firmum.de pœni.diſtinct.1.

s ❡Qui creauit cœlum & ea quę in illo ſunt: & terram & ea quæ in ea ſunt &c. Iſtud eſt contra quoſdam hæreticos Archontiatos dictos: qui vniuerſitatem quam deus condidit/opera eſſe archangelorum defendunt. Eſt etiam contra quoſdã hęreticos appellatos Paternianos: qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. Ita de iſtis hęreticis Archontiatis & Paternianis vocatis loquitur textus in c.pe.verſ.Archontiati.& verſ.Paterniani.24.quęſt.3.

t ❡Sed in diebus vocis ſeptimi angeli &c. Dies vocis ſeptimi angeli/ſunt tempora poſt antichriſti curſum: quib9 prędicatores nunciabunt ſeculi finem/quo Chriſti complebitur promiſſio de perenni bonorũ remuneratione quã myſteriũ vocat. quia nec oculus vidit nec auris audiuit &c.d.c.Saluator.verſi.non ſunt condignę.1.q.3.

v ❡Et audiui vocem &c. Hic diuina inſpiratione præmonitum ſe Ioannes dicit/myſteria diuina quę audiuit enũciare: cum tamen prius factam ſibi de eis enunciandis prohibitionem dixerit. Sed (vt dicit Beda) myſteria fidei Chriſtianę nec paſſim cunctis ſunt reuelanda / ne vileſcant: nec probis claudenda / ne tepeſcant. prout etiam dicit Origenes in d.capit. In mandatis. x ❡Faciet amaricari ventrem tuum &c. Quia pleraq; in diuinis inſerta ſcripturis/ ventri.j. ſenſualitati dura ſunt & amara: ſed ori.j.rationi ſuauia & delectabilia. Quæcunq; enim eſſe ferenda diuinæ prænunciant ſcripturæ: ſi ſe ratio ad ea quæ noſter pertulit redemptor conuerterit / leuia videbuntur & toleratu facilia.d.capit. Suggeſtum.7.quæſti.1.

y ❡Et datus eſt michi calamus ſimilis virgę. Ideſt data eſt mihi libertas exponendæ ſcripturę: quæ per calamum/virgę ſimilem intelligitur. quia nil in ea tortuoſum eſt/nil erroneum ſeu nullus mundanitatis nodus: nullus error.ca.Si ad ſcripturas.9.diſtinct.cap. Sicut ſtellas.38.diſtinct.

z ❡Et dictum eſt mihi. Surge & metire templum dei & altare/& adorantes in eo. Ideſt omnibus prædica/ conſideratis tamen ipſorum conditionibus ſeu qualitatibus: vt non eadem omnibus/ſed diuerſa diuerſis prout diuerſę fuerint ipſorũ capacitates/enũcies. Sapientibus enim & dignis poteſt prędicator alta & profunda p̃dicare: ſimplicibus vero & non capacibus pauca/plana & vtilia. de primo dicit apoſtolus.1.ad Corin.2.ſapientiam loquimur inter perfectos. de ſecũdo idem apoſtolus.1.ad Corin.3.Lac potum dedi vobis non eſcam. Ita Archi.43.diſtin.in fine principij.

& metire templum dei & altare & adorãtes in eo. Atrium [a] autem quod est foris templum/eijce foras: & ne metiaris illud: quoniam datum est gẽtibus & ciuitatem [b] sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: & dabo [c] duobus testibus meis: & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta/amicti saccis. Hi sunt duæ [d] oliuæ & duo candelabra lucentia in cõspectu domini terræ stãtes. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum: & deuorabit inimicos eorum. Et si quis [e] voluerit eos lędere: sic oportet eum occidi. Hi [f] habent potestatem claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ illorum: & [g] habent potestatem super aquas conuertendi eas in sanguinẽ: & percutere terram omni plaga quotienscunq; voluerint. Et [h] cũ finierint testimoniũ suum/bestia quæ ascẽdit de abysso faciet aduersus eos bellum: & vincet illos & occidet eos. Et corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magnæ: quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus: vbi & dominus eorũ crucifixus est. Et videbũt [i] de tribub9 & populis & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidiũ: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos & iocundabuntur: & munera mittent inuicẽ: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram. Et post [k] dies tres & dimidium spiritus vitæ a deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos: & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo: dicentem eis. Ascendite huc: & ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terrę motus magnus: & [l] decima pars ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in terræ motu nomina hominũ septem milia: & [m] reliqui

a ¶ Atrium autem quod est foris &c. Idest falsos christianos qui licet de ecclesia se fingant non recessisse/ extra eã tamen sunt. c. pe. in fi. 24. quæst. 3. Eijce foras. j. prędic eijciendos in futuro iudicio. Et ne metiaris illud. j. ab eis velut ab indignis/ verbi diuini prædicationẽ subtrahe. Quoniã datũ est gentibus. j. quia vitijs sic sunt & mundanitatibus dediti: vt prędicationem sint potius habituri ludibrio/ q̃ in suam vtilitatem cõuersuri. quo casu debet indubie p̃dicatio subtrahi. c. Nolite recedere. 11. quæst. 3.

b ¶ Et ciuitatẽ sanctam conculcabunt mensibus quadraginta duobus. Ciuitatem sanctã. j. ecclesiã ad iuste viuendũ cõgregatã & virtutib9 ĩbutã/ p̄sequẽtur mali trib9 annis cũ dimidio quibus antichristus regnabit: p̄ut notat gl. p̄alle. ĩ d. l. vsurę. C. de vsu.

c ¶ Et dabo duobus testibus meis &c. Hic agit̃ de Helia & Enoch: q p̄dicabunt diebus mille ducentis sexaginta. j. tribus annis & dimidio / nõ tamẽ integro: sicut & Christus. de cuius prædicatione est tex. in cap. Presbyter. 78. distinct.

d ¶ Hi sunt duę oliuę &c. Hic ponitur cõmẽdatio Helię & Enoch. q dicuntur oliuæ propter sanctitatẽ in mente seu integritatem conscïẽtię. Per oleũ eñ. j. oliuã nitor conscientię designat̃. d. ca. Vnico. versi. per oleũ. de sa. vnc. Candelabra lucẽtia: p̄pter veritatem in ore/ a qua: neq; tacendo neq; loquẽdo debẽt hi quib9 dissẽminandi verbi diuini incũbit officium / deflectere. d. c. Sit rector. colũ. 1. 43. dist. Et in conspectu domini terræ stantes. propter firmitatẽ in opere quam propter nullas molestias debet prędicator si se profuturũ speret deserere. c. Scimus. eadẽ. dist.

e ¶ Et si qs voluerit eos lædere &c. Qui obsistent Helię & Enoch prędicationi: spirituali sententia ab ipsis prodeunte damnabuntur. quod figuratum fuit. 4. Regũ. 1. dum ad Heliæ preces ignis de cœlo descẽdens quinquagenarios primos absumpsit & quinquagenarios secundos. ca. Si illic. §. sed obijcitur. 23. quæst. 4.

f ¶ Habent potestatem claudendi cœlum. Cœlum scripturas appellat. quia in eis lucet sol sapientię/ luna scientiæ/ stellæ virtutum & gratiæ. quæ propterea in veram veritatis viam nos inducunt. cle. 1. in prin. de magis. quas habebunt Helias & Enoch. Potestatem claudendi. quia non nisi congruo tẽpore prędicabunt: prout etiam ab omnibus diuini verbi p̄conibus faciendũ est. quia inter cætera quæ sunt ab eis animaduertenda/ est tempus cõgruum: ne scilicet omni velint sed tantũ congruo tempore prædicare. vt notat Archi. in alle. dist. 43. in fi. principij.

g ¶ Et potestatẽ habent super aquas conuertendi eas &c. Sacræ scripturę quæ dicuntur aquę irrigãtes fidelium corda/ a terrenis desiderijs ad cœlestia amplectenda inuitando. vt notat Cardina. Zabarel. in d. cle. 1. in princip. de magis. Per Heliam & Enoch & alios ipsorum promulgatores conuertuntur in sanguinem. j. peccatum. sanguis namq; pro peccato capitur. capit. Inter hæc hircum. 2. vbi glosa in verbo Sanguine. de pœniten. distinct. 3. Cõuertuntur dico in sanguinem idest peccatum eis qui negligenter seu contemptibiliter audiũt. dicente Augustino in c. Interrogo. versi. Et ideo. 1. q. 1. Quanta solicitudine obseruamus quando nobis Christi corpus ministratur: vt nichil ex ipso de manibus nostris in terram cadat: tanta solicitudine obseruemus/ ne verbum dñi quod nobis erogatur (dum aliud aut cogitamus aut loquimur) de corde puro pereat. quia nõ min9 erit reus qui verbũ dei negligẽter audierit/ q̃ ille q corp9 Christi sua negligẽtia in terrã cadere p̄misit. Hęc ibi.

h ¶ Et cum finierint testimonium suum &c. Helias & Enoch impleto suæ prædicationis officio: per antichristum (qui bestia vocatur ascẽdens de abysso propter suæ iniquitatis profunditatem/ quam abyssum recte vocamus. ar. bo. in d. c. Voluissent. col. fi. versi. per puteũ. de pœ. dist. 1.) interficiẽtur. & iacebũt eorum corpora in ciuitatis magnę medio Hierusalẽ/ vbi dominus crucifixus est. notat glo. in c. 1. de sepul.

i ¶ Et videbunt &c. In hoc versi. ponitur antichristianorum seu antichristi fautorum exultatio de Heliæ & Enoch occisione. quia ipsos habitantes super terram. j. terrenis inhiantes & adhærentes: cœlestia autem postergantes/ cruciauerunt. vt enim boni semper tribulantur a malis. c. nulli. in prin. 3. quæst. 1. c. Qui secundũ carnem. 23. q. 4. ita mali tribulantur a bonis: quia eorũ iniquitati contradicunt/ nec suæ maliciæ participes esse volunt: sed eorum vitia persequũtur & odiunt. c. Quis christianus. eadem cau. & quæst.

k ¶ Et post tres dies & dimidium &c. Hic subiungitur Heliæ & Enoch resurrectio: quę obueniet post tres dies & dimidium. dicit glo. interli. j. post annos tres & dimidium. & sic dies sumitur hic pro anno. Et ita etiam diem interpretat̃ q̃nq; ius humanum: vt est casus in c. Hoc ipsum. 33. q. 2. Quæ sequuntur clara sunt.

l ¶ Et decima pars ciuitatis cecidit &c. Idest homines reprobi in pręcipitium missi sunt. qui tñ ad hoc erant constituti vt angelorum decimus ordo restauraretur. j. vt angelorũ: qui tot fuerunt cadentes/ vt possent ad decimi cõstitutionẽ ordinis sufficere & (vt est gl. in c. Hi duo in verbo Decimus. de conse. dis. 1.) ruina repararetur. de quorũ angelorum ruina/ & aliorũ persistentia: est textus in c. Citius. §. finali. versi. vnde autem hæc differentia. de pœni. distin. 2.

m ¶ Et reliqui in timorem sunt missi. Idest boni malorum pœnam videntes: missi sunt in timorem. j. in maiorem dei reuerentiam. quia ea crimina non egerunt/ quibus in eas mererentur pœnas incidere. vel in timorẽ: quia solicitiores redditi sunt/ in vitijs seu sceleribus declinandis. glo. est: qua vtrunq; dictum probatur/ in capi. Viduas. §. Si virgines. in verbo Lætabitur/ & in verbo Manus. 27. quæsti. 1.

n ❡Væ secundum abijt &c. Idest tribulatio futura antichristi tempore descripta est: superest describere væ / tertium. s. timorem iudicij nouissimi.

o ❡Septimus angelus tuba cecinit. Septimus angelus is predicatorum cœtus est qui post antichristi exterminiũ predicabunt / seculi finem promulgando: & iudicis æquitatem declarando. de qua æquitate (quæ vt in bonorum premiatione / ita in malorum versatur punitione) a supernis ciuibus magnificabitur dominus. Ex his patet litera.

in timorem sunt missi: & dederũt gloriam deo cœli. Væ [n] secundũ abijt: & ecce væ tertium veniet cito.

Apoca. 11. d. vsq ad finẽ. ❡Et [o] septimus angelus tuba cecinit & factę sunt voces magnę in cœlo: dicentes. Factum est regnum huius mũdi domini nostri & Christi eius: & regnabit in secula seculorum: amen. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis ceciderunt in facies suas: & adorabant deum: dicentes. Gratias agimus tibi domine deus noster omnipotens qui es & qui eras & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuã magnam & regnasti. Et iratæ sunt gentes / & aduenit ira tua: & tempus mortuorum iudicari & reddere mercedem seruis tuis prophetis & sanctis & timentibus nomen / pusillis & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terram. Et [p] apertum est templum dei in cœlo: & visa [q] est archa testamenti eius in templo eius: & [r] facta sunt fulgura & voces & tonitrua & terrę motus: & grando magna.

Apo. 12. a. b. c. d. vsq ad fi. ❡Et signum [s] magnũ apparuit in cœlo. Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in vtero habens: & clamabat parturiens: & cruciatur vt pariat. Et [t] visum est aliud signum in cœlo. Et ecce draco magnus rufus / habens capita septem & cornua decem: & in [v] capitibus suis septem diademata: & [x] cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli & misit eas in terram: & [y] draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cum peperisset filium eius deuoraret. Et peperit [z] filium masculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius: & mulier fugit in solitudinem: vbi habebat locũ paratũ a deo: vt ibi pascat cã

p ❡Et apertum ẽ templum dei in cœlo. Idest manifestũ factum est Christi mysterium prius latens in scripturę sacrario. nomie enim cœli scripturam accipimus. quia vt cœlum terra dignius est: ita sacræ literæ cæteris præstant. capi. Noli meis. & ca. Quis nesciat. 9. distin. Sacra enim scriptura omnem scientiam atq doctrinã transcendit / dicit Zabarel. post Grego. in cle. 1. in princip. de magis. & dixi in verb. Literę.

q ❡Et visa est arca testamẽti &c. Arcã Christum appellat. quia vt nummorum thesauri in arca: sic in Christo sapientiæ thesauri sunt absconditi. d. c. legimus. in fi. 37. distin. Immo ipse sapientia est. c. Si iuxta in princip. 38. dist.

r ❡Et facta sunt fulgura & voces &c. Christo visibiliter apparente / facta est miraculorum copia. c. Voluissent. §. ex his itaq vers. Christ⁹ quoq: de pœnitent. dist. 1.

s ❡Et signũ magnum apparuit ĩ cœlo &c. Idest in ecclesia militante. quia veritas erit in triũphãte. Signum enim est res: præter speciem quam ingerit / aliud faciens in cognitionem venire. cap. Signum. de conse. dist. 2. Hoc autẽ signum / fuit mulier amicta sole. s. ecclesia induta Christo qui eam illuminat / protegit & tutatur / aduersus omnes hæreticorũ insultus: ita vt succumbat nunq̃ / sed in lumine claritateq fidei semper maneat. ca. Hæc est fides. in fi. 24. quæst. 1. Et luna sub pedibus eius. s. terrenorum cupiditatem calcans: tanq̃ non valens cum ea / sponso suo Christo adherere. ca. Bonorum anthori. 47. dist. Et in capite eius corona stellarum duodecim. s. in ipsius primordio fuerunt duodecim apostoli / quibus quasi duodecim stellis illuminata est. d. c. Fundamenta. de elec. lib. 6. Et in vtero habens / & clamabat parturiens & cruciatur vt pariat: idest verbũ dei habens quo filios sibi laborat asciscere: & eos etiam nolẽtes a vitiorum deuio reuocare. cap. Displicet. in fi. 23. q. 4. Et facit bonus tex. nullibi in superioribus transcriptus in c. Nimium. versi. Item post pauca / ea. cau. & q. dum ibi dicitur. Frustra putas neminem debere cogi ad iustitiam cum legas patremfa. dixisse seruis / quoscũq inueneritis cogite intrare. Cum legas ipsum / primo Saulum postea Paulũ ad veritatem cognoscendam & tenendam magna violentia Christi cogentis esse compulsum. Hæc ibi. Neq etiam aduersa quæq formidat sed omnia fert vt pariat. s. vt suo iuri multos acquirat / aut iam acquisitos in lucem emittat. cap. antepe. 43. dist.

t ❡Et visum ẽ aliud signum &c. Hic describitur ecclesiæ impugnatio per diabolũ: qui draco dicitur / propter eas quas parit hominibus occultas insidias. d. cap. Aduersitas. §. cum autem. versi. Est ergo persecutio. 7. q. 1. & notat Archidia. in cap. Nerui. 13. dis. Et magnus: propter magnam ex diuturna experientia concreatam cognitionem. c. Sciendum. 26. q. 4. Et rufus propter crudelitatem. quia nedum iniustos sed & iustos impugnat: & eo rigidius quo sunt iustiores. d. capi. Nulli. in princip. 3. q. 1. Habensq capita septem & cornua decem. Per septem capita / intelligo septẽ peccata mortalia. per cornua decem: venialia. quę in ampliori sunt numero q̃ mortalia. cap. Vnum orarium. §. alias eademũ. 25. dis. per vtraq autem homo diaboli iugo subditur. De mortalibus liquet. de venialibus autem intellige si contẽnantur. quia nullum peccatum est adeo veniale quin efficiatur mortale dũ placet. s. dum ex contẽptu in consuetudinẽ ducitur. d. c. Vnũ. §. Criminis. in. fi. 25. dis.

v ❡Et in capitibus suis septem diademata. Quia varios habet diabolus tentationis laqueos: quibus hominem ad mortalia pręcipitare peccata conatur. d. ca. Visis. 16. q. 2.

x ❡Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum / & misit eas in terram. Diabolus cauda sua. s. suis deceptionibus: tertiam partem stellarum. s. eos qui ecclesiam illuminant doctrina sed non vita. de quibus pulchre Chrysostomus loquitur in cap. fi. 40. dis. & Hieronymus citatus per tex. in cap. fi. in fi. 83. dis. trahit & mittit in terram. s. in amorẽ terrenorũ. quo fit vt in cœlestibus quæ prædicant amplectendis debiliores ac tepidiores reddantur. c. Omnes. in princ. 47. dist.

y ❡Et draco stetit ante mulierem: vt cũ peperisset / filium eius deuoraret. Draco. s. Demon potestate iamiã declarata confisus stetit ante mulierem. s. contra ecclesiam: vt cum aliquem in fide generasset / cum ad peccatum pertraheret. Hoc enim est qd conatur diabolus: ecclesiæ filios effectos / dominio suo per pctm̃ addictos habere. quo fit vt post acquisitã baptismi regeneratione innocentiam soleat eccl'ia confirmationis sacramentũ impendere: vt aduersus hostes inuisibiles / animosius pugnetur & virilius. cap. 1. de conse. dist. 5.

z ❡Et peperit filium masculum &c. Ecclesia peperit filium masculum. s. Christum. cuius carnalis generatio de Dauid processit. capi. Dominus. in fi. 56. dis. qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. s. in potentia inflexibili super omnes regnaturus. vnde & rex regum & dominus vocatur dominantium. clemen. pastoralis. de re iudica. Et raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius idest Christus ascendit ad patris æqualitatem: quam ab initio habuit. quia patri fuit semper

æqualis & consubstantialis. d. capi. 1. de summa trini. & per huius filij. s. Christi auxilium: mulier: idest ecclesia/ fugit in solitudinem: idest spretis mundi voluptatibus intuitum fixit in cœlum per contemplationem. quod solitudo dicitur. quia derelictum fuit a lucifero & eius socijs. cap. Principium. de pœniten. distin. 2. vbi habet locum paratum a deo. quia nouit dominus qui sunt eius. cap. Nouit. de pœniten. distin. 4. vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta: idest duratione interminabili. ęterna est enim quę veros ecclesiæ filios manet pręmiatio. d. cap. 1. de sum. trini.

diebus mille ducentis sexaginta. Et [a] factum est prælium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabãtur cum dracone: & draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt: neq; locus [b] inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus [c] est draco ille magnus/ serpens antiquus: qui vocatur diabolus & sathanas qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram & angeli eius cum illo missi sũt. Et audiui [d] vocem magnã in cœlo dicentem. Nunc facta est salus & virtus & regnum dei nostri: & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorũ/ qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte: & ipsi vicerũt eũ propter sanguinem agni: & propter verbum testimonij sui: & dilexerunt animas suas vsq; ad mortem. Propterea lętamini cœli/ & qui habitant in eis. Væ [e] terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam: sciens q modicũ tempus habet. Et [f] postq̃ vidit q proiectus esset in terram: persecutus [g] est mulierem quæ peperit masculum. Et [h] datæ sunt mulieri alæ duæ aquilę magnę: vt volaret in desertum in locum suũ vbi alit per tempus & tempora: & dimidium temporis a facie serpentis. Et misit [i] serpens ex ore suo post mulierem aquam tanq̃ flumen: vt eam faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierem. Et aperuit terra os suum/ & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus [k] est draco in mulierem: & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius: qui custodiunt mandata dei & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit super arenam maris.

¶ Et vidi [l] de mari bestiam ascendentem/ habentem capita septem & apocalyp. 13. a. b. c. & d.

a ¶ Et factum est prælium magnum in cœlo Videns dæmon ecclesiam: idest bonos ecclesiæ filios: Christi auxilio illecebrosa mũdi blandimẽta/ fluxasq; voluptates & terrena queq; respuere: acrius eos impugnauit. d. cap. Nulli. 3 quęstio. 1. paulo post princip. sed Michael & angeli eius pręliabantur cum dracone: idest maiores angeli ac minores/ auxilium tulerũt orãdo: & orationibus suis dęmonis vim & acrimoniam reprimendo/ & tandem funditus infringẽdo. hęc enim inter cętera nobis ab angelicis spiritibus impendũtur auxilia: vt scilicet p nobis intercedant/ & a contrarijs potestatib9 nos tutentur & defendãt: prout pulchre notat Archidia. in cap. Fatendum. colum. 2. 13. quæst. 2. & dixi diffusius in verbo Angelus. psal. 103.

b ¶ Neq; loc9 inuentus est eorum amplius in cœlo. Sic bonorum angelorum auxilio subacta est dæmonis potestas/ vt non inueniatur in cœlo: idest in ecclesia: quantum scilicet ad bonos. qui si aliquando deo permittente peccent/ ipso adiuuante resurgunt. d. cap. Firmum. de pœniten. distin. 1. & quod sequitur. Qui seducit vniuersum orbem: intellige de reprobis. qui propter eorum multitudinem vniuersus orbis vocantur. boni enim pauci sunt/ habita ratione numeri malorum. notat glo. in d. cap. Citius. in verb. Angustam. de pœniten. dist. 2.

c ¶ Et proiectus est in terram &c. In terram proiectus est diabolus & angeli eius cum eo: idest in homines terrena amantes. Tales namq; dæmonum tentamentis/ & tanguntur persæpe: & tacti facillime superantur. cum omnium malorum radix cupiditas esse dicatur. d. cap. bonorum. 47. dist. & cap. 1. §. impetiginem. in fi. 49. dist.

d ¶ Et audiui vocem &c. Cum ostẽdisset Ioannes diabolum/ filij dei & angelorum auxilio ab ecclesia victum: subiungit exultationes angelorum ipsorum/ vel sanctarum animarum de fratrum victoria: vt laborent vincere qui de victoria sua angelos vel sanctas animas audiunt exultare. vide literam quæ clara est.

e ¶ Væ terrę & mari &c. Idest væ terrena amantibus/ & de vitio in vitium fluctuantibus. quia descendit diabolus ad eos perdendos: sciens q modicum tempus habet ad eos persequendos & sibi ipsos persecutione sua conquirendos. Neq; enim ignorat diabolus quemuis peccatorem/ etiam si in ima venerit vitiorum: in quacũq; hora ad deum conuersum/ veniam promereri. c. his qui. ca. Si presbyter. 26. quęst. 6.

f ¶ Et postq̃ vidit draco &c. Posita occulta hostis persecutione/ hic subditur aperta ipsius persecutio. Dæmon enim nonnunq̃ vt draco in insidijs/ & nonnunq̃ vt leo in impetu persequitur. dicit tex. in d. c. aduersitas. versi. Est ergo percutio. 7. quæst. 1.

g ¶ Persecutus est mulierem quæ peperit masculum. Declara vt dictum est supra eodem capite.

h ¶ Et datę sunt mulieri alæ duę aquilę magnę. Per alas duas aquilę magnæ/ possunt intelligi duæ vitę a Christo institutæ/ actiua scilicet & contemplatiua: quibus seculi tumultus/ & ipsius vanę voluptates deferuntur: & viæ virtutis tranquillitas accipitur. & aduersus quácunq; dęmonis impugnatiõem militatur. In vtraq; enim vita salus acquiritur/ & dęmonum persecutiones eliduntur. cap. nisi cumpridem. de renun. c. in scripturis. 8. quæst. 1.

i ¶ Et misit serpens ex ore suo &c. In eos qui & occultis & apertis dęmonum tentamentis animose resistunt mittit dæmon dei permissu tribulationes varias & anxietates: vt sic per impatientiam ad peccandum pertrahantur. sed lõge fallitur: quia terra: idest Christus qui terra dicitur propter mortalis naturę assumptionem adiuuat. quia apperuit os suum & absorbuit flumen: idest quia tanta & tam indigna ipse passus est: vt ipsorum consideratione ad ferenda quælibet animentur d. c. Suggestum. versi. ideo fratres. 7. quæst. 1.

k ¶ Et iratus est draco &c. Videns dęmon mulierem: idest ecclesiam aduersus machinationes suas omnes stabilem (Sunt enim in ecclesia semper nonnulli perfecti: aduersus quos nullæ dęmonum pręualẽt insidię) ad eorum versus est impugnationem quos nouerat debiliores: tametsi diuinorum inuigilarent obseruationi mandatorum. sed nec eos omnino deuicit. quia licet sępe pręualuerit/ suis eos tentationibus/ succumbere faciens: tamen surrexerunt semper/ & in sibi cauendo fortiores sunt redditi. diligentibus namq; deum omnia cooperantur in bonum. & vsq; adeo prorsus omnia: vt etiam si qui eorum deuiant & exorbitant/ hoc ipsum facit eis proficere in bonũ: dicit tex. in c. Talibus. de pœni. dist. 2. Vnde/ stetit super arenã maris. i. super infructuosos/ nullius. s. boni opis fructũ ferẽtes: quos euãgelica sentẽtia excidi & in ignẽ mitti mãdat. c. 1. cũ gl. in verb. Infructuosos. de schismati. in. 6.

l ¶ Et vidi de mari bestiã ascẽdentẽ &c. Bestia hęc/ tota collectio malorũ est. q̃ habet capita septẽ & cornua decẽ/ & super cornua ei9 decẽ diademata/ & sup capita ei9 noĩa blasphemiæ. i. pri-

cipes suos in suis regnis/ & potentatibus decalogum impugnantes/ & in blasphemiæ vocem contra deum erumpentes. Iusto namq; plerunq; fit dei iudicio vt propter deprauatos populi mores/ & deprauati principes præficiantur .cap. Audacter. vbi tex. Hieronymi. 8. quæst. 1.

m ❡ Et bestia quam vidi: similis erat pardo &c. Hæc bestia: idest vniuersorum malorum collectio i dicitur habere de pardo/ vrso & leone. de pardo qui est bestia cautissima & varietate discolor : propter duplicitatem seu hypocrisim

cornua decem : & super cornua eius decem diademata : & super capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia [m] quam vidi/similis erat pardo : & pedes eius sicut pedes vrsi : & os eius sicut os leonis. Et dedit [n] illi draco virtutem suam & potestatem magnam. Et [o] vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: plaga mortis eius curata est. Et admirata [p] est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ. Et adorauerunt bestiā: dicētes. Quis similis bestię: & quis poterit pugnare cum ea? Et datum [q] est ei os loquēs magna & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suū in blasphemias ad deū: blasphemare nomen eius & tabernaculum eius/ & eos qui in cœlo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis & vincere eos. Et data est ei potestas in omnem tribum/ & populum & linguam & gentem: & adorauerunt eam omnes qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni : qui occisus est ab origine mundi. Siquis habet aurem audiat. Qui in [r] captiuitatē duxerit in captiuitatē vadet. Qui in gladio occiderit: oportet eum gladio occidi. Hic est [s] patientia & fides sanctorum. Et vidi [t] aliam bestiam ascendentē de terra: & habebat cornua duo similia agni: & [v] loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem / faciebat in conspectu eius: & fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiā primā: cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna: vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ: dicens [x] habitantibus in terra: vt faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladij : & vixit. Et dictū est illi vt daret spiritū imagini bestię & vt loquatur imago bestię: & faciet vt quicunq; nō adorauerit imaginē bestiæ/occidatur. Et [y] faciēt

claustralium / de qua loquitur clement. 1. de religiosis do. & clemē. ad nostram. de hære. De vrso qui est bestia rapacissima: propter cupiditatem secularium / nedum laicorum sed etiam clericorum. de qua loquitur capi. Diaconi sunt. §. nūc autem 93. distinctio. iuncto textu Ambrosij. in cap. Sicut. colum. 1. 47. distin. De leone autem: propter crudelitatem principum: qui scilicet subditorum prēda se locupletare student. de qua crudelitate vide diffuse per Archid. in cap. Quia cognouimus. 10. quæst. 3.

n ❡ Et dedit illi draco virtutem suam &c. Malis dat quandoq; dæmō dei permissu virtutem ac potestatem mirabilia quædam faciēdi: quibus vani hoīes illecti seducantur. vt apparuit in magis Pharaonis : qui similia Moysi faciebāt. & in Simone mago/ quem multa constat egisse mirabilia: prout de his est tex. 1 c. Teneamus. versi. in vnitate. & versi. Simon magus. 1. quæsti. 1.

o ❡ Et vidi vnum de capitibus &c. Principale ac deterius bestię. i. malorū collectionis caput/ erit antichristus. qui magica sua arte/ vt appareat Christus in lege promissus : simulabit se mortuum/ & resurgentem demonstrabit. Tanta enim sunt magorum prēstigia: vt quędam omnino fictitia/ vera præsentent veraq; credi faciant. cap. fi. in princip. 26. quæst. 5.

p ❡ Et admirata est vniuersa terra post bestiam &c. Propter fictitiam antichristi mortem & resurrectionem: admirabitur eum populus & collaudabit / ac ipsum adorando in idolatriam prolabetur. prout etiam vanis his artibus magicis ac dęmonum illusionibus: plerosq; iam in idolatriam lapsos scribit concilium Aquicense. de quo in ca. Episcopus. §. illud etiam. versi. Sed vtinam hę solæ. 26. q. 5.

q ❡ Et datum est ei os &c. Hic antichristum multas contra deum & sanctos blasphemias dicturum : & in fideles viros/ fidei scilicet christianæ se inconcussos exhibentes obseruatores/ sæuiturum: multos tamen sibi suæq; perfidiæ adhęsuros/ demonstratur. Litera patet: videatur.

r ❡ Qui in captiuitatem duxerit &c. Antichristus qui hoīes in infidelitatis captiuitatem ducet/ in captiuitatem ibit æternę perditionis. Fideliter enim & sine hæsitatione tenendum est: neminem sine fide/ salutis esse posse participem. d. cap. Fraternitatis. de hære. facit c. Firmissime. de conse. dist. 4.

s ❡ Hic est patientia & fides sanctorum. In antichristi persecutione sanctorum monstrabitur fides & patientia & monstrata remunerabitur. quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. d. c. Scimus. 43. dist.

t ❡ Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra &c. Bestiam ascendentem de terra/ & habentem cornua similia agni: vocat pseudo apostolos terrena amantes/ sed religiositatis simulatione cœlestia se amare ostendentes/ & ob id grauioris notā culpæ contrahentes. cū sit deterius per hypocrisim q̄ manifeste peccare/ dicit gl. & ibi bo. tex. in c. Certe. 12. q. 1.

v ❡ Et loquebatur sicut draco. &c. Ostenditur hoc loco: antichristi apostolos / & doctrinam & facta ipsius imitaturos/ & populum seducturos propter signa quæ facient in conspectu bestiæ: idest in inuocatione nominis antichristi. & patet litera ex iam dictis.

x ❡ Dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestiæ &c. Antichristi apostoli/ dei permissione statuā erigent/ quam & loqui facient & moueri: ad maiorem hominum subuersionem. prout ad Saulis confusionem/ scriptura narrat phitonissam Samuelem suscitasse/ & Sauli fuisse collocutum. cap. Illud. paulo ante finem. 26. quæst. 3. & cap. fi. colum. 3. 26. quæst. 5. Facientq; vt qui erectam antichristi statuam non adorauerit: morte plectatur. Sicut & Nabuchodonosor statuā erexit/ quam sine vitæ dispendio nemini licebat non adorare. c. Imperatores. 11. q. 3.

y ❡ Et facient omnes. &c. Antichristi apostoli faciēt vt omnes &c. i. vt multi de omnibus pusillis & magnis &c. portēt antichristi characterem in dextera manu/ aut in frontibus: idest in aperto; vt sic agnoscantur antichristi esse. sicut & his qui baptismi regenerationem qua antichristiani vocātur/ accipiūt: datur crux q̄ Christi character seu signū ē. d. l. vnica. C. nemini licere signū saluatoris Christi in terra sculpere. & in frontibus vt aperte se christianos esse fateantur. d. cap. Vnico. colum. 3. de sacramento vnctio. facient

inquam vt nemini emere liceat aut vendere: nisi characterem aut nomen antichristi/aut eius nominis numerum: idest significationem numeri (qui in literis quibus nomen eius scribitur/cõtinetur) habeat. Quę prohibitio: seclusa christianæ pietatis læsione/ valeret iure hũano. potest enĩ emptionis & venditionis contractus (q̃uis vsq̃quaq̃ licitus) certis legibus & statutis coarctari .l. 1.2.3. &.4. C. quæ res vendi non possunt. l.2. C. quæ res exportari non debeant. l. mercatores. cum similibus. C. de commercijs & mercatoribus.

omnes pusillos & magnos & diuites & pauperes: & liberos & seruos habere characterem in dextera manu aut in frõtibus suis. Et ne quis posset emere aut vendere/ nisi qui habeat characterem aut nomen bestiæ: aut numerum nominis eius. Hic [z] sapientia est. Qui habet intellectum/ computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est. Et numerus eius sexcenti sexaginta sex.

¶ Et vidi [a] & ecce agnus stabat supra montem Sion & cum [b] eo centum quadraginta quatuor milia: habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frõtibus suis. Et audiui [d] vocem de cœlo/ tanq̃ vocem aquarum multarum: & tanq̃ vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui/ sicuti citharedorum citharizantium in citharis suis. Et [c] cantabant quasi cãticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia & seniores & nemo poterat dicere canticum/ nisi illa centum quadraginta quatuor milia qui [e] empti sunt de terra. Hi [f] sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocũq̃ ierit: [g] hi empti sunt ex omnibus primitię deo & agno: & in [h] ore eorum non est inuentũ mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Apocalyp.14 a.b.

¶ Et vidi [i] alterum angelum volantem per medium cœli/ habentem euãgelium æternum: vt euangelizaret sedentibus super terrã/ & super omnẽ apocalyp.14. b.c.d.

z ¶ Hic sapientia est. In tantorum intelligentia mysteriorum/ necessariã sapientiã dicit: subiungens q̃ qui intellectum habet. i. intelligendi gratiam/ ex literarum nominis antichristi cõputatiõe/ & sedula numeri quẽ cõstituunt animaduersione: dignoscet purum eum hominẽ/ non deũ esse. siquidem literæ nominis ei9/ numerũ constituũt sexcentum sexaginta sex: vt hic per glo. ordina. declaratur. & sic totus numerus it per senarium qui creaturę attribuitur non creatori seu deo: cui vnitas tantum conuenit & trinitas/ non autem quiuis ali9 numer9. Tametsi abbas Ioachĩ quaternitatem sibi dixerit conuenire. sed eius opinio vt hæretica damnata est. cap. 2. vbi ampl9 tex. in hac materia. de sum. trini. & fi. ca.

a ¶ Et vidi. Et ecce agnus stabat supra mõtem Siõ. Descripta grauissima ecclę militãtis persecutiõe/ ab antichristo & pseudo eius apostolis: nũc pro ipsius militantis ecclesiæ cõsolatione suũ ostendit adiutorẽ & adiutoris familiam: dicens. Ecce agnus dei: idest Christus qui agnus dicitur ratione de qua per Archidiaco. in cap. penul. de consecr. distin.3. & dixi in verb. Ihesus. super illud Ioan. 1. Ecce agnus dei. Stabat supra montem Sion: idest ecclesiam virtutibus celsam: eam adiuuans ne in aliquem incidat infidelitatis errorem. d. cap. Hæc est fides. in fi. 24. quæst. 1.

b ¶ Cum illo centum quadraginta quatuor milia &c. Hic describitur generosa agni: idest Christi societas: quę est multorum in virginitate perfectissimorum/ & in fide trinitatis ex quatuor mundi partibus collectorum: habentiumq̃ scriptum nomen eius in frontibus. quia confessi sunt in aperto. Scriptum enim habere in frontibus/ in aperto confiteri est/ secũdum glo. interli. hic. & est bonus textus in d. c. Vnico. (Iam ad hoc citato.) de sacra. vnct.

c ¶ Et audiui vocem de cœlo tanq̃ vocem aquarum &c. Eorum vox qui in Christi societate erãt/ dicitur esse velut vox aquarum multarum: propter abundantiam puritatis & mundiciæ. Tonitrui magni: propter clangorem prędicationis euangelicæ. & citharœdorum citharizantium: propter exemplum austeritatis & pœnitentię. per aquam enim recte puritas designatur/ vnde & baptismus in sola aqua datur. cap. Non vt apponeres. de baptis. quia omnimoda puritas per aquam quę sordes abluit designata: in baptismo datur. d. cap. Regenerante. de consecra. distin. 4. Per tonitruum magnum/ clangor prædicationis. quia instar tonitrui debet diuini verbi promulgator audientes terrere: enunciando eis pœnas in quas incident/ si diuinorum fuerint præuaricatores mandatorum. d. cap. Exist. colum. 4. versi. habetur etiam. in verb. Pœnam. de verborũ significatione in. 6. Et per citharœdos citharizantes &c: exemplum austeritatis & pœnitentiæ. quia vt cithara dum pulsatur pectori adiungitur: sic pœnitentia seu austeritas carnis mortificationi. cap. Si Paulus. 32. quæst. 5.

d ¶ Et cantabant canticum nouum &c. Qui in statu decesserunt virginali/ animæ simul & corporis integritatem habentes: cantãt canticum nouum: idest gaudio exultant de dicta sua integritate qd veterascet nunq̃. quia quod antiquatur & senescit: prope interitum est. hoc autem gaudium nunq̃ est interiturum: quia æternum est bonorum pręmium/ vt ætern9 malorum cruciatus. d. cap. 1. de summa trinita. quo gaudio soli virgines exultant: quia soli animæ integritatem & corporis habent/ vnde & hi soli virgineum gaudium & aureolam habent. Vide glo. 32. quæst. 5. in verb. Duplicatur.

e ¶ Qui empti sunt de terra: idest quos adhoc vt essent virgines/ Christi sanguis eleuauit. neq̃ enim sine magno dei adiutorio castitas inuiolabiliter obseruatur. cap. De his. 28. dist.

f ¶ Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Nedum corpore sed nec etiam mente. Neq̃ enim satis est virginem esse corpore: nisi & puritas adsit in mente. quia pudicitia virtus est in animo constituta: quæ propterea non eripitur etiam violato corpore/ si semper virginitas seruata fuerit in mente. c. De pudicicia. in princip. 32. quæstio. 5. vnde dicit Ambro. in libr. 5. de virginibus. & habetur in capi. 1. eadem causa & quæsti. Sanctius est mentem virginem q̃ carnem habere: vtrũq̃ bonũ si liceat: si non liceat/ saltem non homini casti sed deo simus: & mẽtis virginitatẽ potius/ q̃ corporis optemus.

g ¶ Hi empti sunt ex omnibus primitiæ deo & agno. Idest isti separati sunt quadam prærogatiua a deo patre & agno: idest filio & consecutiue a spiritu sancto. quia inseparabilis est a patris & filij voluntate. c. fi. de conse. dist. 5.

h ¶ Et in ore eorum non est inuentum mendacium. Mendacium verbi vel operis (neq̃ enim solis verbis sed & factis mentimur. ca. Aestimant. 11. quæst. 3.) non est inuentum in istis virginibus. & sic/ vt inuenta in eis est corporis integritas: ita etiã animæ ratione cuius duplicis integritatis: dicuntur specialiter esse sine macula ante thronum dei. quia licet sancti omnes sine macula sint: isti tamen specialius sine macula esse dicuntur/ propter eam duplicem integritatem/ propter quã etiam specialiter dici de virginitate solet virginitas replet paradisum. cap. Nuptię. in princip. 32. q. 1.

i ¶ Et vidi alterum angelum. Descripto duce ecclesiæ cum generosa sua familia/ hic describitur prædicatorum exhortatio super hoc tam potente duce sequendo. Dicit ergo vidi: idest spiritualiter intellexi. Alterum angelum volantem per medium cœli &c. idest prædicatores/ per ecclesiam doctrinam euangelicam annunciantes/ & ad deum timendum simul & amandum exhortantes. qui ideo volare dicuntur: quia nedum verbis sed & exemplis populum secum ad supernas

ſedes debent attrahere.d.c.Finali.40.diſt.

k ❡Et alius angelus ſecutus eſt eum: dicens. Cecidit &c. Pręmiſſa prędicatorum exhortatione de deo timendo ſimul & amando: ſequitur ipſorum comminatio de malorum: qui eorum exhortationi non paruerint / interitu interminabili. Babylon enim hoc loco pro malorum collectione ponitur: vt notat Archidiac. in capi. In ſalicibus. de pœniten. diſtin.3. Et ipſorum perennis interitus in eorum verborum cecidit cecidit / geminatione monſtratur. Dignum namq; eſt: vt qui deſinere noluerunt peccare / non deſinant in ſupplicio eſſe. d. capi. Voluiſſent. in princip. de pœniten. diſtin.1.

gentem & tribum & linguam et populum: dicens magna voce. Timete dominum & date illi honorem. quia venit hora diei eius: & adorate eum qui fecit cœlum & terram mare & fontes aquarum. Et [k] alius angelus ſequutus eſt eum: dicens. Cecidit / cecidit Babylon ciuitas illa magna: quæ a vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes. Et [l] tertius angelus ſequutus eſt illos: dicens voce magna. Siquis adorauerit beſtiam & imaginem eius: & acceperit characterem in fronte ſua / aut in manu ſua: hic bibet de vino iræ dei / quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius. Et cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorum / & ante conſpectum agni. Et fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum. Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerũt beſtiam & imaginem eius: & ſiquis acceperit characterem nominis eius. Hic [m] patientia ſanctorum eſt qui cuſtodiunt mandata dei & fidem Ieſu. Et audiui vocem de cœlo dicentem michi. Scribæ. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant a laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos. Et vidi [n] & ecce nubem candidam: & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis / habentem in capite ſuo coronam auream & in manu ſua falcem acutam. Et [o] alius angelus exiuit de templo: clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem. Mitte falcem tuam & mete: quia venit hora vt metatur / quoniam maturuit meſſis terræ. Et [p] miſit qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam in terram / & meſſuit eam. Et [q] alius angelus exiuit de templo quod eſt in cœlo / habens & ipſe falcem acutam. Et alius [r] angelus exiuit de altari: qui habebat poteſtatem ſupra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam: dicens. Mitte falcem tuam acutam / & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ ſunt vuæ eius. Et miſit angelus falcem ſuam acutam in terram: & vindemiauit vineam terræ: & miſit in lacum iræ dei magnum: & calcatus eſt lacus extra ciuita-

l ❡Et angelus tertius ſecutus eſt illos. &c. Hoc loco ſpeciatim enunciatur eorum malorum perpetuus cruciatus / qui antichriſto adhæſerunt: eum vt deum adorando / aut eius imaginem in honorẽ ipſius erectã colẽdo: vel ſignũ eius in fronte aut in manu gerẽdo: ideſt ſuum errorem ore vel opere ſequendo. Tales nempe bibent de vino iræ dei: quod mixtum eſt mero in calice irę ipſius &c. ideſt in æternam prolapſuri ſunt damnatiõem. Purum nãq; vinum eſt dei flagellatio: q̃ hic fit ad emendationem. Mixtum autem eſt / quando fit ad æternam damnationẽ / de quo loquẽs pſalmographus dicit. Ignis ſuccẽſus eſt in furore meo: & ardebit vſq; ad inferni nouiſſima. capi. Ignis. de pœnitẽ. diſtin.3.

m ❡Hic patientia ſanctorum eſt &c. Malis quæ eis hoc mundo infertur tribulatio / ęternę ſuę damnationis principiũ eſt. Neq; enim propter eam quã hic habent tribulationem / æternam deuitant damnationem. At boni per eã quæ hic patiuntur: ęternę remunerationis quietem conquirunt / & æternorum declinant rigiditatem cruciatuum. Hi enim per flagella vel emendantur vel probantur. illi autem vel non emendantur vel deteriores redduntur. vnde in his prophetica illa ſententia: non iudicat deus bis in id ipſum / locum habet: non autẽ in illis. prout hęc omnia probantur in capi. Sunt plures. §.fi. cum cap. ſequen. de pœnt. diſt.3.

n ❡Et vidi. Et ecce nubem candidam. Deſcripta bonorum retributione / deſcribitur author retributionis & ipſius ad nouiſſimum iudicium acceſſus. dicit ergo. Vidi nubem candidam & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis. i. vidi Chriſtum in carne / quæ per nubem candidam deſignatur: quia nullam contraxit maculæ culpam. d. cap. Si enim. de pœniten. diſtin.2. Et anima quæ per ſedentem ſupra nubem. quia anima regit corpus & ipſius vere ac per ſe & eſſentialiter forma eſt dicit tex. in cle.1.§. porro. de ſumma trinita. Similem filio hominis. quia iam immortalis & impaſſibilis. d. cap. Semel. de conſecra. diſtin.2. Habentem in capite ſuo coronam auream / & in manu ſua falcem acutam. Per hæc denotatur iudiciaria poteſtas Chriſto data. quia (vt dicit veritas euangelica) pater omne iudicium dedit filio. cap. Charitas eſt aqua. in fi. & ibi notanter Archid. di pœnt. diſt.2.

o ❡Et alius angelus exiuit de templo &c. Hic ponitur ſanctorum petitio / vt deus bonorum faciat & malorum ſeparationem: iudiciariam ſuam exercendo poteſtatem. mittere enim falcem & metere / eſt iudicium exercere & ſuos colligere. bonus eſt textus in capi.1.6. quæſt.1. de quo dixi in verb. Seges. Deutero.23.

p ❡Miſit qui ſedebat ſuper nubem &c. Ideſt Chriſtus iudicium exercuit & bonos a malis ſeparauit. de qua ſeparatione loquitur textus in c. Quiſquis. in fine. 24. quæſt.1.

q ❡Et alius angelus exiuit de templo. Deſcripto iudice cum aſſiſtentibus & iudicium poſtulantibus: hic deſcribitur de his qui approbatione iudiciũ facere dicuntur. quales ſunt apoſtoli. iuxta illud. Cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael. vnde & dicitur q̃ tales / falcem vt Chriſtus / habebunt acutã. prout etiam de hoc ita concludit Archid. in alle. c. Vereor. 8. quæſt.1.

r ❡Et angelus exiuit de altari. Quia iudiciaria poteſtas apoſtolis non niſi Chriſto dante competit: ideo ſubditur. Alius angelus exiuit de altari / ſcilicet Chriſtus patri cõſubſtantialis / coęternus & coęqualis. d. cap.1. de ſumma trinita: qui propterea de altari dicitur exire: qui ſecretior locus eſt altior & ſuperior. Alij vero ſancti tantum de templo. quia ſanctorum nemini datũ eſt / vt deo patri conſubſtantialis eſſet. coęqualis aut coæternus. Hoc enim tm̃ de Chriſto dicitur & ſpiritu ſancto: qui ſunt eadẽ eſſentia / ſubſtantia ſeu natura cũ patre. d. c.1. de ſũ. tri. & notat per gl. in alle. cle.1. verbo Omnibus. eodẽ ti. Qui habet poteſtatẽ ſupra ignẽ. i. pœnã æternã. & clamauit voce magna &c. i. permiſit aut iuſſit apoſtolis / vt iudiciariã exercerent poteſtatẽ: malos a bonis ſeparando. q̃ ſeparantes / miſerũt ipſos malos in lacũ irę dei magnũ. i. cruciatũ ppetuũ: q lac-

est calcatus extra ciuitatem. quia bonorum congregatio: quæ est ciuitas sanctificata/ aliena ab eo est. Solos enim malos/ & nec eos quidem omnes: sed illos tantum qui ad mortem vsq; impœnitentes permanent tenebrosum illum damnationis lacum certum est ingressuros. d. cap. Si presbyter. & cap. Agnouimus. 26. quęst. 6. s ¶ Et exiuit sanguis de lacu &c. Id est infernalis gehenna eousq; exuberauit: vt nedum in ipsos homines malos/ sed & in eorum rectores. s. diabolos transierit. vt enim mali/ ita cum malis diaboli sunt perenniter cruciandi. tex. est in d. ca. 1. ibi. cum diabolo pœnam perpetuã. de sum. tri. & fide catholi.

tem: & [s] exiuit sanguis de lacu vsq; ad frenos equorum / per stadia mille sexcenta.

¶Et vidi [t] aliud signum in cœlo magnum & mirabile/ angelos septem habentes plagas septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira dei. Et vidi [v] tanq̃ mare vitreum mixtum igne: & eos qui vicerunt bestiã & imaginem eius: & numerum nominis eius stantes supra mare vitreũ/ habentes citharas dei: & cantantes canticum Moysi serui dei: & canticũ agni: dicentes. Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens iustæ & veræ sunt viæ tuæ domine rex sanctorum. Quis nõ timebit te domine & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient & adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc [x] vidi & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo/ vestiti lapide mundo & candido/ & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septẽ phialas aureas/ plenas iracundiæ dei viuentis in secula seculorum. Et [y] impletum est templum fumo a maiestate dei & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum/ donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

apocalyp. 15. a.b.c. & d.

¶ Et audiui [z] vocem magnam de templo: dicentem septem angelis. Ite & effundite septem phialas iræ dei in terram. Et abijt primus angelus/ & effudit phialam suam in terram: & factum est vulnus sæuum ac pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ: & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Et [a] secundus

Apocalyp. 16 a.b.c. & d.

t ¶ Et vidi aliud signum &c. Hic iterum agitur de prædicatoribus/ antichristum & ipsius sequaces annũciantibus quos appellat Ioãnes angelos habentes septem plagas nouissimas. quia antichrist⁹ & sequaces iram dei super iniquos exercebunt. & nouissimas. quia eis illatis/ non est deus in mundo hoc illaturus alias. prout hæc liquent ex iam dictis.

v ¶ Et vidi tanq̃ mare vitreum. Quia non omnes antichristi & sequacium dolis peruertentur: sed aliqui calcatis eis victores euadent/ fidei integritatem immobiliter obseruantes. ideo subditur. Vidi tãq̃ mare vitreum/ mixtũ igne: idest baptismalem regenerationem/ quæ dicitur mare: eo q; habet vim ablutiuam: idest transgressionis deletionem. d. cap. Regenerante. & capi. Si ille pœnitentia. de consecra. distinct. 4. Vitreum: eo q; habet naturam peruiam. & significat characteris impressionẽ q̃ in baptismo est. ca. 11. cum glo. ibi. de baptis. Et mixtũ igne. quia ignis vim habet purgatiuam/ & significat gratiæ infusionẽ quę datur in baptismo: secundũ eã theologorum sententiam/ quam tenendam declarauit Clemens quintus in concilio Viennensi. prout legitur in allega. clementi. 1. §. fi. de summa trinitate. In qua quidem baptismali regeneratione/ seu fide ibi assumpta/ vidi aliquos immobiliter stetisse: antichristum ac eius dicta simul & facta contempsisse. quos propterea audiui deo gratiam cum iubilatione dantes. Vide litteram quæ clara est.

x ¶ Et post hęc vidi. & ecce apertum est &c. Id est postea quę prædicta sunt spiritu reuelãte: cognoui apertum esse templum tabernaculi: idest de Christo esse manifestatam ecclesię. Et exierunt septem angeli: idest prædicatores multi. vestiti lapide mundo & candido &c. idest & exterius & interius: in actionibus scilicet & cogitationibus puri/ prout eos esse oportet qui hoc funguntur prędicationis munere. d. cap. Oportet. 8. quęst. 1. Qui habebant septem plagas de templo: idest qui auctoritate Christi mittebantur vt æternam pœnam impœnitentibus debitam annunciarẽt. Et septem phialas aureas plenas iracundiæ dei: idest sacræ scripturæ vniuersas intelligentias. quæ dicuntur plenę iracundiæ dei: quia dei iracundiam in peccatores/ vere ac perfecte demonstrant effundendam. vnde & qui videndis scripturis totum se deuouerit/ facile a sequendis peccatorum sordibus arcebitur. c. Sicut stellas cœli. 37. distin.

y ¶ Et impletum est templum fumo &c. Diuino iudicio scripturę intelligentia fumo: idest obscuritate impleta est quantum ad malos: ita vt eorum nemo potuerit habere veram ipsius perscrutationem/ donec consummarentur septem plagę septem angelorum: idest donec consummarentur prędicatorum comminationes de malis puniendis/ & in inferni barathrum pręcipitandis. tunc enim eorum aperientur oculi. pœna enim oculos aperit/ quos culpa claudit. vnde & dici solet. Quicunq; stultus est in culpa/ erit sapiens in pœna. cap. Qui ea. in fi. 38. distin.

z ¶ Et audiui vocem magnam de templo &c. Vt omnes solicitius ac vigilantius sibi caueant/ dicit iterum Ioãnes: angelica inspiratione vidisse datam septem angelis: idest prędicatoribus potestatem: eos distincte & aperte cruciatus enunciandi/ quos impœnitentes subituri sunt. Qua potestate accepta (neq; enim prius debet quispiam prędicare. d. cap. Cum ex iniuncto. de hęre.) abijt primus angelus: idest prędicatorum primus ordo. qui effudit phialam suam: idest prędicationem a scripturis sumptam. in terram: idest super gulę deditos: quos & terrę equat/ & per antichristi sectatores seu idolatras exprimit. quia gula terrenos facit homines: idest ad cœlestia contemplanda reddit incapaces: dicente Hieronymo. Venter pinguis crassum sensum generat. cap. fi. 44. dist. (& idolatrię instar) sicut omnium est euersio virtutum iuxta tex. 44. distin. in prin. ita omnium & fomes est & nutrix vitiorum. cap. fi. in princip. 35. distinct. In istis autem fiet vulnus sęuum ac pessimum: vt subditur. quia mittentur in tenebras exteriores: vbi erit fletus & stridor dentium. cap. Ecclesię principes. eadem distinctione.

a ¶ Et secundus angelus effudit phialam &c. Secundus prędicatorum ordo phialam: idest diuinæ vltionis prędicationem effudit in mare: idest in luxuriosos. Recte enim luxuria per mare designatur propter eius impetum & feruorem: de quo vide bonum tex. in c. Vir cũ propria. paulo ante finem. 32. q. 4. Et factus est sanguis tanq̃ mortui: idest luxuriosorũ dãnatio vt & aliorum peccatorũ erit tanq̃ mortui. quia vt a morte ad vitam resurgit nemo: ita nec luxuriosorũ quispiã/ eam aliquã in quam labetur damnationẽ euadet. Neq; enĩ semel inflicta dãnatio potest effugi. d. c. In presenti. 13. q. 2. Nec opponat de Traiano qui diui Gregorij precibus dicit a dãnatione reuocatus. q2 finalem necdum receperat dãnationis sententiam. Ita

Cardina. de Tur. crema. in cap. Fatendum. eadem causa & quęst. Et omnis anima viuẽs mortua est mari, Nemo luxuriosorũ ęternam mortem nisi resipiscat, euadit. vel hoc ideo dicit. quia pauci admodum sunt qui luxurię vitio non sunt coinquinati. cap. Quia sanctitas. in fine. 50. dist.

b ¶ Et tertius angelus effudit phialam &c. Tertius prædicatorum ordo in iracundos loquutus est: qui per fontes designantur & flumina. Motus namq; iracundiæ dicitur fons dum stat in corde: flumen autem dum exit in verbum vel factũ contumeliæ. Hunc autem vtrunq; motum prohibuit dominus dum dixit. Qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui vero dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Illo enim dicto, interiorem: isto exteriorem prohibuit iracundiam: vt pulchre declarat Archidiaco. in capi. Si euangelica. in princip. 55. distinct. Et factus est sanguis: idest vltio diuina in iracundos: quam dicit collaudatam a duobus angelis. idest scripturis vtriusq; testamẽti. Iracundos enim præsertim ad sanguinis effusionem prosilientes, vtriusq; testamenti pagina condemnat: vt de veteri testamento liquet in capi. I. de homi. dum ibi allegatur illud Exodi. Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias: ab altari meo euelles eum vt moriatur. Et de nouo testamẽto. 23. quæsti. 8. in princip. ponderãdo sententiam euãgelicam mibi citatam. omnis qui gladio occiderit, gladio peribit. Per hæc satis est litera declarata.

angelus effudit phialam suam in mare: & factus est sanguis tanq̃ mortui: & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius [b] angelus effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem. Iustus es domine, qui es & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt: & sanguinem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterum angelorum dicentem, Etiam domine deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus [c] angelus effudit phialam suam in solem. & datum est illi æstu affligere homines & igne. Et æstuauerunt homines æstu magno: & blasphemauerunt nomen dei habentis potestatẽ super has plagas: neq; egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam. Et [d] quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum: & cõmãducauerũt linguas suas præ dolore: & blasphemauerunt deum cœli præ doloribus & vulneribus suis: & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. Et sextus [e] angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi [f] de ore draconis, & de ore bestiæ: & de ore pseudo prophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa: & procedent ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis dei. Ecce venio sicut fur.

c ¶ Et quartus angelus effudit phialam suam. &cę. Hic prædicatorum ordo contra superbos loquitur: qui per solem designantur, propter eam quam semper appetunt claritatẽ. Superbia namq; prout est distinctum capitale peccatum, quo & superbi sic dicuntur: dicitur inordinatus appetitus proprię excellentiæ vt notat Archidia. in cap. Citius. in fine. de pœniten. distinct. 2. vnde subditur. Et datum est illi ęstu affligere homines & igne. i. permissum demonstrare homines superbos qui affliguntur æstu ambitionis & igne iracundiæ, alios despiciendo & extollentiam suam quærendo. vt enim dicit Archidia. in d. capi. Vnum. §. alias in verb. Superbia. 25. distin. Superbia est elatio vitiosa quæ inferiorem despiciens, superioribus & paribus satagit dominari. Vt dixi in verb. Superbia. in. 2. annota. Et propterea etiam æstuabunt apud inferos: & præ iracundia nomen domini sui blasphemabunt, neq; ibidem agere pœnitentiam poterunt & dare gloriam deo suo. quia pœnæ locum non pœnitentiæ sortiti sunt. d. capi. In præsenti seculo. 13. quæsti. 2. hæc videtur esse mens versi. sequen. Et ęstuauerunt homines &c. vel post alios dici potest: veram huius versi. mentem esse: q superbi contempta quæ eis facta est prædicatione, æstuauerunt æstu magno in pristina sua superbia pergentes: & iracundiam ex interno suo tumore nascentem non deserentes, blasphemauerunt nomen dei sui: neq; egerunt pœnitentiam, ad faciendam veram peccatorum suorum confessionem accedentes. Superborum namq; ea est conditio vt correpti non emendentur: reuerentiam in obediendo obseruare dedignantes: vt dicit Archid. in d. §. alias. & confessionis remedium non amplexentur: boni videri q̃ esse preoptantes. cap. Quis aliquando. §. fi. de pœni. distin. I.

d ¶ Et quintus angelus effudit phialam suam. Per hunc quintum angelum fit contra inuidos prædicatio: qui dicuntur sedes bestiæ. i. diaboli ministri seu sectatores. Inuidia namq;, dæmonis crimen est. d. cap. I. col. I. in verb. Inuidiæ felle. 16. quæst. I. & regnum eorum tenebrosum dicitur: quia aliorum bona, eorum tenebræ sunt. Dolent enim & tristitię tenebras ex aliorum prosperitate sumunt: vt pulchre per Archidiaco. in capi. Q̃ magnum. 23. quæsti. 4. & commanducant linguas suas &c. Quia proximis detrahunt. cap. Si omnia. 6. quæsti. I. videntes autem postea dolores ac vulnera sibi ex linguarum commanducatione. i. proximorum detractione illata: cum ad omnimodam famæ proximi restitutionem teneantur, iuxta notata per Archidia. in cap. Summa iniquitas. 6. quæst. I. deum blasphemant, & impœnitentes moriuntur: sicq; perpetuis plectendi cruciatibus ad inferorum locum descendunt. d. ca. fi. in fi. de pœni. dist. 7.

e ¶ Et sextus angelus effudit phialam suam. Hoc loco damnatur auaritia: quæ per magnum designatur Euphrate flumen. Euphrates enim interpretatur crescens. cuiusmodi est omnis auarus: habendi namq; sitis in eo crescit semper & inualescit: vnde & dictum est. Totus mundus nec obolus videtur auaro. c. fi. 14. quęst. 4. Siccauit autem angelus aquã eius. i. sitim auarorum siccandam prædicauit per ipsorum interitũ: vt præpararetur via regibus. i. vt meliores dei cultores ipsorũ possideant bona & in eis fructificent, iuxta id quod scriptum est. Labores iniustorum pij edent. c. Si de rebus. 23. quæst. 7.

f ¶ Et vidi de ore draconis. Draco animal sitibundum est, auaritię designans insatiabilitatem. de qua vide elegantẽ textum Ambrosij in ca. Sicut. 47. distin. Designatur aũt & auaritia per bestiã & pseudo prophetas: propter dei cultum, quẽ in homine cuius occupauit animum suffocat & in thesauro recludit, vnde & dicta est idolorum seruitus. capi. Auaritię. de elec. libr. 6. Ab ea autem exeunt tres spiritus immundi in modum ranarum: quæ sunt, excessus in appetendo, nimia sollicitudo in acquirendo, tenacitas in conseruando. de quibus vide tex. cũ ibi notat per Archi. in d. c. Sicut. & per Panor. in ca. Ex parte. de cõsue. Faciunt vero signa: quia pecunię (quã auarus per hos tres spiritus accumulat) obediũt omnia: prout post Salomonẽ dicit Hostien. in c. Cũ dilecti. col. 2. de do. & con. Et ideo etiam reges per hos subiugant spũs: q ipsos ad ineunda & contra fideles & cõtra infideles pręlia concitant, sed malo plerũq; suo. quia etto ducẽtur ad diẽ magnũ oĩpotentis dei, de actio etiã contra infideles pręlio ratione redditur. neq; eñ vsquequaq; licitũ est bellũ contra ĩfideles. vt per Innocẽtiũ. & alios in c.

quod super. de voto. qui iudicij dies venit vt fur: proptereaq; beatus qui virtutũ vestimẽta custodierit / ne nudus appareat. Appareret autem nudus si virtutum vestimentum non haberet. c. Sapiens. cum cap. sequẽ. & principio sequentis. de pœni. distin. 2. Congregabuntur vero ipsi auari anteq̃ condignam suo crimine pœnam accepturi ad iudicium veniant / in locũ qui vocatur Hermageddon. j. in montem furum: vt sic ostendatur / eos pauperum subtraxisse bona: nec quæ habebant / in subleuandis pauperum necessitatibus: prout & quando debuissent / distribuisse. iuxta id quod dicit Ambr. in d. c. Sicut. 47. dist.

g ❡ Et septimus angelus effudit phialam in aerem. Prædicat hic prædicatorum ordo contra acediosos / quos aeri cõparat Ioãnes: tanq̃ huc atq; illuc peruagentur / nichil tamẽ inde spiritualis cõmodi acquirãt quasi cum tædio & mentis tristitia quæ faciunt obeuntes. de quibus vide pulchrũ textum Hiero. in superioribus transcriptum. in c. Non mediocriter. circa me. de cõsecra. distin. 5.

h ❡ Et exiuit vox magna de templo &c. Hic ponitur enunciatio consummationis seculi & perditionis omnium reproborum / dum dicitur. Facta est ciuitas magna in tres partes. Ciuitatem enim magnam appellat collectionẽ reproborum: quam dicit fractã i tres partes / propter tria genera hominũ quos ex nunc certũ est esse dãnandos / nisi resipuerint: Iudęos scilicet / paganos / & hæreticos. cum sine Christi fide saluari nemo possit. c. Benedictus. in fi. de pœni. dist. 4. Vel dicit fractam in tres partes / propter tres peccandi modos:

Beatus qui vigilat / & custodit vestimẽta sua: ne nudus ambulet & videãt turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum qui vocatur hebraice hermageddon. Et [g] septimus angelus effudit phialam suam in aerem: & [h] exiuit vox magna de templo a throno: dicens. Factum est. Et facta sũt fulgura & voces & tonitrua: & terræ motus factus est magnus: qualis nunq̃ fuit ex quo homines fuerunt super terrã / talis terræ motus magn9. Et fracta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderũt. Et Babylon magna venit in memoriam ante deum: dare illi calicẽ vini indignationis iræ eius. Et omnis [i] insula fugit & mõtes non sunt inuẽti. Et [k] grando magna sicut talentũ descẽdit de cœlo in homines: & blasphemauerunt deum homines propter plagam grãdinis. quoniam magna facta est vehementer.

❡ Et venit [l] vnus de septem angelis qui habebãt septẽ phialas: & loquut9 est mecum: dicens. Veni & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ quæ sedet super aquas multas / cum qua fornicati sunt reges terræ: & inebriati sunt qui habitant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit [m] me in spiritu in desertum: & vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam / plenam nominibus blasphemiæ: habentem capita septem & cornua decẽ. Et mulier [n] erat circundata purpura & coccino / & inaurata auro & lapide precioso & margaritis: habens poculum aureum in manu sua / plenum abominatione & immunditia fornicationis eius: & in frõte eius nomen scriptum. mysterium Babylon magna mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidi [o] mulierẽ ebriã de sanguine sanctorũ / apocalyp. 17. a. b. c. d.

per ignorantiã. s. per impotentiam & per maliciã. de quibus tribus peccandi modis diffuse loquitur Archi. in ca. Qualis. 25. dist. Quã etiam reproborum collectionem / æternis pœnis datam dicit sequentibus verbis. Et ciuitates gẽtium ceciderũt / & Babylon magna venit ante deum: dare ei calicem vini indignationis iræ eius.

i ❡ Et omnis insula fugit: & mõtes non sunt inuenti. Malorum hominũ pœnas / dicit bonos homines euasisse: quos insulas appellat & montes. Insulas: qa vt insula aquis vallatur sed ab eis nõ obruitur. §. insula. insti. de re. di. Ita boni malis permiscentur / sed eorum malitia non deprauantur. c. Ita plene. cum tribus sequentibus. 23. quæst. 4. Montes autem: propter cœlestia / circa quæ terrenis spretis bonis versãtur. c. Omnes. versi. At contra ex qualitate palmarum. 47. dist.

k ❡ Et grãdo magna &c. Hæc est pœna in qua dixit bonos non inuentos / pœna. s. æterna / quam grandini æquat & talento propter grauitatem ponderis eius. inferni namq; qui damnatorum locus est / pœnam esse grauissimam / ex eo satis arguitur quod dicit Augustinus in libro de pœnitentia: vbi de purgatorij: quo non dãnati sed saluandi recipiuntur / pœna loquens: dicit eam omnem pœnã quam vnq̃ quis in hac vita passus est excedere: tametsi martyres mirabilia passi sunt tormenta. de quo dicto August. est tex. in alle. c. fi. paulo ante finem. de pœni. dist. 7. & in d. c. Qualis. 25. dist. vnde & subdit damnatos propter intolerabilẽ pœnæ grauitatem deũ suum blasphemare.

l ❡ Et venit vnus de septem angelis &c. Nunc apertius ostendere vult Ioannes causam damnationis malorum: dicẽs vnum ex angelis septem dixisse sibi. Veni per spiritualem intelligentiam & ostendam tibi damnationem meretricis magnę idest causam damnationis cuiuslibet peccatricis animæ quæ magna vocatur meretrix. quia relicto deo vero sponso / fornicata est cum diabolo per suorum magnitudinem peccatorum. vt enim mulier quæ spreto viro suo / alteri viro commiscetur. sic anima quæ deo spreto / diabolo per peccatum coniungitur: fornicatur. c. Idolatria. 28. quæst. 1. Et sedet super aquas multas: & cum ea fornicati sunt reges multi &c. quia & multi populi qui per aquas intelliguntur. c. Cum omne. iuncta glo. in verbo intelligi. de consecra. distin. 2. Et ipsorum principes / peccatorũ sordibus plerunq; fœdantur. c. Audacter. 8. quæst. 1.

m ❡ Et abstulit me in desertũ in spiritu. j. eleuauit spiritum meum ad contemplandos reprobos a gratia dei desertos. Quos enim per iniquitatem possidet diabolus: hos continuo deserit Christus. d. c. Si enim. colum. 2. de pœniten. distinct. 2. Et vidi mulierem sedẽtem super bestiam. &c. j. malorũ congregationem / mollia diligentem nec fortitudinis aliquid ad propellendas dæmonis suggestiones habentem: proptereaq; se ei peccati ære vendentem / iuxta id quod habetur in cap. Non est q̃ cuiq̃. 15. quæsti. 1. Quæ sedebat super bestiam coccineam. j. innitebatur & quiescebat super diabolum. Omnes namq; qui Christi nõ sunt / antichristi ac diaboli sunt: dicit tex. in c. Quoniã vetus. in fi. 24. q. 1. q coccine9. j. sanguineus vocatur: propter multam / quam & iam fecit & facturus est antichristi tempore: sanguinis effusionem. & habere capita septem & cornua decem: ratione de qua statim.

n ❡ Et mulier erat circũdata purpura &c. Malorum collectio purpurata dicitur & ornata auro & lapide precioso &c. propter eam qua abundare visa est mundanam prosperitatem. Describitur autem habens poculum aureum in manu: plenũ abominatione. quia cum illa mundana prosperitate plurimas congessit peccatorum sordes. mundana namq; fœlicitate exuberante: mala voluntas velut interior hostis roboratur. c. Paratus. in fi. 23. quæst. 1.

o ❡ Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum. Cognoui malorum collectionem / inter cætera sua inquinamenta hoc habere grauissimum: quia plerosq; veros dei cultores & antichristi aduentum qui per sanctos / & post eius aduentum qui per martyres Ihesu intelliguntur / interfecerat: prout ex his liquet quæ post Cyprianum dicit Archid. in capi. Et tempus. 11. quæsti. 3.

& de ſanguine martyrum Ieſu. Et miratus[p] ſum cum viderem illam ad= miratione magna. Et dixit michi angelus. Quare miraris? Ego dicā tibi ſacramentum mulieris/& beſtiæ quæ portat eam: quæ habet capita ſeptē & cornua decē. Beſtia quā[q] vidiſti/fuit & nō eſt: & aſcenſura eſt de abyſſo & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram: quorum nomi= na ſcripta non ſunt in libro vitæ a conſtitutione mundi: videntes beſtiā quæ erat & non eſt. Et[r] hic eſt ſenſus qui habet ſapientiam. Septem[s] ca= pita/ſeptem montes ſunt: ſuper quos mulier ſedet & reges ſeptem ſunt. Quinq; ceciderunt: vnus eſt/& alius nōdum venit. Et cū venerit oportet illum breue tempus manere. Et[t] beſtia quæ erat & nō eſt: & ipſa octaua eſt & de ſeptem eſt. Et in interitum vadet. Et decem[v] cornua quę vidiſti decem reges ſunt: qui regnum nondum acceperunt ſed poteſtatem tanq̄ reges vna hora accipient poſt beſtiam. Hi vnum cōſilium habent: & vir= tutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt: & agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum eſt/ & rex regum: & qui cum illo ſunt vocati & electi fideles. Et dixit michi. Aquæ[x] quas vi= diſti vbi meretrix ſedet: & populi ſunt & gētes & linguę: & decē[y] cornua quæ vidiſti in beſtia: hi odient fornicariam/& deſolatam facient illam & nudam: & carnes eius manducabunt: & ipſam igne concremabunt. De⁹ enim dedit in corda eorum: & faciant quod placitū eſt illi: vt dent regnū ſuum beſtiæ/donec conſummentur verba dei. Et mulier[z] quam vidiſti: eſt ciuitas magna quæ habet regnum ſuper reges terræ.

Apocalyp. 18. caput. ¶Et poſt[a] hæc vidi alium angelum deſcendentem de cœlo/habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt a gloria ei⁹. Et[b] exclamauit in fortitudine: dicens. Cecidit/cecidit Babylon magna: & facta eſt habi= tatio dæmoniorum: & cuſtodia omnis ſpiritus immūdi: & cuſtodia om nis volucris immundæ/& odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius bi= berunt omnes gentes. Et reges terræ cū illa fornicati ſunt: & mercatores

p ¶Et miratus ſum cum viderem illā &c. Mirabar mulierem videre hoc fuiſſe ſeculo plurimūm exaltatā: altero autē ſic depreſſam & conculcatam. & dixit michi angelus. quare miraris? quaſi dicens. ſi attendere & indagare volueris/ſine admiratione cognoſces: q̄ iuſto dei iudicio punitur æternaliter qui permittitur proſperari temporaliter: prout etiam dicit Chryſoſto. in c. Quid ergo. de pœni. diſtinct. 3. q ¶Beſtia quam vidiſti fuit & non eſt. Diabolus ante Chriſti aduētum maximam habuit in homines poteſtatem: ſed per Chriſti aduentum non modice eſt imminuta. Hęc ergo beſtia fuit & non eſt. Aſcenſura tamē eſt de abyſſo per priſtinæ ſuæ poteſtatis reſumptionē antichriſti tempore: prout hęc notantur per gloſam in d. c. Si enim colum. pe. in verb. ad inferna. de pœni. diſtin. 2. ſed poſtea ī interitum ibit per æternam damnationē. & mirabūtur reprobi/quorum nomina ſcripta nō ſunt in libro vitæ a conſtitutione mundi. ſ. qui ab æterno pręſciti ſunt ad mortem. capit. Si ex bono. §. fi. cum capit ſeq. de pœniten. diſtinc. 4. Mirabuntur inq̄ reprobi: eum quem ducē ſibi aſciuerant/conculcatum & pœnis ſimul cum ipſis immerſum eſſe conſpicientes. vt enim reprobi: ita & dæmones pœnam hæreditabunt æternam. d. cap. 1. ibi. Cum diabolo pœnam perpetuā. de ſum. trini.

r ¶Et hic eſt ſenſus q habet ſapientiā. q. d. ſtuitu hui⁹ pœnę/ſibi q ſapiēs eſt ſtudebit cauere/ne ſi ſtultus perſeueret in culpa/ſapiēs poſtea efficiatur in pœna. d. c. Qui ea. in fi. 38. diſ.

s ¶Septem capita/ſeptem montes ſunt &c. Septem (beſtię. ſ. diaboli) capita: ſeptem montes ſunt. ſ. ſeptem principales eccleſiæ pſecutores: ſcdm ſeptē ipſi⁹ ſtat⁹. Nā licet gl. in ver. Perfect⁹ ī proœ. ſexti/ſolas ſex mundi aſſignet ętates: ſeptē tamen eccleſię ſtatus aſſignari poſſunt. vt primus ſit ab Adam vſq; ad Noe. Secundus vſq; ad Abraham. tertius vſq; ad Moyſem. Quartus vſq; ad Dauid. Quintus vſq; ad Chriſtum. Sextus vſq; ad antichriſtum. & ſeptim⁹ tempore antichriſti & vſq; ad finem ſeculi. Quinq; autem horum perſecutorum iam euanuerunt. ſed vnus eſt in hoc ſexto eccleſiæ ſtatu innominatus. Septimus nōndum venit: hic eſt antichriſtus/quem exiguo continget regnare tempore: annis ſcilicet tribus & dimidio: put etiam dicit glo. alle. in d. l. Vſuræ. t ¶Et beſtia quæ erat & non eſt &c. Diabolus qui fuit & nō eſt: vt paulo ante declaraui/octauum numerum conſtituit. quia ſeptem ſuos priores prīcipes malitia & calliditate præcellit. & de ſeptem eſt: quia cum eis eſt in ęterna plectendus calamitate. d. capi. 1. colum. 2. de ſum. trini.

v ¶Et decem cornua quæ vidiſti &c. Per hæc decem cornua beſtiæ/intelliguntur antichriſti fautores: & eius doctrinam nedum ſequentes/ſed & ſequendam populo perſuadere volentes. qui ſtatim poſt antichriſtum caſuri ſunt. habebunt autem non inuerſum ſed eundem viuendi tramitem: quicquid in eis erit virtutis ac poteſtatis antichriſto aſcribentes. cum tamen virtus omnis ac poteſtas/a ſolo pendeat deo noſtro. capi. Qui ſine. in princip. 26. quæſtio. 3. vnde & ab eo vincentur: vt ſubiungitur in litera quæ clara eſt. x ¶Aquę quas vidiſti &c. Declara vt in huius capitis initio.

y ¶Et decem cornua &c. Qui diabolum antichriſtumve fuerint ſecuti: ipſum odient & vt poterunt perſequentur/iuſtas malitiæ ſuæ pœnas cum quodam animi deſiderio videntes & procurantes. tametſi diuina factum fuerit permiſſione vt ei adhæſerint ſemper/& obſequentes exhibuerint: regiq; ſe ab eo permiſerint/velut ab omnium mundanorum principe: vt notatur per glo. in capi. 1. in verbo Principem. 32. quæſti. 2.

z ¶Et mulier quam vidiſti &c. Mulierem: cuius in ſuperioribus meminit/dicit eſſe ciuitatem magnam. ſ. malorū collectionem ſeu multitudinem: quę regnum habet ſuper reges terrę. quia maxime ſuperbiunt ac deprauantur reges: vt pote magnam peccandi licentiam (quæ ex diuitiarum copia ſubotitur) habentes. d. c. Paratus. paulo ante finem. 23. quęſt. 1.

a ¶Et poſt hæc vidi alium angelum. Hic agitur de æternæ reproborum damnationis ſententia: quam a Chriſto prædicatam dicit/eum alium angelum deſcendentem de cœlo vocās. quia miſſus eſt de throno paternę maieſtatis/ad hemiſphærium noſtræ mortalitatis: vt nos a vetuſti ſerpentis eriperet ſeruitute. notat Archi. in capi. Scripturis. colum. 1. 8. q. 1. & habentem poteſtatem magnam: quia patri coomnipotens eſt. d. c. 1. de ſum. trini. b ¶Et exclamauit in fortitudine: dicens. Cecidit/cecidit Babylon magna &c. Babylon/malorū congregatio eſt (vt iam dixi poſt Archi. in d. c. In ſalicibus. de pœni. diſ. 3.) q̄: verbo cecidit/cecidit geminato/in æternā cecidiſſe dānationē mōſtratur. Subiūgitur ratio. quia facta eſt habitatio dęmoniorū/ ꝓpter peccata ſcilicet inhabitātia. Diabolus eīn per peccati ianuā/in hominem dicitur ingredi. vt eſt tex. in d. c. Si enim. paulo poſt princi. de pœni. diſ. 2. & quia ſolus dæmonis ingreſſus in hominē: ſi ante vitæ exitū p aſſumptam pœnitentiā fuerit egreſſus/nō damnat. quia in quacūq; hora ingemuerit peccator &c. d. c. pe. 26. q. 6. Ideo ſubditur. Et cuſtodia omnis ſpūs immūdi &c. q. d. q ipſi mali: de quorū dānatiōe expectatur ſententia/in vitiorū ſuorum ſpurcitijs & ſe

& alios corrũpendo/perseuerantes extiterunt. quo factum est: vt in eos velut in reprobos/æternæ sententia dãnationis proferenda sit. quia qualis quisq; in suę mortis tẽpore reperit/ talis a vero rectoq; iudice/deo: iudicat. c. Qualis. in prin. 25. dist.

c ¶ Et audiui aliam vocem &c. Hic ponitur exhortatio ad bonos: ne scilicet malorũ hominũ consentiant peccatis: sed sint eis dissimiles in vita/ vt etiam sint dissimiles in pœna. Exire namq; a Babylone seu a malorum collectione: nichil aliud est q̃ eorũ peccatis nec expresse nec tacite consentire. vt est bo. tex. in c. Ecce inquiũt. & in c. Recedite. 23. quęsti. 4.

terræ de virtute delitiarum eius diuites facti sunt. Et audiui [c] aliam vocẽ de cœlo: dicentem. Exite de illa populus meus: & ne participes sitis delictorum eius/ & de plagis eius nõ accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad cœlum: & recordatus est dominus iniquitatũ eius. Reddite [d] illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundũ opera eius. In poculo quo miscuit vobis/ miscete illi duplum. Quantum glorificauit se & in delicijs fuit: tantum date illi tormentũ & luctum: quia [e] in corde suo dicit. Sedeo vt regina & vidua non sum: & luctum non video. Ideo in vna [f] die venient plagę eius; mors & luctus & fames: & igne comburetur. quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt & plangent se super illam reges terræ/ qui cum illa fornicati sunt: & in delicijs vixerunt cum viderint fumum incendij eius: longe stantes propter timorẽ tormentorum eius: dicentes. Væ/ væ ciuitas illa magna Babylon/ ciuitas illa fortis: quoniam vna hora veniet iudicium tuum. Et negociatores terræ flebunt & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius: merces auri & argenti & lapides preciosi/ & margaritæ & byssi & purpuræ & serici & cocci: & omne lignum tynum: & omnia vasa eboris/ & omnia vasa de lapide precioso & æramento & ferro & marmore. Et cinamomum & amomum: & odoramentorum & vnguenti & thuris & vini & olei: & similę & tritici/ & iumentorum & ouium & equorum & rhedarum/ & mãcipiorum & animarum hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt a te: & omnia pinguia & præclara perierunt a te. Et amplius illa iam non inuenient mercatores hominũ. Qui diuites facti sunt ab ea/ longe stabunt propter timorem tormentorum eius: flentes ac lugentes/ & dicentes. Væ/ væ ciuitas illa magna: quæ amicta erat bysso & purpura & cocco: & deaurata est auro & lapide p̃cioso & margaritis. quoniam vna hora destitutę sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator/ & omnes qui in lacum nauigant & nautæ/ & qui in mari operantur longe steterunt: & clamauerunt videntes locum incendij eius: dicentes. Quæ similis ciuitati huic magnæ. Et miserunt puluerem super capita sua. Et clamauerunt flentes & lugentes: dicentes. Væ/ væ ciuitas illa magna: in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora desolata est. Exultate [g] super eam cœlum & sancti apostoli & prophetæ: quoniam iudicauit deus iudicium vestrũ de illa. Et [h] sustulit vnus angelus fortis lapidem/ quasi molarem magnum/ et misit in mare: dicẽs. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: et [i] vltra

d ¶ Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis &c. Quia boni hoc seculo plurima perferũt a malis. c. Nulli. in prin. 3. quæstio. 1. Ideo subiũgitur. Reddite illi &c. q. d. Sicut ipsa malorũ collectio vos bonos afflixit iniuste: ita vos ipsam iuste puniendã annũciate/ & quantum vobis intulit tormentorum: tantum ei inferri conspicite. Inferri dico p ipsos dęmones: qui altero seculo ministri sunt irę dei. c. Non solum homines. in fin. 23. quæsti. 5.

e ¶ Quia in corde suo dicit: sedeo vt regina &c. Ecce tria quæ potissimã malorum damnationi causam dant/ honoris scilicet cõseruatio. quia timet malus si pœniteat vilipendi & solito suo honore fraudari. ca. Quis aliquando. §. fi. de pœni. distin. 2. vnde dicitur sedeo vt regina. Secũdum est vitæ longioris expectatio: quæ ad annos nouissimos conuersionem plerũq; protrahit/ & fructum cõuersionis surripit. quia qui in vitæ (vt debuerunt) pœnituerint exitu/ paucissimos reperies. d. c. Finali. de pœni. distin. 7. Et propter hoc subdit. Et vidua non sum. Tertium est mundanæ prosperitatis consideratio: quæ oculos excęcat hominum & in peccatis enutrit. d. capi. Paratus. in fi. 23. quæsti. 1. ideo sequit. Et luctũ non video.

f ¶ Ideo in vna die veniet &c. Hic agitur de pœnis Babylonis magnę. j. malorum cõgregationis. & qa in ea cõgregatione sunt pleriq; qui summis dum viuerent honoribus claruerunt/ quos reges vocat: & q plurimis abundarunt temporalibus bonis/ quos negociatores appellat: subiungitur q̧ præ cæteris reges & negociatores se de ea fuisse malorum congregatione tristabuntur & dolebunt. quia si ab ea se alienos fecissent: & temporalem habuissent & æternam felicitatem: tametsi aliquem vtriusq; esse participem/ difficillimum existimet Gregorius: dicens/ continuum temporalium successum: æternæ esse reprobationis indicium. Et ita etiam post Gregorium dicit Archi. in c. antepe. de pœni. distin. 3. Ex his videtur litera satis clarescere.

g ¶ Exultate super eam cœli &c. Monentur boni vt de malorum punitione lætentur. iusti enim de malorum exultabunt supplicijs: diuinæ se voluntati conformantes. vel quia talia non egerunt in eorum vita/ propter quæ eorũ socij esse debuerint in pœna. vnde & scriptum est. Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas leuabit in sanguine peccatoris. vide tex. cum glo. in verbo Lætabitur. in d. c. Viduas. 27. quæsti. 2.

h ¶ Et sustulit vnus angelus fortis. Hic ostenditur q̧ Christus vt bonorum remunerationis: ita etiam malorum damnationis sententiam feret. vnde dicit q̧ angelus fortis. j. Christus: cuius verbum forte est & durabile & immutabile & perseuerabile/ non momentaneum/ non transitorium capit. 1. paulo post princip. 35. quæstio. 10. sustulit lapidem magnum quasi molarem. j. malorum multitudinem. qui lapis propter obstinationem: & molaris/ propter peruagationem dicuntur. quia in circuitu impij ambulant. notat Ioannes An. (tametsi extra hoc propositum loquatur) in cle. 1. in verbo Choreas. de celebr. miss. & misit in mare. j. in infernum dicens hoc impetu &c.

i ¶ Et vltra non inuenietur. Hoc est contra quosdam hæreticos: qui dãnatos post transacta certa temporũ spacia/ pœnitentiam acturos & simul cum beatis in vitam ituros ęternam asseruerunt. de quorum hæreticorũ numero fuit Origenes: si glosæ credamus in c. fi. in glo. fi. 24. q. 2. de qua dixi in verbo Odire. 8.

iam non inuenietur. Et vox [k] citharœdorum et muſicorum et tibia ca-
nentium et tuba/nō audietur in te amplius: et omnis artifex omniſq; ars
non inuenietur in te amplius. Et vox molæ non audietur in te amplius.
Et lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox ſponſi & ſponſæ non au-
dietur adhuc in te. quia mercatores tui erant principes terræ: quia in vene-
ficijs tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea ſanguis prophetarum & ſan-
ctorum inuentus eſt: & omnium qui interfecti ſunt in terra.

Apocalyp.19. a.b.c.d. ¶Poſt hæc [l] audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum in cœlo: dicentium/alleluia: laus & gloria & virtus deo noſtro eſt: quia vera & iuſta iudicia ſunt eius/qui iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terrā in proſtitutione ſua: & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt/alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt viginti quatuor ſeniores & quatuor animalia: & adorauerunt deum ſedentem ſuper thronum: dicētes. Amen/alleluia. Et vox de throno exiuit: dicēs. Laudē dicite deo noſtro omnes ſancti eiꝰ: & qui timetis deum puſilli & magni. Et audiui [m] quaſi vocem tubæ magnæ/& ſicut vocem aquarum multarum: & ſicut vocem tonitruorū magnorum: dicentium/alleluia: quoniam regnauit dominus deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus/& demus gloriam ei: quia venerunt [n] nuptiæ agni: & vxor eius præparauit ſe. Et [o] datū eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendēti & candido. Byſſinum [p] enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dixit [q] michi. Scribe. Beati qui ad cœnam nuptiarū agni vocati ſunt. Et dixit [r] michi. Hęc verba dei vera ſunt. Et cecidi [s] ante pedes eius vt adorarem eū. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conſeruus tuus ſum: & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Deū adora. Teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ. Et vidi [t] cœlum apertum: & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper eum/vocabatur fidelis & verax: & cum iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi [v] autem eius ſicut flamma ignis:

k ¶Et vox citharœdorū & muſicorū &c. Oſtēditur hoc loco nichil apud inferos oblectationis eſſe/ſed omnia luctus & dolorum eſſe plena: prout etiam eſt bonus tex. in c. Eccleſiæ principes.35.diſtin. l ¶Poſt hęc audiui quaſi vocem magnam tubarum &c. Quia in ſuperiori capite/paulo ante eius finem: cōmoniti fuerant boni vt de malorum exultarēt punitione: hic eorum ponitur exultatio/& eſt omnium ſupernorum ciuium: nedum eorum qui facti mortales/immortales effecti cœleſtem patriam conſcenderunt: ſed & eorum qui ab initio facti ſunt immortales. quales ſunt angeli. tex. eſt in capi. Hi duo. in prin. de conſe. diſtinct.1. dum ibi dicitur alleluia ab angelis repiri decantatū in nouo teſtamēto. nuſq̄ autem niſi hoc capite reperiť alleluia ĩ nouo teſtamento igitur &c. Ex his & iam dictis/quę habentur in litera/clara ſunt.

m ¶Et audiui quaſi vocē &c. Pręmiſſa eſt iuſtorum de malorum punitiōe lętitia: nunc ſequitur eorūdē de felici ſua perenni remuneratione/grādis exultatio: quam appellat Ioannes quaſi vocem magnæ tubæ/propter fidem ab eis dū viuerent: verbo aut ſaltem operis exemplo prædicatā. vnde & apud Eſaiam legitur. Quaſi tuba exalta vocē tuam. ca.1.colū.2.47. diſt. & ſicut vocem aquarū multarū. quia de multis eſt populis ſanctorum multitudo collecta. Aquæ enim multę/populi multi ſunt. d. ca. Cū omne. cum glo. ibi. de cōſe. diſt.2. Et ſicut vocem tonitruorū magnorū. quia dānatos impios/glorificatorum terrebit exultatio ſanctorū. Neq; enim poterunt nō dolere ſe ea non egiſſe quibus ipſi ea exultatione digni viderentur & eſſent. vnde & merito dixit propheta. Vermis eorum non morietur. cap. Quoniam.19. quæſt.3.

n ¶Venerunt nuptię agni & vxor eiꝰ pręparauit ſe. ſ. iuncta eſt perfecte eccleſia Chriſto. quæ præparauit ſe. ſ. idoneā reddidit/vt talem haberet perfectā cōiunctionē. Erit enī conſummato ſeculo/perfecta inter deum & eccleſiam coniūctio: quæ nunc inchoata eſt/& ſub nuptiarū comprehenditur appellatione: prout notat Hoſtien. iſtam ſententiam allegans in c. Debitum col.2. de bigamis. & dixi in verb. Nuptiæ Ioan.2.

o ¶Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Ideſt virtutum ornamento: candido quātum ad ſe/ſplendenti quantum ad alios. quia nobis/& vita virtutibus candida propter nos: & ſplendens propter proximos neceſſaria eſt. c. Nolo. in princip.12. quæſti.1.

p ¶Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Ne byſſinum iuſtitiam ſeu virtutum ornamentum ſignificare dubitemus: ſanctus hæc nobis Ioannes exponit/dicens. Byſſinum iuſtificationes ſunt ſanctorū. byſſinum namq; iuſtificationes ſignificat. quia quēadmodū byſſinū ſeu byſſus magno labore perducitur ad candorem: ita ſanctorum iuſtificatio longo agone perducitur ad conſummationem. Saluator enim prędixit in euāgelio fideles ſuos multas habituros preſſuras: ſed tamē aduerſus eos portas inferi nō ꝑualituras. c. Saluator. in prin.1. quæſti.3.

q ¶Et dixit michi. ſcribe. Beati qui ad cœnā nuptiarum agni vocati ſunt. Beatos dicit vocatos: non ad prandiū ſed ad cœnam. quia tales ſine omni ſucceſſione perennē poſſidebunt lętitiam. Prandium enim/præſentis gratiæ refectionē ſignat. Cœna vero quam nulla refectio ſequitur: ęternæ beatitudinis plenitudinem figurat. Beati ergo ſimpliciter ſunt/non qui ad prandium ſed qui ad cœnā vocanť. quia multi ꝑſentis habentes refectionem gratiæ/eam adueniente vitę termino & ſic parata iam cœna deſinūt habere. ꝓpterea q; ad cœnā nō vocanť. ſ. ad ꝑpetuę remunerationē gloriæ: prout eſt pulcher tex. Aug. in cap. Si ex bono. ĩ prin. de pœ. diſt.4.

r ¶Et dixit michi. hęc verba dei vera ſunt. Vt q̄ dicunť maioris ſint apud audiētes & legētes authoritatis: angelꝰ nō ſua ſed dei verba eſſe dicit & vera: vtpote cū ipſe veritas ſit. c. Qui cōtēpta.8. diſ.

s ¶Et cecidi ante pedes eiꝰ &c. Ioānes veteris morē teſtamēti cōſiderās/angelū adorare voluit: ſed dignitas angelica q̄ ſe in veteri teſtamēto ab hoīe adorari nō ꝓhibuit: in nouo vidēs ſup ſe exaltatū hominē deū/ab hoīe ſe adorari non ſuſtinuit. vn̄ addiť. Et dixit michi. Vide ne feceris. & cauſam ſubdēs: ait. Cōſeruus enī tuus &c. q. d. Ego a te adorari iam ꝑtimeſco. q̄a tuā naturā ſup me regnare cōſpicio. Chriſtus enī ad inferos deſcēdit in anima/ſed reſurrexit in carne aſcēdit q; pariter in vtroq;: dicit tex. in d. c.1. de ſum. trini.

t ¶Et vidi cœlū apertū &c. Hic potētia atq; iuſtitia Chriſti/ipſioū vniuerſitatē dānātis deſcribiť: & ex iudicis iuſtitia eā nō iniuſte ſed iuſte cōdēnari demōſtrať. dicit ergo. Vidi cœlū apertum. ſ. reuelatū ſacrę paginę myſteriū. & ecce equus albꝰ. ſ. homo a verbo Aſſumptꝰ. q vere diciť albꝰ: q̄a totꝰ immaculatꝰ/vtpote cū peccatū nō fecerit: nec inuētꝰ fuerit dolꝰ in ore eiꝰ. d. c. Si enī. §. eligat. de pœ. diſ.2. Et qui ſedebat ſuper eū. Filꝰ videlicet ſummi patris/q ſcđm diuinitatis naturā/excellit hominē aſſumptū: cū ipſe creator ſit/homo creatura. Nō pōt aūt tanta inter creatorē & creaturā ſimilitudo notari/quin maior diſſimilitudo ſit notāda. dicit tex. in c.2. col.3. de ſum. tri. Fidelis & verax & cū iuſtitia iudicat & pugnat. Iudicat genꝰ humanū & pugnat cōtra diabolū; religatū eū in inferno tenens dicit tex. cū gloſam allegata in d. ver. Ad inferna. in ꝑfato c. Si enī. col. pe. de pœni. diſt.2.

v ¶Oculi eius velut flamma ignis.

Quia quos respicit & a quibus respicitur illuminat totius agnitione veritatis. d.c. Legimus. le. 4. in fine. 37. distinct.
x ¶ Et in capite eius diademata multa. Quia ex diuinitatis suæ potentia suis electis tribuit pręmia ęterna. quę multa dicuntur: vel quia omni fine sunt carentia/ vel quia non idem omnes electi accidẽtale pręmium sunt accepturi: sed vnusquisq; secundũ laborem mercedem suam accipiet. d. ca. Præsens. 20. q. 1. y ¶ Habens nomen scriptũ quod nemo nouit nisi ipse. Hic subaudi & nisi is cui ipse voluerit reuelare. quia deitatis nomen quod ipse æternaliter habet per naturã: & suis habere tribuit per gratiam seu per adoptionem. vt notat Panor. in alle. ca. 1. in. 3. no. de sum. tri.

& in capite [x] eius diademata multa: habens [y] nomen scriptũ quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus [z] erat veste aspersa sanguine: & vocabatur nomen eius verbum dei. Et [a] exercitus qui sunt in cœlo/ sequebantur eum in equis albis: vestiti [b] byssino albo & mundo: & de [c] ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus: vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris irę dei omnipotẽtis. Et habet in vestimento & in femore suo scriptum. Rex regũ & dominus dominantium. Et vidi [d] vnum angelum stantem in sole/ & clamauit voce magna: dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cœli. Venite & congregamini ad cœnam magnam dei: vt manducetis [e] carnes regum: & carnes tribunorum/ & carnes fortium/ & [f] carnes equorum/ & sedentium in ipsis: & carnes omnium liberorum ac seruorum/ & pusillorum ac magnorum. Et vidi [g] bestiam & reges terræ: & exercitus eorũ congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et [h] apprehensa est bestia: & cũ illa pseudo propheta: & qui fecit signa coram ipso: quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ: & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum/ qui procedit de ore ipsius: & omnes [i] aues saturatę sunt carnibus eorum.

¶ Et vidi [k] angelum descendentem de cœlo/ habentem clauem abyssi: & cathenam magnam in manu sua. Et [l] apprehendit draconem serpentem antiquum/ qui est diabolus & sathanas: & ligauit eum per annos mille: Apocalyp. 20. a. b. c. d.

z ¶ Et vestit⁹ erat veste aspersa sanguine. Quia caro ei⁹ rubet sanguinis effusione. In assumpta enĩ natura: ipsum dei verbum in crucis ara/ pro nostra voluit redemptiõe sanguinẽ effundere. d. cle. 1. de sum. trini.
a ¶ Et exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eũ in equis albis. Quia omnes electi cõtra diabolum prœliantes & cœlestem vitam agentes ipsum imitantur in equis albis. s. in corporibus & operibus mundis: quæ si aliquando diuino permissu deserant/ denuo reassumũt. nullus siquidem electorum de bono in malum commutatus finit hanc vitã. c. Nullus eorũ. de pœni. distin. 1.
b ¶ Vestiti byssino albo & mũdo. Idest cãdore iustitię. vide quod dictum est supra eodẽ capite. p.
c ¶ Et de ore ipsius pcedit gladi⁹ ex vtraq; parte acut⁹ &c. Idest de ore ei⁹ sententia subtilis exit: vt in ipso pcutiat. s. bonos a malis/ & malos a bonis secernat. hos perpetua gloria remunerans/ illos ęterna pœna cruciãdos tradens. Hanc declarationẽ sentit text. iam allegatus in c. Ex ore. in princi. de priuile. d ¶ Et vidi vnum angelum &c. Vnum angelum appellat pdicatorum cœtum: quem in sole stantem dicit. quia in feruore persecutionis/ per bonã intentionem erectus: prędicando perseuerat. c. autepe. 43. distin. Et clamantem voce magna. s. in magna cõstantia: malignos spiritus/ homines damnatos in inferno cruciaturos protestantẽ. Placet enĩ opinio Ricardi de sancto Victore: vt hoc loco inuitentẽ dæmones ad cruciamẽta dãnatorũ. nõ aũt q inuitentur fideles ad sumendã in dãnatorũ pœnis oblectationem. quia iam facta est inuitatio hac fideliũ/ in capite superiore: in versi. Exultate iusti &c. Inuitantur ergo maligni spiritus/ quos aues vocat per mediũ cœli volãtes: qa huc illucq; discurrunt/ vt inueniant quos ex fidelibus perdant. & maxime illos quos magis cœlestes. s. inseruitio saluatoris ardentiores esse vident: put est tex. in d. c. Nullus. paulo post princi. 3. q. 1. Qui quoq; recte nõ ad prandiũ sed ad cœnã inuitãtur. quia reprobi spiritus qui in cruciatibus delectantur hominum/ post illius vltimæ dãnationis humanę delectationẽ habituri non sunt aliam. non enim poterit ea dãnatio successionem habere: quia perpetua erit non temporaria. d. c. Voluissent. in princi. de pœni. distin. 1. e ¶ Vt manducetis carnes &c. Ecce dęmonũ inuitatio ad cruciatus dãnatis infligẽdos. Non enim possent nisi diuinã haberent permissionem: vt satis probatur in d. c. nec mirũ. colũ. 2. 26. quæst. 5. Ideo autem reges/ tribunos & fortes pręponit. quia potentes potenter tormenta patientur. c. Sunt quidam. 25. quęst. 1. Facit capi. Homo christianus. 40. distinct. f ¶ Carnes equorum & sedentium in ipsis. Equos/ subiectos appellat: sedentes in ipsis/ prælatos eorum. Et subiecti enim & prælati vitam suam peccatorum sordibus commaculantes dãnabũtur: illi propter propria/ hi autem propter sua & subditorum peccata. c. finali. in princi. de regula. c. Irrefragabili. in prin. de offi. ordi. capi. pcipue. 11. quæsti. 3. g ¶ Et vidi bestiam & reges terræ &c. Descripta generali malorũ omnium dãnatione specialẽ hoc loco/ dãnationem antichristi: & sequenti capite dãnationem diaboli subiungit: vt qui specialiter sæuiũt in perpetratiõe iniquitatis specialiter memorentur in descriptione dãnationis. quia quæ famosiora sunt/ speciali nota sunt digna. l. Itẽ apud Labeonẽ. ff. de iniu. Dicit ergo vidi bestiam. s. antichristum. & reges terrę. s. apostolos eius. & exercitus eorum idest omnes ei adhęrentes. congregatos ad faciendum prælium &c/ idest congregatos ad subuersionem Christi/ & ad inferendam sibi famulantibus seueram persecutionem. mali quippe (dicit hic Richardus: & tex. in d. c. Nulli. 3. quęst. 1.) semper aduersus bonos congregantur & eos suis machinis debellare conantur. h ¶ Et apprehensa est bestia & cum illa pseudo propheta &c. s. & antichristus & suorum apostolorum cœtus/ hiq; quos ipsi variis suis figmentis seduxerunt: in ęternã missi sunt dãnationem. sed hi duo/ antichristus. s. & pseudo propheta: missi sunt viui in stagnum ignis ardentis. s. grauioribus dati sunt cruciatibus affligendi q̃ cæteri per eos seducti. Quia enim peccauerunt grauius/ grauiore digni fuerunt animaduersiõe. Prelatorum namq; vt grauiora sunt peccata: ita & grauiora erunt tormenta. d. cap. Præcipue. 11. quęsti. 3. & d. capi. Sunt quidam. 25. quæsti. 1. i ¶ Et omnes aues saturatę sunt carnib⁹ eorum. Per aues/ dæmones intellige/ ratiõe iã dicta.
k ¶ Et vidi angelũ descẽdentẽ de cœlo &c. Declarata antichristi dãnatiõe/ succedẽter adiũgit dãnationem diaboli. pri⁹ tñ eius & ligationẽ & solutionẽ narrat atq; seuitiã. Dicit ergo. Vidi angelũ descẽdẽtẽ de cœlo. s. Christũ: qui (vt verbis vtar imperatoris in epistola. reddẽtes honorẽ. §. Et qm̃. C. de sum. trini.) ante secula & sine tẽpore de patre natus. Idem ipse & in vltimis dieb⁹ descendens de cœlis incarnat⁹ est. Et habentẽ clauẽ abyssi & cathenã magnã in manu sua. s. potestatẽ habentẽ & in temperanda dęmonum sęuitia & in refrenãdis quorũlibet aliorum machinamentis. neq; enim diabolus aut quiuis ali⁹ quippiam potest: nisi a deo vel iussus vel permissus. d. c. Nec mirum. colum. 2. 26. quęst. 5.
l ¶ Et apprehendit draconẽ &c. Christ⁹ morte sua/ dęmonis potestatẽ per annos mille repressit. s. vsq; ad antichristũ

tempora. tunc namq; soluetur. j. laxior erit seu esse permittetur eius sæuitia/sed modico tempore. quia & modico tempore dominabitur antichristus. vide glo. iam allegatam. in d. c. Si enim. circa fi. in verb. Ad inferna. de pœni. distin. 2. iuncta glo. in d. l. Vsurę. C. de vsu. m ℭ Et vidi sedes & sederunt super eas &c. Per sedes/subditos: per sedentes super eas/ prælatos seu superiores accipe. Dicit igitur. vidi sedes &c. j. ligato diabolo: vidi bonos subditos/ prælatis obedire paratos: & prælatos recte iudicare subditos/& sic optimam esse inter prælatos & subditos habitudinẽ. Aequum namq; & honestum sit oportet qd præcipiũt plati: vt subditi ab obediendũ inueniãtur deuoti. Et hinc forsitan ortũ est vulgatum illud adagium. Cur te in imperatorẽ habeã: cũ tu me nõ habes in senatorem. c. Esto subiectus. in princ. 95. dist. Vidi etiam animas decollatorũ &c. j. aliquos iã corporibꝰ solutos/ in quos dæmonis nõ præualuit potestas: martyres scilicet/ qui ꝑ reddendo testimonio Christo Iesu & verbo dei. j. ipsius Christi humanitati & diuinitati/ mortem subierũt: & alios plerosq;: q tametsi pro Christo passi nõ sunt: tamẽ in sui nõis & fidei formatæ cõfessiõe decesserũt: nec sectã aliquã aliã christianę cõtrariã: secuti sunt. quos oẽs vidi. j. spiritualiter intellexi viuere: & regnare cũ Christo mille annis. j. æternaliter. Gloriosus enĩ deꝰ in sanctis suis/ cũctos suos ministros magnificat: altis decorat honoribus/ & cœlestis efficit beatitudinis possessores: q̃uis illos (vt dignis digna rependat) potioribꝰ attollat insignijs dignitatũ/ & pręmiorũ vberi retributiõe prosequatur: quos digniores agnoscit & cõmendat ingentior excellentia meritorũ. dicit Bonifacius octauus in c. Vnico. in princi. de reli. & vene. sanc. in. 6.

& misit eum in abyssum: & clausit & signauit super illum/ vt nõ seducat amplius gentes/donec consummentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Et vidi [m] sedes & sederunt super eas: & iudicium datum est illis. Et animas decolatorum propter testimoniũ Iesu & propter verbũ dei: & qui non adorauerunt bestiam neq; imaginẽ eius/ neq; acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis: & vixerunt & regnauerũt cum Christo mille annis. Cæteri [n] vero mortuorũ non vixerunt: donec consummentur mille anni. Hæc [o] est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem: sed erunt [p] sacerdotes dei & Christi eius: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum [q] consummati fuerint mille anni/ soluetur sathanas de carcere suo: & exibit & seducet gẽtes quę sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog: & congregabit eos in prælium: quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ: & circumierunt castra sanctorum & ciuitatẽ dilectã. Et descendit ignis a deo de cœlo & deuorauit eos & diabolus qui seducebat eos/ missus est in stagnum ignis & sulphuris: vbi et bestia & pseudo prophetę cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi [r] thronũ magnum candidum/& sedentem super eum: a cuius cõspectu fugit terra & cœlum: & locus non est inuentus ab eis. Et vidi [s] mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt & alius [t] liber

n ℭ Cæteri mortuorum nõ vixerunt/donec cõsumẽtur mille anni. Qui nec ꝑ Christo passi sunt/nec in eiꝰ fide formata decesserunt: sed per abrupta ambulauerunt vitiorum/ primum quidem spiritualiter deinde corporaliter moriuntur. spiritualem namq; mortem parit peccatum. ca. 1. col. 2. ibi. ne mors ingrediatur per portas nostras. 16. quæst. 2. & postea in infernum retrusi/ mortem nunc animarum patiuntur: nec reuiuiscunt donec consumentur mille anni. j. donec consummata malorum nequitia & perfecta iustitia bonorum: ad corpora redeant/ & sumptis corporibus iterum ad pœnas descendunt. Resurgent enim qui saluandi sunt/& qui damnandi: & proprijs: quæ nunc gestant/ corporibus acceptis: hi in pœnam/ illi in gloriam mittentur æternam. d. c. 1. de sum. trini. o ℭ Hęc est resurrectio prima. Iterum reuertitur ad glorificationẽ iustorum quam appellat resurrectionem primam: quia est respectu animarum. resurrectio vero secũda/ erit glorificatio corporum. In generali enim resurrectione/& ipsa corpora quæ animarum fuerint receptacula sanctarum: glorificabuntur cõsequẽturq; dotes quatuor. de quibus vide per Panor. in alle. cap. 1. colum. 2. de sum. tri. Beatus ergo qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem. quia ad æternam nõ descendunt dãnationem: quæ est mors secũda malorum: propter pœnalitatem corporum. Oportet enim & ipsa pati corpora cum animabꝰ quarum fuerint receptacula. vt est tex. in d. c. 1. proxima præcedente annotatione/ ad hoc ꝓpositũ citato. p ℭ Sed erunt sacerdotes &c. Quia nedum suarum iam habentes glorificationem animarum/ sed & qui habituri sunt: dici possunt habere partem in resurrectione prima/ propter eam quam habet deus de eorum salute certitudinem. c. Nouit. de pœ. dist. 3. Subiungit ꝙ tales erunt in ꝑsenti sacerdotes dei & Christi eius/ diuinitati. s. & assumptæ humanitati laudes dantes. & regnabunt etiam in præsenti (quia de futuro constat) mille annis. j. toto vitę suę tempore. Omnes namq; vere catholicos/ & sacerdotes dicere possumus & reges. Sacerdotes per deuotæ orationis sacrificium: reges/ per subiectionem passionum. Vide tex. cum gl. in d. c. Vnico. §. Quia vero Christus. de sacra. vnc. q ℭ Et cũ cõsummati fuerint mille anni &c. Iterum redit ad id qd superiꝰ dixerat de diaboli solutione/ antichristi tempore. nunc enim iterũ dicit. tunc eum soluendum. j. priorem recepturũ potestatem & seducturũ multos: & ꝑsertim duas ferocissimas & immundissimas gentes Goth & Magot/ quas in primis suarũ funiculis deceptionũ alligabit: & postea eorum auxilio alias plerasq;/ sed modico effluxo tẽpore & ipse & author eius diabolꝰ/ eorũq; fautores ac sequaces: in infernũ ꝓcipitabũtur/ ꝑpetuas ibidẽ pœnas subituri: put hęc oĩa iã vidimꝰ. & verba qbꝰ hęc in ꝑsentiarũ dicunt/ sat superiꝰ elucidauimꝰ: additis his iuribꝰ q̃ videbãtur addẽda. ꝓinde trãseo/ ne eadẽ: nullo superaddito repetẽs: videar arenas sine cemẽto ligare/ iuxta glosam in c. Faciẽtis. 86. dist. r ℭ Et vidi thronũ &c. Præmissa bonorum remuneratiõe/ declaratisq; malorũ supplicijs: agit Ioãnes de nouissimo Christi iudicio/ quo bonis remunerationem: malis aũt supplicia dabit. vñ solitũ ꝓsequẽs dicẽdi modũ: dicit. Vidi thronũ magnũ & cãdidũ/ & sedẽtẽ sup eũ. j. Christũ spũali reuelatiõe cognoui/ iudiciario throno: vt singulorũ opa discuteret/ & scdm ea discussa singulos iudicaret: i sidẽtẽ. qd etiã faciũt iudices sentẽtias laturi. §. sedebũt. i auctẽ. de iudi. l. 1. cũ similibꝰ. C. de offic. ciuili. iudi. & notat Albe. in l. Cũ sentẽtiã. C. de sen. & inter. oĩm iudi. A cuiꝰ cõspectu fugit terra & cœlũ/ & locꝰ nõ est inuẽtꝰ in eis. qa iudicij nouissimi tẽpore cœlum & terra innouabunt. j. in decẽtiorem statum transmutabunt. vñ & dictũ est. Cœlũ & terra trãsibunt. d. ca. 1. paulo post princip. 35. quæstio. 10. s ℭ Et vidi mortuos magnos & pusillos &c. Neq; enĩ dñs solos pusillos seu minores/ sed & maiores quosq; iudicabit. Iudicabit inq̃ ex his q̃ scripta erũt in cõsciẽtiarũ libris/ scdm opera ipsorum. quia alij pœna maior dabitur/ alij minor. sicut & non omnibus idem dabitur accidentale ꝓmium: sed alij maius/ alij vero minus prout merita videbuntur exposcere. d. c. Vnico. in prin. de reli. & vene. sanc. in. 6. t ℭ Et alius liber apertus est/ qui est vitæ. j. dei prædestinatio ad vitam. Liber est vitæ qui nunc clausus est: quia ignoratur qui ad vitam prædestinati: vt etiã ignoratur

apertus est / qui est vitæ : & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Et dedit [v] mare mortuos suos qui in eo erãt: & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant : & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorũ. Et [x] infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc [y] est mors secunda. Et qui [z] non inuentus est in libro vitæ scriptus: missus est in stagnum ignis.

¶Et vidi [a] cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abijt / & mare iam non est. Et ego Ioannes vidi [b] sanctam ciuitatem Hierusalem / nouam descendentem de cœlo / a deo paratam: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui [c] vocem magnam de throno : dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt : & ipse deus cum eis erit eorũ deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors vltra non erit : neq̃ luctus neq̃ clamor: neq̃ dolor erit vltra quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit michi. Scribe quia hæc verba fidelissima sunt & vera. Et dixit michi. Factum est. Ego sum alpha & ω / initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit possidebit hæc. Et ero illi deꝰ: & ipse erit michi filius. Timidis autem & incredulis & execratis & homicidis & fornicatoribus & veneficis & idolatris & omnibus mendacibus pars illorũ erit in stagno ardenti igne & sulphure quod est mors secunda. Apo. 21. a. b.

¶Et venit [d] ad me vnus de septem angelis habẽtibus phialas plenas plagis nouissimis: & locutus est mecum / dicens. Veni & ostendam tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me [e] in spiritu in montem magnum & altũ & ostendit michi ciuitatẽ sanctam Hierusalem descendentẽ de cœlo / a deo habentẽ claritatẽ dei. Et lumen [f] eius simile lapidi precioso / tanq̃ lapidi Apocalyp. 21. caput.

qui ad mortem sunt præsciti. sed tũc erit apertus: quia tunc aperte scient mali se nõ prædestinatos ad vitam / quam in mũdo existentes sibi ꝓmittebant. vide Archi. de hoc libro vitę loquẽtem. in c. Si ex bono. §. finis. de pœni. distin. 4. & in c. In domo. col. 1. eadem. dist. v ¶Et dedit mare mortuos suos &c. Ne aliquis vltimo iudicio defuturus credatur / apte subditur. Et dedit mare mortuos suos &c. q. d. nedum ea corpora q̃ in terra sunt: de quibꝰ nichil est dubij / sed & ea quæ sunt in mari: & nedũ animę quas salutis locus / sed & illæ quas excepit infernus & mors. i. quas certũ est iam dãnatas esse / & sic gehẽnę mortẽ incurrisse / iudicaturæ comparebunt. hoc namq̃ iudicio nõ animę tm̃ sed etiam corpora iudicãda sunt. qd etiã fatebãtur hæretici qdã / Arabici nuncupati eo ꝙ in Arabia exorti sunt. qui tametsi animã simul cũ corpore mori dicerẽt: tamẽ vtrũq̃ resurrecturũ iudicij causa affirmabãt / prout est textꝰ Isidori in allegato ca. Quidã. col. pe. versi. Arabici. 24. quæsti. 3. x ¶Et ifernꝰ & mors missi sunt i stagnum ignis. Hoc loco per ĩfernũ oẽs reprobos: p mortẽ / diabolum intellige. q simul cũ reprobis in cruciatꝰ mittet perpetuos. vt quorũ fuit sociꝰ cõsolationum / sit etiã socius passionũ. iuxta ea q̃ habẽtur in c. 1. de sepul. y ¶Hęc est mors secũda. prima quippe mors / est animarum dãnatio. Secũda vero corporum / quæ hoc cõtinget nouissimo iudicio. d. c. 1. de sum. trini. z ¶Et qui nõ est inuẽtus in libro scriptus / missus est in stagnũ ignis. Hic generalem de oĩbus dãnandis subinferens sententiã / dicit ꝙ omnis qui nõ est ad vitã æternã prędestinatꝰ: missus est in ꝓfunditatẽ infernalis cõflagratiõis. Scribi nãq̃ in libro vitæ / nichil aliud est: q̃ ad vitã æternã p̃destinari. d. c. Si ex bono. in fi. de pœni. dist. 4. a ¶Et vidi cœlũ nouũ & terrã nouã. Hic subinfert Ioannes de innouatione elementorum. neq̃ enim qd hic dicit cœlum se nouum & terram nouam vidisse & mare iam non esse: sic intelligendũ est / vt istorũ elemẽtorũ omnimodã cõsumptionẽ tempore iudicij futurã velit asserere: sed solum ꝙ eorũ prior forma ac species sic cõflagrabit / ꝙ lõge & inæstimabiliter in meliꝰ resurgẽt & renouabũt. neq̃ em̃ dicit scriptura: cœlũ & terra peribũt / sed cœlũ & terra trãsibũt. d. c. 1. 35. q. 10. b ¶Et vidi ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ &c. Pręmissa elemẽtorũ innouatiõe / demõstrat gloriã cõgregatiõis bonorũ in æterna fœlicitate receptorũ. quã ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ / appellat nouã ac descendentẽ de cœlo / & a deo paratã sicut spõsam ornatã viro suo. quia beata iustorũ collectio / p varias virtutũ dotes a deo parata: in perenni charitatis vnitate / dei visiõe: vetustatis depositiõe ac in suis quibuslibet donis: solius dei recognitiõe perseuerat. Quia tametsi in via huiꝰ peregrinatiõis: iustitiã suã possint iusti ad vitam p̃destinati ad tempꝰ deserere. d. c. Firmũ. de pœni. dist. 1. tm̃ in patria perseuerare poterunt / immo nõ perseuerare nõ poterũt. Ita dicit glo. allegans S. Tho. in cle. ad nostram. in verbo / Nec orare. de hæreti. & idem sentit glo. ibidem in verbo Quarto ꝙ homo. c ¶Et audiui vocem magnam &c. Quia dixerat se elementorum innouationem & sanctorũ vidisse glorificationem: ne hoc quibusdam a veritate videat̃ alienũ subiũgit authoritatẽ sanctorũ patrũ & dei. Sanctorũ quidem patrum qui hoc p̃dixerunt ꝓ iustorum glorificatiõe: dei aũt / p innouatione elementorum. & sanctos patres / per vocem magnam: deum autẽ per sedentem in throno designat. Subiũgẽs iterũ p̃mia magna electis deberi / reprobis autem magnos cruciatꝰ. Ex his & alijs iã dictis / q̃ repetere superuacaneum duco: clara est litera vsq̃ ad versi. Et venit ad me &c. Aduertat̃ tñ ad hæc verba. Et ipsi populꝰ eiꝰ erũt / & ipse deꝰ cũ eis: erit eorũ deꝰ. Nã videnẗ aliqd dubietatis habere. cũ electi etiã dũ superstites agerẽt / populus fuerint dei & deꝰ fuerit eorũ deꝰ. sed tũc dei populꝰ erãt cõmutabiliter. nunc autem. i. post beatitudinẽ adeptã / erunt incõmutabiliter: & nũc per speculũ & in ænigmate; tũc aũt facie ad faciẽ. glo. est in d. cle. ad nostrã. §. Quarto ꝙ homo. in glo. 1. de hære. Et eodẽ modo expone verba sequẽtia. Et ero illi deꝰ & ipse erit michi filiꝰ. d ¶Et venit vnus de septem angelis &c. Dixit aliqua se vidisse de iustorũ glorificatiõe; nũc multo plura & ampliora & excellẽtiora se vidisse. i. spirituali reuelatiõe cognouisse / demõstrat. Vocat aũt p̃dicatorum cœtum / vnum de septẽ angelis habẽtibus phialas plenas septem plagis nouissimis. quia sanctorũ p̃dicatorũ incũbit officio: vt bonis iustitię retributionẽ / ita malis p̃nunciare diuinã vltionem. d. c. Exijt qui seminat. col. pe. de ver. sig. li. 6. vnde quia iam plurima dixerat de angelis phialas habẽtibꝰ / circa malorũ fuisse dãnationem p̃dicta: nunc maxima de iustorum glorificatiõe ab eisdem sibi ostensa cõmemorat: dicens. Vnum de septẽ angelis &c. i. p̃dicatorum cœtum dixisse. veni & ostendã tibi &c. q. d. magna quidem sunt q̃ de futuro sanctorum vidisti statu: sed eleua & dilata mentem. quia de eodem ipsorum statu visurus es maiora. Eleua inquã & dilata mentẽ. quia cœlestia arcana non simul sed gradatim &: non nisi cũ eleuatione & dilatatiõe mentis capiunt̃. Vide Archi. in cap. Dum sanctã. paulo ante fi. de pœni. distin. 2. e ¶Et sustulit me in spũ in mõtem magnum altum &c. Multo sublimius q̃ fuerat priꝰ / raptum se dicit in spũ: ad contemplandam ꝓfundiꝰ glorificatam iustorum multitudinem quam appellat ciuitatem sanctam Hierusalem &c. ratione dicta in huius capitis initio. f ¶Et lumen eius simile lapidi precioso &c. Lapidem

precioſum/Chriſtum appellat. Lumen ergo ſanctæ iuſtorum vniuerſitatis/ſimile deſcribitur lapidi præcioſo. quia ſancta iuſtorum vniuerſitas: in futuro ſeculo claritate diuinitatis contemplatæ perluſtrata/ ſimilabitur Chriſto quantum ad claritatẽ impotentię peccandi coniunctam. Nam licet ſecundũ communẽ legẽ nullus poſſit in hoc ſeculo impeccabilis fieri: tamẽ per dei beatificam viſionem/qualis poſt hanc vitam datur beatis: efficitur quis impeccabilis. glo. eſt ita dicẽs in d. cle. ad noſtrã. in verbo Impeccabilis. de hære. non tantã tamen/quãtã Chriſtus claritatem habebit. habet enim claritatem Chriſtus per naturam. Iuſtorũ autem vniuerſitas per gratiam. d. ca. 2. de ſum. trini. vnde & dicitur. Lumẽ ei9 ſimile Chriſto: per quod innuitur non eſſe idem. nullũ enim ſimile eſt idem. vulgata l. Quod nerua. ff. depoſiti.

iaſpidis: ſicut cryſtallum. Et [g] habebat murum magnum & altum: habentem [h] portas duodecim/& in portis angulos duodecim: & [i] nomina inſcripta quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorũ Iſrael. Ab [k] oriẽte portæ tres: ab aquilone portæ tres: ab auſtro portæ tres: & ab occaſu portæ tres. Et [l] murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in [m] ipſis duodecim nomina duodecim apoſtolorum & agni. Et qui [n] loquebatur mecum habebat menſuram arundineam auream: vt metiretur ciuitatẽ & portas eius & murum. Et [o] ciuitas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta eſt quanta & latitudo: & menſus [p] eſt ciuitatem de arundine aurea/per ſtadia duodecim milia: & longitudo & altitudo & latitudo ei9 æqualia ſunt. Et [q] menſus eſt muros eius/centum quadraginta quatuor cubitorum: menſura hominis quæ eſt angeli. Et erat [r] ſtructura muri ei9

g ¶ Et habebat murum magnum & altum &c. Murum magnum & altum Chriſtum appellat: quo beata iuſtorum vniuerſitas/ velut muro circundatur: per ei9 perfectam viſionem dilectionemq́ ac fruitionem: iuxta ea quę poſt theologos notat Io. An. in d. cle. ad noſtram. §. quarto ꝙ homo. de hære.

h ¶ Habentem portas duodecim &c. Per portas duodecim/ſanctos apoſtolos intelligimus: per quorum fidem & doctrinam/ſanctam ciuitatem ſupernam introimus. Ipſi enim numero duodeno contenti: viuẽtes in carne/ eccleſiam ſuo precioſo ſanguine plantauerunt: ipſam erigendo ſublimiter/ & diſciplinis ſanctiſſimis dirigendo: dicit Bonifacius octauus in d. capi. Vnico. paulo poſt princip. de reli. & vene. ſanc. in. 6. vnde & ſubiũgitur in portis eſſe angelos duodecim. quia ex apoſtolorum doctrina ac prædicatione/exurrexerunt alij: qui in angelorum loco ſunt ſubſtituti / in reparationem ſcilicet ruinæ angelorum iuxta ea quæ habentur in alle. capi. Hi duo. de conſe. diſtin. 1. Vel in portis angelos eſſe dicit duodecim. quia electi per miniſterium angelorum deferuntur vel adiuuantur/ vt ad conſortium veniant apoſtolorum: vt per Archidiaconum in d. capi. Fatendum. 13. quæſti. 2.

i ¶ Et nomina inſcripta quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael. Recte in portis filiorum Iſrael nomina eſſe dicuntur. quia de plebe iudaica primum apoſtolos Chriſtus elegit: quos quaſi fundamentum eccleſiæ inſtituit/ quorũq́ prædicatione de eadem plebe multi ad deum conuerſi: in ſe ipſis originem eccleſiæ præſtiterunt/dicit Auguſtinus in libro de ciui. dei. & relatiue habetur in c. Cum igitur. col. 3. 35. quæſti. 1.

k ¶ Ab oriente portæ tres &c. Ab oriente/aquilone/auſtro & occaſu: portæ tres eſſe narrantur. quia quicunq́ ſaluantur: per ſanctę trinitatis fidem/in quatuor mundi partibus apoſtolica prædicationę diuulgatam & confortatam/ iuſtificantur. ſeu quia veritas: quæ antea legis & prophetarum teſtimonio vehebatur/per apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiuit: ſicut ſcriptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum &c. d. c. Fundamenta. in princi. de elec. libro ſexto.

l ¶ Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. Murum duodecim fundamenta habentem / ſacra viſio reuelauit. quia ſaluator: qui ſuam eccleſiam vndiq́ munit ex genere duodecim patrum qui duodecim tribubus Iſraeliticis originẽ præſtiterunt carnem aſſumpſit: prout eſt textus in d. c. Cum igitur. col. 3. verſi. Eſt & alia cauſa. 35. quæſt. 1.

m ¶ Et in ipſis duodecim apoſtolorum nomina & agni. In portis: quæ duodecim deſignant apoſtolos / ſcripta duodecim tribuum nomina vidimus: nunc etiam duodecim apoſtolorum nomina in fundamentis. ſ. in duodecim tribubus ſeu patribus ac patriarchis duodecim tribuum deſcripta dicit. vt miram oſtendat & antiquorum & modernorum in vna fide cõcordiam. Fides enim noſtra/eſt eadem in ſubſtantia cum fide antiquorum. quod etiam probat euangelium/dum dicit. Turbæ quæ pręcedebant & quæ ſequebantur clamabant: dicentes. Oſanna filio Dauid. diſtant tamen in qualitate. quia quod ipſi credebant de futuro: nos credimus de pręterito ſcilicet Chriſtum natum & paſſum. Ita dicit glo. in rubrica de ſum. trini. paulo poſt medium. vnde & in fundamentis nomen agni dicitur ſcriptum: non in portis/ vt ſicut manifeſte creditur apoſtolos verum agnum ſeu meſſiam crediſſe exhibitum. ita etiam credatur antiquos patres ipſum crediſſe exhibendum. Solum enim reſpectu futuri & præteriti fides eorum differt a noſtra: prout notat glo. pręalle. quam communiter ſequuntur doc. in hoc dicto.

n ¶ Et qui loquebatur mecum habebat menſuram. Hoc dicens oſtendit non omnes qui de ſanctorum congregatione ſunt æqualis eſſe meriti: prout etiam dicit textus in d. c. Vnico. de reli. & vene. ſanc. in. 6.

o ¶ Et ciuitas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta eſt quanta & latitudo. Ciuitas ſancta. ſ. iuſtorum congregatio in quadro poſita dicitur: vt quatuor cardinalibus virtutibus/ Prudentia/ Temperantia / Iuſtitia & Fortitudine effulſiſſe demonſtretur. Et longitudo tanta dicitur quanta & latitudo: vt vnam dictarum virtutum aliam non exceſſiſſe oſtendatur. Neq́ enim alia aliam excedere poſſet: quin ea quę exceditur perfecta eſſe deſineret & necdum aſſecuta id complementũ quod ad eius conſummationem requirit. perfectę enim virtutes inter ſe ſunt ęquales ſi non dignitate ſaltẽ intentiõe facit bona glo. d. c. Charitas eſt aqua. in glo. pe. de pœni. diſtinct. 2.

p ¶ Et menſus eſt ciuitatem &c. Menſurata ciuitate. ſ. conſiderata iuſtorum congregatione: per ſtadia duodecim milia. ſ. per omnes ſuas partes / longitudo altitudo & latitudo eius æqualia inuenta ſunt. quia omnes ſancti tam maiores ꝙ minores inuenti ſunt eiuſdem eſſe fruitionis beatificæ participes. vt enim iam ſæpe dictum eſt: tametſi diuerſa ſint ſanctorum merita/tamen idem eſt omnium eſſentiale pręmium: quod in perfecta conſiſtit viſione diuinæ eſſentiæ. notat Ioan. An. iam alle. in d. cle. ad noſtram. §. Quarto ꝙ homo. de hære.

q ¶ Et menſus eſt muros eius &c. Dixerat de muro. ſ. Chriſto: nunc de muris. ſ. prælatis directoribus ſeu doctoribus populi. quos muros appellat. quia vt ciuitatum muri ciues ab hoſtium incurſibus tutantur: ita & ipſi iuxta incumbens eis officium a dæmonum perſecutionibus ſua doctrina populos eripuerunt. & eorum menſuram per cubitos deſignat: quia qđ ipſi docuerunt: doctrinæ/operationem quæ per manus quæ in cubito eſt intelligitur/adiungentes: etiam operari voluerũt. vt quod lingua clamabant/etiam operibus oſtenderent: iuxta ea quæ habentur in alle. ca. ſi. 40. diſti. Eorum etiam menſuram dicit eſſe hominis quæ eſt angeli. quia per eorum doctrinam & operationem / ad conſortium peruenerunt angelorum. ad quod attingendum/ipſi vt cæteri homines ab initio creati fuerunt. d. c. Hi duo. de conſe. diſtin. 1.

r ¶ Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide. Structura muri cõiunctio eſt verbi & hominis aſſumpti: quę recte dicitur eſſe ex lapide iaſpide. quia firmiter & indiſſolubiliter permanet in vnitate perſonę. Licet enim in Chriſto duæ ſint naturæ: eſt tamen vnitas perſonæ. Eſt namq́ hereticum aſſerere in Chriſto aliam eſſe perſonã carnis/ & aliã perſonã deitatis.

alimento pro animæ refectione/pia diſpoſitione prouidit. verbum namq; dei ęternum: quod rationabilis creaturæ cibus eſt & refectio/factum caro ſe rationabili creaturæ/homini videlicet in edulium largitur: dicit tex. in cle. 1. colum. 4. verſi. Homini ergo. de reli. & venera. ſanct. Reficit item eos in cœlo: perpetua diuinitatis & humanitatis contemplatione. Qui enim ad cœleſtia regna perducūtur: qualeſcunq; fuerint: ideſt ſiue in arctiore viuendi ritu/ſiue in laxiore ambulauerint: modo in diuinorum fuerint obſeruatione pręceptorum perſeuerantes/ſic refecti ſatiati ve erunt vt iam minus aliquid: ideſt quippiā inſufficiens non ſint habituri. deus enim erit omnia in omnibus: ideſt ſufficientia omnium. tex eſt Gregorij cum glo. finali. in c. Non reuertebantur. in fi. de pœniten. diſtin. 2.

minis lignū vitæ afferēs fruct⁹ duodecim: per mēſes[e] ſingulos reddēs fructum ſuum: &[f] folia ligni ad ſanitatem gentium. Et[g] omne maledictum non erit amplius: ſed ſedes dei & agni in illa erunt: & ſerui eius ſeruiēt illi. Et videbunt faciem eius & nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltra non erit: & non egebunt lumine lucernæ: neq; lumine ſolis: quoniam dominus deus illuminabit illos: & regnabunt in ſecula ſeculorum. Et[h] dixit michi. Hęc verba fideliſſima ſunt & vera. Et dominus deus ſpirituū prophetarum miſit angelum ſuum/oſtendere ſeruis ſuis quę oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui cuſtodit verba prophetię libri huius. Et ego Ioānes qui audiui & vidi hęc. Et poſtq̄ audiuiſſem & vidiſſem cecidi: vt adorarem ante pedes angeli/qui michi hęc oſtendebat. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conſeruus tuus enim ſum: & fratrum tuorum prophetarum & eorum qui ſeruant verba prophetię libri huius. Deū adora. Et dixit[i] michi. Ne ſignaueris verba prophetię libri huius. Tēpus enim prope eſt. Qui nocet: noceat adhuc: & q in ſordib⁹ eſt: ſordeſcat adhuc. Et q iuſtus eſt/iuſtificetur adhuc: & ſanctus/ſātificetur adhuc. Ecce[k] venio cito: & merces mea mecum eſt: reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua. Ego ſum alpha & ω: primus & nouiſſimus: principiū & finis. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitę: & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes & venefici/& impudici/& homicidę/& idolis ſeruiētes/& omnis qui amat & facit mendacium.

Apocalypſis. 22. c. vſq; ad finem capi.

¶Ego[l] Ieſus miſi angelum meum teſtificari vobis hęc in eccleſijs. Ego ſum genus & radix Dauid: ſtella ſplendida & matutina Et[m] ſponſus &

e ¶Per menſes ſingulos reddēs fructum ſuum. Per menſes ſingulos lignū vitæ fructum reddit. quia cōtinue & ſine intermiſſione ſuos electos/non in cœlo tantum: ſed etiam in mūdo paſcit. licet enim nō omnes electi quotidie Chriſti corpus ſacramētaliter manducent: mādučāt tamen ſpiritualiter. quia credūt in eū & operibus bonis inſiſtūt. cap. Vt quid paras. de cōſe. diſtin. 2. & melior tex. in c. Credere. circa me. eadē diſ. Et licet nonnunq̄ etiam electi inuigilare bonis deſināt operibus: eorum tamen refectio non dicitur deſinere/ſaltem imputabiliter. quia reparantur anteq̄ vita finiatur iſta: & deleta iniquitate quæ intercurrerat vſq; ad finem perſeuerantes dicuntur. d. c. Firmum. in fine. iuncto cap. ſequenti. de pœnitentia diſtinct. 1.

f Et folia ligni ad ſanitatem gentium. Folia ligni/præcepta Chriſti ſunt. protegunt namq; & ornant folia: protegunt & ornant præcepta: quæ bene dicuntur eſſe ad ſanitatem gentium. quia ſi auxiliante gratia impleantur/iuſtificationem operantur animarum. vnde dei præcepta ſunt meditāda/ſcrutanda/cuſtodienda/diligenda/pronuncianda & exercenda: vt pulchre per Archidi. in cap. Quoniam. 18. diſtinc. & dixi in verbo mandatum. in quarta annotatione. Bene autem poſt fructum de foliis addidit. quia nichil prodeſt Chriſti corpus & ſanguinem ſumere: niſi etiam eius præcepta ſtudeas adimplere/immo inficeris potius q̄ munderis: dicente propheta. Quid eſt quod dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferunt a te malicias tuas? Ita tex. in cap. Qui ſcelerate. de conſecra. diſtin. 2.

g ¶Et omē maledictum non erit amplius &c. Nunc iterū oſtendit ciuitatē ſanctam ab omni malo liberam/& omni bono repletam. Clara eſt aūt litera ex iam dictis. vide eam.

h ¶Et dixit michi. Hæc verba fideliſſima ſunt & vera &c. Omib⁹: quæ ad completionē prophetiæ libri hui⁹ ſpectāt conſūmatis: adiungit verbis ſatis claris (circa q̄ ꝑpterea non immoror) libri ipſius cōmendationē: eum roborans & firmās authoritate triplici. authoritate videlicet angeli ſecū loquentis/authoritate ſua & authoritate Chriſti: ita erudiens nos/ne eos a quibus: quę a nobis vel dicuntur vel ſcribūtur/didicimus: contegere ſtudeamus. De quo vide qd ſcripſi in verb. Glīa. ſuper illud. Qui a ſemetipſo loqtur/gloriam propriā quærit: poſt pręceptorem meum d. Iaſonē. in §. fi. inſti. de ac.

i ¶Et dixit michi. Ne ſignaueris verba ꝓphetię libri huius. Aduerſari videtur quod ſupra ad Ioannē dictum eſt. Signa ideſt ſigilla q̄ locuta ſunt ſeptē tonitrua: & noli ea ſcribere/ideſt noli ea abſq; figurarū velaminibus ſcribēdo manifeſtare. per hoc enī verba libri huius ſignare iuſſus eſt: cū tamen iſto loco ſignare ea ꝓhibeatur. Sed ſciendū eſt ſacrę ſcripturæ verba/partim ſignanda eſſe: partim vero nō ſignanda. Sunt quippe ſignanda/quia ſunt inimicis occultanda. & non ſunt ſignanda: quia ſunt amicis reuelanda. vtrunq; aūt (dicit Richardus de ſancto Victore) ſanctus Ioannes/& qd prohibitū & quod præceptū ſibi fuit: cauit & obſeruauit. q & quędā per obſcura figurarū velamina/malis ſtuduit occultare: & quędā vel abſq; figuris ſcribendo/vel per ſemetipſum figuras exponēdo. & ſic ſub alijs velaminib⁹ latentia myſteria eſſe quærenda ſubtiliter inſinuando: bonis curauit reuelare. & ita etiam faciendum eſſe præmonet Origenes in alle. capi. in mandatis. 43. diſtin. & Hieronymus in d. capit. Nolite recedere. in fi. 11. quæſtio. 3. Sed quia etiam malis nonnunq̄ ineſt ſcientia qua latentia intelligant myſteria: his verbis innuit nō propterea hanc prophetiam eſſe penitus occultandam. Licet enim mali (vt ſubiungit in verſicu. qui nocet/noceat adhuc) ſint ex intellectis myſterijs futuri deteriores: tamen boni futuri ſunt meliores/vt in verſicu. Qui iuſtus eſt. Tanto igitur fructu non ſunt boni propter malos priuandi. ar. bo. in capit. Romana. §. fina. de ſentē. excommunica. in. 6.

k ¶Ecce venio cito & merces &c. Vt ad contemplandam huius libri prophetiā omnes reddat ſolicitos: dicit in Chriſti perſona/proximum eſſe aduētum ſuum: quo eſt vnicuiq; iuxta opera ſua diſtributurus: ęterna bonis gaudia/perpetua malis ſupplicia largiēdo: prout iam frequēter ſatis viſum eſt.

l ¶Ego Ieſus miſi angelū &c. Cōmendata hac ꝓphetia: authoritate duplici/angeli ſcilicet & ipſius Ioannis: eam hoc loco a Chriſti commēdat authoritate/ne quippiam in ea nō verū eſſe credatur: cū ab eo prodierit/qui totius fons veritatis immo & ipſa veritas eſt. d. c. Cōſuetudo. 8. diſ. Liquent cętera ex iā dictis.

m ¶Et ſponſus & ſpōſa dicūt veni. Vt ei⁹ (cuius meminit hęc prophetia) beatitudinis efficiamur participes: & a Chriſto qui ſponſus/& ab eccleſia eius ſponſa inuitamur. nō enim vult pius dominus quempiam perire: ſed omnium ſalutem ſitit & amat. c. pe. 26. quæſt. 7.

n ¶ Et qui audit dicat veni. Ille audit qui recte credit/ & quod credit: opere perficit/ alioqui fidem haberet sine operibus mortuam. d. cap. Si enim. de poeni. dist. 2. Iste talis auditor alios vocare praecipitur/ ne lumen boni spiritualis: sub modio taciturnitatis eius abscondatur: & quantum prodest operatione/ tantum noceat taciturnitate. quia vt ait Hieronym9 citatus per textum. 43. dist. in princ. Innocentis absq; sermone conuersatio/ quantũ exemplo prodest: tantũ silentio nocet.

o ¶ Et qui sitit/ veniat &c. Ne is qui inuitatur vel magnitudine peccatorum perterritus: vel aliqua pusillanimitate praepeditus/ ad supni boni plenitudinẽ venire pertimescat: ad ipsum corroborandum/ vt de eodem bono cõsequendo fiduciã sumat: dicit. qui sitit/ veniat. quasi dicat. Si quis cõuersionis habeat voluntatem/ conuertatur: & securus de venia/ accipiat sacramenta: & gratis ei remittẽtur peccata. Vide textum hanc cõmonitionẽ facientem in cap. Panem de altari. de conse. dist. 2. Gratis inquam remittentur ei peccata. quia prima gratia absq; vllis meritis datur. notat Archidiaco. in cap. Nabuchodonosor. in princ. 23. quaesti. 4.

sponsa dicunt: veni. Et [n] qui audit dicat: veni. Et [o] qui sitit veniat: & qui vult/ accipiat aquam vitae gratis. Contestor [q] enim omni audienti verba prophetiae libri huius. Si quis apposuerit ad hęc: apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiae huius: auferet deus partem eius de libro vitę & de ciuitate sancta: & de his quae scripta sunt in libro isto. Dicit [q] qui testimonium perhibet istorum. Etiam [r] venio cito. Amen [s]. Veni domine Iesu. Gratia domini Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Videns. i. Propheta. ¶ Require sententias in verbo Olim. 1. Regum. 9. b.

Vidua. ¶ Viduae & [ss] pupillo non nocebitis. Si lęseritis eos vociferabuntur ad me: & ego audiam clamorem eorum/ & indignabitur furor meus: percutiamq; vos gladio: & erunt vxores vestrę & filij vestri pupilli. Exodi. 22. d.

¶ Si fruges collegeris oliuarum/ quicquid remãserit in arboribus nõ reuerteris vt colligas: sed relinques aduenę/ pupillo ac viduę. Si vindemiaueris vineam tuam non colliges remanẽtes racemos: sed cedent in vsus aduenę/ pupilli ac viduę. Deute. 24. d

¶ Non [t] despiciet dominus preces populi: nec viduã si effundat loque- Eccl. 35. c.

p ¶ Contestor omni audienti &c. Quia Ioãnes aliquos in Asia esse sciebat qui pro suis fouendis erroribus/ huic prophetię aliqd vel adiungerent vel demerent: seueram in eos futuram animaduersionem prędicit. vt quos dei timor a malo non reuocaret: saltem comminatae coherceat seueritas disciplinę: iuxta ea q̃ dicit textus in cap. Cum in cunctis. §. fi. de elect.

q ¶ Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam. Christus est qui descriptorum in hoc libro testimonium perhibet. qui vt magis comminata animaduersio formidetur eam comprobat: & in praefatos fouendorum errorum causa addentes vel detrahentes euenturam declarat. hoc enim aduerbium Etiam/ ẽ affirmatiuum eorum quę dicuntur vt est bona glo. in l. Siquis vina. in princip. ff. de periculo & cõmo. rei ven.

r ¶ Venio cito. In fine libri/ aduentus sui iterat mentionem: vt nullus per aliquam securitatem ex sperata aduentus dilatione conceptam/ inueniatur imparatus: sed ita semper viuat/ ac si semper esset moriturus: considerans q qualem in morte continget eum reperiri/ talem eum a domino debere iudicari. d. cap. Qualis. 25. dist.

s ¶ Amen. veni domine Iesu. Haec verba sunt sancti Ioannis aduentum domini affirmantis & orantis. affirmantis per dictionem Amẽ: iuxta id quod notat gl. in c. Et si Christus. de iureiu. orantis vero/ dũ dicit. Veni dñe Iesu. in quo/ q̃ fuerit in charitate perfectus ostendit. Si enim dominum in aliquo minus diligeret: depressus timore nequaq̃ eum rogaret vt veniret. perfectus ergo in charitate extitit: qui eum vt veniret/ secure rogauit. timor enim non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. c. Quis nos. 23. quaest. 4.

ss ¶ Viduae & pupillo non nocebitis &c. Vidua proprie dicitur cuius maritus mortuus est. ca. Vidua. in princip. 34. distin. Large tamẽ quęlibet mulier vidua dici potest: quae sine viro est: tametsi nullo vnq̃ tempore maritum habuerit. Tex. est in l. Malum. §. viduam. ff. de verb. sig. Sed cõis loquendi modus obtinuit vt eam solam vocemus viduam cuius maritus defunctus est. vnde de ea sola intelligi deberet statutum de vidua loquens. Notat Panor. in ca. Ne pro defectu. in tertio no. de elec. & in cap. Ex tenore. in fi. de fo. compe. Quis aliquando viduam vocamus quae maritum habet/ sed inutilem vt est glo. in l. fi. in verb. Orbitates. C. ad l. fa. de pla. & bo. tex. in capi. 2. de trãsla. praela. Ad quos aũt recurrere possint viduae/ vt eorum qui eis nocere volunt repellatur audacia/ est bo. tex. in. 87. distin. in princip. & in cap. 1. dum ibi dicitur. viduis & orphanis/ ecclesię praesidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias/ protectionis auxilium eis negare non debent. vñ Gelasius papa Geruntio scribens & Petro episcopis: ait. Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus inq̃tum possumus nos denegare: plus tamen viduarum & orphanorum causas/ & impensius ducimus exequendas/ quas tueri a nobis/ vel ab omnibus/ diuina manifestat assertio. Haec ibi. Ex quo videtur q causę viduarum coram ecclesiastico debent iudice ventilari. Et pro hoc est etiam tex. in cap. Super quibusdam. in fi. de verb. signi. Sed in contrarium est. tex. in cap. Regum. in princip. & in cap. Administratores. in princip. 23. quaest. 5. vbi probatur: q immo viduas defendere & eorum causas ac querimonias audire ad reges spectat & iudices seculares. Et idem probatur in l. vnica. C. Quando impe. inter. pupil. & vid. breuiter dici potest. q si viduae conueniantur (cum sint laycę personae) coram iudice conuenientur seculari. & idem si conueniant: sed aliquem/ vel aliquos laycos/ quia etiam iudex secularis erit adeũdus (qui laycorum iudex est). Ita possunt loqui iura scdo loco allegata. secus si conueniant clericũ/ quia clericus etiam sponte coram seculari iudice litigare non potest. ca. Si diligenti de foro compe. Secus etiam si cõuenirent laycum. sed essẽt viduae pauperes/ miserabiles/ oppssae. quia hoc casu iudex ecclesiasticus adiri posset. Tex. est a contrario. & ibi Panor. in cap. Significantibus de offi. dele. aut si in iustitia eis exhibenda essent seculares iudices negligentes. quia in negligentiam secularis iudicis potest vidua conuenire laycum coram iudice ecclesiastico. Tex. est. in c. Ex tenore. de fo. compe. Et in istis casibus possunt intelligi iura primo loco citata. Haec procedunt quando vidua agit iudicio petitorio. si aũt agat possessorio (vt quia spoliata est bonis suis: & interdictum vnde vi qd iudicium possessorium est intentaret vt in pristinam suorum bonorum possessionem restituatur: poterit adiri iudex ecclesiasticus/ etiam si vidua diues sit. Casus est in cap. Ex parte. eo. titu.

t ¶ Non despiciet dominus &c. Require anotationem in verb. Pupillus.

a ¶Viduas honora quæ verę viduæ sunt. Hæc episcopo Thimotheo per Paulũ apostolũ diuinitus emissa præceptio omnes episcopos respicit/ bo. est tex. 87. distin. in princip. iunctis. 1. &. 2. capitibus / iubetur aũt episcopus hac sententia honorare viduas. j. ecclesię opibus sustentare & eis solatio auxilioq; esse. Sed ne omnes viduæ honorandę: id est ecclesiæ opib⁹ sustentandę credantur: subiungit: quæ verę viduæ sunt. j. quæ nec suis/ nec parentum opibus sustentari possunt. alioqui/ non sunt ab ecclesia alimentandæ: vt his possit sufficere q̃ veræ viduę sunt. Hęc declaratio q̃ Hieronymi est: & glo. ordi. habetur in c. Viduas honora. 1. q. 2.

lam gemitus. Nonne lachrymę viduę ad maxillam descendunt: & exclamatio eius super deducentem eas: A maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlum: & dominus exauditor non delectabitur in illis.

1. ad. Timotheum. 5. a. ¶Viduas [v] honora que verę viduę sunt. Si quę autẽ vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suam regere & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptũ est corã deo. Quę autem vera vidua est & desolata: speret in deum/ & instet orationibus & obsecrationibus nocte & die. Nam quę in delicijs est viuens: mortua est. Et hoc pręcipe vt irreprehensibiles sint.

1. ad. Timotheum. 5. c. ¶Adolescentiores [x] viduas deuita. Cum enim luxuriatę fuerit: in Christo nubere volunt/ habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & ociosę discunt circuire domos: non solũ ociosę sed & verbosę & curiosę loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores viduas nubere/ filios procreare/ matresfamilias esse/ nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quędam conuersę sunt retro post Sathanam.

1. ad. Timotheum. 5. c. ¶Si [y] quis fidelis habet viduas/ subministret illis: vt nõ grauetur ecclesia: vt his quæ veræ viduæ sunt: sufficiat.

¶Cętera in verbis. Domus. Prouerb. 15. c. Eligere. 1. ad Timotheũ. 5. b. Helyas. Lucę. 4. d. Nubere. 1. Corinth. 7. b. Pignus. Deuterono. 24. c. Pupillus. Iob. 22. a. & Psalmo. 145. b. & Zacharię. 7. c.

Vigilare et Vigilia.

Psalmo. 62. a ¶Deus deus meus ad te de luce vigilo.

Psal. 76. b. ¶Anticipauerunt [z] vigilias oculi mei: turbatus sum & non sum locutus.

Threno. 2. f. ¶Cõsurge/ lauda in nocte: in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini.

1. Petri. 4. b. ¶Estote prudentes & vigilate [a] in orationibus.

¶Cętera in verbis Caro. Ecclesiastici. 31. a. Custodire. Psalmo. 126. a. Fur. Matthęi. 24. d. Iesus. Matthęi. 26. d. & Lucę. 2. a. Parcus. Ecclesiastici. 31. c. Sapientia. Prouerbiorum. 8. b. Seruus. Lucę. 12. e. Solitarius. Psalmo. 10. b. & Videre: Apocalypsis. 16. c.

Vilis.

Threno. 1. d. ¶Vide [b] domine & considera quoniam facta sum vilis.

¶Aliam sententiam quere in verbo Archa. 2. Regum. 6. d.

x ¶Adolescẽtiores viduas deuita. Prohibet Paulus ne adolescentiores viduæ facile ad votum admittantur castitatis emittẽdum. aut se perpetuo ecclesię seruitio mancipandum. lubrica est enim talium ętas/ & sex⁹ fragilis/ proinde cõtingit sępe: vt no habita sui consideratione voti/ luxurientur/ & nubere velint. Ita eam quam promiserunt irritam fidem facientes. vñ legitur in concilio Aurelianeñ. capi. 3. de quo. in capi. Viduas. 1. 27. quæsti. 1. viduas: quæ spontanea voluntate ab altari conuersionis sacræ velamen susciptunt z. decreuit sancta synodus/ in eodem proposito permanere. Non enim fas esse decernimus: postq̃ se domino semel sub velo consecrauerit iterum eis concedi spũisancto mentiri. Et in concilio Toletano/ de quo in capi. Omnes fœminę eadem causa & quæst. dicitur. Omnes fœminæ venientes ad sacrã religiõem pallio capita sua cõtegant: cõscriptã/ roboratamq; ꝓfessionẽ factãt. postquã scripturã non sinant relabi ad ꝑuaricatiõis audaciã. Quæ vero ex his oĩb⁹ fuerit repertę animũ aut vestem in trãsgressionem dedisse: excõmunicatiõis sententiam ferãt. & rursus mutato habitu in monasterijs: donec diem vltimum claudant: sub erũnis arduę pœnitentiæ permaneãt religatæ. Et ideo etiam dicit tex. in cap. De viduis. 2. eadem causa & quæst. Si viduę ꝓpria volũtate professam castitatem mutabili mẽte calcauerint. periculi eorũ intererit: quali deum debeant satisfactione placare. quia iuxta apostolum. Primam fidem irritam fecerunt. sicut enim (si se forsitan continere non poterant) secundum apostolum nubere nullatenus vetabantur. sic habita secum deliberatione promissam deo pudicitię fidẽ debent custodire. Hęc ibi. Multa alia. vide in verb. Nubere. vbi ãpliori annotata annotata est hęc sentẽtia.

y ¶Si quis fidelis habet viduas &c. Viduæ q̃ fideliũ parentum possunt opibus alimentari/ sunt ab eis alimentandæ: vt ecclesia possit earum alimentationi sufficere quæ verę viduę sunt: id est quibus neq; suis neq; parentum opibus potest succurri. Hæc est mens huius sententiæ quã ita declarandam sentit tex. in alle. cap. Viduas honora. 1. quęst. 2.

z ¶Anticipauerunt vigilias &c. Idest (dicit Iaco. Faber) ante solitum vigilię tempus insomnis sui pro curriculi vitæ meæ recordatione/ pro factis prӕteritę vitæ: tribulatus sum & in lachrymis obmutui. vnde instar prophetę: toto noctis tempore somno indulgendũ non est: sed vigiliæ instandum/ vt anteactę vitæ recogitatio fiat. Non sic tamen vigilandum/ vt sensus integritati detrahatur. Non enim mediocriter errat/ qui vigilias sui sensus integritati pręfert. capi. Non mediocriter. in princip. de consecra. dist. 5.

a ¶Et vigilate in orationibus. Hic nota: ꝙ vespera sanctorum vigilia dicitur: quia olim pro solennitatis reuerentia/ homines in orationibus pernoctabant. bo. est tex. in cap. Nosse. 76. distin.

b ¶Vide dñe & cõsidera: qm̃ facta sum vilis. Aia/ q̃ vicijs oblectata gloriabatur: manu dei tacta/ vilẽ se agnoscit/ orãs vt facturã suam agnoscat deus: non aũt iniquitatẽ consideret. Quod a quouis peccatore rogandũ est: etiã si in vno tñ peccato perseuerãs/ virtutib⁹ congrendis semper inuigilauerit. Timendũ eñ est ne oĩa bona q̃ fecit: dũ in vno pc̃tõ perseuerauerit/ excõicatione mala perdiderit. vt q seruiuit diabolo per crimen: deo/ quas obtulerit amiserit virtutes. q̃uis piũ sit credere vt recepta dei gratia/ q̃ in eo destruit oĩa pc̃tã/ priora remuneret bona. vt cũ destruxerit qd suũ non inuenerit: amet & diligat bonũ qd etiã in peccãte plãtauit. ꝓut hęc per Augu. dicuntur in c. 1 §. aniaduertere etiã optꝫ. versũ. Timeat ergo. de pœ. dist. 5.

c ¶Dominus non secundum armorum potentiam &c. Idem probat textus in superioribus transcriptus in l. 1. in princip. C. de vete. iu. enucle. d ¶ Quando diuidunt spolia. Recurre ad scripta in verbo Bellum. 1. Macha. 4.

e ¶ Vincenti dabo edere de ligno vitæ &c. Lignum vitæ (dicit Richar. de sancto Victore) Christus est qui suis electis vitam æternam præbet. Paradisus dei dicitur sancta ecclesia: propter securitatem & iocunditatem quam a deo & in deo habet. Qui ergo vicerit videlicet malignũ: de ligno qd est in paradiso edet: quia multitudine dulcedinis Christi q̃ est in sancta ecclesia/ cibabitur & satiabitur ipsum participando/ modo in gratia & in futuro illum contemplãdo in gloria. prout hæc bene probãtur in c. fi. §. fi. dum ibi allegat illud Psal. Animalia tua habitabunt in ea / scilicet hęreditate tua quam parasti in dulcedine tua pauperi deus. 23. q̃st. 6. Iuncto textu cũ gl. in cle. ad nostrã .§. Quarto q̃ hõ. de hęre.

f ¶ Qui vicerit/ nõ lędetur a morte secũda. Quid sit mors secũda dixi in verbo Videre.

g ¶ Vincẽti dabo mãna absconditum &c. Mãna absconditum diuinitas est. Calculum candidum cœleste præmiũ. Nomẽ aũt nouum scriptum in calculo/ diuina notitia modo mentibus hũanis obscura/ in ęterno præmio manifesta. Vincẽti ergo malignum / dabit manna absconditum. i. diuinę essentiæ fruitionem: & calculum candidum. i. pręmium ęternum. & in calculo nomen nouum scriptum idest in ęterno & immortali p̃mio diuinitatis suę notitiam nũc a nobis valde remotam / nobis manifestabit. Hęc declaratiua sententia quæ est de mẽte Richar. de sancto Victore clarissime probatur per textum cũ glo. in loco proxima ãnotatione citato. s. in d. cle. Ad nostrã. §. Quarto q̃ homo. de hæreti.

Vincere Vincens Victor et Victoria.

¶Nõ in multitudine exercitus victoria belli sed de cœlo fortitudo est. 1. Maca. 3. b.

¶Dominus [c] non secundum armorum potentiam/ sed prout ipsi placet dat dignis victoriam. 2. Maca. 15. e

¶Exultant victores capta preda/ quando diuidunt [d] spolia. Esaię. 9. a.

¶Noli vinci a malo/ sed vince in bono malum. Ad Ro. 12. d.

¶Vincenti [e] dabo edere de ligno vitę quod est in paradiso dei mei. Apocal. 2. b.

¶Qui [f] vicerit non lędetur a morte secunda. Apolyp. 2. c.

¶Vincenti [g] dabo mãna absconditum & dabo illi calculum candidum & in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Apoca. 2. e.

Vinctus.

¶Exaudiuit pauperes dñs & vinctos suos non despexit. Psal. 68. g.

¶Memẽtote [h] vinctorum tanq̃ simul vincti: & laborãtium tanq̃ & ipsi in corpore morientes. ab Heb. 13. a.

¶Cętera in verbis Iesus. Matthęi. 27. & Vocatio. Ad Ephe. 4. a.

Vinculum.

¶Habete charitatem quod [i] est vinculũ perfectionis. Ad Collo. 3. c

¶Require aliam sententiam in verbo. Hostia, Psalmo. 115. a.

Vindicare et Vindicta.

¶Deus qui das vindictas michi: & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis. Psalmo. 17. g

¶Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis / & vindictã pauperũ. Psalm. 139. d

¶Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tuis: & ne dixeris. Quomodo potui: aut quis me subijciet propter facta mea? Eccl. 5. a.

¶Da [k] misericordi/ & ne suscipias peccatorẽ: & impijs [l] & peccatoribus redde vindictam: custodiens eos in die vindictę. Eccl. 12. a.

¶Qui [m] vindicari vult/ a domino inueniet vindictam: & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocẽti te: & tunc deprecãti tibi peccata soluentur. Eccl. 28. d.

h ¶Mementote vinctorum tanq̃ simul vincti. Vincti proprie dicuntur qui etiam in priuatis: In vinculis asit esse qui in publicis locis ligati tenẽtur. vide bo. tex. qui hanc inter vinctos & in vinculis existentes differentiam probat in l. si tamẽ .§. Et qui seruum. ff. de edi. ędic.

i ¶ Quod est vinculum perfectionis. Hic aduerte q̃ multiplicia reperiuntur vincula/ & multiplices ipsorum dissolutiones. Quoddam enim est vinculũ charitatis: quod per superuenientem soluitur discordiam. c. Nouit. paulo ante. fi de iudicijs. Secundum est vinculum curę pastoralis: quod non nisi per superiorem tollitur. c. Sicut alterius. 7. quæst. 1. Tertiũ est vinculum status matrimonialis: quod non nisi per alterius mortem tollitur: quia licet ex causa fornicatiõis separari possint coniuges: non tamen vinculum matrimoniale dissolui. c. 1. &. 2 cum octo sequentibus. 32. quęst. 7. Quartum est vinculũ sententiæ excommunicationis: quod non nisi a ligante tolli potest iuxta tamen ea quæ habentur in c. Nuper. de senten. excom. Quintum est vinculum prauæ societatis: quod dissoluitur separatione vel corporis vel animi. c. A malis. 23. quæst. 4. Sextũ est vinculum culpæ: quod soluitur in culpæ remissione. c. A nobis. de sen. excõ. Septimum est materiale vinculum: quo etiã sacerdos in peccato deprehensus ligari potest. ca. Grauis. de depo. & de hoc vinculo vide apud legistas in l. succurritur. ff. ex qui. cau. ma. & in l. vinculorum. ff. de verb. signifi.

k ¶ Da misericordi & ne suscipias peccatorem &c. Declara: vt in verb. Peccator.

l ¶ Impijs & peccatoribus redde vindictam. Istud indubie procedit in iudicibus. vnde & legitur q̃ iudex portat gladium ad vindictam malefactorum. c. Nos si incompetenter. §. sed notãdum. 2. quæst. 7. Non oẽnia tamen per impios & peccatores commissa vindicare possunt. quia si omnia in hoc seculo vindicarentur: diuina locum iudicia non haberent. cap. Si omnia. 6. quæst. 1. Neq; etiam ad vindicanda delicta vlciscendi debent animo procedere: sed corrigendi: dicente Augustino in cap. 1. circa me. 23. quæst. 5. Imple Christiane iudex pij patris officium sic succensere iniquitati memineris: vt non in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinem: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatẽ. Nõ debent pariter iudices ad vindicanda delicta etiam corrigendi animo (nisi prius de eis claruerit) procedere. c. Si quid. 86. dist. l. fi. C. de proba. idem si nimia sit peccancium multitudo: quia tunc etiam a iudicibus/ vindicta delictorum dissimulanda est. c. Non potest. 25. quæst. 5. & idẽ si delicta soli iudici sint nota. quia tunc ex vindicta redderetur proditor. c. Si peccauerit. 2. q. 1. an autem procedat hæc sententia in priuatis dicetur annota. sequẽn.

m ¶Qui vindicari vult/ a dño inueniet vindictam. De iniurijs nobis illatis vindictam nõ debemus accipere auctoritate propria: sed iudicis auctoritate possumus. l. Nullus. C. de Iudęis. adsit tamen zelus iustitiæ / & propellatur animus vindictæ. cap. Quod Christus. 23. quæst. 4. Immo aliquando nedũ vindicare possumus/ sed etiã debemus. hęredes eñi eius

qui interfectus est/eius mortē iudicis auctoritate vindicare debent. alioqui aufertur eis hęreditas & ad fructuū perceptorū restitutionem instar male fidei possessorū necnon ad vsuras semisses tenentur. Tex. est in l. 1. C. de his qui vt indi. quod verum est nisi filius occisoris fuisset hæres institutus: quia tunc patrem suum occisorem non teneretur accusare: & sic nec eius cuius est hæres mortem vidicare. Ita singulariter dicit Albe. de Ro. in ru. C. de his. qui vt indi. quem refert & sequitur præceptor meus do. Iason. in l. 1. colum. 2. C. eodem. ti. subiungens idem esse in casu contrario quando pater esset hæres / & filius occisor: quia pater: idest hęres filium occisorem nō teneretur accusare. Facit bo. tex. in l. Miles. §. desertorē. ff. de re mili. Scdo intellige nisi is cuius aliquis esset hęres in articulo mortis pacē cū occisore suo fecisset: qa illam pacē teneretur hæres suꝰ obseruare. Facit tex. i l. si ego. §. 1. ff. de iu. do. p quē ita Bal. in l. 1. in vl. colum. C. Cōmunia. de lega. Tertio intellige non procedere in filia patri occiso succedēte: quia vindicta mortis patris occisi non spectat ad filiam / saltē de iure Lōbardoꝝ. Ita ꝙ ei nō imputat si nō vidicauerit. Ita dicit gl. in cap. 1. §. notandum. Qui feu. da. pos. l vsi. feu. Quod an procedat de iure cōmuni vide Iasonē in l. cum filio. col. 19. ff. de lega. 1. vbi cōcludit ꝙ nō per l. 1. §. potuisse. ff. ad sena. sylleia.

Eccl. 39. d. ¶Sunt [n] spiritus qui ad vindictam creati sunt: & in [o] furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in [p] tempore cōsummationis effundent virtutem: & furorem eius qui fecit illos/confundent. Ignis/ grando/ fames/ & mors: omnia hęc ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes & scorpij & serpentes/romphea vindicans in exterminium impios.

ad Rom. 12. d ¶Scriptum est. Michi [q] vindictam & ego retribuam (dicit dominus).

¶Cętera in verbis. Lauare. Psalmo. 57. d. Mulier. Ecclesiastici. 25. c. & Peccator. Ecclesiastici. 12. a.

Vindemia. ¶Recurre ad verbum proximum.

Vinea.

Exodi. 22. a. ¶Si [r] lęserit quispiam agrum vel vineā/& dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro suo vel in vinea pro damni ęstimatione restituet.

Leuiti. 19. b. ¶Cum messueris segetes terrę tuę non tondebis vsqꝫ ad solū superficiem terrę: nec remanentes spicas colliges: neqꝫ in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis: sed pauperibus/& peregrinis carpenda dimittes.

Deutero. 2. d. ¶Ingressus vineā proximi tui / comede vuas [s] q̄tum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.

Deute. 24. d ¶Si vindemiaueris vineam tuā/non colliges remanētes racemos: sed ce=

n ¶Sunt spiritus qui ad vindictam creati sūt &c. Spiritus maligni. s. dæmones creati sunt ad vindictam malorum: non tamen a se sed a deo. Diabolus enim & alij dæmones a deo quidem natura creati sunt boni: sed ipsi per se facti sunt mali. Dicit Inno. tertius in alle. cap. 1. colum. 1. de sum. tri.

o ¶Et in furore suo confirmauerunt tormenta sua. quia dicit glo. interli. pro nequitia sua & humani generis seductione ęternā supplicia sustinebunt. d. c. 1. colum. 3. de sum. trini. & dixi in verb. Videre.

p ¶Et in tempore consummationis effundent virtutem &c. Quia antichristi tempore soluetur Sathanas/ & pristinā in homines seuiendi recuperabit virtutem. glo. est in d. cap. Si enim. colum. pe. in verb. Ad inferna. de pœniten. distin. 2. & sæpe dictum est in d. verb. Videre.

q ¶Michi vindictam & ego retribuam. Non ergo nostras vindicare debemus iniurias: sed deo vindicandas committere. Ita per hanc sententiam sentit Archid. in ca. Qui diuini. de pœni. distin. 4. vbi est tex. idem sentiēs. dicit enim. Qui diuini officij oblitus suas vult vindicare iniurias/non solum de futuris peccatis veniam non merebitur: sed etiam pręterita quæ iam sibi dimissa credebat ad vindictam replicabuntur. Hæc ibi. de hac materia vide quæ scripta sunt quarta superiore annotatione.

r ¶Si læserit quispiam agrum vel vineam &c. Iure etiam humano si quis alterius agrum vel vineam læserit: ex ibidem facto suorum animalium pastu/ad damni æstimationem tenetur. Tex. est ab hac sententia sumptus in cap. Si læserit de iniu. & idem probatur in l. Qui seruandarum. §. fi. ff. de præscrip. ver. vbi singulariter probatur ꝙ pro hoc damno recuperando datur actio vocata de pastu pecoris. & ita etiam per dicta in l. Qui seruandarū. dicit glo. in l. quis. alias est in l. Quintus. §. Pomponius. in verb. Actiones. ff. ad l. Aquil. Animalia tamen inuenta in agro alieno vel vinea non debent occidi vel celari per dominum agri vel vineæ: immo nec recludi seu retineri/donec illatum suo agro vel vineæ per animalia damnum sibi ab animalium domino fuerit resarcitum. Tex. est in d. l. Quintus. §. Pomponius alias est. l. q̄uis. ff. ad l. Aqui. per quē tex. Ita Bar. in l. amplius. §. de his. in fi. ff. de dam. infer. & in l. ratis. ff. de incen. ru. naufra. Et glo. & Panor. in d. cap. Si læserit. de iniu. hoc verū si animalia capiens sciebat cuius erant. Si vero ignorabat: poterit retinere donec sciat cuius sint/ & contra quem sibi cōpetat actio. secundum Bal. in d. l. Quintus. & in consi. 35. in. 4. vo. & Ioā. fa. Si. insti. qua pau. fe. dica. in pri. de iure tamen consuetudinario etiam si ignoret cuius sint animalia retinere quis non potest nisi per horas circiter quatuor & viginti. Circiter dixi quia infra lapsum dictarū quatuor & viginti horarū debet animalia inuenta iustitię reddere. vide do. Boheriū in cōmento consuetudinum Bituricē. in ti. de consue. prędi. §. 1. colum. 2. in æstimatione aūt dāni dāti/cuius temporis habenda sit ratio/an scilicet eius quo dānum datum est: an vero eius quo agri frumenta vel vineæ/racemi fuissent maturi. in hac difficultate sunt opiniones. placet tamen opi. Iaco. de Rauen. Cy. & Pau. de cas. in l. fi. C. ad l. falci. ꝙ scilicet considerari debeat q̄tum vendi poterat dubius euentus frumentorum vel racemorum tempore dāni dati. Cum enim incertū sit quidnam de frumentis aut racemis sit futurum: non est futuri temporis habenda consideratio: sed tantum præsentis vt consideretur q̄tum hoc tempore dubius frumentorum aut racemorum euentus vendi potuisset. ar. bo. in l. propter spem. in fine. ff. fa. her. & ita etiam tenet Flo. in l. ex hac. ff. Si qua paupe. fecis. di. & angelus. are. insti. eodem titu. in. 2. colum. cum similibus allegatis per Boherium. idem etiam tenentem in d. tit. de consue. pręd. §. 1. colum. 3. Aduerte tamen ꝙ prędictis nō obstantibus potest itinerans alienum agrum intrare/ & pro subleuanda defessi sui equi necessitate herbam ibi capere/ & equo dare. vt est tex. & ibi tenent glo. Bar. & Car. ale. in cap. 1. §. fi. de pace tenen. in vsi. feudo. & ita etiam tenet Panor. in d. capi. Si lęserit. in princip. & Bohe. in d. titu. de consue. prædi. §. 4.

s ¶Comede vuas q̄tum tibi placuerit. Istud non videtur licitum iure humano nisi saltem causa subleuandæ necessitatis. vt bene probatur in l. Per fundum. C. de ser. & aqua. iuncto capite Si propter necessitatem: de fur. &

dent in vſus aduenę/pupili/ac viduę.

℄Cantabo [t] dilecto meo canticum patruelis mei vineę ſuæ. Vinea facta eſt dilecto meo: in cornu filio olei. Et ſepiunt eam: & lapides elegit ex ea & plantauit vineam electam. Et ędificauit turrim in medio eius/ et torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas/ & fecit labruſcas. Nūc ergo habitatores Hieruſalem et viri Iuda iudicate inter me & vineam meam. Quid eſt quod vltra debui facere vineæ meæ et non feci ei? An quod expectaui: vt faceret vuas et fecit labruſcas? Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem eius/ & erit in direptionem. Diruam maceriam eius/ & erit in conculcationem: & ponam eam deſertam. Non putabitur & nō fodietur: & aſcēdent ſuper eam vepres & ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluāt ſuper eam imbrē. Vinea enim domini exercituum domus Iſrael eſt: & viri Iuda germen eius delectabile. Expectaui vt faceret iudicium/ & ecce iniquitas: & iuſticiam/ & ecce clamor. Eſaię.5.a.b.

℄Ego plantaui vineam electam omne ſemen verum. Quomodo ergo conuerſa es michi in prauum vinea aliena? Hiere.2.d.

℄Aliam parabolam audite (dixit Chriſtus ad Iudęos) homo [v] erat pater familias/ qui plantauit vineam & ſepem circundedit ei: & fodit in ea torcular/ & ędificauit turrim & locauit eam agricolis: & peregre profectus eſt. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet/ miſit ſeruos ſuos ad agricolas/ vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius alium cęciderunt/ alium occiderunt/ alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum dicens. Verebuntur forte filium meum. Agricolæ autem videntes filium: dixerunt intra ſe. Hic eſt hęres. venite occidamus eum/ & habebimus hęreditatem eius. Et apprehenſum eum/eiecerunt extra vineam & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ/ quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: & vineam ſuam locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus. Nunq̄ legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobauerunt ędificantes: hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in occulis noſtris. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur: ſuper quem vero ceciderit conteret eum. Matth.21.d.&.e.

℄Cętera in verbis Achab.2.Regum.21. Cōuenire. Matthęi.20.a. Mādatum. Deuterono.28.d. & Noe. Geneſis.9.c.

Vinum. ℄Dixit dominus ad Aaron. Vinum [x] & omne quod inebriare poteſt non bibetis tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculū teſtimonij: ne moriamini: quia pręceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras: & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum et prophanum/ inter pollutum & mundum: doceatiſq; filios Iſrael omnia legitima mea: quę locutus eſt dominus ad eos per manum Moyſi. Leuiti.10.b.

℄Qui dixerat de fortitudine vini: dixit. Viri [y] q̄ pręualet vinum omnibus hominibus/ qui bibunt illud. Seducit mentem/ itemq; regis & orphani facit mentem vanam: item ſerui ac liberi/ pauperis ac diuitis: & omnem mentem conuertit in ſecuritatem et iocunditatem: & non meminit omnem triſtitiam & debitum: & omnia pręcordia facit honeſta: & non meminit regem neq; magiſtratum: & omnia 3.Eſdrę.3.d.

cap. Diſcipulos de conſecr. diſtinct.5.

t ℄Cantabo dilecto meo &c. Eccleſia in Chriſti perſona de q̄plurimorū deprauatione cōqueritur ſub vineæ parabola. vineā em̄ ideſt eccleſiā acquiſiuit ſanguine ſuo/ p oīm operāda ſalute morte ſubiens.d.cle.1. de ſum. trini. ſed vinea hęc vuarum loco/ quas afferre debuit.ſ. bonorum operū quibus debuit inuigilare/ fecit labruſcas.ſ. reſpectu plurimorum in ea numero tametſi non merito exiſtentium peccatis ſe multiplicibus inuoluit. vnde cōminatur dn̄s futura vineę ſuę mala q̄plurima: & ſe nubibus ideſt pręedicatoribus mandaturum: ne pluāt imbrem doctrinę/ ſed in fame & ſiti verbi dei populū dimittāt: prout ſuis exigentib9 demeritis dimitti perſæpe ſolet: iuxta ea quæ dicit Hiero. in alle. capi. Audacter. in fine. 8. quæſti.1.

v ℄Homo erat pater fa. Totius huius parabolæ in hoc verſatˢ intentio vt iudæorum ingratitudinē demonſtret. Cum enim pius dominus in eos permulta contulerit beneficia: aperta ſemper in eū impietatis argumenta monſtrarunt: vtpote qui & prophetas & alios pleroſq; dei cultores/ p eorū eruditione ad eos miſſos/ immo & ipſum dei filium/ Ieſum Chriſtum: cuius a ſummo cœlo (vt eorū & noſtram operaretur ſalutem) fuit egreſſio: & cruciatibus varijs affecerunt & occiderunt. vnde & altero eos ſeculo perēniter puniet & hoc ſeculo vineam ſuam ideſt eccleſiā alijs dabit agricolis/ ſcilicet gentibus. vinea enim: ideſt eccleſia in Iudæorum populo fuit primitus plantata: ſed poſtea ad gētes tranſlata. prout eſt textus apertus in allega. capi. Cum igitur. colū. 3.35. quæſt.1.

x ℄Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibetis. Miniſtri templi p hibentur vinum bibere ex auctoritate veteris teſtamēti/ ne ebrietate grauentur corda eorum: vt ſenſus eorum vigeat ſemp & tenuis ſit: vel quia venter mero æſtuans facile deſpumat in libidines. Ita tex.35. diſtin. in princip. vide diffuſius de hac materia in verb. Ebrietas. Eſaię.28.

y ℄Pręualet vinum

omnibus hominibus &c. Pro his quæ in huius sententiæ & multarum sequentium annotationibus dici possent; recurre ad scripta satis diffuse in verb. Ebrietas.

z ℭ Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Declara per ea quæ dicta sunt in verb. Videre.

a ℭ Cum splēduerit in vitro color eius. Color ergo ꝑ exploranda potione quæ offertur/an scilicet vinatica sit vel alia videtur considerandus. Sunt tamen & alia animaduertenda/quæ complectitur prouerbiale illud prouulgatum. Vina probātur odore/sapore/colore. ꝑ quo videtur bonus tex. in l. Si quis vinum. in princip. ff. de vi. triti. & ole. le. dum ibi dicitur. Si quis vinum legauerit: omne continetur quod ex vinea natum/vinū permāsit. Sed si mulsum sit factum: vini appellatione non continebitur proprie. Certe & artezithū quod in quibusdā prouincijs ex tritico/vel ex ordeo/vel ex pane conficitur/non continebitur. Simili modo nec camum nec ceruisia continebitur; nec hydromelli quid cōditū nec hoc puto nisi alia mens testātis fuit Cenomelli plane. s. dulcissimū vinū continebitur. Defrutum nō continebitur: quod potius conditurę loco fuit. Arimalicum plane vino continebitur. Cidroneum & si qua alia sunt quæ non ex vinea fiunt/vini appellatione nō continebuntur. Item acetū vini appellatione non continebitur. Hæc ibi. Ex quo tex. si recte ponderetur/clare liquet tria (quorum pręfatum meminit adagium) eē in vino dinoscēdo animaduertenda.

b ℭ Sed ī nouissimo mordebit vt coluber. Idem probatur in cap. penul. versi. in princip. 35. dist.

c ℭ Oculi tui videbūt extranea. Qui nimiæ assuescit vini potationi pcliuior redditur ad videndas: idest concupiscendas mulieres. vnde & dicebat apostolus. Nolite inebriari vino ī quo est luxuria. c. Vinolentum. 35. distinct.

d ℭ Et cor tuum loquetur peruersa. Quia vbi ebrietas/ibi & furor. capi. Venter. eadem distin.

e ℭ Et eris sicut dormiens in medio mari. Aufert em̄ sensum vinolentia. cap. Sane. 15. q. 1. de quo vide plene in verb. Ebrietas. in. 1. anno.

per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt/ amicitiam nec fraternitatem: sed non multū post sumunt gladios: et cum vino merserunt & surrexerunt/non meminerunt quę gesserunt. O viri: num pręcellit vinum? Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

Psalmo. 59. a ℭ Ostendisti domine populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Psal. 74. ca. c ℭ Deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat: quia calix [z] in manu domini vini meri plenus mixto.

Prouer. 23. d. ℭ Ne intuearis vinum quando flauescit cum [a] splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blādē/sed in [b] nouissimo mordebit vt coluber: & sicut regulus venena diffundet. Oculi [c] tui videbunt extranea: et [d] cor tuum loquetur peruersa. Et eris [e] sicut dormiens in medio mari: et quasi sopitus gubernator amisso clauo: et dices. Verberauerunt me et non dolui: traxerunt me & ego non sensi. Quando euigilabo/& rursus vina reperiam?

Prouer. 31. a. ℭ Noli regibus noli regibus dare vinum: quia [f] nullū secretum est vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant & obliuiscantur iudiciorum: & mutent causā filiorū pauperis. Date sicerā merentibus & vinum his qui amaro sunt animo. Bibāt & obliuiscantur egestatis suę: & doloris sui non recordentur amplius.

Eccłs. 2. a. ℭ Cogitaui [g] in corde meo abstrahere a vino carnē meam: vt animum meum transferrem ad sapientiam: deuitaremq; stulticiam. &c.

Eccl. 9. c. ℭ Vinum [h] nouū amicus nouus. Veterascet & cū suauitate bibes illud.

Eccl. 31. c. ℭ Q; sufficiens est homini erudito vinum exiguū: & in dormiendo non laborabis ab illo/& non senties dolorem.

Eccl. 31. d. ℭ Diligētes in vino noli prouocare: multos [i] enim exterminauit vinum.

Eccl. 31. d. ℭ Aequa vita hominibus: vinū in sobrietate/si bibas illud moderate: eris sobrius. Quę [k] est vita quę minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.

Eccl. 31. d. ℭ Sanitas est animę & corporis sobrius potus. Vinum [l] multum potatum irritationem/& iram/& ruinas multas facit. Amaritudo animę vinum multum potatum.

Eccl. 31. in fi. ℭ In conuiuio vini non arguas proximum: & non despicias eum in iocunditate illius. Verba improperij non dicas illi: & non premas illum in repetendo.

Matth. 9. c. ℭ Nemo immittit commissionem panni rudis in vestimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius a vestimento et peior scissura fit. Neq; [m] mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rūpuntur vtres

f ℭ Nullum secretum est vbi regnat ebrietas. Annota vt in verb. Ebrietas.

g ℭ Cogitaui in corde meo &c. Prudentiæ plena fuit hæc cogitatio: prout ex his liquet quæ notat Archid. in ca. Luxuriosa. 35. distin. de quibus dixi in verb. Ebrietas. hh. in princi.

h ℭ Vinum nouum. Quod vinum dicatur nouum/& quod vetus/declarant Vlpianus & Paulus iurecōsulti in l. vet9. cum l. sequen. ff. de vino. tri. & ole. le. dicentes. Vetus accipitur vinum/quod non est nouum. j. anni prioris vinum appellatione veteris continebitur. Nam aliter obseruantibus quis finis aut quod initium veteris vini sumeretur? Hæc ibi. Q; autē nouum cedat veteri est tex. vulgatus. in l. Cum quid si est pe. & notat Hostien. in capi. Quanto. de transla. præla. vnde & dicit tex. in l. Iubemus. C. de eroga. mili. āno. li. 12. vini veteris dispendiosa erogatio est. vbi singulariter dicit Bar. ꝙ tutor ꝗ post kalendas Nouembris familiam epotas vino veteri tenetur de suo resarcire: quia vinum nouum dare debuit/non vetustius est erogatio dispensatio.

i ℭ Multos enim exterminauit vinum. Facit quod post Boetium dicit Archi. in c. Venter. 35. disti. Quid dicam de cōsorte vinoso ī bestia est deterior.

k ℭ Quæ est vita quę minuitur vino? Q. d. vita hominis/imminutionem ex nimia vini potatione suscipiet. Ita sentit Archid. his verbis Salomonem velle in d. c. Venter.

l ℭ Vinum multum potatum &c. De vino immoderate sumpto/vide pulchra quæ scripsi. in verb. Ebrietas. hh. post Archid. in cap. Luxuriosa. 35. distin.

m ℭ Neq; mittūt vinū nouū &c. Vita noua aliter indui pōt/nisi pri9 exuta veteri. j. mēte ab oīb9 vitijs & cōcupiscētijs

illicitis reuocata. Alioqui & ipsa vetus vita it in perditionē & noua non prodest: quia omēs virtutes ab vno vicio vilescūt seu detrimentum patiuntur. d. c. 1. de pœni. dist. 5. vnde etiam dicebat Paulus. Expoliantes veterem hominē induite nouū. Nota/ quia non dicit simpliciter/ induite nouum: sed pręmittit expoliantes veterem hominē/ vt sic vitam nouam sine exclusione veteris ostendat non prodesse. c. Quomodo. de pœni. dist. 3. sed vita noua menti pœnitus expurgatę iungenda est: & sic ambo conseruabuntur. i. actus interiores meritorij erunt & exteriores. Exteriores namq; ab interioribus regulantur. capi. De pudicitia. in fine. 32. quæstio. 5.

et effunditur vinum / et vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt/ et ambo conseruantur.

¶Cętera in verbis Argētum. Esaię. 1. f. Ditare. Prouerbiorū. 21. c. Ebrietas. Prouerbiorū. 20. a. Ecclesiastici. 31. d. & Esaię. 5. et Oseę. 4. c. & Iohelis. 1. b. Iesus. Lucę. 10. f. & Ioannis. 2. a. b. Lętificare. Iudicū. 9. d. Loth. Genesis. 19. g. Luxuria ad Ephe. 5. d. Mulier. Ecclesiastici. 19. a. Musica. Ecclesiastici. 40. c. Nazareus. Numeri. 6. a. Noe. Genesis. 9. c. Sacerdos. Ezechie. 44. f. Sāson. Iudicum. 13. a. Stomachus. 1. ad Timo. 5. d. Superbus. Abacuch. 2. b. Væ. Prouerbiorum. 23. d. & Videre. Apocalypsis. 6. b 14. b. 17. a. 18. a. & d. & 19. c.

Vinolentus Oportet episcopum non esse vinolentum. Supra in verbo Episcopus.

Violare: violentus Et violentia Omnis [n] violēta prędatio cum tumultu/ & vestimentum mixtum sanguine erit in cōbustionem & cibus ignis. Esaię. 9. a.

¶Sāctum [o] meum violasti in omnibus offensionibus tuis / & in cunctis abominationibus tuis. Ezechie. 5. c.

¶Non facias violētiam pauperi/ quia [p] pauper est: neq; cōteras egenum in porta/ quia iudicabit dominus causam eius/ & configet eos qui afflixerunt animam eius. Prouer. 22. d.

¶Cętera in verbis Absalon. 2. Regum. 13. d. & Regnum. Matthæi. 11. b.

Vir Apprehendent [q] septē mulieres virum vnum in die illa: dicentes. Panem nostrum comedemus/ & vestimentis nostris operiemur: tantum modo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum. Esaię. 4. a.

¶Cętera in verbis Caput. 1. Corinthiorum. 11. a. Diligere. ad Ephe. 5. c.

n ¶Violenta prædatio. Iura etiam humana violentas prędationes insectātur & puniunt. prout patet ex his quæ habentur. ff. &. C. de his quæ vi metusve cau. fiunt. & extra eo. ti. &. ff. &. C. ad l. Iuliā. de vi. publi. & priua. & in. §. Itē lex Iulia. de vi. insti. de publi. iudi. de q̄ materia vide p decí. Delphi. deci. 422. & p Pe. Iaco. I ti. de acti. legis Aquliæ. Non omitto tamē (neq; enim omittēdus est vtpote cum casum decidat frequenter contingentem) textum in c. Eum qui. §. fi. de p̄ben. in vi. vbi dicitur. Vt violenti qui auctoritate vel verius temeritate propria occupare dignitates/ personatus/ aut alia quæcunq; ecclesiastica beneficia non verentur: & si non virtutis amore/ pœnę saltē formidine/ a suæ temeritatis audacia refrenentur/ eo ipso ius si qd in dignitatibus personatib9 & beneficijs occupatis taliter vel ad ea ipsis forsitam competebat/ amittant. Hęc ibi. An autem talia beneficia violēter occupata possint postea a papa impetrari nulla de violentia mētione facta: cōmunis cōclusio est q non secundū domi. & alios ibi & Fely. in c. in nostra de rescrip. & facit c. postulasti. eodem titu.

o ¶Sanctum meum violasti. Sanctum dei. i. templum violatur seu polluitur ex iniquitatibus hominum: sl. s. in ecclesia vel sanguis effundatur humanus/ vel in ea fornicatio aut adulterium seu alia actualis luxuriæ species cōmittatur. quibus casibus etiam ecclesiæ cimiteriū censetur esse pollutum seu violatum. vnde anteq̄ reconciliatum fuerit: non debet in eo aliquis sepeliri. secus si remotum fuerit ab eadem. Non sic tamen in casu conuerso: quia violato cimiterio/ ecclesia etiam eidē contigua non violatur: ne minus dignum aut accessorium/ principale ad se trahere videatur. Et idem/ si plura sint cimiteria: quæ q̄uis sibi coherentia/ pariete tamen medio seiunguntur: quia violato eorum altero (licet de vno ad aliud per portam intermediam habeatur accessus) non propter hoc reputabitur violatum. Tex. est de præmissis omnibus in cap. Vnico. de cōsec. eccle. vel alta. li. sex. intellige tamē q ecclesia seu cimiterium violatur aut polluitur quoad opinionem hominū qui polluunt q̄tum in eis est. c. Quod quidam. 1. quæst. 1. in fi. Quę enim sunt sancta coinquinari non possunt. c. fi. 15. quæst. vlt. ca. Vestra. de coha. cle. & mul. & ob hoc dico q si pollutio fuerit occulta/ nō debet reconciliari. dicunt enim theologi q ideo reconciliatur ecclesia vt videntes layci ecclesiam sic lauari quæ non peccauit/ cogitent intra se q̄tum pro lauatione peccatorum laborandum sit. Probatur hoc iure: quia ecclesia non iudicat de occultis. c. Erubescant. 32. dist. ca. Tua. de symo. Ita resoluit Io. An. in sua glo. 1. in d. cap. Vnico. Quod autem dictum est per humanam sanguinis effusionem/ ecclesiam violari seu pollui/ intellige quando effusio fuisset iniuriosa: alioqui secus. Neq; enim reconcilianda est ecclesia tanq̄ polluta/ in qua humanus sanguis casu effunditur aut etiam per venę abscisionem consilio medici factam secundum Ioan. An. ibi. quia non adeo inspicitur in hac materia ipse sanguis effusus q̄ iniuria illata. vnde etiam si sine aliqua sanguinis effusione aliquis occidatur in ecclesia: indiget (velut polluta) reconciliatiōe. prout est bo. tex. in c. Proposuisti. de conse. eccle. vel al. in anti. & notat gl. in d. cap. Vnico. in verb. Sanguinis. de aliquibus alijs hanc materiam concernentibus vide in verb. Anthiochus. 2. Macha. 6. in secunda & tertia annotationibus.

p ¶Quia pauper est: idest ea consideratione q nichil in eo lucri facere potes/ nichilve muneris ab eo consequi. qua cōsideratione plerunq; pauperes opprimuntur. vt est tex. in c. Pauper. 11. quæst. 3. alia vero consideratione: vt qui foueat causā iniustam potest ei fieri violentia: idest cogi potest vt desistat: immo nedum potest sed & debet cōpelli: neq; sibi prætextu suę paupertatis parcendum est. Casus est in cap. Ne amisso. 23. quæst. 4.

q ¶Apprehendent septem mulieres virum vnum &c. Hæc sententia secundum Grego. Homilia. 25. potest de q̄pluri mis exponi/ quæ meretriciam earum vitam deserentes/ perpetuo Christi famulatui se deuouerunt: dicentes. Panem nostrū comedem9 &c. i. imposterū nolumus alieno pane vesci alienisve vestimētis indui/ ociosā vitā ducētes & a nostris cōstupratoribus alimenta & ea q̄bus tegamur expectantes: sed ocium (qd libidinis est incentiuū) deuitātes/ aliquo nos honesto labori volum9 dedere: vt ita q̄ victui cōducunt possim9 acquirere. Tm̄modo ad palam nos recipe & qd ex meretricio cōtraxim9

opprobriū remoue. dignos pœnitētię fruct⁹nos tibi faciēs offerre: vt sic desinētes esse qd fuimus/solito opprobrio careamus. Pro hoc ethico sensu q est de mēte Nico. de lyra Gregoriū citantis/faciunt q habētur in c. Si post ordinationē. §. Ecōtra cū. c. seq. & c. Quia sanctitas. 50. dist. vbi multa veteris & noui testamēti exempla citantur: quibus probatur p pœnitentię assumptionem/pristinæ vitæ opprobriā deleri: neq amplius in consideratione haberi. Et melius facit textus in ca. Petrum. eadem dist. dū ibi dicitur. Cum fortis propugnator ecclesię a terrenā/quā prius tenuit/actione separatur: nō in eo debet despici qd fuit: quia iam ēcipit esse qd non fuit. Hæc ibi.

Discedere. 1. Corinthiorum. 7. b. c. Mulier. Genesis. 3. c. Deutero. 22. a. Prouerbiorum. 6. d. 7. c. 12. a. vltimo. d. Ecclesiastes. 7. d. Ecclesiasti. 23. d 25. a & d. 26. a. 26. c. 36. d 40. c. 41. d. Ad Romanos. 7. a. 1. Corinth. 7. a &. c. &. 11. a. b. c. &. 14. f. ad Collocē. 3. c. 1. ad Timoth. 2. c. &. d. &. 1. Petri. 3. a. & Vxor. Numeri. 8. per totum. Deuteronomij. 22. c.

Psal. 30. in fi. **Viriliter** Viriliter [r] agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino.

Virago Require sententiam in verbo Adam. Gene. 2. d.

Psalmo. 22. b **Virga** Virga [s] tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Psal. 44. b. ¶Sedes tua deus in seculum seculi/virga [t] directionis virga regni tui.

Psal. 124. b. ¶Non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Esaię. 11. a. ¶Egredietur [v] virga de radice Iesse: & flos de radice ei⁹ ascēdet: & requiescet super eum spiritus domini/ spiritus sapiētię & intellectus/spiritus cōsilij & fortitudinis/spiritus scientię & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit/ neq secūdum auditum auriū arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes/ & arguet in ęquitate pro mansuetis terrę. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorū interficiet impium. Et [x] erit iusticia cingulum lumborum: & fides cinctorium renum eius.

Matth. 10. b. ¶Nolite [y] in via possidere aurum neq argētum neq pecuniam in zonis vestris. Non peram/neq duas tunicas/ neq calciamenta/neq [z] virgam (dicit Christus ad discipulos) & diffusius in verbo Iesus.

2. Cori. 11. e. ¶Ter virgis [a] cęsus sum (inquit Paulus).

¶Cętera in verbis Aarō. Numeri. 17. c. Arca. ad Hebręos. 9. a. Dorsum Prouerbiorum. 10. b. Filius. Prouerbiorum. 13. d. Moyses. Exodi. 7. b. c. 8. d. 14. d. 21. c. Puer. Prouerbiorum. 23. b. & Videre. Apoca. 12. b.

Deute. 22. d. **Virgo** Si puellam virginem despōderit vir/ & inuenerit eam aliquis in ciuitate et concubuerit cum ea: reduces vtrumq ad portam ciuitatis illius/& lapidibus [b] obruentur. Puella [c] quia non clamauit cum esset in ciuitate. vir quia humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. Sinautem in agro reppererit vir puellam quę desponsata est/

r ¶Viriliter agite. Idest cū animi fortitudine quæ viris inesse debet. Vir enim dicitur quatuor modis. Sexu/quo nascit & masculus sit. Lege/ qua mariu⁹ est. Aetate qua trāsit a puero ad iuuenē/ & animo seu animi fortitudine. Ita Archi. in c. Dum sanctam. paulo ante fi. de pœ. distinct. 2.

s ¶Virga tua & baculus tuus &c. Declara hāc sententiam vt in verbo Baculus.

t ¶Virga directionis virga regni tui. Virga dñi/ virga directionis est. Vtilis namq est domini correctio & apud eos quos plus diligit inuenitur frequentior: quia cum castigatur qui diligitur: tunc circa eum pietas exercetur. cap. Non osculatur. 5. quæstio. 5. & facit text. in capit. Non omnis. versi. Quis nos potest. eadē cau. & quæsti.

v ¶Egredietur virga de radice Iesse &c. Virgo dei genitrix virga est: flos filius eius. Vnde hac sentētia prophetia emittitur de redemptore nostro Iesu ab intemerata virgine nascituro/ab ipsoq suę conceptionis initio donorum omniū plenitudinem habituro. vt enim Christus in instanti conceptionis perfectus fuit homo ex corpore/& anima in ipso instanti in corp⁹ infusa: vt notatur per glosam theologos citantem in alle. cle. 1. in verbo Simul vnitas. de sum. trini. Ita statim habuit omnimodā animæ perfectionem: prout notat Hostien. in capit. 1. colum. 3. eodem ti.

x ¶Erit iustitia cingulum lumborum eius & fides &c. Declara hæc verba vt in verbo Fides.

y ¶Nolite in via possidere aurum: neq argentum. Declara vt in verbo Iesus.

z ¶Neq virgam. Dominus Iesus mittens ad euangelizandum discipulos: misit eos sine auro sine argento sine pecunia sine virga: vt incentiua vitis & instrumenta eriperet vltionis. Ita dicit textus Ambro. in capi. Ira in fine. 11. quæsti. 3. Nicolaus aūt papa consultus an qui monachalem coactus cucullam assumpserat esset vt eandem perpetuo deferret compellendus: hoc domini pręcepto suam roborauit responsionem inquiens. Psalmographi verba recolentes: quibus volūtarie se deo sacrificare pronunciat: & voluntaria oris sui beneplacita fieri in cōspectu dei obsecrat/pręsentem clericum minime existimauimus sub violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit nec optat/profecto non diligit. Quod autem non diligit facile contemnit. Nullum ergo bonum nisi voluntarium. Idcirco dominus non ferendam in via virgam per quam violentia vlli inferatur præcepit. Quapropter consultius agitur si pijs suasionibus contemptum mundi & amorem dei prædicando: q violentiam inferendo ad cœlestem amorem illum accenderitis &c.

a ¶Ter virgis cæsus sum. Hic nota adagium cuius meminit Hostien. in c. Cum venissent. colum. 3. de institu. & in ca. Ex parte decani. col. 2. de rescrip. Fatuum est aliquem eas quibus verberetur virgas consuere.

b ¶Et lapidibus obruentur. Vide quod de adulterorum pœnis secundum ius humanum scripsi in verbo Adulter. Adde tamen q Io. Fab. in l. 1. colum. penul. C. Quę sit longa consue. dicit q in regno Franciæ adulteria de consuetudine non puniuntur. Et idem dicit in. §. Ex non scripto. colum. penul. versicu. Quæritur an consuetudo tollat legem insti. de iu. na. gē. & ciui. & Bohertus in. §. 24. in ti. de iuris omnium iu.

c ¶Puella quia non clamauit. Ex omisso enim clamore voluntaria pręsumitur: proptereaq sibi imputatur. prout etiā est bo. tex. in simili. in l. 1. §. Potuisse. & §. hoc autem senatusconsultum. ff. ad sena. syl.

d ¶ Ita & puella perpessa est. q. d. quia puellę clamor propter loci qualitatem exaudiri non poterat/ pręsumitur violēter corrupta: sicq; nulla ei culpa impingi potest: immo nec proprie corrupta dici: quia non potest corpus corrumpi/ nisi prius corruptus fuerit animus. Munda namq; a contagione anima/ caro non peccat. c. Non potest. 32. quæ. 5. Vnde dicit Augustin⁹ in c. Magis ea. cau. & quæst. magis timeamus ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei: q̄ ne fœminę constuprent violenter in carne. Quia violentia/ non violatur pudicitia/ si mente seruatur: quī nec quis in carne violatur/ quando voluntas patientis incipitur carne non vtitur sed sine consensione toleratur qd̄ alius operatur. Et facit text⁹ in l. Vim passam. in princi. ff. ad l. Iu. de adul. vbi probatur coniugatam a non viro suo violenter cognitam/ adulterij accusari nō posse. Vn̄ dicit sing. Bal. in l. Eam quam. colum. michi septima. versicu. Et scias. C. de fideicom. ꝙ licet fili⁹ ex adulterino coitu cōceptus non possit etiā a matre hæres institui. vt notatur in. §. nouissime insti. de sena. or. & in l. Si qua illustris. C. eodem. Tamen si virgo fuerit corrupta per tyrannū vxoratum vel malum regē qui teste Aristotele tyrānus dicitur/ & conceperit genueritq; filium: poterit eum hæredem instituere: quia præsumitur vim passa. Vnde nichil sibi imputatur. quia vt dicit Azo fons legum. Tolle voluntatem de medio: & omnis act⁹ erit indifferēs. Hæc Bal.

& apprehendens concubuerit cum ea: ipse morietur solus / puella nichil
patietur/ nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit cōtra fratrem
suum & occidit animā eius: ita [d] & puella perpessa est. Sola erat in agro:
clamauit/ & nullus affuit qui liberaret eam.
¶ Si inuenerit [e] vir puellam virginem quę non habet sponsam: & appre- Deu. 22. in fi.
hendens concubuerit cū illa: et res ad iudiciū venerit: dabit qui dormiuit
cum ea patri puellę quinquaginta siclos argēti: & habebit eā vxorē: quia
humiliauit illam. Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitę suę.
¶ Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. Affe- Psal. 44. d.
rentur in lętitia & exultatione: adducentur in templum regis.
¶ Virginem [f] ne conspicias: ne forte scandalizeris in decore illius. Eccl. 9. a.
¶ Ecce [g] virgo concipiet & pariet filiū: & [h] vocabitur nomen eius Ema- Esaię. 7. c.
nuel. Butyrū [i] & mel comedet vt sciat reprobare malū & eligere bonū.
¶ Simile erit regnum cœlorum decem virginibus quę accipientes lam- Matth. 25. a.
pades suas exierunt obuiam sponso & sponsę. Quinq; [k] autē ex eis erant
fatuę & quinq; prudētes. Sed quinq; fatuę acceptis lāpadibus nō sumpse
runt oleum secum. Prudētes vero accepērūt oleū in vasis suis cū lampadi
bus. Moram autē faciēte spōso: dormitauerūt omnes & dormierūt. Me-
dia autē nocte clamor factus est: ecce spōsus venit: exite obuiā ei. Tūc sur
rexerūt omnes virgines illę: & ornauerūt lāpades suas. Fatuę autē sapiēti
bus dixerūt. Date nobis de oleo vestro: quia lāpades nostrę extinguntur.
Respōderunt prudētes: dicētes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite
potius ad vendētes & emitte vobis. Dum autē irent emere / venit spōsus.
& quę erant paratę: intrauerūt cum eo ad nuptias/ & clausa est ianua. Nō
uissimę vero veniūt & reliquę virgines: dicētes. Domine domine aperi
nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq;
quia nescitis diem neq; horam.
¶ De virginibus pręceptum domini non habeo: consilium autē do tanq̄ Corinth. 7. e

e ¶ Si inuenerit vir puellam &c. Pro huius sententiæ declaratione recurre ad annotationes factas in verbo Desponsata. Exo. 22.

f ¶ Virginem ne conspicias supple ad cōcupiscēdum. Quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eā: iam mœchatus est in corde suo. dicit tex. sumpt⁹ ex. 5. capite Matthęi. in cap. Si enim peccatum. & in c. Si Paulus. versi. Timeamus. 32. quæsti. 5.

g ¶ Ecce virgo concipiet & pariet filium. Dicturus virginem conceptutam/ filiumq; illęsis suæ virginitatis claustris parituram/ pręmittit dictionem ecce: quæ admiratiōis nota est & nouitatis ostensiua. Nouum quippe fuit & omnibus seculis inauditū ꝙ deipara virgine dūtaxat excepta genuerit virgo filium: & in conceptu virgo permanens/ & in partu sicut etiam & post partū. Vide Hostien. in e. 1. col. 3. de sum. tri.

h ¶ Et vocabitur nomen eius Emanuel. quod est interpretatum nobiscum deus. Deus quippe noster cuius mater virgo est. cle. fi. de pœnis. nobiscum est nedum vtilitate/ sed & reali ac corporali pręsentia vsq; ad consummationem seculi. cle. 1. colum. 2. de reli. & ve. sanc.

i ¶ Butyrum & mel comedet vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Iam hic bonum & malum audis sicut in arbore vetita/ sicut in ligno transgressionis: sed multo melius a primo Adam secundus iste partitur: eligens enim bonum/ malum reprobat. non sicut ille qui dilexit maledictionem & venit ei: & noluit benedictionē/ & elongata est ab eo. Ex hoc autem quod præmisit butyrum & mel comedet: aduerte potus paruuli huius. j. redemptoris nostri Iesu Christi qui se paruulum fecit/ electionem. duo quippe sunt in lacte ouis/ butyrum & caseus. Butyrum pingue & humidum: caseus econtra aridus & durus. Bene ergo paruulus noster elegit qui butyrum comedens caseum vtiq; non comedit. Quę est enim ouis centesima quæ errauit sicut ouis quæ perijt? Vtiq; genus humanum quod benignissimus pastor quæsiuit. In hac igitur duo inuenies: naturam dulcem tanq̄ butyrum/ & peccati corruptionē vt caseum. Optime ergo paruulus noster elegit: qui naturam nostram sine vlla peccati corruptione suscepit. Sic & apis habet mellis dulcedinem/ habet & aculei punctionem. Attamen veniens ad nos Iesus/ solum mel attulit & non aculeum. j. misericordiam & non iudicium. Ita vt suadentibus quandoq; discipulis vt ciuitatem quæ suscipere eum noluit/ præciperet igne consumi: responderit non venisse filium hominis/ vt iudicaret: sed vt saluaret mundum. Et sic Iesus virginis filius butyrum & mel comedit/ quando bonum naturæ humanæ/ diuinæ misericordiæ sic vniuit in semetipso: vt esset homo verus & peccatum non habens: deus misericors & iudicium non exhibens/ seu seueritatem non exercens. Pro præmissis quę sunt Ber. est clarus textus in cap. Princeps. in fi. iuncto c. Si enim. §. eligat. de pœni. dist. 2. & c. Hęc aūt. §. 1. versi. in euangelio aūt populus. 23 quæsti. 4.

k ¶ Quinq; aūt ex eis erant fatuę/ & quinq; prudentes. Virgines fatuæ/ sunt quæ non ad nitorem consciētiæ sed ad gloriam hominum respiciunt. Prudentes vero quæ nitorem conscientię non hominum gloriam considerant. Ita sentit tex. in c. Vnico. colum. 1. de sa. vnc. Vel virgines fatuę dicuntur quæ corpore virgines sunt/ sed non mente. & illæ excluduntur a sponso. j. Christo: quia nichil corporis prodest integritas/ nisi & adsit integritas mentis. d. c. De pudicitia. in fi. 32. quæsti. 5. prudentes vero quæ/ vt in corpore/ ita in mente integritatem seruant. hanc declarationem sentit textus Hieronymi in capit. Si Paulus. §. Timeamus. eadem cau. & quæsti. Vel per virgines fatuas & prudentes/ fidelium intelligitur multitudo: quorū alij qui boni sunt/ aliqui mali/ & mali permiscentur bonis. vt in c. 1. cum multis seq. 23. q. 4. Sed quia mali oleum non habēt. j. pinguedinem bonorum: boni vero habēt/ excluduntur illi a Christi societate: isti vero recipiuntur. nec illi iuuantur ab illis:

quia Christo ad iudicium veniente/bonorũ preces malis suffragari non valebunt.d.c.In pręsenti.13.quæsti.2.

l ℭExistimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Virginitatem suadet Paulus propter varias coniugalis status necessitates atq; miserias.de quibus in huius capitis initio fuit locutus.Potuisset tamen Paulus longe meliorem suadendę virginitatis rationẽ citare: sed infirma proposuit infirmis.Sunt enim multa quibus & virginitatem seruemus persuasum nobis esse debet.Replet enim virginitas paradisum.32.q.1.c.Nuptię. Et sola potens est deo animas præsentare.§.sanctimus.in auctẽ. de lenonib⁹. colla.3.& est principiũ aliarum virtutum.§. Neq; aũt. in auctẽ.Quo oportet.episc. colla.1. & solæ virgines aureolã sunt habituræ. d.c. Si Paulus.vbi gl.32.quęsti.2. & testimonium virginis prefertur testimonio corruptę: etiã si in solo fuerit statu coniugali corrupta.notat Bal.in c. Causam matrimonij.de proba. & solæ virgines possunt ĩ abbatissas pmoueri.glo.in cle.attendentes.§.Statuim⁹.de statu mona.Notaẽ in ca. Iuuẽculas. 20.quæsti.1. intantũ q non sufficeret dispensatio epi.vt cõcludit Cardi.in d.cle.Attendẽtes in.11.q. & Calde.in consi.3.in tit. de offi.vica.refert & sequitur Decius in d.c.Causam.col.fi. ĩ pri. licet homo corruptus possit in epm pmoueri.c. Fraternitatis.34.dist.Rationẽ diuersitatis vide per glo.in c. Acutius.26.distin.Circa id tamen quod dictum est solas virgines aureolam habituras: vide bonas quæstiones decisas per Archid. in capi.Reuera.32. quæstio.5.Quomodo autem virginitas probetur/dicit glo. in c. Satis.33.quæsti.5.q in veteri testamẽto probabatur per inspectionem linteaminis sanguinolenti. Erat tamen hæc multum debilis & elusoria probatio.Vnde hodie probatur per matronas peritas & idoneas ac honestas: quę ad mulierem(de cuius agitur corporea virginitate)intuendam deputabuntur per iudicem. Debent aũt esse cautæ/vt prius scilicet mulierem faciant in aqua calida ablui: quia nonnullæ per medicinas sic se arctas reddunt/vt deprehendi nequeat virginitatis perditio. Ita dicunt Hostien. & Panor.in capi. Fraternitatis.de frig. & male.

misericordiam a deo cõsecutus vt sim fidelis. Existimo [l] enim hoc bonũ esse propter instãtem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse.

ℭCętera in verbis Desponsata.Exodi.22.c. Nubere.1.Co.7.e.Pontifex.Leuitici.21.b.Videre.Apocalypsis.14.d.& Vxor.Deutero.22.c.d.

Virginitas. ℭRequire sententiam in verbo Vxor. Deutero.22.c.

Psalmo.21.d **Virtus.** ℭAruit tanq̃ testa virtus mea & lingua mea adhęsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

Prouer.15.a. ℭIn [m] abundãti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

Sapien.1.a. ℭPeruersæ cogitationes separãt a deo: probata autem virtus corripit insipientes.

Eccl.8.d. ℭNe spõdeas super virtutem tuã: q si spopõderis quasi restituẽs cogita.

Ad roma.1.b ℭVirtus dei est in salutem omni credenti Iudęo primum & Gręco.

1.Cori.4.d. ℭVeniam ad vos (ait Paulus) cito si dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt/sed virtutem. Non [n] enim in sermone est regnum dei/sed in virtute.

2.ad Cor.12.c ℭVirtus [o] in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt [p] inhabitet in me virtus Christi.

ℭCętera in verbis Aduentus. Matthęi.24.c. Apostolus. Actuũ.4.g. Benedictio. Psal.83.b. Corpus.1.Corinth.12.b. Ebrietas. Ecclesiastici.31.d Exire. Lucę.6.c. Extollere. Ecclesiastici.6.a. Homo. Ecclesiastici.17.a. Iesus. Matthęi.13.g. Infirmitas. Psalmo.30.c. Lassus. Esaiæ.40.g. Paulus. Actuum.19.g. Rex. Psalmo.23.b. Sapientia. Sapientię.8.b. & Vindicta. Ecclesiastici 39.d.

Leuiti.19.c. **Vis.** ℭNon facias calumniam proximo tuo: nec [q] vi opprimes eum.

Psalmo.37.c ℭEt qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim [r] faciebant qui quęre-

m ℭIn abundanti iustitia/virtus maxima est, Hanc sententiam declara per ea quæ dicta sunt in verbo Iustitia/super illud Prouerb.10. Iustitia liberabit a morte. n ℭNon enim in sermone est regnũ dei: sed in virtute. Idem pbat tex. iam transcriptus in c. Omnem.37.distinct. o ℭVirtus in infirmitate perficitur. Vide textum in cap. Nisi cũ pridem.§.alia.de renũ.de quo dixi in verbo Infirmus.2.Co.11.g.

p ℭVt inhabitet in me virt⁹ Christi. Humilitas/virtus est deo appropriata dictaq; propria Christi virtus. Vnde apostolus. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi.i.humilitas. Virtus autẽ quę appropriatur beatæ virgini est fides. Vnde de ipsa dicitur in Luca. Beata quæ credidisti. Et de ipsa cantat specialiter ecclesia. Cunctas hæreses interemisti. Virtus ecclesiæ est charitas. Vnde in illo versu. Fiat pax in virtute tua. dicit gl. idest charitate. Et loquitur ibi de virtute Hierusalem.i.ecclesię. Virtus prędicatorũ est patientia. Vnde in psal. Bene patientes erunt vt annuncient. Virtus principum & pręlatorum est Iustitia. Sapi.1. Diligite iustitiã qui iudicatis terram. Virtus religiosorum est obedientia quam ipsi profitentur super omnia. quæ melior est q̃ victimę.8.quæsti.1.c.Sciendum. Virtus clericorum est continentia. Vnde eis dicitur in Luca. Sint lumbi vestri pręcincti. Virtus autem laicorum/est sancta simplicitas. Vnde in Iob. Boues arabant & asinæ pascebantur. Præmissa ponit Archid. in c. Hęc autem. in verbo Humilitate.30.distinct.

q ℭNec vi opprimes eum. His verbis omnis species vis seu violentiæ inhibita est: prout etiam inhibetur iure humano. Neq; enim vim aliquam possum⁹ inferre proximo/quin ei sit a iure/aliquo remedio succursum. Aut enim infertur vis cõpulsiua/compellendo scilicet proximum vt aliquid det aut faciat. compellendo dico per minas aut terrorẽ. Et pro hac vi datur actio quod me.causa. vt patet. ff. &. C. Quod me.cau. aut vi expulsiua: expellẽdo aliquem de sua possessione: & datur interdictum. Vnde vi pro rebus immobilibus. Pro mobilibus aut eorum quarum respectu/vis illata est: datur vi. bo. rapt. l. 1.§. Si fundus. ff. de vi.& vi. ar. & institu. vi. bo. rap.§. si nedum aut vi turbatiua. & pro hac vi datur interdictum vti possidetis in immobilibus. In rebus aũt mobilibus interdictum vtrobi.§. Retinẽdę. insti. de interdic. Aut inquietatiua. & datur interdictum quod vi aut clam.l.1.& per totum ti. ff. quod vi aut clam. Ita sub compendio dicit glo. in ca. Ad audientiã in verbo Causa. de his quæ vi metusve cau. fiunt posset dilatari materia: sed cumulationi non studeo.

r ℭVim faciebant qui quęrebant animã meã. Dęmones vim quodãmodo facere nobis dicuntur/cum validissimis nos vrgent tentationibus. Neq; tamen si assentiamus excusamur: quia non est dęmonũ tam validus impetus/quin ei possimus obsistere. Neminem namq; suo iuri adijcit/nisi voluntarium. dicit tex. in alle. ca. Non est.15.quæsti.1.

bant animam meam.

❧Domine vim patior responde pro me. Quid dicam aut quid responde bit michi/cum ipse fecerim. Esaię.38.c.

❧Cętera in verbis Loth. Genesis.19.c. & Regnum. Matthęi.11.b.

Vires. ❧Si [s] ab imbecillitate virium vetetur peccare: si inuenerit tē pus malefaciendi malefaciet. Eccl.19.d.

❧Aliam sententiam quęre in verbo Moyses. Exodi.18.c.

Visitare et Visitatio. ❧Vitam & misericordiam tribuisti michi & visitatio [t] tua custodiuit spiritum meum. Iob.10.c.

❧Probasti cor meum: & visitasti [v] nocte. Igne me examinasti/& non est Inuenta in me iniquitas. Psal.16.a.

❧Non [x] te pigeat visitare infirmū: ex his enim in dilectione firmaberis. Eccl.7.d.

❧Hęc dicit dominus deus. Ecce ego ipse requirā oues meas: & visitabo eas. Sicut [y] visitat pastor gregē suum in die quando fuerit in medio ouiū suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersę fuerant in die nubis & caliginis. Ezechie.34.c.

Viscera. ❧Require sententias in verbis Aluus. 2. Para.21.d. & Spiritus. Psalmo.50.c.

Vita. ❧Testes inuoco hodie (ait Moyses) cœlum & terram ꝙ proposuerim vobis vitam & bonum/ maledictionem & benedictionem. Elige ergo vitam vt & tu viuas & semen tuū: & diligas dominū deum tuum atq; obedias voci eius/& illi adhęreas. Ipse [z] est enim vita tua & lōgitudo dierum tuorum: vt habites in terra ꝑ qua iurauit dominus patribus tuis Abraam/Isaac & Iacob vt daret eam illis. Deu.30.in fi.

❧Memento domine quia vētus est vita mea: & non [a] reuertetur oculus meus vt videat bona: nec aspiciet me visus hominis. Iob.7.b.

s ❧Si ab imbecillitate virium vetetur peccare. Talis qui sola virium imbecillitate desinit peccare/reus peccati est: q̄ re ream mentem habet. ca. Si cui etiam. de pœni. distin.1. t ❧Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Pro hac & pluribus alijs quę huic verbo subscribi potuissent diuini iuris sententijs/aduerte ꝙ deus multipliciter dicitur nos visitare. Primo ab hostibus liberando. vnde Iudich.c.4. in fine: dicitur. Omnes orabant ad deum vt visitaret populum suum. Secundo aliqd temporale beneficium conferendo. Vnde Gene.20.capi. Legitur. Visitauit dominus Saram sicut promiserat: & impleuit quę locutus est/cōcepit & peperit filium. Item visitat gratiam conferēdo. Vnde Ecclesiasti.34.capit. Sicut parturiens cor tuum fantasias patiet/nisi ab altissimo emissa fuerit visitatio. Item visitat corrigendo. Vnde in psal. Visitabo in virga iniquitates eorum. Et Iob.10. Visitatio tua custodiuit spiritum meū. Itē visitat nos naturam nostrā assumendo. Psal. Visita nos domine in salutari tuo. Et Lucæ.1. Visitat nos oriens ex alto. Visitat denuum in morte iudicando/iuxta illud. Vbi te inuenero/ibi te iudicabo. Et de hac visitatione dicitur in prima epistola Petri capi.5. Humiliamini sub potenti manu dei vt nos exaltet in tempore visitationis. Pręmissa colligit Archidia. in cap. Vnaquęq;. versi. Item Ioseph moriēs. 13. quæsti.2. v ❧Visitasti nocte. Igne me examinasti. Require annotationem in verbo Ignis. x ❧Non te pigeat visitare infirmum. Infirmorū visitatio vnum est ex septē corporalibus miserationis operibus. Vide Archidia. in c. Tria.45. distinct. y ❧Sicut visitat pastor gregem suū &c. De visitatione pastoribus incumbente vt ouium dissipatarū .i. populi a recto viuēdi tramite aberrantis & ecclesiarum non recte gubernatarum/indēnitatibus prouideant. Dixi pleraq; in verbo Barnabas. Actuū.15.g. Adde tamen ibidem dictis. Primo ꝙ quilibet prælatus iurisdictionem habens visitare potest clerum & populum ac ecclesias sibi subditas. Ita Panor. in capi. Cum apostolus. in.3.no. de censi. & si causa rationabilis exposcat: potest nedum per vnum aut duos dies: sed per plures in visitatiōe morari. tametsi sint qui dicāt visitationē vno die/aut ad summū duob⁹ esse expediendam. Vide Panor. in d. capit. Cum apostolus. colum. fi. versicu. Extra glo. Archiepiscopus autem nedum totam suā diocęsim/sed ētiam totam prouinciam: & nedum ecclesias seculares sed etiam religiosas & monasteria visitare potest: & ab eis exigere procuratione rōne visitationis. Casus est in capit. Sopite. de censi. Et de modo visitandi per archiepiscopos obseruando dic vt hodie habes bo. text. in capit.1. eod. titu. in.6. An autem archiepiscopus seu episcopus possit visitare hospitalia qualiacunq; sint/conclude tres casus. Primus quando certum est hospitalia esse religiosa/vtputa auctoritate episcopi fundata. & hæc indubie visitantur per episcopum & archiepiscopum. vt in d. ca.1. cū glo. ibi posita. Secundus casus est quando non constat ꝙ sint fundata auctoritate episcopi: sed habēt religionis signa/& publicitatis: vt q̄a cāpanile & campanam habēt/& ibi publice celebrat. Et idē q̄n dubitat q̄a pręsumptio est: ꝙ sint religiosa & episcopi auctoritate fundata. notat Archidia. de conse. distinct.1. capit. Nemo & Panor. in capit. Patentibus. de priuilegijs. Tertius casus est quando constat/ꝙ sunt hospitalia priuata/& tunc dic secundum Panor. in d. capit. Sopite in fi. ꝙ aut viuit is qui hospitale accepit: & non poterit episcopus eo inuito illud visitare. Aut decessit: voluit tamē hospitale in statu suo permanere: & tunc visitari poterit ab episcopo: vt ibi seruetur honestas: & pietas non deseratur. facit Bo. text. in. §. Si quis ędificationem. in aucten. de eccle. titu. Aduerte tamen ꝙ procurationes/quæ ratione visitationis debentur episcopis/vel archidiaconis aut quibuslibet alijs seu apostolicæ sedis legatis aut nuncijs absq; manifesta & necessaria causa nullatenus exigi debent. nisi cum personaliter officium visitationis impendunt. & tunc euectionum & personarum mediocritatem obseruent in Lateranensi. cōcilio de quo in capit Cum apostolus. de censi. constitutam. Vide text. in capit. Procurationes. in princip. eodem titu. de quo vide Fely. in capit. Cum ex officij. colum.2. de præscript. Visitationis etiam officium exercentes non quærant quæ sua sunt: sed quæ Iesu Christi prædicationi & cohortationi/correctioni & reformatiōi vacando vt fructum afferant qui non perit. Qui autē contrauenire tentauerit: & quod acceperit reddet/& ecclesiæ quam taliter aggrauauit tantumdem impendet. Tex. est in d. capit. Procurationes. in fine. De visitatoribus autem qui a generalibus personarum regularium capitulis ordinantur: & de dictorum visitatorum officio vide tex. amplum in c. In singulis. §. Ordinentur. Et in c. Sequēti. de sta. mo. Permulta alia in materia visitationis videre potes in tractatu cui indictum nomē est Baculus pastoralis. z ❧Ipse est enim vita tua. Idē probatur in c. Charitas est. le.1. in fi. de pœni. distin.2. a ❧Et nō reuertetur oculus meus &c. Vide quod scripsi in verbo Spiritus. super illud Psal. Spiritus vadens & non rediens.

Psalmo. 55.b ¶Deus [b] vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sapien.2.b. ¶Trãsibit [c] vita nostra tanq̃ vestigium nubis: & sicut nebula dissoluetur quæ fugata est a radijs solis: & a calore illius aggrauata.

Esaię.38.c. ¶Pręcisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. De mane vsq; ad vesperam finies me.

Baruch.3 b. ¶Disce vbi sit prudentia/ vbi sit virtus/ vbi sit intellectus: vt scias simul vbi [d] sit longiturnitas vitę & victus: vbi sit lumen oculorum & pax.

Ioannis.5.d. ¶Amen amen dico vobis (dicit Christus) qui verbum meum audit/ & credit ei qui me misit/ habet vitam ęternam. Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam.

Iacobi.4. d. ¶Quę est vita vestra? Vapor [e] est ad modicum parẽs: & deinceps exterminabitur. Et in verbo Cras.

1.Ioan.5.c. ¶Vitam ęternam dedit nobis deus: & hęc vita in filio eius est. Qui habet filium dei: habet vitam: qui [f] nõ habet filium dei: vitam non habet. Hęc scribo vobis vt sciatis quoniam vitam ęternam habetis qui creditis in nomine filij dei.

¶Cętera in verbis Aqua. Ioannis.4.b. Auarus. Ecclesiastici.10.b. Credere. Ioannis.3. in fine. Correptio. Ecclesiastici.19.b. Gratia. ad Romanos.6.d. Homo. Sapiẽtię.7.a. & Ecclesiastici.15.b. Lazarus. Lucę.16.f. Lux. Ioannis.1.a. Mandatum. Matthęi.19.c. Militia. Iob.7.a. Miser. Iob.3.d. Mors. Ecclesiastici.30.c. &.48.b. Mortuus. Ecclesiastici.22.b. Obsecratio.1. ad Timotheum.2.a. Pater. Ecclesiastici.3.b. Potentatus. Ecclesiastici.10.b. Possessio. Ecclesiasti.5.a. Sapiẽtia. Ecclesiasti.24.c. Scandalum. Marci.9.f.g. Seminare/ ad Galathas.6.b. Senectus. Sapientię.4.b. & Via. Matthęi.7.b.

Vitis. ¶Require sententias in verbis Agricola. Ioannis.15.a. Iesus Matthęi.26.c. Lignum. Iudicum.9.b. & Sapientia. Ecclesiastici.24.c.

Vitulus. ¶De vitulo aureo per filios Israel adorato: vide in verbo Aaron. Exodi.32.a. & Moyses. Exodi.32.b.

Psalmo.30.d **Vituperare Vituperatio et Vituperium.** ¶Factus sum tanq̃ vas perditum: quoniam audiui vituperationẽ multorum commorantium in circuitu.

Eccl.11.a. ¶Priusq̃ interroges ne [g] vituperes quemq̃: & cum interrogaueris/ corripe iuste.

2.adCor.6.a ¶Nemini simus dantes vllam offensionem: vt [h] nõ vituperetur ministerium nostrum.

Genesis.5.a. **Viuere.** ¶Factum est omne tẽpus quod vixit Adam [i] anni nõgenti

b ¶Deus vitam meam annunciaui tibi. Recurre ad scripta in verbo Annus. super illud Psal. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. c ¶Transibit vita nostra tanq̃ vestigiũ nubis. Facit quod dicit Bald. citans Hypocratẽ in l. Si duobus. col.2. versi. Pone testator. C. communia. de le. Vita breuis: ars vero longa. pr. pretereaq; in tã breuissimo vitæ huius caducę spacio quælibet sciẽtia totum exigit hominẽ. vt ibidem sentit Bal. etiam si excelsum (vt eius verbis vtar) haberet intellectũ. Et de hoc dixi post Ioannem Fabri in proœ. insti. in verbo Dies. super illud Iob. Parce michi domine: nichil enim sunt dies mei &c.
d ¶Vbi sit longiturnitas vitæ. Non hoc seculo est vitę lõgiturnitas: sed altero. Momẽtaneũ siquidem quod hic viuimus: æternũ vero quod in cœlesti mansione victuri sumus. Si igit pro tantillo temporalis vitę cursu multa facim⁹: multa faciamus oportet pro alteri⁹ vitæ (q̃ æterna est) statu consequendo. Consequẽdo dixerim nedũ a nobis: sed & a pximis. Cum enim temporarię vitę proximorũ sit a nobis consulendũ/ multomagis perpetuę. Nã vt dicit Augustin⁹ in c. Ipsa pietas.§. Itẽ si duo. 23.q.4. Si duo aliqui in vna domo simul habitarent: quam certissime sciremus ruituram: nobisq; id pronũciantibus nollent credere: atq; in eadẽ manere psisterẽt: si eos inde possem⁹ eruere vel inuitos: quib⁹ imminentẽ illã ruinã pdemonstrauimus: vt vlterius redire sub eius periculum nõ auderent. Puto/ nisi faceremus: non immerito crudeles iudicaremur. Porro si vnus illorum vobis diceret/ quando intraueritis eruere me/ memetipsũ cõtinuo trucidabo: alter aũt nec exire quidem inde/ nec erui vellet: sed neq; necare se auderet quid eligeremus? vtrũ ambos ruinę opprimendos relinquere: an vno saltẽ per nostram operam liberato/ alterum non nostra culpa/ sed sua potius/ interire permitteremus? Nemo est tam infelix/ qui nõ quid fieri in talib⁹ rebus oporteat facillime iudicet. Qz si etiã plurimi essent in domo ruitura: & inde vnus saltem liberari posset. atq; id cũ facere conaremur. alij semetipsos pręcipitio necarent/ doleremus de cæteris. verum de vnius saltem salute consolaremur: nõ tamen/ ne seipsos alij perderẽt: perire vniuersos nullo liberato permitteremus. Quid igitur de opere misericordię: quod pro vita ęterna adipiscenda & pœna æterna vitanda hominibus debemus impẽdere/ iudicãdũ est? Si p salute ista/ non solũ temporali: sed etiam breui/ & ad tempus exiguũ liberanda/ sic nos subuenire hominibus ratio vera & benigna compellit? Hæc Aug. e ¶Vapor est ad modicum parens. Breue est hui⁹ vitæ tempus: si eius vitę/ quã expectamus habeatur consideratio temporis. immo nedum breue: sed etiam nullum reputandũ est. quia vt dicit Augusti. Quę fine clauduntur: pro nullis habẽda sunt. Ita Archi. in d. c. Ipsa pietas. in verbo Breui. 23.q.4.
f ¶Qui non habet filium dei: vitam non habet. Facit tex. in c. Resuscitatus. in princi. de pœni. dist. 1. dum ibi dicitur. Cum deus sit vita animæ. Anima vero/ vita corporis: sicut corpus viuere non potest absente anima: ita non nisi deo psente/ anima viuere valet. g ¶Ne vituperes quemq̃. Vituperare est contumelijs afficere. Vnde vituperantes dicuntur: quasi aliorum vitia parantes seu publicantes. Vide Archi. in c. Sunt plurimi. in verbo Vituperantium. 6. quæsti. 1.
h ¶Vt non vituperetur ministeriũ nostrũ. Declara hęc verba. vt in verbo Dies.
i ¶Nongentis triginta annis. Magna erat primorum hominum vita. prout etiam legitur in capit. si. 84. distinct. sed

triginta & mortuus eſt. Et ſupra Adam.

℄Vixit quoq; Seth centum quinq; annis: & genuit Enos. Vixitq; Seth poſtq̄ genuit Enos: octingentis ſeptem annis: genuit q; filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth nōgentorū duodecim annorū: & mortuus eſt. Gene.5.a.b.

℄Vixit Enos nonaginta annis: & genuit Cainam. Poſt cuius ortum: vixit octingentis quindecim annis. & genuit filios & filias. Factiq; ſunt omnes dies Enos nongenti quinq; anni: & mortuus eſt. Ge.5.b.in.fi.

℄Vixit Cainā ſeptuaginta annis: & genuit Malalehel: & vixit Cainam poſtq̄ genuit Malalehel octingentis quadraginta annis: genuitq; filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainā nōgenti decē anni: & mortuus eſt. Geneſis.5.c.

℄Vixit Malalehel ſexaginta quinq; annis: & genuit Iared. Et vixit Malalehel poſtq̄ genuit Iared: octingētis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Malalehel octingenti nonaginta quinq; anni: & mortuus eſt. Geneſis.5.c.

℄Vixit Iared centū ſexaginta duobus annis: & genuit Enoch: & vixit Iared poſtq̄ genuit Enoch octingentis annis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared: nongēti ſexaginta duo anni: & mortuus eſt. Geneſis.5.c.

℄Enoch vixit ſexaginta quinq; annis: & genuit Mathuſalem: & ambulauit Enoch cū deo. Et vixit Enoch poſtq̄ genuit Mathuſalem trecentis annis. Et genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Enoch trecenti ſexaginta quinq; anni. Ambulauitq; cum deo: & non apparuit: quia tulit eum dominus. Vixit quoq; Mathuſalem centum octoginta ſeptem annis. Et genuit Lamech. Et vixit Mathuſalem poſtq̄ genuit Lamech: ſeptingentis octoginta duobus annis: & genuit filios & filias. Et[k] facti ſunt omnes dies Mathuſalē nōgenti ſexaginta nouē anni: & mortuus. Gene.5.c.d.

℄Vixit Lamech centum octoginta duobus annis: & genuit filium: vocauitq; nomen eius Noe: dicens. Iſte cōſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarū: in terra cui maledixit dominus. Vixitq; Lamech poſtq̄ genuit Noe quingētis nonaginta quinq; annis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni: & mortuus eſt Noe vero cum quingentorū eſſet annorum genuit Sem: Cham & Iaphet. Ge.5.d.in fi.

℄Vixit Noe poſt diluuium trecētis quinquaginta annis: & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt. Gene.9.in fi.

℄Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat centū annorum. quādo genuit Arphaxat biēnio poſt diluuium. Vixitq; Sem poſtq̄ genuit Arphaxat: quingentis annis. Et genuit filios & filias. Porro Arphaxat vixit triginta quinq; annis: & genuit Sale. Vixitq; Arphaxat poſtq̄ genuit Sale trecētis tribus annis. & genuit filios & filias. Sale quoq; vixit triginta annis & genuit Heber. Vixitq; Sale poſtq̄ genuit Heber quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. Gene.11.b.c.

℄Vixit Heber trigita quatuor annis: & genuit Phalech. Et vixit Heber poſtq̄ genuit Phalech/quadringētis trigita annis: & genuit filios & filias. Vixit quoq; Phalech trigita annis: & genuit Reu. Vixitq; Phalech poſtq̄ genuit Reu ducētis nouē annis: & genuit filios & filias. Vixit autē Reu triginta quinq; annis: & genuit Saruch. Vixit quoq; Reu poſtq̄ genuit Saruch ducētis ſeptem annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Saruch triginta annis & genuit Nachor. Vixitq; Saruch poſtq̄ genuit Nachor ducentis annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Nachor viginti nouē annis: & genuit Thare. Vixitq; Nachor poſtq̄ genuit Thare centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. Vixitq; Thare ſeptuaginta annis: & genuit Abram & Nachor & Aram. Gene.11.c.d.

℄Vixit Sara centū viginti ſeptē annis: & mortua eſt in ciuitate Arbæ quæ eſt Hebron in terra Chanaam. &c. Geneſis.23.a

℄Vixit[l] Ioſeph cētū decē annis/ & vidit Effraim filios vſq; ad tertiā gn̄ationē. &c. vt ī ver. Ioſeph. Gene.vl.d.

ſeneſcēte ſeculo/adhoc vſq; ventum eſt: vt longiſſima vita hominis eſſe dicaẽ centum annorum. l. fina. C. de ſa. eccle. l. An vſufruct⁹. ff. de vſufructu. le. Vn̄ poſt effluxos centum annos: ſi de alicuius vita aut morte addubitetur: ipſius mors poti⁹ q̄ vita præſumenda erit. ſecus ſi necdum ſint effluxi cētum anni. Iuris enim p̄ſumptiōe preſumetur adhuc viuere. Ita Bar. poſt glo. ibi in l. 2. §. Si dubitetur. ff. Quē ad. teſta. aperi. Non tamen hec præſumptio transferet onus probandę mortis in aduerſarium. Si is qui vitā allegat/ſit actor: & in vita principale verſetur ſuæ intentionis fundamentum. Tunc enim debet vere vitam probare. nec ſufficit: q̄ probet præſumptiue/probādo ſcilicet eum fuiſſe viuū. Et idem in caſu contrario quando ſcilicet quis intentionē ſuam in alterius morte fundaret. quia aliter eſſet probanda: q̄ per effluxos vitæ ſuæ cētum annos. Ita ſentit Bar. in l. Si quidē. in princip. C. ſolu. ma.

k ℄Facti ſunt omnes dies Mathuſalem &c. Require annotationem in verbo Mathuſalem.

l ℄Vixit Ioſeph cētum decem annis. A pientiſſimo & itidem fœliciſſimo noſtri redemptoris aduentu/ vnus fuit: quē hanc ętatem exceſſiſſe refert tex. in auctẽ. de mona. §. Si vero intra. colla. 1. Is fuit (vt ibi dicit text.) Abbas Zoſimus deo amabilis/ vir famoſiſſimus in conuerſatiōe & prope vigeſimum & centeſimum ætatis agēs annū: pollens autem & animi virtutibus & corporis operationibus: quia tanta quędā in eo gratia dei floruit. Si quiſpiam autem alius exceſſerit: non memini in iurib⁹ noſtris ſcriptum legiſſe. Nō omitto tamen allegare Plinium: qui li. 7. naturalis hyſtoriæ/capite. 48. ſatis ample loquitur de longiſſimis vitæ ſpacijs. Quem citatum

repertio per Bertachi. in verbo Vita. alioqui non citassem: quia hoc fuit semper institutum meum. solos eos in hoc ope-
re auctores citare/qui vel in canonica scripsissent: vel in cæsarea disciplina. m ¶Vix est vnius panis. Scorti igi-
tur precium est vnius panis Quod enim vix est: est. vt est bo.tex.in c.2. Paulo post prin. de cogna. spiri. lib.6. dum ibi dicit:
dicendo. ꝙ talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret. velle videtur: ꝙ afferat. Nam ꝙ vix fit: fieri tamẽ
dubium non existit. Et ita etiam notat Panor. in c. Cum sint. in fi. de deci. & facit tex. in ca.1. de reli. & vene. sanc. & in l. Vix

Psal.113.d. ¶Nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nũc & vsq; in seculũ.

Eccẽs.9.b. ¶Nemo est qui semper viuat: & qui huius rei habent fiduciam.

Ad Gala.2.d ¶Ego per legem legi mortuus sum: vt deo viuam/ Christo crucifixus sum cruci. viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus. ꝙ autem nunc viuo in carne: in fide viuo filii dei: qui dilexit me & tradidit se ipsum pro me.

¶Cętera in verbis Creare. Ecclesiastici.18.a. Homo. Psal.88.g. Homo Ecclesiastes.11.d. Honorare. Deute.5.b. Iesus. ad Ro.6 b. Iurare Hiere.4.a. Iustus. Sapientię.5.c. Lucrũ. Ad Philippen.1.c. Et Persecutio.2.d. Ad Timothe.3.c.

Vix.

Prouer.6.d. ¶Precium [m] scorti vix est vnius panis.

¶Require alias sententias in verbis Fatuus. Ecclesiastici.21. Et Iustus.1.Petri.4.c.

Vlcisci et Vltio.

Iob.19. in fi. ¶Fugite a facie gladii: quoniam vltor [n] iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.

Iob.35.ca.d. ¶Nunc [o] non infert deus furorem suum: nec vlciscitur scœlus valde.

Psalmo.93.a. ¶Deus [p] vltionum dominus: deus vltionum libere egit.

2. ad Corinthios.10.b. ¶Sitis [q] in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam: cũ impleta fuerit obedientia vestra.

¶Cętera in verbis Beneficiũ.2.Macha.6.d. Deus. Esaię.3.b. Diuitię. Prouerbiorum.11.a. Furor. Naum.1.a. Iniuria. Leuitici.19.d. Lamech. Genesis.4.d. Samson. Iudicum.16.g.

Vmbra.

1.Para.29.d. ¶Dies nostri quasi vmbra super terrã: & nulla est mora.

Iob.7.a. ¶Seruus [r] desiderat vmbram.

Psalmo.16.c. ¶Sub vmbra alarũ tuarũ protege me a facie impiorũ: qui me afflixerũt.

Psalmo.22.b ¶Si ambulauero in medio vmbræ [s] mortis: non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Ad He.10.a. ¶Vmbram [t] habens lex futurorũ bonorum: non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs: quas offerunt indesinenter: nunq̃ potest accedentes perfectos facere &c.

¶Cętera in verbis Ezechias.4.Regũ.20.b. Homo. Iob.14.a. Impius. Ecclesiastes.8.c. & Mendatium. Ecclesiastici.34.a.

Vndecim.

Genesis.37.c ¶Recurre ad verba Iesus Matthęi.28.d. & Ioseph fili9 Iacob filij Isaac. Genesis.37.c.

Vngere et Vnctio.

Exo.30.c.d. ¶Locutus est dominus ad Moysem dicẽs. Sume tibi aromata prię mirrhę & electę quingẽtos siclos: & cinamomi medium. i. ducentos quinquaginta siclos: calami similiter ducẽtos quinquaginta siclos: casię autẽ quingẽtos siclos in pondere sanctuarij: oleum de oliuetis mensuram hin. Faciesq; vnctionis oleum sanctum vnguẽtum cõpositũ opere vnguentarij. Et vnges [v] ex eo tabernaculum testimonij & arcam testamenti: mensamq; cum vasis suis candelabrum & vtensilia

certis. & ibi notat. ff. de iudicijs &: in c. Miratus. cum glo. in verbo Vix. 93. dist. Quandoq; tamen vix ponitur ꝓ nunq̃. vt in l. Tutor. ff. ad Vellei. Potest autẽ dictio vix/ ĩ hac sẽtẽtia vtroq; modo assertiue sc3 & negatiue/ sumi. Assertiue. Quia precium scorti est vnius panis/ q̃ium adhoc vt aliquid accipiens pro sua prostitutione non dicatur turpiter accipere cum sit meretrix: tametsi turpiter faciat ꝙ sit meretrix. l. Idemq;. §. sed qđ meretrici. ff. de cõdi. ob tur. cau. Negatiue vero. qa precium scorti non est vni9 panis: q̃tũ adhoc vt aliquam rem q̃tũuis minimam dans meretrici/ dicatur honeste dare. Semper enim turpiter dat qui meretrici dat: licet meretrix/cum sit meretrix/ non turpiter accipiat. Text. est in d.§. sed ꝙ meretrici.

n ¶Vltor iniquitatũ gladius est. Require annotationem in verbo Gladius.

o ¶Nunc non infert deus furorem suũ &c. Idest deus reprobos hoc seculo persæpe non punit: sed eorum scelera dissimulat: qa ipsos in æternum damnat. d. cap. Quid ergo. de pœni. distinct.3.

p ¶Deus vltionũ domin9 &c. Annota. vt in verbo Deus.

q ¶Sitis in promptu habentes/ vlcisci omnẽ obedientiam &c. Declara vt in verbo Inobedientia.

r ¶Seruus desiderat vmbram. Hic nota adagiũ de quo per glo. in cap. Cum dilecti. in verbo Calores. de do. & con. Nos gen9 humanum tecto gaudemus & vmbra.

s ¶Vmbrę mortis. Vmbra mortis secũdũ Cassiodorum dicuntur hæretici qui figuram exitij portant/ ipsum sub veritate postea dubio procul habituri. d.c.3. de hære.

t ¶Vmbram habens lex futurorum bonorũ. Hodie vmbra legis euanuit/ & illuxit veritas euangelij dicit text. ĩ c.1. de purifi. post. par. Multa aũt de vmbra q̃ sub lege erãt potes videre per textum qui Ambrosij est in c. Reuera. paulo post princi. de cõsecra. dist.2. de quo dixi in verbo Manna. in.1. Annotatiõe.

v ¶Vnges ex eo tabernaculum testimonij &c. Vngitur chrismate secundũ ecclesiasticũ morẽ cum consecratur altare/cum dedicatur templum/cum benedicitur calix: non solum ex mandato legis diuinę/ verumetiam exemplo beati Siluestri: qui cum consecrabat altare/ illud chrismate perũgebat. Præcepit enim dominus Moysi/ vt faceret oleum vnctiõis de quo vngeret testimonij tabernaculum/ & archam testamenti mensamq; cũ vasis. Verum vnctionis sacramentum aliud quidem

eius / altaria thimiamatis & holocausti & vniuersam supellectilē / q̄ ad
cultum eorum pertinet: sanctificabisq; omnia / & erūt sancta sanctorum.
Qui tetigerit ea: sanctificabitur. Aaron [x] & filios eius vnges: sanctifica-
bisq; eos vt sacerdotio fungantur michi. Filijs quoq; Israel dices. Hoc
oleum vnctionis sanctum erit michi in generationes vestras. Caro homi-
nis non vngetur ex eo / & iuxta compositionem eius non facietis aliud:
quia sanctificatum est & sanctum erit vobis. Homo quicumq; tale com-
posuerit & dederit ex eo alieno / exterminabitur de populo suo.
¶Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesię vt orent super
eum vngentes [xx] eum oleo in nomine domini &c. vt in verbo Infirmus. Iacobi. 5. c. d
¶Vos [y] vnctionem quā accepistis a Christo maneat in vobis: & nō ne-
cesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de om- 1. Ioan. 2. d.
nibus / & verum est / & non est mendacium.
¶Cętera i ver. Hely. Ecci. 48. a. Iudich. Iudich. 10. a. & Oleū. Ps. 44. b.

Vnguentum. ¶Recurre ad verba Cor. Pro. 27. b. Hester. He-
ster. 14. a. Iesus. Matth. 26. a. Musca. Eccēs. 10. a. & Videre. Apoc. 18. d.

Vnus. ¶Non est qui faciat bonum: non est vsq; ad vnum. Psalmo. 13. a.
¶Ego [z] & pater vnum sumus (Ait Christus). Ioannis. 10. f
¶Omnes vos vnum estis in Christo Iesu. Gala. 3. d.
¶Solliciti sitis seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Vnum [a] corpus ad Ephę. 4. a

efficit & figurat tam in nouo q̄ in veteri testamento. Vnde non iudaizat ecclesia cum vnctionis celebrat sacramentum: sicut antiqui mentiuntur qui neq; scripturas neq; dei nouere virtutem. Hęc sunt verba textus in c. Vnico. col. fi. versic. Vngitur. de sa. vnct. de hoc etiam praecepto Moysi dato. tex. est in c. 1. in prin. de conse. distin. 1. Spectat autem hęc vnctio seu cōsecratio ecclesiarum & altarium ad solum episcopum. c. Nemo. c. Missarū. eadem distin. Notatur per glo. in c. Transmissam. de elec.

x ¶Aaron & filios eius vnges. De vnctione episcoporum & sacerdotum vide quae scripsi in verbo Manus. Nume. 3. Vlterius tamen aduerte: q̄ nedum episcopi & sacerdotes vnguntur: sed etiam reges / vt dixi in verbo Dauid in secūda annota. immo & omnes christiani bis / scilicet ante baptismū. sed oleo benedicto: primum in pectore: deinde inter scapulas. Bis post baptismū / sed chrismate sancto: primum in vertice: demum in fronte. In pectore namq; baptizand9 inungitur / vt per sancti spiritus donum abijciat errorem & ignorantiam / & suscipiat fidem rectam. quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas: vt per spiritussancti gratiam excutiat negligentiam & torporem / & bonā operationem exerceat. quia fides sine operibus mortua est. vt per fidei sacramētum sit mundicia cogitationum. In pectore: vt p operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis. quia fides per dilectionem (secundum apostolū) operetur. In vertice vero baptizatus inungitur: vt sit paratus omni petenti de fide reddere rationem. quia per caput intelligitur mens: iuxta quod legitur. Oculi sapientis in capite eius: cuius superior pars est ratio / & inferior est sensualitas. Vnde bene per verticē (quae est superior pars capitis) intelligitur ratio / quae est superior pars mentis. In fronte vngitur baptizatus vt libere confiteatur: qd credit. qa corde credit ad iustitiā: ore autem confessio fit ad salutem. Memor eius quod dominus ait. Qui me cōfessus fuerit coram hominibus &c. Ante baptismū ergo vngitur oleo benedicto: & post baptismum chrismate sancto. quia chrisma soli competit christiano. Christus enim a chrismate dicitur / vel potius a Christo dicitur chrisma / non secundum nominis formam: sed secundum fidei rationem. A Christo vero christiani dicuntur: tanq̄ vncti deriuentur / ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti: cuius nomē oleū est effusū. Sūpta sunt haec oīa in d. capit. Vnico. §. Quia vero Christus. de sa. vnc.

xx ¶Vngentes eum oleo in nomine domini. Haec vnctio quae infirmis in mortis constitutis articulo dari solet & non alijs: vt notat Archidiaco. in capit. Presbyteros. 95. distinct. nedum est signum / sed etiam sacramentum: quia si digne sumitur / vel agit vel auget: absq; dubio. quod designat. d. capit. Vnico. paulo post princip. de sacra. vnctio. quod declarius vt dixi annotando haec verba / in verbo Infirmus. An autem possit iterari in eadem infirmitate: dicit Albe. de Ro. in dictionario suo. in verbo Vnctio. §. Vnctio extrema. q̄ sic. vnde si in hydropica infirmitate fuerit quis redactus in eum statum: quo in mortis periculum putabatur redactus: proptereaq; data sibi fuerit extrema vnctio. si ab eo periculo liberatur: remaneat tamen infirmitas: qua remanente / iterum incidat in pristinum periculum: poterit iterari extrema vnctio. Hęc Albe.

y ¶Vos vnctionem quam accepistis &c. Vnctione interiore & inuisibili inungitur cor. de qua Ioan. apostolus ait. Vos vnctionem &c. Ita text. in d. capi. Vnico. circa princip. de qua etiam loquitur text. Iam transcriptus in capit. Vnctio inuisibilis. de poeniten. distinctio. 1.

z ¶Ego & pater vnum sumus. Quia pater & filius habent eandem substātiam: & sic eadem res est pater & filius: necnon & spiritussanct9 ab vtroq; procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad patrem / volo inquiens: vt ipsi sint vnum in nobis: sicut & ipsi vnum sumus. Hoc nomen vnum pro fidelibus quidem accipitur: vt intelligatur vnio charitatis in gratia. pro personis vero diuinis: vt attendatur identitatis vnitas in natura. Ita dicit tex. in c. Dānamus. colum. 2. de sum. trini. de quo etiam dixi in verbo Mundus Io. 17.

a ¶Vnum corpus & vnus spiritus &c. Ecclesiae vnitatem beatus Paulus apostolus docet: & sacramentum vnitatis ostendit dicens. Vnum corpus / & vnus spiritus / & vna spes vocationis nostrae / vnus dominus / vna fides / vnum baptisma / vnus deus. Quam vnitatem tenere firmiter / & vendicare debemus: maxime nos episcopi (dicit Cyprianus papa) qui in ecclesia dei praesidemus: vt episcopatum quoq; ipsum vnum atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatem fallat. Nemo fidei veritatem perfida praeuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est: cuius singularis insolidum pars tenetur. & ecclesia vna est: quae in multitudine latius incremento foecunditatis extenditur. Quomodo multi rami sunt: sed vnum lumen. & rami arboris multi sunt: sed robur vnum radice tenaci fundatum. & quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt: & numerositas / licet diffusa videatur exundantis copiae largitate / vnitas tamē seruatur integra in origine. Auelle radium solis a corpore: diuisionem vnitas non capit. Ab arbore frange ramum: fructus germinare non poterit. A fonte praescinde riuum: praecissus arescit. sic & ecclesia domini luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit. Vnum tamen est: quod vbicunq; diffunditur / nec vnitas corporis separatur: ramos suos per vniuersum orbem copia vbertatis ostēdit: perfluēres largitur riuos: ramos latius expandit. Vnum tamen est & vna origo mater copiosae foecunditatis. Adulterari non potest sponsa Christi / incorrupta est & pudica. Vnam domum nouit: vnius cubiculi sanctitatem in casto pudore custodit. Alienus ergo est / prophanus est / hostis est: habere non potest deum patrem qui vniuersalis ecclesiae non tenet vnitatem. Praemissa sumpta sunt ex capit. Loquitur. iuncto princip. capit. sequen. 24. quaestio. 1. In qua causa & quaesti. plerią; textus habētur de hac ecclesiae vnitate loquentes / quos vide. de qua etiam est text. in capi. 1. §. Vna vero. de sum. tri. cum si. Multa autem de hac vnitate ecclesię

dixi in verb. Ecclesia: & in verb. Petrus. vnde & transeo. b ¶Vnus dominus/vna fides/vnum baptisma. De hac triplici vnitate dixi in verb. Fides. ānotando hāc sententiā. Adde tñ ibi dictis bo. tex. in c. Cū itaq. de conse. disti. 4. vbi paulo post princip. dicitur. Scimus inexpiabile esse facinus quotiens iuxta hæreticorum dogmata/contra sanctorū patrum instituta cogitur aliquis lauacrum (qd regenerandis semel tributum est) bis subire apostolica reclamante sententia: quæ nobis vnam prædicat in trinitate deitatem. vnā in fide confessionē: vnum in baptismate sacramentum. Hæc ibi.

& vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Vnus [b] dominus/vna fides/vnum baptisma. Vnus deus & pater omnium qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis.

1. Timo. 2. b. ¶Vnus deus/vnus & [c] mediator dei & hominum homo Christus Iesus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus & c.

¶Cętera in verbis Cōmune. Actuū. 4. f. Duo. Ecclesiastes. 4. c. & Eccl. 32. b. Iesus. Lucę. 10. g. & 18. d. Iesus. ad Ephesios. 2. c. Lex. Iacobi. 2. b. Magister. Matt. 23. a. Meretrix. 1. Corinth. 6. d. Mundus substantiuum. Ioannis. 17. c. Oues. Ioannis. 10. c. & Testimonium. Ioannis. 5. b. c.

Psalmo. 24. d **Vnicus.** ¶Respice in me & miserere mei: qa vnic⁹ [d] & paup sū ego.

Psalmo. 34. e ¶Domine quando respicies/restitue animam meam a malignitate eorū a leonibus [e] vnicam meam.

¶Cętera in verbis Iesus. Lucę. 7. b. & Thobias. Thobię. 6. d.

Prouer. 4. a. **Vnigenitus.** ¶Ego (dicit salomon) filius fui patris mei tenellus & vnigenitus [f] coram matre mea.

Zacharię. 12. e ¶Aspicient ad me quem crucifixerunt & [g] plangent eum planctu quasi super vnigenitū: & dolebūt super eū vt doleri solet in morte priogeniti.

¶Cętera in verbis Abraā. Genesis. 22. c. Charitas. 1. Ioannis. 4. b. Iepte Iudicum. 11. f. & Mundus. Ioannis. 3. b.

ad Ro. 4. c. **Vocare et Vocatio.** ¶Deus [h] viuificat mortuos: & vocat ea quę non sunt/tanq̄ ea quę sunt.

ad Rom. 11. d ¶Sine [i] pœnitentia sunt dona & vocatio dei.

1. Cor. 7. c. d ¶Vnūquēq; [k] sicut vocauit deus/ ita ambulet: & sicut in oībus ecclesijs doceo. Circūcisus aliquis vocatus est/nō adducat prępputiū. In prępputio aliquis vocat⁹ est: nō circūcidatur/circūcisio nihil est: & pputiū nihil est: sed obseruatio mādatorū dei. Vnusquisq; enim i qua vocatiōe vocat⁹ est: in ea pmaneat. Seruus vocat⁹ es: nō sit tibi curę: sed & si potes fieri liber/ magis vtere. Qui enim vocat⁹ est seruus: libert⁹ est dñi. Similiter q liber vocat⁹ est: seru⁹ est Christi. Precio ēpti estis: nolite fieri serui hominū. Vnusquisq; ergo in quo vocat⁹ est frater: in hoc permaneat apud deum.

ad Ephe. 4. a ¶Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatiōe: qua vocati estis: cum omni mansuetudine & humilitate cum patientia supportantes inuicem in charite/ solliciti seruare vnitatē in vinculo pacis.

c ¶Mediator dei et hominū. Declara vt in verbo Iesus.

d ¶Vnicus. Hæc dictio est pluralitatis exclusiua. l. 2. ff. de lib. & posthu.

e ¶A leonibus vnicam meam. His verbis petere possum⁹ animā nostrā rationalē seu? eripi demonum tentamentis. Dęmōes enim pter magnā eorū in genus humanū seuitiā/leones vocari probat tex. in alle. c. Aduersitas. §. Est igit persecutio. 7. q. 1. Animam aūt rationalē recte vnicam dici/ vel hac nobis ratione persuasum esse potest: q sola anima rationabili a cęteris secernimur animantib⁹ Solaq; perstat immortalis corpore corrupto. sensitiua enim qua sentimus per sensus corporeos/ certum est/ q corrumpitur corpore corrupto. Et idem de vegetatiua/qua vegetamur/ nutrimur/ & augmentum sumimus. in prima cōicam⁹ brutis. in secunda vero etiā plātis. Ita glo. in cle. 1. §. 1. in verb. intellectiue. de sū. tri.

f ¶Vnigenitus corā matre mea. Quare vnigenitum se nominat/ quem fratrē vterinū pcessisse scriptura testatur: nisi qa ille mox natus sine nomie quasi nūq̄ esset/ vita decessit. Non eīm videtur fuisse/ qui non durauit. c. Ad nostram. de regu. facit l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem. ver. Ita hanc sententiā declarat tex. Hieronymi cum gl. fi. in c. 3. de ver. signi.

g ¶Et plangent eum plāctu/quasi super vnigenitū. Hæc dicunt de Christo/ quem Iudęi videbūt in sua & patris claritate regnantē & dolebunt crucifixisse eū/quem agnoscent dei patris vnigenitū filium. Vnigenitus nāq; dei filius Christus est. quia vt dicit Anselm⁹ in sancta trinitate q̄tumlibet paruū incōueniens est impossibile/sed si pater alium filiū genuisset. Ille per omia similis esset iam genito filio/& cum iam genitus fili⁹ sit verbum/ reliqu⁹ esset verbum. & sic essent in deitate duo verba. sed cum vno dei verbo omnia perfectissime dicantur & creantur: aliud superfluū & nugatorium fuisset. Nam duorum ad idem suffragantiū quorum vnū sufficit alterum superfluū est. quod in deitate possibile non est. Ita Io. Andr. Anselmum citans in cle. 1. in verb. Vnigenitum. de sum. tri.

h ¶Deus viuificat mortuos &c. Ex pctōribus magnis/magnos nōnunq̄ diuinę legis zelatores deus efficit ita vocās ea quæ non sunt tanq̄ ea/quæ sunt. j. in suorum numero eos ascribens qui ob degenerem eorū vitam/perditi videbantur/ & omni diuina gratia orbati: sicut & illos qui de prædestinatorū seu saluādorum numero semper visi sunt & habiti/ prout hęc etiam probantur in c. Quis nos. versi. Et cum pettum. 23. quæst. 4. & in c. Hanc societatem. de pœni. dist. 4.

i ¶Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei: quia gratia dei in baptismate non requirit gemitū/non requirit planctū/ vel opus aliquod. sed solam fidem/ & omnia gratis condonat/ tex. est cuius hęc omnia verba sunt in c. Sine pœnitentia. de conse. dist. 4. intellige hęc in paruulis/ vel etiam in adultis q̄tum ad exteriorē pœnitentiam. In paruulis enim ad baptismi regenerationem venientibus. nec interior exigitur/ nec exterior pœnitentia vtpote cū ipsius nō sint capaces: sed in sola fide offerētiū, & a pctō origīali abluunt & dona recipiūt seu virtutes/iuxta ea quę habentur in alle. cle. 1. §. Adhoc. de sum. tri. In adultis autem & si non exterior/interior tamē necessaria est pœnitētia. Omis eīm qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est/cū accedit ad sacramenta fideliū/nisi eū veteris vitę pœniteat/ nouā inchoare non potest. dicit tex. Augu. in c. Tres sunt. de pœni. dist. 1. &. & in c. Omnis qui. de cōse. dist. 4.

k ¶Vnūquemq; sicut vocauit deus. Ita ambulet &c. Hac tota sentētia p apl'm suadet/ne quis assumptam a se viuendi

consuetudinem facile immutet: si tamen eiusmodi sit quæ salutẽ non prępediat. Prout etiã est tex. in c.q̃to .§. Quia vero. de transla. præla. in c. 1. 21. quæst. 1. in c. 1. 19. quæst. 3. & in c. Licet. in princip. cũ similibus de regula. Quod intellige quando quis leuitate quadam aut inconstantia permotus solitam vitã suam vellet immutare. Si aũt dei cõtemplatione & causa vitę melioris assumendæ: non vituperio dandus: sed multa cõmendatione dignus esset. c. Duę sunt. in fi. 19. quæst. 2. d. c. Licet. de regula. & probatur in auten. de mona. colla. 3. Est enim illecebris plena/ & varijs circunsepta inquinamentis secularis vita: quã si quis propterea deserat/ vt sic derelicta Lyę lippitudĩe/ Rachelis pulchritudini iungat a vita actiua i contemplatiuã transiens apostoli nequaq̃ dicetur con trauenisse cõsilio. Neq; em̃ melius viuendi institutum dissuadere voluit: sed tantũ leuitatem tollere/ & eorum extirpare sententiã: qui in solo statu præcellenti & nõ in quouis alio salutem esse putarẽt/ sicq; ostendere neminem in suo statu contemnendũ/ tanq̃ scz aliquis status sit vt pote seruorũ aut liberorum coniugatorũ siue cõtinẽtium aut virginũ: i quo ęterna salus acquiri nõ possit. In omni em̃ tali/ vitam promereri possumus æternam. vnde nec in statu degentes perfecto seu ad perfectionẽ diligente/ eos nequaq̃ faciant nichili/ qui in laxiore deligũt statu vitam agere. Neq; rursus hij/ qui laxiores sũt/ eos contẽnant aut rideant qui arctiori se vitæ dedunt/ sed ita sit oĩs sua sorte contẽtus/ vt alterius sortem ea ratione non optet/ quasi in sua/ salus nõ sit/ neq; contẽnat/ tanq̃ erogare satis sit/ neq; a quouis superogari debeat. Hęc enĩ præsumptiõ/ supercilij plena esset: & merito reprehẽdenda prout hęc probantur 30. dist. per to. iuncto c. 1. §. Quoniã vero. 11. q. 4.

¶Oramus pro vobis semper/ vt dignetur[l] vos vocatione sua deus: & impleat omnem voluntatem bonitatis suę: & opus fidei in virtute. Vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis: & vos in illo secundum gratiam dei nostri/ & domini nostri Iesu Christi. 2. ad The. 1. d

¶Cętera in verbis Charitas. Prouerbio. 15. b. Cœna. Lucę. 14. c. Iesus. Matthæi. 9. b. Iesus. Lucæ. 1. c. & Ioãnis. 4. c. Ioãnes baptista. Lucę. 1. a. in fine. Nomẽ. Gene. 2. d. Nuptię. Lucę. 14. a. b. Potẽs. Ecci. 13. b. c. Prędestinare: ad Roma. 8. f. Samuel. 1. Reg. 3. a. b. & Videre. Apocaly. 19. b.

Vox.

¶Vox[m] domini super aquas: deus maiestatis intonuit dominus super aquas multas/ vox[n] domini in virtute: vox domini in magnificẽtia. Vox domini confringẽtis cedros: & confringet dominus cedros libani: & cõminuet eas tanq̃ vitulũ libani: & dilectus queãdmodum filius vnicornium. Vox domini intercidentis flãmam ignis: vox domini cõcutientis desertũ: & cõmouebit dñs desertũ Cades. Vox dñi prępãrãtis seruos & reuelabit condensa: & in tẽplo eius omnes dicent gloriam. Psal. 28. a. b. c

¶Quando inimicus submiserit vocem suam/ ne crediderís ei: quoniam septem nequitię sunt in corde illius. Prouer. 26. d.

¶Vox[o] populi de ciuitate: vox de templo: vox domini reddẽtis retributionem inimicis suis. Esaiæ. 66. b.

¶Videte[p] ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis auertimus: cuius vox amouit terrã tũc: nũc autẽ repromittit: dicẽs. Adhuc semel & ego mouebo/ nõ solum terram: sed etiam cœlum. ad Heb. 12. f.

¶Audiui vocem de cœlo dicentẽ michi. Saule: Saule: quid me persequeris? Actuum. 22. c. Et supra in verbo Paulus.

¶Cętera in verbis Clamare. Esaię. 58. a. Clarificare. Ioannis. 12. d. Iesus. Matthei. 3. d. Semita. Esaię. 40. a. & Videre Apocalypsis. 14. a.

l ¶Vt dignetur vos vocatione sua deus. Non est enim volentis/ neq; currentis: sed dei miserentis & adiuuantis vt peruenire valeamus ad calcem/ dicit tex. in alle. c. Si enim. col. 5. de pœni. dist. 2.

m ¶Vox domini super aquas/ deus maiestatis intonuit. Dominus super aquas multas. s. verbũ domini fuit super aquas in sanctificationem regenerationis. Tactu enim mũdissimæ carnis Christi sanctificatę sunt aquæ p baptismi regeneratione. c. Nũq̃. de consecra. dist. 4. tuncq; deus maiestatis intonuit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. c. fi. de conse. dist. 3. Ita eum ostendens intonuit super aquas multas. s. super populos multos aquæ enim multę populi multi sunt dicit glo. in c. Cum omne. in verb. Aqua. de conse. distin. 2.

n ¶Vox domini in virtute/ vox domini in magnificentia. Hoc versu & sequentibus ostenditur omnipotentem esse ac efficacem Christi potentiam omnẽq; aliam præcellere. prout etiam dicit tex. in alle. c. Quæ contra. in fi. 8. dist.

o ¶Vox populi de ciuitate &c. Declara hanc sententiam. vt per glo. or. pro iure aũt humano circa vocem populi potes notare vulgatum illud adagium. vanę voces populi/ non sunt audiendæ c. Osius episcopus. de elec. Circa vocem aũt de templo. Notare potes pro electionibus ecclesiasticis q vocem non debet quis habere/ nisi subdiaconus sit. cle. vt hi qui de ęta. & qua. talis tamen qui vocem non habet ex ordinis defectu posset eam alij dare nomine procuratorio. Ita tenet Io. an. in regu. Quod alicui in mercu. refert do. Iason. in l. 1. §. Item acquirimus in. 10. col. ff. de acqui. posses. Aduerte tamen/ q ius dãdi vocem in capitulo cathedralis. vel collegiatæ ecclesię principaliter prouenit ratione canoniæ. non autẽ ratione præbendæ. vnde canonicus non prębendatus vocem habere potest in capitulo c. Dilectus. in fi. c. Pro illorum. in fi. & ibi Panor. in. 3. no. de præben. Quid autẽ si canonicus esset promotus ad sacros ante ætatem legitimã: an vocem haberet in capitulo. dic q sic: quia vocem habere/ principaliter prodit ex canonia licet accidẽtaliter requiratur/ q in sacris sit: vt in d. clemen. vt hi qui. Ita Panor. in d. c. Pro illorum in. 1. cons. licet esset secus si requireretur principaliter/ q quis in sacris esset: quia tunc paria essent: aliquem non esse ordinatum: vel esse ordinatum ante tempus. iuxta glo. in c. Ei cui. de pręben. in. 6. Aduerte vlterius q habens duas voces: vnam nomine suo/ alteram nomine procuratorio alterius: non potest eas diuidere c. pe. §. fi. de elec. in. 6. & dixi in c. Cum olim de re. iudi. Et idem est in electionibus secularibus vt notat Ludo. Ro. in singulari. 79. Et idem etiam in alia materia q̃ electionis. vnde procurator constitutus a pluribus patronis/ non potest plures pręsentare secundum Lapum in alle. 22. ratio istius est: quia quod putat iustum fieri nomine suo non debet putare iniustum nomine alieno: facit tex. in l. quod neruia. ff. depo. vide Decium in c. Quãuis. colum. 1. de offi. dele.

p ¶Videte ne recusetis loquentem. Hic notari potest verbis istis secundum literę corticem acceptis/ q in voce alterius audienda q̃ in eius scriptis legendis/ debet quis esse vigilantior. habet enim vt inquit Hiero. vox nescio quid latentis energiæ: & in aures audientis transfusa fortius sonat. q. d. audita multo tenacius hærent memoriæ/ q̃ visa. Ita Archid. in c. 1. colum. 2. in verb. Viuente. 43. distin.

Volare. ¶Require sententias in verbis Colũba. Esaię.60.b. Mendacium. Prouerbiorum.10.a. & Penna. Psalmo.17.c.&.54.b.

Volucris. ¶De volucribus immundis ad ęsum secundum legem Mosaycam: vide Leuiuici.11.d.

¶Alias autem sententias Require in verbis Benedicite. Danielis.3.f. Fouea. Matthęi.8.c.& Lingua. Iacobi.3.b.

Psal.118.c. **Voluntas.** ¶Voluntaria oris[q] mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.

Psal.142.d. ¶Eripe me de inimicis meis/ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.

Psal.144.d. ¶Voluntatem[r] timentium se faciet (dominus) & deprecationem eorum exaudiet & saluos faciet eos.

Prouer.29.c. ¶Virga atq; correctio tribuit sapientiam. Puer[s] autẽ/qui dimittitur voluntati suę confundit matrem suam.

Danie.4.g. ¶Iuxta voluntatem faciet (deus) tam in virtutibus cœli: q̃ in habitatoribus terre: & non est qui resistat manui eius: & dicat ei: quare fecisti?

Lucę.22.e. ¶Orabat Iesus/dicens. Pater si vis/transfer calicem istum a me. Verũtamen[t] non mea voluntas/sed tua fiat.

Ioan.6.d. ¶Descendi de cœlo (Ait Christus) non[v] vt faciam voluntatẽ meã: sed voluntatẽ eius qui misit me. Hęc est enim volũtas eius/qui misit me patris: vt omne/quod dedit michi/non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hęc est autem volũtas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium/ & credit in eum/habeat vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

2.Cor.8.b.c. ¶Cõsiliũ[x] in hoc do (vt scilicet pauperibus eleemosynas detis) Hoc enim vobis vtile est: qui non[y] solum facere/sed & velle cępistis ab anno priore. Nunc vero & facto perficite. vt quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit & perficiendi ex[z] eo quod habetis. Si enim voluntas[a] prompta est secundum id quod habet: accepta est non secundum id

q ¶Voluntaria oris mei beneplacita fac domine. Textus est circa hanc psalmographi sententiam notandus in c. Pręsens.20.q.3. de quo dixi in verb. Virga Lucæ.9. r ¶Voluntatẽ timentium se faciet dñs. Volũtas vt Augustinus ait lib.1. retractationũ est animi mot9 ad aliquid imitandũ/vel adipiscendũ/seu ad aliquid faciendũ/vel non faciẽdum. Quod propterea dictũ est: vt hac diffinitione volens a nolente discerneret. j. in voluntatis diffinitione. ideo affirmatio ponitur & negatio vt ostendatur qua voluntate quis dicat volens: & qua nolens. Nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: voluntate aũt ad non faciendum dicitur nolens. & sic omnis nolens/dicitur volens. & eadem qualitas dici potest voluntas & noluntas. Nam nolle facere idẽ est qd non velle facere. vnde lapis non dicitur nolens: cum voluntatem non habeat non faciendi: & secundum regulã iuris. Eius est: nolle cuius est & velle. Præmissa sumpta sunt.15.quæst.1. in princip. cum gl. in verb. Propterea. Ex quibus liquet hanc sententiam/& de voluntate faciendi vel habendi/& de voluntate non faciendi/vel nõ habendi intelligi posse. s ¶Puer qui dimittitur voluntati suæ/ confundit matrem suam. Istud intellige de effreni volũtate/ seu de voluntate non regulata per dictamen rectę rationis. Tali enim volũtati/nedum puer/sed nec etiam quis alius est relinquendus. Nam quis nesciat/nec damnari hominem: nisi merito malæ volũtatis. Nec liberari: nisi bonam habuerit voluntatem. Non tamen ideo qui diliguntur malę suę voluntati impune/& crudeliter permittẽdi sunt: sed vbi potestas datur/& a malo p̃hibendi/ & ad bonum sunt cogendi. Ita dicit tex. qui Augustini est in cap. Displicet.23.quæst.4. de quo dixi diffusius in verb. Frenum. in.1. anno. Quomodo autẽ verbum voluntas simpliciter prolatum/ accipiatur in iure humano: an scilicet p̃ voluntate libera an vero p̃ regulata secundum arbitrium boni viri. vide quod scribit Bar. in extrauagan. ad reprimendam. in verb. Videbitur.
t ¶Verũtamen non mea voluntas/sed tua fiat. Declara per ea quæ dixi in verb. Iesus annotando similem sententiam quæ est Matthæi.26.c. Pater mi si possibile est: transeat a me calix iste. verumtamen non sicut ego volo/sed sicut tu vis.
v ¶Non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius/qui misit me. Non hoc dicit quia facit/quod nõ velit sed obedientiã suã sub effectu paternę voluntatis ostendit. quia factus est obediens patri vsq; ad mortẽ: mortẽ autem crucis c. Timorem in fi. de conse. dist.2. x ¶Cõsilium in hoc do. Videtur ergo q̃ eleemosynarum datio sit tantum cõsilij: & non præcepti de quo vide quod scripsi est in verb. Egenus. in.1. annota.
y ¶Non solũ facere/sed & velle cœpistis. Aduerte quia non ipsum solum facere: sed & velle ponderat/quia vt iam dictum est. Sicut non satis est bene velle: nisi studeas etiam benefacere. sic non satis est bene facere: nisi id ex bono fonte procedat: hoc est ex bona voluntate proficiscatur. c. Non satis est. in princip.86. distin.
z ¶Ex eo quod habetis. q.d. Non moneo vt totum id/quod habetis/in pauperes elargiamini: sed vt partiri non recusetis. Neq; enim ea sola subuentio deo grata est: qua vt pauperibus subueniat/totum sibi quis eripit/quod habet: sed & illa qua quod habet cum pauperibus partitur aliquam eis bonorum suorum portionẽ impẽdens. Et hoc est quod subiungit. Si enim voluntas &c. Prout etiã hæc dicuntur in c. Pulchra in fine iũcto. c. in singulis. in fine.86. dist. de sola autem ea eleemosynarum largitione quę supra vires fit loquens textus/qui sumptus est ex Gangreñ. concilio in c. Parsimoniam.41. dis. dicit bona opera quæ supra vires in fratres pauperes exercentur/secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus. vbi glo. allegat illud euangelicum. Quicquid supererogaueris/reddam tibi.
a ¶Si enĩ voluntas &c. Declara vt dixi/ vel aliter iuxta mentẽ Nico. de Lira hic. nemo a danda eleemosyna excusare se debet. Quandoquidẽ accepta est ex cõmensuratione volũtatis: non aũt ex cõmensuratione muneris. Si enim parũ habeas/ parũ & dato: sed amplius dandi si haberes voluntatem assumito: & q̃tum tu vis/tantum mereris. secus si multum habeas/ & parum des. quia voluntas assumpta de ampliore dando tibi non prodest. vtilis enim voluntas est/si defuerit potestas. at vbi adest: q̃tum erit in opere/tantum erit/& non plus meriti in voluntate. glo. est præmissa sentiens in c. Magna pietas. in glo. pe. & fina. de pœni. distin.1. Et late Archid. in cap. Qui bona. colum.1.17. quæst.2.

aa ¶Non enim vt alijs &c. Circa hæc verba. Nota tex. in cap. fi. paulo ante fi. 25. quæst. 1. vbi dicitur. valet sancta Ro. ecclesia suis priuilegijs quoslibet munire & extra generalia decreta quædam speciali beneficio indulgere. Considerata tamen rationis æquitate. vt quæ mater iustitiæ in nullo ab ea dissentire videatur: vt priuilegia videlicet/quæ ob religionis/vel necessitatis/vel exhibiti obsequij gratiam conceduntur neminem releuando. Ita diuitem faciant vt multorum detrimēta non circunspiciendo / in paupertatis miseriam nonnullos deijciant/propter illud apostoli/(quod ad Corinthios scribēs ait) non enim volumus vt alijs sit remissio: vobis autem tribulatio cui sacra lex principum concordans ait rescripta contra ius elicita/ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: nisi forte aliquid qd lædat alium / & prosit petēti: vel crimē supplicantibus indulgeat. Itē cōstitutio imperatoris nec dānosa fisco nec iuri cōtraria postulare oportet. Hæc ibi.

quod non habet. Non [a a] enim vt alijs sit remissio: vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate/in præsenti tēpore vestra abundātia/ illorū inopiam suppleat: vt & illorum abundantia / vestræ inopiæ sit suplementum: vt fiat æqualitas.

¶Cętera in verbis Concupiscentia. Ecclesiastici. 18. d. Cor. Prouer. 11. c. Iesus. Ioannis. 4. d. Orare. Matthęi. 6. b. Probare. Ad Romanos. 12. a. & Seruus. Lucę. 12. f.

Voluptas.

¶Omnia/ quę desiderauerunt oculi mei: non negaui eis: nec prohibui cor meum: quim omni [b] voluptate frueretur: & oblectaret se in hijs/ quę preparaueram. Eccēs. 2. b.

¶Adolescentia & voluptas vana sunt. Eccēs. 12. a.

¶Qui [c] vescebantur voluptuose/interierunt in viis. qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Threno. 4. a

¶Cętera in verbis Adam. Genesis. 3. d. Inebriare. Psalmo. 35. d. & Semen. Lucę. 8. d.

Vouere et Votum.

¶Locut9 est dn̄s ad Moysē/dicēs. Loquere filijs Israel: & dices ad eos. Homo [d] q votū fecerit & spoponderit [e] deo Leuiti. 27. a.

b ¶Nec phibui cor meum/quin omni voluptate frueret. voluptas nedum in venereis actibus cibis ve aut potibus: sed & in cęteris omnib9 delectationem parientibus versatur. facit bo. tex. in l. impensæ. in fi. ff. de verb. signi. dum ibi dicitur impēsæ voluptariæ sunt/ quę speciem dūtaxat ornant/ non etiam fructum augent. vt sunt viridaria & aquæ salientes/ incrustationes / loricationes/ picturæ.

c ¶Qui vescebantur voluptuose &c. Astipulatur bo. tex. qui Hieronymi est in c. Legimus. in fi. de conse. distin. 5. vbi dicitur irridet Horatius appetitū ciborum / qui consumpti relinquunt pœnitentiam. Hæc tex. glo. aūt ibi in verb. Irridet/citat carmina Horatiana Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas. me pinguem & nitidum bene curata cute vises/ Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

d ¶Homo qui votum fecerit. Votum est alicuius boni cū deliberatione facta promissio. Vel votum est conceptio boni propositi cū deliberatione confirmata: qua quis ad aliquid faciendū vel non faciendū se deo obligat. vel votum est testificatio quędam promissionis spontaneæ: quę deo/ & de his /quæ sunt dei: fieri debet. Has diffinitiones dat Archid. 17. q. 1. in sūma. allegans magist. sententiarū li. 4. dist. 37. & easdē ponit additionati9 Panor. in rub. de voto. Ideo aūt dr̄ votum esse pmissionē cū deliberatione; quia nisi adfuerit deliberatio / votū nō est vsquaquā obligatoriū. c. Literaturā. & ibi per doct. de voto. vbi Panor. allegans. S. Tho. scda scdæ. q. 88. concludit tria esse inter cætera ad votum necessaria deliberatio. s. propositum/ & promissio corde vel ore facta. Ideo vero dicitur votū promissionē esse deo factā: quia proprie votum fit soli deo/ non autē sanctis: nisi scdm qd suffragatores sunt seu mediatores inter nos & deum: sicut & oratio ad sanctos fit. Ita dicit additionarius Panor. in d. rub. de voto. allegans Tho. in. 4. sententiarū. dist. 38. q. 1. arti. 3. circa medium. vltimo dicitur votū esse promissionē/de his quæ dei sunt: quia votū non se extendit ad illicita: nec refert virum fuerit tunc illicitū/quando votum emissum est: vel postmodū illicitum fiat. vnde & dicitur in turpi voto muta decretū. c. In malis 22. quęst. 4. Est aūt duplex votum. Quoddā simplex: & quoddam solēne. Solēne est: quod fit interueniente aliquarum istarū solēnitatū/ videlicet per susceptionem sacri ordinis vel per susceptionem sacrę vestis/ quæ tantū profitentib9 datur: & maxime si cum alijs cantare incipiat/ & oblationē facere. vel cū per professionē deuouet se alicui religioni. Et tale votum/ matrimoniū impedit cōtrahendū: & dirimit postea contractū. votū autē aliud/ quis corā multis factū/dicitur simplex: quasi non vestitū aliqua solēnitate. & tale votū impedit matrimoniū contractū: sed non dirimit iam contractū. i. non debet vouens etiā simpliciter/ matrimonium cōtrahere sed si cōtrahat/tenet matrimoniū. hęc omnia pbantur per textū cum glo. ma. in c. Rursus. Qui. cle. vel vo. iuncto c. Meminim9. & c. Consuluit. eo. ti. Et est tex. rotundus in c. Vnico de voto. in. 6.

e ¶Et spopōderit deo animā suā (.i. dicit glo. interlinearis) totam vitam suam. vnde aduerte/ q illi proprie totam vitam suā spondere deo dicuntur qui religionem ingrediuntur: vel votū emittunt religionis ingrediēdæ. tales em̄ totū vitæ suæ tp̄s obedientię ipendūt sui cōditoris. c. Scripturę. cū glo. ibi de voto. Circa quod votū aduertendū venit ad aliqua. Primo q post votū a se de certa religione intranda emissū/ religionē aliā etiam laxiorē ingredit: & profitetur in ipsa: potest (voto non obstāte priori/ cui tanq̄ simplici per scdm solēne noscit derogatū) remanere licite i eadē. Pro voto tn̄ nō cōpleto erit eidē pœnitētia iniungēda. casus est in c. Qui post votū. de regula. in. 6. & ita etiā dicit Archid. in c. Propositū. in prin. 20. q. 3. Scdo q talis vouens/ votū suum exoluere debet: etiā si interi ad episcopalē eligeret dignitatē c. Per tuas. de voto. in antiq. Tertio q si certa dies pstituta fuerit. i. quā vouens religiosū habitū peteret/ vel assumeret/ vltra eū diē differri nō debet. alioqui differens/ est voti transgressor/ nisi cū superioris distulerit auctoritate. c. Non est eo. ti. Non liberatur tn̄ post tempus: quia vouens ingredi certo die/ obligatur ad duo: ingredi. s. & ingredi tali die. vide Panor. in d. c. Per tuas. & Archid. in c. Nuptiarū. col. 2. versi. Pone &c. 27. q. 2. Quarto q si is qui religionem vouit ingredi/ ppositum habebat/ nedū ingredi/ sed & ibi manere perpetuo/ seu profiteri/ non tamen propositū hoc in votū deduxit. a voto suo eximitur/ religionem intrando cū intentione profitendi. si se coperiat inhabilem: neq; voti fractor dicetur. licet postea egrediatur/ dummodo fraus & malignitas cesset. Ita cōcludit Henri. Bouhic in d. c. Per tuas. circa prin. & Archid. in c. Scimus. 12. q. 1. vbi etiam dicit/ q si vouens religionis ingressum/ vouerit in genere/ nō cogitando de aliqua speciali religione/ si in vna locum non inueniat. aliam quærere tenetur/ & ingredi. Secus si de aliqua speciali cogitasse quia subintelligitur conditio/ si voluerint me recipere. Et hanc etiam conclusionem sentiūt. Inno. & Hostiē. in cap. Porrectum. in fi. de regula. an autem talis compelli possit in foro iudiciali ad complementū voti/ Henri. Bouhic in ca. Ex parte. de censi. dicit q aut quis promisit seu vouit intrare certum monasterium: & tūc licet tale votū sit simplex tn̄ monasteriū cōditiōe ex dicta decretali Ex pte. pōt agere cōtra vouentē/ vt intret ipsū monasteriū: imo nedū illud monasteriū pōt

agere contra eum: ſed etiam eccleſia: puta diœceſanus/qui habet exequi facta pia & animarum periculis occurrere. l. hæredi tas. ff. de peti. hęredi. l. nulli. §. Quod ſi nemo. C. de epiſcopis & cleri. c. Nos quidem. c. Tua nobis. & c. ſi. eum ſimilibus de teſta. aut promiſit ſeu vouit tantum in genere aliquã religionem intrare: & tunc eccleſia poterit ipſum diſtringere / vt vnam intret de approbatis. Eccleſia (inq̃). ſ. epiſcop⁹ vt dictum eſt. quia eccleſia eſt in epiſcopo: & epiſcopus in eccleſia. 7. quæſt. 1. c. Scire nõ. nõ poterit tamẽ certa religio aut monaſteriũ/ipſum diſtringere ſeu compellere. arg. in c. Non ſolum. in ſi. de regula. & facit tex. in l. Si qs ſeruum. §. Si inter duos. ff. de leg. 2. Ita Henricus ind. c. Ex parte põſt Hoſtien. In no. & Ioan. ibi. Vltimo aduerte q̃ eum tali vouente poſſʒ papa ex iuſta cauſa diſ penſare ſecundum communiter doct. in capt. 1. de voto. & dicetur ſequenti annotatione.

animam ſuã ſub [f] eſtimatione dabit precium. Si [g] fuerit maſculus a viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum annum dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij: ſi [h] mulier/triginta. A quinto autem anno vſq; ad viceſimum maſculus dabit viginti ſiclos. fœmina/decem. Ab vno menſe vſq; ad annum quintum/pro maſculo dabuntur quinq; ſicli: pro fœmina tres. Sexagenarius & vltra maſculus dabit quindecim ſiclos: fœmina / decem. Si pauper fuerit/& eſtimationem reddere nõ valebit: ſtabit coram ſacerdote: & q̃tum ille eſtimauerit/ & viderit eum poſſe reddere: dabit tantum.

f ℭ Sub eſtimatiõe dabit precium. An in nouo teſtamẽto vota redimi poſſint vel cõmutari & ſup eis diſpenſari diſtingue breuiter. quia quædam vota ſunt voluntatis: & quædam neceſſitatis. Voluntatis votum dicitur: qđ quis voluntarie ab initio emittit abſq; eo ſcilicet q̃ ad illud teneretur vt eſt votum continentiæ/ abſtinentiæ / peregrinationis & quoduis ſimile. & de his dicitur in pſal. vouete & reddite. ſ. dicit glo. ſi voueris. redde. vt primũ voluntatis ſit. ſecundũ autẽ neceſſitatis. ſeu vt primũ ad conſilium: ſecundum ad imperium referaṫ. Neceſſitatis vero votũ dicitur quod quis in baptiſmo promittit vt abrenũciare Sathanæ & pompis ei⁹ tenere fidem/ſeruare decalogum/& alia ſine quibus fides nõ eſt. vnde cũ homo peccat poſt baptiſmũ dupliciter reus ẽ: & qa peccat in eo quod cõmittit: & quia votum prẹuaricatur. nõ tamen tanq̃ pro duobus mortalib⁹ pœnitẽtia indicitur: ſed tanq̃ pro vno circunſtantia traſgreſſionis aggrauato. Aut ergo quæritur de voto voluntatis cõmutando/ vel remittendo: & tũc dic q̃ auctoritate papæ poteſt quodlibet tale votũ cõmutari vel redimi: etiam votũ tranſmarinũ: qđ ad ipſius ſolius poteſtatem noſcitur pertinere. c. Ex multa. 1. rñ. de voto/hoc probatur in c. 1. & 2. in c. Non eſt cũ ſeq. eo. ti. De talibus tamen votis voluntarijs excipitur votũ continentiæ. qđ nec redemptionẽ: nec ponderationẽ ſeu compenſationẽ recipit ſecũdum quoſdã: quia ſcdm Salo. eccli. 26. Non eſt digna ponderatio continentis animę. Alij tamẽ dicunt & probabilius: q̃ immo papa poſſet ex magna cauſa diſpenſare. prout dixi ſatis diffuſe in verb. Continens annotando illã Salomonis ſententiã. Non eſt digna põ deratio &c. Cũ enim votum ſimplex non minus obliget apud deum: q̃ ſolẽne. vt notat Hoſtiẽ. in ſum. in ti. de voto. §. Quot ſunt ſpecies. verſi. hic tamen. qua ratione potuit papa facere conſtitutionẽ: q̃ ſi ſimpliciter vouens: matrimoniũ contraheret teneret/quod nec primi negant. eadẽ ratione poſſet hoc facere: & de ſolẽni. quia ſolẽnitas voti ex ſola conſtitutione eccleſiæ eſt introducta c. 1. in prin. de voto. libr. 6. & iſtã opinionẽ/tenẽt Inno. & Hoſtien. & cõmuniter alij in c. Cum ad monaſteriũ de ſta. mona. Non obſtat illud eccli. 26. quia vt dictũ eſt in d. verb. Continens/intelligitur de ſpirituali continentia per quã quis abſtinet a peccatis qđ patet: quia non dicit. Carnis cõtinentis ſed animæ continentis. vnde Hierony. Is vere continens eſt: qui vniuerſa mẽbrorum officia malis affectibus ſubſtrahit: & cogitatũ a tota neq̃tia cõpeſcit. auctoritate aũt epiſcoporũ ſeu diœceſanorũ poſſunt etiã vota cõmutari/ vel redimi exceptis quibuſdã: quę papę reſeruantur. Sed auctoritate plątorum/ inferiorum redimi non poſſunt vel cõmutari: ſecũdũ Inno. & cõmuniter doc. in d. c. 1. de voto. & pro hoc facit/qđ notat Inno. in c. 2. de eo qui fur. ordi. rece. vbi dicit nullum prælatũ inferiorẽ epiſcopo/diſpenſare poſſe: niſi in caſibus a iure expſſis qđ dictũ cõmuniter doc. ſequuntur. & pro eo facit cle. 2. de priuile. intellige iſtud: niſi prẹlatus inferior haberet ex priuilegio iuriſditionẽ ep̃alem. quia tunc in voto poſſet diſpenſare/ ſicut epiſcopus. cum talis poſſit exercere iura epiſcopalia. vt eſt bo. glo. in cle. 1. de re. eccle. non alie. Ita Panor. in d. c. 1. col. 2. de voto. Aut quæris de votis neceſſitatis: & talia nullomodo poſſunt redimi/ vel cõmutari vel ſuper eis diſpenſari: quia non eſt diſpenſatio vel cõmutatio cõtra deum. ca. Sũt quidam. 25. q. 1. Henri. in d. c. 1. col. 2. Aduerte tamen vlterius q̃ recõpenſatio/quę fit pro voto/debet eſſe deo veriſſimiliter magis accepta probaṫ in d. c. 1. in ſi. qđ Panor. ibi in. 3. nota. intelligit eſſe verum/qñ ſola volũtas redimendi vel mutandi ſubeſt: ſed ſi cauſa eſt in vouente: puta quia ad peregrinationẽ/quã vouit faciendam debilis eſt: tunc ſatis eſſe videtur q̃ fiat commutatio in ſimilem cauſam. licet illa deo non ſit acceptior. facit tex. in c. Quod ſuper his. & in c. Magnæ. eo. ti. per quẽ ita Panor. in d. c. 1. in. 3. no. ille tamẽ tex. contrariũ probare videtur. Vltimo aduerte/q̃ omne votũ poteſt etiam ſecluſa ſuperioris auctoritate in vitã cœnobiticã cõmutari. Tuti⁹ tamen eſt: q̃ habeatur ſuperioris auctoritas. ita dicſit Inno. Panor. & alij in c. Scripturæ de voto. immo ſi quis votũ aliquod fecerit ante religionis ingreſſum/ſi poſtea religionẽ ingrediatur/tametſi de ſui cõmutatione voti non cogitat liberabitur a voto vt notatur in c. Monachus. 20. quæſt. 4. qđ intellige in voto religioni non conſono Nam ſi prius vouiſſet dicere pſalterium: vel quid ſimile non puto hoc tolli per religionis ingreſſum. Hæc eſt concluſio Panor. in d. cap. Scripturæ in. 2. colum. quia etiam poſt ingreſſum ad tale votũ, poſſet ſe obligare: ſecundum Inno. Hęc ibi.

g ℭ Si fuerit maſculus &c. Hodie etiam in redemptione vel commutatione votorum / qualitas perſonæ vouentis venit conſideranda. Conſiderandæ ſunt etiam & aliæ circunſtantiæ. cap. 1. & ibi per doct. de vo. vnde Inno. tertius ab archiepiſcopo Cãtuarẽſi conſultus/quidnã de hijs facturus eſſet q pro ſuccurſu terræ ſanctæ ſigno crucis aſſũpto propter infirmitatem/ vel paupertatem / vel aliam iuſtam cauſam/ votum non poſſunt vtiliter adimplere cum ſine diſtinctione recepiſſet in mandatis vt eos qui ſignum crucis aſſumptum abiecerunt / ad reſumptionem ipſius & executionem voti compelleret reſpondens ſcripſit. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: q̃ debiles & inopes magis illuc in defectum / q̃ ad profectum accedunt: cum illi pugnare non poſſint: & illi mẽdicare cogantur. niſi forte ſint nobiles & magnates: qui ſuis ſecum expẽſis bellatores adducant. vel artifices & agricolę qui de laboribus ſuis ſibi poſſint acquirere neceſſaria & terræ ſubſidia miniſtrare: q̃uis non multi talium propter breuitatem poſſeſſionum & paucitatem inhabitantium ibi ſint opportuni. vnde credimus diſtinguendum inter illos/qui temporalem: & eos qui perpetuam impedimenti cauſam creduntur habere q̃ primis eſt indulgenda dilatio: ſecundis autem eſt redẽptio iniungenda: ac rerum facultate penſata quas poſſunt: aut quas facturi eſſent expenſas perſonarum præterea recompenſato labore in ſubſidium terræ ſanctæ trãſmittant /exequentes per alios /quod per ſe nequeunt adimplere. Hæc habentur in cap. Quod ſuper his. in princip. de voto. hæc etiam concluſio probatur in cap. Magnæ. & in cap. Ex multa eodem titu.

h ℭ Si mulier triginta. Minoris eſtimatur fœmina: q̃ maſculus: vt hic probatur. Ius tamen humanum hominum eſtimationem faciens (hominum dico non liberorum /quia liberi hominis nulla eſt eſtimatio. l. Liber homo. ff. ad l. Aqui. ſed ſeruorum) tanti fœminam eſtimat q̃ti maſculum/tex. eſt in l. ſi. verſi. Sancimus. C. Communia de lega.

i ℂNec melius malo. An hodie possit votum in melius cõmutari / etiam auctocitate propria videtur textus ꝙ sic: in cap. Scripturæ. de voto. & in.c. Peruenit. l. 2. de iureiu. in contrarium tamen facit tex. in alle. c. 1. de voto vbi etiam in facienda in melius cõmutatione voti superioris requiritur auctoritas. Item quia non contingit liberatio : nisi solutione eius quod debetur. l. 2. ff. si cer. pe. & insti. qui mo. tol. obli. I pri. dici potest secundũ Panor. in. d. c. Scripturæ in prin. ꝙ aut aliquis votũ quod fecit in religionem vult commutare: & potest sine superioris auctoritate. Licet vt iam dictum est/ sit tutius superioris auctoritatem habere. Aut vero vult cõmutare in aliud a religione & sic superioris necessaria ē auctoritas/ hæc Panor. Intellige hoc/ quãdo omnino clarum non esset/ ꝙ id in quod fieret cõmutatio melius esset. Si enim esset clarũ : videtur ꝙ auctoritas superioris nõ esset requisita quia non infringit propositum aut promissum/ qui in melius commutat/ dicit textus in. d. c. Peruenit. de iureiu. per quem tex. ita tenet summa angelica in verbo Votum. arti. 4. §. 2. in fine. Panor. tamen & ibi Fely. in 1. col. tenent contrarium in dict. c. Peruenit. quia sequeretur / ꝙ siquis iurasset aut vouisset alicui hospitali per annum seruire ꝙ alteri famulis magis indigenti seruiendo/ a suo voto eximeretur/ quod esset nimis restringere. d. c. 1. de voto. Et ita tenendo prout tenendum esse videtur non obstat tex. in. d. c. Peruenit. dum simpliciter dicit/ ꝙ promissum non infringit qui in melius illud cõmutat. quia itelligi debet de cõmutatione / quæ fieret interueniente superioris auctoritate: quę a fractione voti excusat. d. c. 1. & ca. Non est. de voto. quando enim lex aut canon simpliciter loquitur per aliam legem vel canonem specialiter loquentem etiam si posterior sit limitari debet. & intelligi. l. Nã & posteriores. ff. de legi. facit. l. 1. ff. de reb. d. vel itelligendo de cõmutatione quæ fieret auctoritate propria / intellige in casu cap. Scripturæ. de voto. quando scilicet vellet commutare in perpetuam religionis obseruationem: quia fauore religionis / non esset vsquequaque requisita superioris auctoritas : tametsi (vt iam dixi) tutius esset eam requirere. prout etiã dicit Fely. post alios in. d. c. Peruenit. col. 1.

ille estimauerit: et viderit eum posse reddere: dabit tantum.
ℂAnimal quod potest immolari domino : si quis vouerit sanctum erit: Leuiti. 27. b.
& mutari non poterit/ id est [i] nec melius malo nec peius bono. Quod si mu=
tauerit/ & ipsum quod mutatum est/ consecratum erit domino. Animal
immundũ/ quod immolari domino non potest/ si quis vouerit/ adducetur
ante sacerdotem: qui diiudicãs vtrum bonum an malum sit/ statuet pre=
cium. Quod si dare voluerit is qui offert addet super estimationem : quin=
tam partem.
ℂHomo si vouerit domum suam/ & sanctificauerit domino: cõsiderabit Leuiti. 27. c.
eam sacerdos/ vtrum bona an mala sit: & iuxta precium/ quod ab eo fue=
rit constitutum venundabitur. Sinautẽ ille qui vouerat/ voluerit redime=
re eam: dabit quintam partem estimationis supra : & habebit domum.
Quod si agrum possessionis suę vouerit : & consecrauerit domino iuxta
mensuram sementis estimabitur precium. Si triginta modijs hordei seri=
tur terra quinquaginta siclis venundetur argenti. Si statim ab anno inci=
pientis iubilei vouerit agrũ : q̃to valere potest tãto estimabitur. Sinautẽ
post aliquãtulũ tẽporis supputabit sacerdos pecuniã iuxta annorũ / qui
reliqui sunt numerum vsque ad iubileum & detrahetur ex precio. Quod si
voluerit redimere agrum/ ille qui vouerat: addet quintã partem estimatæ
pecunię: & possidebit eum. Sinautem noluerit redimere: sed alteri cuili=
bet fuerit venundatus: vltra eum/ qui vouerat/ redimere non poterit: quia
cum iubilei venerit dies sanctificatus erit domino: & possessio consecrata
ad ius pertinet sacerdotum. Si ager emptus est : & nõ de possessione ma=
iorum sanctificatus fuerit domino : supputabit sacerdos iuxta annorum
numerũ vsque ad iubileũ precium: & dabit ille qui vouerat eum domino.
ℂNarrauit Moyses filijs Israel omnia/ quę ei dominus imperarat: & lo= Nume. 30. a.
cutus est ad principes tribuum filiorum Israel. Iste est sermo quem prę=
cepit dominus. Si quis virorum votũ vouerit domino : aut se cõstrinxe=
rit iuramento/ non [k] faciet irritum verbum suum : sed omne quod pro=
misit/ implebit.

k ℂNon faciet irritum verbum suum: sed omne quod promisit implebit. Facit quod dicit Inno. in. c. Sicut. in princip. de voto. Licet vniuersis liberum sit arbitrium in vouendo: vsque adeo tamẽ solutio necessaria est post votum/ vt sine proprio salutis dispendio alicui non liceat resilire. hæc ibi. Vnde ex hac sententia/ & illo textu cum similibus collige regulã ꝙ votũ virorum tametsi ab initio voluntatis sit. ex post facto tamen est necessitatis: sicut etiam dicunt legistæ ꝙ contractus a principio sũt volũtatis sed postq̃ facti sunt/ necessitatis. l. Sicut. C. de act. & obli. hęc regula non ꝓcedit. Primo in episcopis & alijs superioribus prælatis qui non possunt facere votum quo vinculum inter ipsos & eorum ecclesias dissoluatur sine auctoritate papæ. c. Nisi cum pridem. de renun. vel quo diu ab ecclesia sua habeant absentari vt est textus in. c. Magnæ. de voto. Si tamẽ votum vltramarinæ peregrinatinis emiserint: soluent eas expensas/ quas in eundo fecissent/ morando & redeundo/ & laborem/ vigilijs & orationibus compensabunt. d. c. Magnæ. de voto. Secundo non procedit in seruo aliquid vouente per quod pareretur preiudicium dominicæ potestati ac. in. c. Relatum de sen. ex. & in. c. Si seruus sciente. 54. distin. secus si nõ pararetur preiudicium vt si vouisset orationẽ dicere vel quid simile. quia obligaretur ex voto. Ita Panor. in. d. cap. Scripturæ colũ. 2. de voto. Idem dic in monacho. Non enim potest emittere votum abstinentiæ vel peregrinationis sine licentia sui superioris sed aliud votum per quod alij non scandalizantur nec datur sibi vagandi materia emittere potest. prout hæc probantur cum glo. ibi in. c. 2. 20. quæstio. 4. & notant Inno. & Panor. in dicto cap. Scripturæ. Tertio non procedit in impuberibus: qui ex voto solemni facto/ scilicet per susceptionem sacri ordinis/ vel habitus monachalis/ seu regularis: non obligantur/ nisi facti puberes/ expresse ratificauerint aut tacite. c. Ad nostram. c. Significatum. cum similibus de regula. Ex alijs tamen votis simplicibus bene obligantur impuberes: si erant voti tempore/ doli capaces. licet propter ætatem teneram / facilius cum eis dispensetur textus est in cap. 2. de voto. Quarto non ꝓcedit in filijsfamilias/ qui licet sint puberes tamen quia in patrum sũt constituti potestate non obligantur ex voto quid exequi non possent sine preiudicio patrię potestatis. l. 2. §. Voto. ff. de pollici. Fallit in voto religionis quod parentibus inuitis emittere possunt: etiam solemne/ habitum scilicet religiosum assumendo & professionem regularem faciendo: dummodo tamen sint puberes: quia si impuberes essent possent patres in annũ filios suos repetere tex. est in. c. Puella. 20. quæst. 2. & in. c. 2. & ibi per docto. de regula. Scdo fallit in voto vltramarino: qa ex tali filiusfamilias

pubes obligatur. Ar. bo. in. c. Ex multa. §. Quod aũt. de voto. per quem textum probatur. ꝙ vxor obligatur ex tali voto/ ita dicit Henri. Bouhic. in. d. c. Scripturæ col. 2. sed ille textus loqui videtur. quando maritus ipse vltramarinam assumeret peregrinationem: & vxor nollet eum sequi: quo casu dicitur/ ꝙ si vxor ex voto habeat tenebitur sequi: Alioqui secus. Vbi ergo maritus non peregrinaretur/ non posset vxor eo reluctante votum peregrinationis illius exoluere. Et sic idem videtur in filiofamilias arguendo de vxore ad filiumfa. prout facit Henricus in. d. c. Scripturæ. Aduerte tamen/ quia secundũ Inno. in dict. c.

Numeri. 30. c ¶ Mulier [l] si quidpiam vouerit/ & se constrinxerit iuramento/ quę est in domo patris sui: & in [m] ætate adhuc puellari/ si cognouerit pater votum quod pollicita est & iuramentum quo obligauit animam suam & tacuerit voti [n] rea erit Quicquid pollicita est & iurauit opere complebit. Sinautem [o] statim vt audierit contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt: nec obnoxia tenebitur spõsioni/ eo ꝙ contradixerit pater. Si maritum habuerit & vouerit aliquid & semel de ore eius verbum egrediẽs animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir & non contradixerit: voti rea erit. Reddetq; quodcunq; promiserat. Sinautẽ audiens contradixerit & irritas fecerit pollicitationes eius/ verbaq; quibus constrixerat animam suam/ propicius [p] erit ei dominus.

Nume. 30. c. ¶ Vidua & repudiata quicquid [q] vouerint reddent.

Nu. 30. c. d. ¶ Vxor [r] in domo viri sui cũ se voto constrinxerit & iuramẽto: si audie=

Scripturæ. Sicut filiusfamilias non obligatur regulariter ex voto: quo preiudicaretur patriæ potestati. tamen illud intelligitur durãte patria potestate. Ea enim soluta/ tenetur adimplere votũ. sed Panor. ibidem dicit hoc dictum Inno. esse dubitabile propter tex. in. c. Quidã. & in. c. Placet. de Conuer. côiu. vbi probatur ꝙ siquis inuita vxore/ aut vxor inuito marito/ vel ignorante/ fuerit ingressa monasteriũ/ reuocari potest a marito/ & ad scł'm redire. ita ꝙ postea mortuo marito cogi non potest/ vt ad illud quod intrauerat monasterium redeat. sic ergo dici debet in filiofa. scilicet votum factum tempore inhabili non reconualidetur adueniente tempore habili. Quinto non procedit hæc regula in viro coniugato. Maritus enim inuita/ vel ignorante vxore non potest aliqua vota emittere: quibus vxori fiat preiudicium in carnali debito/ & si emiserit seruare non poterit inuita vxore. quia generale est apostoli pceptũ: vir vxori debitum reddat. quod in hoc casu non reperitur limitatũ vnde & seruandũ est. ca. 2. de coniu. lepto. non enim sui corporis vir potestatẽ habet/ sed mulier & econtra. d. c. Quidam. in fine/ de Conuer. coniuga. fallit in voto vltramarino pro subsidio scilicet terræ sanctæ: quia ne terræ sanctæ impediatur subsidium/ viri præter vxorum assensum huius peregrinationis propositum vouere libere valent: & quod vouerint libere adimplere. Vt tamen consentiant/ sunt attentius commonendæ. Ita tex. in dict. c. Ex multa. §. in tanta quoq;. de voto. Alia vero quælibet vota/ quibus in carnali debito non fit vxori præiudicium potest maritus emittere/ & emissa debet seruare. cum ipse sit caput vxoris: proptereaq; extra carnale debitum ei non subiectus. Ita concludunt Panor. & Henric. in. d. c. Scripturæ. & Archi. in. c. Manifestum. 33. quæst. 5. Sexto non procedit hæc regula in clericis beneficiatis: qui sine episcoporum auctoritate vota peregrinationis magnæ non possunt emittere. d. ca. Magnæ. de voto Vnde etiam abbates qui ratione suarum abbatiarum subsunt episcopis. cap. Abbates. 18. q. 2. non. debent peregrinationem magnam vouere: aut iam voto promissam soluere sine episcopi consensu secundum Panor. & alios in. d. c. Scripturæ/ votũ tamen vltramarinum possũt clerici emittere & etiam abbates/ seu prelati regulares si se credunt vtiles terræ sanctæ verbo pariter & exẽplo. tex. est in. d. c. Ex multa. §. si. Iuncto. c. Postulastis. de voto Septimo non procedit hæc regula quando votum esset emissum sub conditione etiam spiritualitatis alicuius consequendæ/ vtpote filius meus sanitatem consequetur: quia defficiente conditione/ voti cessaret obligatio: pro hoc est Bo. tex. a contrario in. c. Vnico. in fine. 32. quæst. 8. dum ibi dicitur nulla conditione rumpenda sunt quæ sine vlla conditione vouerunt. a contrario ergo rumpi poterunt/ si sub conditione vouerunt. Et ita communiter tenent doct. in. d. c. Scripturæ. Octauo non procedit quando voti a superiore legitimo ex iusta causa obtineretur dispensatio. quia in omni voto cadit dispensatio vt concludunt omnes in. d. c. 1. de voto. & dixi s̃ eodem.

l ¶ Mulier si quippiã vouerit &c. De hac sententia factus est Canon. 32. quęst. 2. c Mulier. & secundũ magis cõmunem sententiam procedit: quod in ea dicitur de reuocatione voti per patrem nedum in filia doli non capace. sed etiam in capace doli. satis enim est ꝙ sit impubes: quantum ad hoc vt pater eius votum quodcunq; reuocare possit. dummodo tamen infra annum & diẽ reuocet. Tex. est qui cũ simpliciter loquatur: ita debet intelligi in alle. c. Puella. 20. quæst. 2. & in. c. 2. cum glo. in verb. Annum: de regula. & in. d. c. Mulier. cum glo. in verbo Obligauit. in prin. 32. quæst. 2. vbi Archi. dicit quod in hac sententia dicitur de filia/ locum habere etiam in filio. Non peccat autem pater reuocando votum filiæ aut filij: nec filia vel filius patri reuocanti obediendo quia pater reuocat auctoritate canonis. Ita dicit glosa. 20. quæst. 2. in summa. Et eodem modo possunt tutores suorum pupillorum vota reuocare tex. est in. d. c. Puella. & notat Panor. in dict. ca. 2. de regula.

m ¶ In ætate puellari. i. infra pubertatem/ & sic infra annos. 12. In fœmina. vel. 14. in masculo. Idem tamen dicas si iam excessisset pubertatem/ quia adhuc posset pater reuocare: non tamen quodlibet votum: quia non votum religionis. hæc probantur in. l. 2. ff. de polli. iuncto. d. c. Puella. 2 respon. 20. quæsti. 2. & dixi. 2. superiore annotatione dum locutus sum de filijsfa.

n ¶ Voti rea erit. Hoc verum/ si sit doli capax/ quia enim tunc peccare potest/ & sic obligari diabolo. vt est tex. in ca. 1. de delic. pur. potest etiam obligari deo. Secus si nedum esset doli capax; tunc enim non obligaretur ex voto. glo. est in. c. 2. in glo. 1. de voto.

o ¶ Sinautem statim vt audierit pater &c. Hodie non tenetur pater/ statim vt audiuit contradicere voto filij aut filiæ/ sed annum habet & diem a tempore scientiæ. d. c. Puella. cum glo. 2. in fi.

p ¶ Propicius erit ei dominus. Si ergo adhuc innuptæ filiæ concesserat pater vota persoluere si anteq̃ persolueric nupserit: & viro eius hoc cognitum non placuerit/ non persoluet/ & hoc omnino sine peccato. quia deus mundauit eam sicut dicit. s. Mundam iudicauit. Neq; hoc contra deum putandum est fieri: cum ipse deus præceperit/ hoc voluerit. ita dicit textus Augustini in. c. Noluit lex. 33. quæst. 5. vbi glo. 1. colligit argumentum/ ꝙ eodẽmodo abbas potest reuocare votum monachi: quod etiam emisit ante monachatum. Plus enim est monachus sub abbate/ q̃ vxor sub viro. hæc glo.

q ¶ Quicquid vouerint reddent. Istud intellige etiam si vouerint maritis viuentibus dummodo tamen viuentes mariti non contradixerint. quia si contradixissent vota fuissent sublata. Vnde post maritorum mortem non tenerentur ad ea. prout superius conclusi in filiofa. per Bo. tex. in cap. Quidam. & in. c. Placet. de conuer. coniuga. Secus si mariti non contradixissent. quia tunc maritis deffunctis/ si adhoc vsq; tempus vota essent protracta/ tenerẽtur ea exoluere. pro hoc est Bo. tex. in cap. Consuluit. eodem titu. vbi vir ingressus religionem: vxore ipsum non petente in vita: ea mortua cogitur in religione perstare: sic ergo in casu nostro. Ita per illum tex. cõcludit & recte Ange. de clauasio in summa sua in verbo Votũ. Ar. 2. §. fi.

r ¶ Vxor ĩ domo viri sui &c. De votis vxorũ/ an possint a maritis reuocari/ Cõclusio est ꝙ oĩa abstinẽtie vel cõtinentię vota reuocare potest marit⁹ etiã si ante contractũ matrimoniũ fuerint emissa: immo etiã si fuerit de mariti consensu facta. quia nichilomin⁹ poterũt reuocari: sed tũc ꝑpter consensũ ab eo prẽstitũ peccabit reuocãdo. Si tñ mutuo consensu/ cõtinentię votũ

emisissent/postea non posset maritus pœnitere reuocando cõtinentiæ votũ: qđ de suo cõsensu vxor emisisset. pręmissa probantur in cap. Manifestũ: iuncto. ca. fi. in fi. 33. quæst. 5. & notant Inno. Panor. & alij in alle. cap. Scripturæ. votũ tamen peregrinationis vltramarinę pro subsidio terræ sanctę potest emittere viro inuito. vtrũ aũt possit exequi eo inuito distinguendũ videtur. vtrum sit suspecta/vel infamata/aut iuuenis. quo casu personaliter non exequetur: nisi virum comitando: vt ß. dixi per ca. Ex multa. §. Quod autem. de voto. si em̃ vult ire sine viro/suspecta est: quia fragilis mulier est. & (vt dicit Ouidius) Casta est quam nemo rogauit. & absit vt ab ecclesia talis compẽsatio admittatur arg. in cap. super eo. de vsu. Quid ergo faciet: redimat votum/cum & ad eundum & ad pugnãdum inhabilis iudicetur. d. ca. Quod super his. §. Rursus. aut vero vxor senex est/seu extra ętatem: de qua sinistra possit haberi suspitio: & tunc soluet votum/nec redimet: si multos secum ducere possit bellatores. tex. est in d. c. Quod super his. §. De mulierib⁹. versi. Caeterę. cum glo. ibi. De voto. Et ꝑ hac distinctiõe facit textus in ca. [s]Cum sis. & in cap. Vxoratus de conuer. cõiuga. & ita notat Hostien. in d. cap. Ex multa. §. Quod autem. & in summa sua/eodem titu. §. Quis vouere possit. versi. Nunquid ergo & mulier. cui⁹ opinionẽ ponit Astẽsis libro octauo/titulo de bonis fidei. arti. 2. vbi etiam dicit Astensis post. S. Tho. ꝙ si vxor talis sit/vt virum sequi propter impedimentum aliquod verisimiliter nõ possit: & de eius timeat incontinentia: non est viro consulendum/vt crucem assumat & vxorem dimittat. secus si continere volũtarie proponat/vel velit/& sequi possit virum suum. Quod dictum/& alia de vltramarino vxoris voto superius scripta refert & sequitur Henri. Bouhic. in d. c. Scripturę/colum. 3. de voto.

rit vir & tacuerit nec contradixerit sponsioni: reddet quodcunq; promiserat. Si autem extemplo contradixerit: nõ tenebitur promissionis rea quia maritus contradixit: & dominus ei propicius erit. Si vouerit/& iuramento se cõnstrinxerit: vt per ieiunium/vel cęterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: in arbitrio viri erit: si faciat/siue non faciat. Quod si audiens vir tacuerit/& in alteram diem distulerit sentẽtiã: quicquid vouerat atq; ꝓmiserat/reddet: quia statim vt audiuit/tacuit. Si autem [s] cõtradixerit postq̃ resciuit/portabit ipse iniquitatem eius.

¶Cum [t] votum voueris domino deo tuo non tardabis reddere: quia re- Deute 23. d.
quiret illud dominus deus tuus. Et si moratus fueris / reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri/absq; peccato eris. Quod autem semel egressũ est de labijs tuis: obseruabis / & facies sicut ꝓmisisti domino deo tuo: & propria [v] voluntate/& ore tuo locutus es.

¶Apud dominum laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in cõ- Psalmo. 21. f.
spectu timentium eum.

¶Psalmum dicam nomini tuo domine in seculum seculi: vt reddam vo- Psal. 60. in f.
ta mea de die in diem.

¶Vouete [x] & reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius af- Psalmo. 75. d
fertis munera.

s ¶Si autem contradixerit postq̃ resciuit/portabit ipse iniquitatem eius. j. si votum ab vxore factum maritus exp̃sse vel tacite comprobauerit: ipse postea reuocans/reus erit: vxor aũt ei obtemperans a peccato immunis erit. prout etiam probatur in alle. cap. Manifestum vbi est textus Augustini (quem etiam citat hic gl. or.) 33. quæst. 5.

t ¶Cum votum voueris/non tardabis reddere. Non est tamen voti dicendus transgressor qui qđ vouit auctoritate sedis apostolicę distulit adimplere. vnde & Innocentius tertius ad Strigonẽ scribens archiepiscopum. Significauit (inquit) nobis rex Hungarię: ꝙ cum in regni perturbatione consilium & auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse. vtilitati ei⁹ nõ modicũ derogaret/si Hyerosolimam/sicut ex voto teneris/regno pergeres impacato: ideoq; mãdamus quatenus non prius iter arripias hierosolimam adeundi/q̃ regnum fuerit trãquillitati pristinæ restitutũ. vel super hoc receperis apostolicæ sedis mandatum. Textus est præmissa complectens in c. Non est. de voto. An autem quod quis vouit teneatur statim soluere/vt huic morali pręcepto contrauenire non censeatur. dici potest/ꝙ obligatio voti ex propria causatur voluntate & intentione. vt patet ex fine huius sententiæ. vnde si de vouentis fuerit intentione obligare se ad statim soluendum/statim soluere tenet. alioqui si certum tempus/aut conditionem/dum vouebat præfixerit/differre potest in temporis aut conditionis euentum. Non tamen sic statim/qui sine temporis aut conditionis adiectione vouit tenetur votum exequi: quin aliquod ei temp⁹ det ad viri boni arbitrium pro rebus suis disponendis. Dicit tamen Thomas/ꝙ si is/qui vouit intrare religionem ex mora circa rerum dispositionem perpetuum timeat impedimentum tenetur vlterius non differre. Ita in hac materia loquitur Henricus Bouhic. in cap. Licet. in princip. in versi. vnde circa hoc distingue. de voto.

v ¶Et propria voluntate locutus es. videtur ergo ꝙ libertas arbitrij exigatur in vouendo: alioqui votum non obligabit. prout etiam est bo. tex. in d. c. Licet. in princip. de voto. Et sic/si quis declinandę mortis causa vouerit: obligari non videtur. cum ibi libertas non adfuerit arbitrij. sed in contrariũ est tex. in c. Sicut nobis. in princip. de regu. vbi qui votum emisit monachale cum egritudine nimia laboraret/& quasi de morte securus/& recuperanda sanitate desperans tenetur in voto persistere. dici potest breuiter (quia ĩ superiorib⁹ diffusius dixi) ꝙ timor mortis naturalis votum non impedit. Accidẽtalis vero impedit/si violentus sit. Nam si casualis/idem videtur quod in naturali ergo timor immissus ab homine/impedit. immissus a deo/non impedit. Ita Henri. in d. cap. Sicut.

x ¶Vouete & reddite domino deo vestro. Non videtur licitũ contra votum venire cum vox clamet prophetica. Vouete & reddite domino deo vestro vt primum ad consilium. secundum ad imperium referatur. ita textus in cap. Magnæ. versi. Sane non videbatur. de voto. primum ergo scilicet vouere consilii est. Vnde & melius est boni aliquid ex voto/q̃ sine voto facere/& hoc propter tres rationes: quas congerit Henric. in. d. capi. Licet. in fine principii. de voto. & ante eum glo, quam tamen non allegat in cle. Si dominum. de reli. & ve. sanct. Prima. quia tunc veræ est actus latriæ: quæ nobilissima virtus est. Illud autẽ quod imperatur a nobiliori virtute melius est: & meritoriũ magis. Scda: quia qui vouet plus deo se subiicit/q̃ qui non vouet. sicut plus daret qui arborem daret cum fructu/q̃ qui solum fructum daret. Tertia: quia per votum volũtas inuiolabiliter firmatur ad bonum. Et ita etiam concludit Archid. 1. quæst. 2. c. Si quis propter. Secundum vero scilicet votum factum reddere/est necessitatis limitando: vt ß dixi. sed an vouens votum suum debeat pro se exequi: an vero & per aliũ possit/dic ꝙ per se debet si vtiliter possit & idem si non satis vtiliter: sed tamen hoc casu facilius dispensatur. d. c. Magnæ. de voto. Q₂ si per seipsum exequi nequeat refert an impedimẽto sit impeditus perpetuo: an temporali. Si perpetuo/per alium poterit exequi/sed non tenetur: quia in voto subintelligitur illa generalis conditio: si potero. vt per Inno. & alios in d. c. Scripturæ. fallit in voto emisso pro subsidio terræ sanctę/tale enim votum emittentes/si morte vel alio prępediantur impedimẽto perpetuo/tenent alijs cõmittere: qui eorum votum compleant immo plus videtur ꝙ si alijs non comittant tamen hæredes compelli possunt vel vt ipsi impleant votum patris. vel impensas & subsidiũ/qđ pater vel testator facturus erat ipsi fa-

ciant. Ita cõcludit Bouhic in d. c. Licet. in.2. distin. de voto. Si vero sit impeditus temporarie: tunc dilatio dabitur/ vt per se impleat/ non per alium d. c. Quod super. versi. vnde credimus. Quod dixi de voto emisso pro subsidio terræ sanctę/ non procedit: si solum quis ex deuotione vouisset visitaturũ se terrã sanctã. quia superueniente mortis vel alterius impedimenti perpetui obstaculo non teneretur alius implere/ propter generalem conditionẽ: si potero subintellectam/ quæ conditio in voto emisso pro impendendo terræ sanctę subsidio ideo non subintelligitur. quia intelligitur vouisse impensurũ se subsidiũ omni meliori modo quo poterit: vel per se. s. vel per alium. prout bene probatur in d. c. Quod super. Ita Inno. Panor. & Bouhic. in d. c. Licet. Vltimo aduerte ꝙ etiam filius potest a patre hęres institui sub conditione/ si adimpleuerit vota/ modo votorum executio sit potestatiua. sec⁹ si casualis vel mixta. Ita Hẽri. in d. c. Licet. in vlti. distin. in fi. per bo. tex. vbi late per moder. in l. Si pater. C. de insti. & substi. sub condi. fac. Sed an nulla iniunctione facta teneatur hęres ea defuncti vota complere: quibus mors impedimentum non prestat: vt qa consistunt in dando. Cõclusio est/ ꝙ sic: quia voti obligatio transit ad hęredem l. 2. in fi. ff. de pollici. & facit ca. 1. de solu. & ca. Tua. de vsu. intellige si hæreditatẽ adierit. Si vero nõ adijt nõ tenetur. quia nec hæres est: nisi forte sponte hoc promiserit. & tunc si in omni casu personã suã intellexit obligari adimplere debet. non tam ob promissionem a testatore factam/ q̃ ob suam. sed si vt hæres hoc promittebat adire sperans hęreditatem: a qua tamẽ postea mutato consilio abstinet/ non tenetur. facit c. Venerabilem. in fi. de elec. Ita Henri. post Hostien. quẽ citat/ in d. cap. Licet. in vltima distin.

Psal. 115. b. ¶Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pręciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Prouer. 15. b. ¶Victimę impiorum abominabiles domino: vota iustorum placabilia.

Prouer. 20. d. ¶Ruina [y] est homini deuotare sanctos: & post vota retractare.

Eccĕs. 5. a. ¶Si [z] quid vouisti deo: ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed quodcunqꝫ voueris redde. multoqꝫ melius est/ nõ vouere: q̃ post votum/ promissa non reddere.

malachie. 1. d ¶Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculũ: & votum [a] faciẽs immolat debile domino.

¶Cętera in verbo Hymnus. Psalmo. 64. a.

Prouer. 25. d. **Vrbs.** ¶Sicut vrbs patens: & absqꝫ murorũ ambitu. Ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

Esaię. 1. g. ¶Vocaberis ciuitas iusti vrbs fidelis &c.

¶Cętera in verbis Ciuitas Abacuch. 2. c. & Diues. Prouer. 10. c.

4. Regũ. 18. f **Vrina.** ¶Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus: vt loquerer sermones hos: & non potius ad viros qui sedent super murum: vt comedant stercora sua & bibant vrinam [c] suam vobiscum?

Vsus. ¶Require sententias in verbis Helyas. 4. Regũ. 2. d. Mulier Ecclesiastici. 22. d. Princeps. Prouer. 28. c. Et videre. Apoca. 17. e.

Exodi. 22. d. **Vsura.** ¶Si pecuniã mutuã dederis populo meo pauperi: qui habitat tecũ/ non vrgebis eum/ quasi exactor/ nec [d] vsuris opprimes.

y ¶Ruina est homini deuotare sanctos. &c. An votum fiat sanctis/ dixi in. 1. annota. Et in quibus casibus non pateatur ruina/ in non exhibendo voto suo/ dixi supra eodem. k. z ¶Si quid vouisti deo ne moreris reddere. Recurre ad scripta in quarta superiore proxima annotatione. a ¶Et votum faciẽs immolat debile dño. Qui votum de aliqua specie danda/ absqꝫ eo qd ad indiuiduum descendat/ emittit: non ad meliorẽ tenetur/ nec pariter deteriorẽ dando liberatur sed mediocrem dare debet. ar. bo. in l. Titia. §. fi. ff. de au. & arg. lega. vbi hęres a testatore iussus dei signum in ecclesia erigere: non tenetur ad aureum: sed nec æreum erigendo liberatur: sed argenteum debet. igitur &c. Incontrarium tamen videtur esse textus. in c. Ex parte de censi. vbi qui vouit certum quid ad mensuram dare. si diuersę sint mensuræ/ liberabitur soluendo ad minorem. Panor. in d. c. Ex parte. sentit ꝙ ille tex. procedat quando fieret votum de re aliqua temporali/ ad diuinũ cultum non deputata. puta de dandis certis modijs frumenti. quia tunc si diuersę sint modiorũ mensurę/ minor accipietur: ne clerici videantur exactores improbi/ & rebus inhiare tẽporalibus. secus qñ votum emittitur de re danda/ quę diuino cultui subseruit puta calice/ vel imagine crucifixi/ tunc eñ videt̃ seruanda dispositio d. l. Titia. & hoc fauore religionis/ regulariter eñ qd minimũ est inspicitur. l. Si ita. in fi. ff. de lega. 1. l. Nũmis. in princip. ff. de lega. 3. Et ita etiam fauore/ scꝫ religiõis interpretationẽ nõ esse in minimo faciẽdã/ dicit Ludo. Ro. in singłarib⁹ suis. An tñ meli⁹ dici possit ꝙ immo idẽ sit dicendũ etiã in voto facto/ de danda re tẽporali ecclesię: q̃uis cultui diuino deputata non sit/ cũ semper ecclesiæ fauor versari videatur. qa aliter dicere esset nimis restringere. d. l. Titia. quia cum ecclesię fauorem concernat/ amplianda potius est q̃ restringenda. l. Sunt persone. ff. de reli. & sump. fune. Et ita tenendo non obstat tex. in d. c. Ex parte. quia solũ dicit/ ꝙ soluere volentes ad minorem mensuram/ non sunt ad maiorẽ mensuram soluere compellendi. Non aũt dicit/ ꝙ liberetur soluendo ad minimã/ vnde si tres essent mensuræ/ non cõpelletur ad maiorem/ sed soluendo ad minorem liberatur: non tñ soluendo ad minimam prout etiam probat tex. in d. l. Titia. hæc videtur mens. d. c. Ex parte. b ¶Vrbs patens & absqꝫ murorum ambitu. Vrbs proprie non dicitur/ nisi quę muris vallata est. l. 2. in princ. ff. de verb. signi. vrbs aũt ab vrbo appellata est. vrbare aũt est aratro diffinire & Varro ait vrbũ appellari curuaturã aratri quod in vrbe cõdenda adhiberi solet. ita tex. in l. Pupillus. §. Vrbs. ff. eo. ti. vel vt dicit Isidorus lib. 15. ethimologiarum. cap. 2. & post eum Archi. in c. 1. in princ. 81. dist. vrbs vocata est ab orbe ꝙ antiquæ ciuitates in orbe fiebant. vel ab vrbo parte aratri quo muri designabantur. vnde est illud. Optauitqꝫ locum regno & concludere sulco. Locus eñ futuræ ciuitatis sulco designabatur. i. aratro. Cato. Qui vrbem (inquit) nouã condet; tauro & vacca aret/ vbi arauerit/ murũ faciat. vbi portam vult esse: aratrum sustollat: & portet: & portã vocet. Ideo aũt vrbs aratro circundabatur dispari sexu iumentorũ: propter cõmixtionẽ familiarũ/ & imaginem ferentis/ fructũqꝫ reddentis. vrbs aũt aratro conditur: aratro vertitur. vnde Horatius. imprimeretqꝫ muris hostile aratrum. hęc Archid. post Isido. Simpliciter aũt vrbis appellatione Romã accipimus. sicut & cũ mẽtio fit apostoli intelligitur de Paulo Anthonomice. Ita dicit gl. in c. 3. de pœ. & re. & est bo. tex. in d. l. 2. & in. §. Sed & quotiens. insti. de iure na. gen. & ci. c ¶Vrinã suam. Hic notari põt tex. in l. Quęritur. §. de eo. ff. de edi. edic. vbi dicit̃ de eo qui vrinam facit. Quæritur. an suple. vt non san⁹ possit redhiberi & Pedius ait nõ ob eam rem sanũ non esse/ ꝙ in lecto/ sõno/ vinoqꝫ pressus/ aut etiã per pigritiam surgendi/ vrinã faciat. Sin autem vicio vesicæ collectũ humorem continere non põt: non/ quia vrinã in lecto facit; sed quia viciosam vesicã habet/ redhiberi posse. Hæc ibi. d ¶Nec vsuris opprimes. aliquid ab eo vltra sortem mutuatã accipiendo ex pacto vel intẽ

tione præcedente. vsura namq; lucrum est ex re mutuata/pacto expresso: vel intentione præcedente proueniens. vt notat Panor. & alij in rub. de vsur. & probatur in c. Consuluit. eodē titu. & in c. 1. cum glo. in verb. Expectes. 14. q. 2. Sunt aūt vsurę prohibitæ & veteri testamento. vt hic patet/ & nouo/ vt liquet Lucæ. 6. dum ibi dicitur mutuū dantes/ nichil inde sperantes. Iure etiam canonico prohibitę sunt/ immo & horrori habentur. & summe admodū detestantur. vt patet in titulo de vsuris. Ad earum detestationē nedum in decretalibus posito sed etiam in sexto. & clementinis/ repetito. vnde dicit textus in cle. 1. §. fi. de vsu. Si quis in illum errorem inciderit vt pertinaciter affirmare præsumat/

ℭNon[e] fœnerabis fratri tuo ad vsurā pecuniā: nec fruges/ nec quamli= Deute. 23. d.

exercere vsuras non esse peccatū. decernimus eum velut hereticū puniendum. locorum nichilominus ordinarijs/ & hereticæ prauitatis inquisitoribus districtius iniungētes/ vt contra eos/ quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint/ aut suspectos: tanq̄ contra diffamatos/ vel suspectos de heresi/ procedere non omittant. Hæc ibi. procedit vero hęc vsurarum prohibitio intantū: vt pro causa etiam valde fauorabili nullatenus relaxetur. dicente Alex. 3. in c. Super eo. de vsu. Cum vsurarum crimen vtriusq; testamenti pagina detestet: super hoc dispensationem aliquā posse fieri nō videmus. quia cū scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri: multomagis prohibendus est quis/ ne etiā pro redimenda vita captiui vsurarū crimine inuoluatur. Hęc ibi. propter quod c. Super eo. cōmuniter cōcludi solet papam dispensare nō posse/ etiam personas Iudęorum vt licite & absq; pctō vsuras exerceant. vt per plura fundamenta quæ videri possunt/ tenet Io. And. in regula. Peccatū. versi. tertio. quęrebatur de regu. iur. in. 6. in mercu. Et hanc partem dicit esse veriorem dominus meus Iason. in l. 1. colum. 13. C. de sum. tri. vbi Bal. & Fulgo enumerant aliquos casus/ in quibus vsurę sunt permissę/ quos etiam congerūt canonistę in ca. Cōquęstus. & in c. Salubriter. de vsu. Sed si bene aduertat ad casus ibidē enumeratos/ cōstabit in illis casibus proprie vsurā non cōmitti: sed qd vltra sortem accipitur: accipi tanq̄ pro interesse consistente in dāno. vel in pręsenti lucro licito cessante. vt est quando mercator lucrari solitus/ dat mutuā pecuniam/ certo die sibi soluendam: quo die habebat merces emēdas. in quibus solitum lucrū habuisset/ tunc enim lucrū hoc cessans/ poterit exigi ex pecunia mutuata/ die prefixo nō soluta/ vt firmat Panor. in d. c. Conquæstus. & in c. Nauiganti. de vsuris. Pe. de Ancha. in regula. peccati venia. in. 7. quæsti. de regu. iu. & in cle. 1. §. Sane. de vsuris/ cū multis similib9 allegatis per do. meum Iaso. qui idē tenet in d. l. 1. in. 12. col. versi. Secundo principaliter habes. C. de sum. trini. vnde dicit (& bene iudicio meo) Ludo. de Rodul. in suo solēni tractatu. de vsuris. folio. 2. col. 4. versi. Ad octauum. cū quęrebatur/ q̄ vsura in nullo casu licita est. & idem etiam tenet Io. Faber. in ru. C. de vsu. in fine. An aūt sicut diuino iure & canonico prohibitę sunt vsurę/ ita etiam sint prohibitę de iure ciuili: postq̄ imperium ad imperatores christianos est deuolutū: & sic/ an sint correcti tituli. ff. &. C. de vsur. in hac difficultate dicit glo. 1. in c. Quia in omnibus de vsu. q̄ sicut veteri & nouo testamento iureq; canonico sunt vsuræ prohibitę: ita etiam sunt phibitę iure ciuili. vt colligit ex. §. 1. in auten. de eccle. in colla. 9. vbi dicit imperator se velle sanctas quatuor conciliorum regulas obseruare. sed in Nicena synodo (quę est vna de quatuor principalibus synodis seu concilijs) prohibitę sunt vsuræ c. Quoniā. 47. dist. Et ita etiā sentit glo. ma. circa mediū. in auten. Adhęc. C. de vsu. glosa in c. Quid dicam. 14. quæst. 4. gl. in verb. Animas. in c. 1. de vsu. in. 6. & Io. de imo. in cle. 1. super verb. Humana. eodem titu. Sed aduertendū est/ quia glo. præallegatæ dicentes iure ciuili prohibitas esse vsuras/ citant. c. Quoniā. 47. dist. vbi est decretū Niceni concilij. d. aūt c. Quoniā. solum loquitur respectu clericorum. vnde q̄tum ad laicos nō videntur iure ciuili vsurę prohibitę/ sed permissę: saltem vsq; ad modum legitimū: de quo in auten. Adhęc & in l. Eos. §. 1. C. de vsuris. tamen permissio facta a iure ciuili non excusaret etiam laicos. quia cū īperator sit inferior non potuit statuere cōtra legē dei. c. Cum inferior. de maio. & obed. ca. Ille a quo. §. Tempestiuum. ff. ad Trebel. quia contra naturam est vt seruus tollat legē dñi sui. l. Seru9. C. de pac. Et ita q̄ scilicet vsurę iure ciuili permittantur vsq; ad legitimum modum. sed permissio non excuset ex defectu potestatis tenent Iaco. Butri. Barth. Baldus. Paulus de Castro. & communiter docto. vt ibidem refert & sequitur Iason. in. 11. colum. in d. l. 1. C. de sum. trinita. & fi. ca. Vltimo aduerte circa hæc verba/ q̄ mutuans nō diceretur/ eū cui mutuat vsuris opprimere: si inter eos fieret pactum: qd lucrū & dānum cōtingēs esset cōmune. quia propter hoc pactū dicitur esse cōtractus societatis: in qua vnus ponit pecuniā/ & alius operā. nec obstat q̄ vtatur mutuans verbis significantibus mutuū: dicendo mutuo sub pacto &c. quia ex pacto adiecto verbū mutuo impropriatur/ & trahitur ad alium contractū/ sc3 societatis. arg. l. vbi ita donatur. ff de do. cau. mor. Sensum enim magis/ q̄ verba attendere debemus. ar. c. Cōstitutus. de reli. do. vbi emphiteosis accipitur pro contractu censuali. Et ita tenendo nō obstat c. Nauiganti. in princip. de vsu. quia ibi ex quo mutuans totū periculum in se suscipit/ non potest cōijci contracta aliqua societas. vnde remanet cōtractus mutui. & sic lucrū pretendi non pōt. Ita cōcludunt Deci. Delphinales. & dicunt ita seruari de consuetudine/ in deci. 186. Cogita tñ quia contrarium videtur tenere. Io. An. in d. c. Nauiganti/ & Raymundus/ in sua sūma in ti. de vsuris. ver. item mutuat aliquis. Et facit/ quia sicut societas cōtrahitur quando hincinde lucrum & dānum cōmune est. Ita etiam cōtrahitur: quando vnus tm̄/ totum dānum/ & solam partem lucri debet habere. vt est tex. in. §. 1. in fi. insti. de societa. Si ergo non interpretetur cōtractus societatis quādo fit cōuentio vt mutuans totum dānum habeat & aliquam lucri partem. vt est casus in d. ca. Nauiganti. videtur q̄ nec interp̄tatri debeat/ qñ cōuentio fit vt lucri & dāni partes sint ęquales.

e ℭNō fœnerabis fratri tuo ad vsuram &c. Recurre ad verbū Fœnerari. vbi hanc sententiā multis declaratā annotationibus cōperies. Addēdo tamen ibidem/ dictis. aduerte imprimis/ q̄ vt homines si nō virtutis amore/ pœnarum saltem formidine ab exercendis vsuris arceantur/ Lateranensis cōcilij cōstitutione cautum est/ vsurarios omnes manifestos/ nec ad cōmunionē admitti altaris/ nec christianā si in hoc peccato decesserint accipere sepulturam. sed nec oblationes eorū a quoq̄ recipi. eos aūt/ qui acceperint/ vel christianę tradiderit sepulturæ/ & quę acceperint/ reddere cōpellendos. & donec ad arbitriū episcopi sui satisfaciant: a sui debere officij executione manere suspensos. textus est in c. Quia in om̄ibus. de vsu. Quas etiam pœnas in manifestos vsurarios p̄ditas generale Lugdunēse cōcilium cōprobauit: subiungens cōstitutionem cōtra eorum receptatores in hæc verba. Quia quo minor fœneratoribus aderit fœnerādi cōmoditas: eo magis adimetur fœnus exercendi libertas/ hac generali cōstitutione sancimus: vt nec collegiū/ nec vniuersitas vel singularis persona cuiuscūq; sit dignitatis/ cōditionis aut status/ alienigenas & alios nō oriūdos de terris ipsorum/ publice fœnebrem pecuniam exercētes: aut exercere volētes/ adhoc domos in terris suis cōducere/ vel cōductas habere/ aut alias habitare permittant: sed huiusmodi vsurarios manifestos omnes infra tres menses de terris suis expellant: nunq̄ aliquos tales de cætero admissuri. Qui vero cōtra fecerint: si personæ fuerint ecclesiasticę patriarchæ/ archiepī/ episcopi suspēsionis: minores vero personæ singulares excōicationis: si aūt collegium/ seu alia vniuersitas interdicti sentētiam ipso facto se nouerint incursuros. Quam si per mensem animo sustinuerint indurato terre ipsorum q̄diu in eis ijdem vsurarij cōmorantur/ extunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Cæterum si laici fuerint per suos ordinarios ab huiusmodi excessu om̄i cessante priuilegio per censuram ecclesiasticam cōpellātur. tex. est in c. 1. eodē. ti. lib. 6. qui cōtra solos alienigenas vsurarios ideo prouidet: quia indigenæ inter suos satis verētur exercere fœnus. & quia etiā alijs sunt vsurariorū pœnis puniēdi: quę tametsi pariter in alienigenas locū habeant/ tamen quia eo maiore ducunt audacia fœnus inter extraneos exercendi/ quo inter eos minus sunt cogniti. ideo p̄missa in eos emanauit cōstitutio ita glo. ibi. quā doc. sequuntur in verb. Alienigenas. Quamq̄ aūt vsurarij manifesti de vsuris quas receperant satisfieri expressa q̄titate/ vel indistincte in vltima voluntate mandauerint nichilominus tamen eis ecclesiastica sepultura denegāda est: donec de vsuris ipsis fuerit p̄ut eorum patiuntur facultates plenarie satisfactum: vel illis/ quibus facienda est restitutio; si p̄sto sint/ ipsi aut alij q̄ eis possint acquirere/ vel eis absentibus loci ordinario/ aut eius vices gerenti/ siue rectori parrochię/ in qua testator habitat coram aliquib9 ipsius parrochię fidedignis aut notario publico de ipsius ordinarij māda=

tō idonee de reſtitutione facienda ſit cautū.c.2.in prin.de vſu.li.6.Nullus etiā manifeſtorū vſurariorū teſtamentis intereſſe aut eos ad cōfeſſionem admittere: ſiue ipſos abſoluere: niſi de vſuris ſatiſfecerint: vel de ſatiſfaciendo pro ſuarum viribus facultatum pſtiterint(vt pręmittit)idoneā cautionē: teſtamēta quoq; ipſorū manifeſtorū vſurariorū aliter facta non valēt ſed ſunt irrita ipſo iure. Ita tex. in d.c.2.§.fi. manifeſti vero vſurarij dicuntur quos de iure notorium eſt eſſe vſurarios: vt qa confeſſi ſunt/ vel condēnati /aut de facto/ vt quia habent operis euidentiam: quæ nulla poteſt tergiuerſatione cælari.glo. eſt

bet aliam rem: ſed [f] alieno: fratri autem tuo abſq; vſura id quod indiget commodabis, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra/ad quam ingredieris poſſidendam.

Pſalmo.14.c. ¶Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mō te ſancto tuo. Qui iurat proximo ſuo/& non decipit. qui [g] pecuniā ſuam non dedit ad vſuram: & munera ſuper innocentem non accepit.

Prouer.28.b ¶Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali: in [h] pauperes congregat eas.

Matth.25.c. ¶Serue male & piger/ ſciebas quia meto/ vbi non ſemino: & congrego/ vbi non ſparſi. Oportuit ergo te cōmittere pecuniam meam nūmularijs & veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum [i] vſura.

in d.c.1.i verb. Manifeſtos de vſu.in.6. Et idem videt ſaltem vt poſſint reduci manifeſti ſi ſint contra eos certa argumenta cū fama. bo. eſt tex. in c. Cum in dioceſi de vſu. in antiq. dicit gl. id. verb. Manifeſtos. q epiſcopus poterit eos publicare/ Et idem ſi contra eos ſit facta probatio teſtium. Circa quā probationem teſtium/ nota qd dicit Frede. de Senis conſi.61.q ſcilicet ſi volo quem vſurarium probare: nō ſatis eſt pducere multos teſtes quorū quilibet ſpſum aſſerit vſurarium (ratione ſubiungēs) quia ſibi mutuauit ad vſuras: tū quia iſti teſtes ſentiunt cōmodū ex hac depoſitiōe qa ſimiliter vſuras repetere poſſunt: tum quia vidētur habere ſimilē cauſam: aut ſaltem veriſimile eſt eos habituros. vnde nec eis credi debet cap. Perſonam. de teſtibus. Et ita poſt Frede. tenet Bal. in l. dictantibus. C. de teſta. & Ludo. Ro. in ſingularibus ſuis. folio.10. ſingulari.355.

f ¶Sed alieno. Vide quod iſtis verbis annotatū eſt in verb. Fœnerati. aduerte tamen/dum ibi dictum eſt hæc verba de hoſte fidei intelligenda. de quo loquens Ambro. in c. Ab illo.14.quæſt.4. videtur ſentire: q a tali poſſint exigi vſuræ. Et ita per illum tex. quem ad hunc effectū dicit eſſe ſingularem tenet Ludo. Ro. in ſingu. ſuis/ſingulari.265. & Panor. in c. Poſt miſerabilem. de vſu. ſed quia ſuperius concluſum eſt nullo caſu vſuras licitas eſſe. dici poteſt eas etiam reſpectu hoſtis prohibitas. prout etiā concludit Hug. in d.c. Ab illo. Et ita tenendo/ nō obſtat tex. in d.c. Ab illo. quia permittit vſuras exigi ab eo/cui merito debem⁹ deſiderare nocere. ſʒ nulli debem⁹ deſiderare nocere. ergo a nullo debem⁹ vſuras exigere/ ita Hoſtiē. in ſumma ſua. in ti. de vſu.§. an aliquo caſu verſi. Octauo videtur. in fi. & Archi. poſt Ray. in d.c. Ab illo. circa fi. Secundo nō obſtant hęc verba ſed alieno. quia ſcdm Thomā quādo lex ab initio cōceſſit Iudęis vſuras a gentilibus accipere: permiſſio fuit ad mali maioris euitationem. ne ſcʒ a Iudęis deū colentibus vſuras acciperent propter auariciā/ cui dediti erant. vel ſecundum alios theologos illa acceptio vſurę a gentilibus inter quos habitabant Iudæi potius erat rei ſuæ recuperatio/ q̄ vſura: quia tota illa terra Iudęis data fuit a dño: & iniuſte poſſidebatur a gētilibus. Ita Archi. in d.c. Ab illo in fi. hanc etiā ſententiam (q ſcilicet ab hoſte fidei vſuræ exigi non poſſint) dicit veriorē Henri. Bouhic. in d.c. Conqſtus. col.1. de vſuris.

g ¶Qui pecuniam ſuā non dedit ad vſuram. Ecce maxima vſurariorum pœna. quia a dñi tabernaculo extorres erūt & in ima inferni ibunt præcipites. prout etiam probatur in d.c.1. in princ. de vſu. in.6. & in cle.1.§.fi. cum ſimi. eodem ti. de pœnis autē/ in quas hoc ſeculo incurrunt/ dixi ſcda proxima ſuperiore annotatione/ ibidem tamen dictis adde primo q hodie omnes vſurarij ſunt infames infamia iuris. Quicquid eñ per ius ciuile ſtatutū eſt contra extorquentes vſurarum vſuras vel vſuras vltra modum in d.l. Eos.§.1. C. de vſu. pſinitum/ hodie habet locū in quocūq; extorquente vſuras/ cum vſuræ ſint indiſtincte prohibitæ. vt pulchre per Antho. de Butrio. in c. Raymitius. de teſta. ſed iure ciuili tales extorquentes vſurarum vſuras/aut vſuras non legitimas/ſunt infames: vt eſt caſus in l. Improbū. C. Ex qui cau. infa. irroga. igit. &c. Ita Matheſi. in no. ſuis. notabili.49. Ex quo infert An. de Bu. in d.c. Raymitius. q frater poteſt quærelare teſtamentū ſui fratris. ſi vſurariū inſtituerit hęredē/ tanq̄ turpem ſeu infamē perſonam cenſeatur hæredem inſtituiſſe. ita etiā dicit Ludo. Rodul. in d. ſuo trac. de vſu. in.1. parte. in vlti. quæſt. & Alexan. de imo. in addi. ad Bar. in d.l. Improbū. C. ex qui cau. infa. irro. Secundo adde q vſurarius qui alteri vſuras ſoluit earū non habet repetendarū poteſtatem: niſi pri⁹ reſtituat: nedum eas quas ipſe/ſed & illas quas is/cuius hęres eſt/extorſit. tex. eſt in c. Michael. de vſu. Tertio adde q vſurarius/ſi clericus eſt/ab officio poteſt & beneficio ſuſpendi/ſi vero laicus excōmunicari poteſt vſq; ad cōdignam ſatiſfactionē. c. Præterea. de vſu. & eſt bo. tex. vbi hoc dictū pſalmographi citatur in c. Quoniā multi. & in c. Si quis oblitus.14.q.4. alias vſurariorū pœnas vide per Hoſtiē. in ſūma. in ti. de vſu.§. Quę vſurariorū pœna. vbi ample loquitur.

h ¶In pauperes congregat eas. Qui vſuris ſeu fœnore/ diuitias accumulauit/ad eas pauperibus reſtituendas cōpellitur. ea tamen moderatiōe de qua in c. Cū tu. de vſu. vt ſcilicet primo eis a quibus extortę ſunt vel eorū hæredibus & demū nec his nec illis extantibus/pauperibus reſtituantur modo ſuperſint diuitiæ ſic per vſuras cōqſitæ. Si eñ non extēt nec alij etiā pœnitendo de earū extorſiōe a pœna æterna reddit imunis. Hęc probantur in d.c. Cum tu. Quibus aūt pauperibus reſtitutio ſit facienda dicit Hoſtiē. q pauperib⁹ illius loci/ in quo vſurę fuerunt extortę/ſeu pauperibus loci eius cuius habitator fuit is a quo perceptę fuerūt vſurę/quia inter eos poterūt cōperiri facilius eorum hæredes: quibus dānum per vſurarū extorſionem datum eſt. Fredericus tamen de Senis cōſi.32. dicit q licet hoc ſit conſiliū: nō tamen neceſſarium vnde ſatis eſt q pauperibus reſtituantur. Et ita etiam tranſit Panor. in d. cap. Cū tu. in.2. col. in fine. vt tamē vſurarius a facienda reſtitutione excuſetur: ſufficit eum a quo vſuras extorſit ſibi remittere: nā ſatiſfactū intelligitur/qualitercūq; voluntati creditoris ſatiſfiat l. Si Rem.§. Omnis. ff. de pigno. ac. Oportet tamen/vſurarius intentionem non habeat deprauatā/id eſt non gerat in animo ſe non reſtituturū remiſſione ſibi nō facta. Sibi enim hāc intentionem gerenti facta remiſſio non prodeſſet. ſaltem reſpectu dei/ſeu fori conſcientię: tametſi bene prodeſſet reſpectu fori contentioſi. vide Panor. ita ſentientem in d.c. Cum tu. in fine. & in c. Conſuluit in.1.no.eo.ti.

i ¶Cū vſura. i. cum augmento ex meę pecunię negociatione conquiſito abſq; vlla tamen vſuraria prauitate. Neq; enim hac parabolica ſententia pecuniā nūmularijs ſub vſuris dari poſſe probatur: ſed tantum q augmentum ex pecunię negociatione prouenieus ratione cuiuſdam ſocietatis cum nūmulario factæ/accipi poteſt. Eſt enim contractus ſocietatis vſq;quaq; licit⁹: etiam ſi ea fiat conuentione: vt vnus totam det pecuniam. alter vero ſolam ſuam operam. & nichiloſecius lucrum prout & damnum ſit cōe d.§.1. inſti. de ſocieta. Sunt & alij multi caſus. in quibus aliquid vltra ſortem licite recipitur etiam de iure canonico de quib⁹ ſequentia carmīa dari ſolent. Feuda/ fideiuſſor /pro dote/ſtipendia cleri/ Vēditio fructus/cui velles iure nocere Vēdens ſub dubio precium poſt tēpora ſoluens Pœna nec in fraudem/lex cōmiſoria/gratis Dans / ſocij pompa / plus ſorte modis datur iſtis. Quæ carmina vide ſatis extenſe declarata/per Henri. Bouhic. in c. Conquęſtus. col.1. de vſu. Et per Hoſtien. in ſūma. in §. an aliquo caſu/ & I c. Cū cōtra. de pignorib⁹. de qb⁹ etiā caſib⁹ notat. Io. Faber. in Ru. C. de vſuris. Et illos caſus diffuſe declarat; dubietates quaſdā q̄ circa eos ventilari poſſent decidendo ſūma angelica. in verb. Vſura. I.§.1. cū ſeq. vſq; ad.§.50.

Prouer. 27.a ℭMeliora p sunt vuluera amici: q̃ fraudulenta oscula inimici.

ℭCętera in verbis Bos. Exodi.21.d.in fi. Ebrietas. Prouer.23.d.& Ecclesiastici.31.d. Iniquitas. Esaię.53.b. Oculi. Canticorum.4.c. & Videre. Apocalypsis.16.a.&.d.

Cantico.2.d. **Vulpis.** ℭCapite q nobis vulpes paruulas: quę demoliũtur vineas: Nam vinea nostra floruit.

ℭCętera in verbo Sanson.1.Iudicum.15.a.

Psalmo.88.c **Vultus.** ℭDomine in lumine vultus tui ambulabũt tota die: & in iusticia tua exultabuntur.

Prouer. 27.d ℭDiligenter r agnosce vultum pecoris tui/ tuosq̧ greges considera. Non enim habebis iugiter potestatẽ: sed corona tribuetur tibi in generatione & generationem.

ℭCętera in verbis Adam. Ge.3.d. Corrigere. Ecclesiastes.7.a. Aequitas. Psalmo.16.a. Hylaritas. Psalmo.16.b. Ecclesiastici.26.a.& Ecclesiastici.35.b. Homo. Ecclesiastes.8.a. Incẽsum. Psal.79.c. Lumẽ. Psal.4.c. & Speculum. Matthęi.1.d.

Exodi.21.c. **Vulua.** ℭOmne quod aperit vuluã generis masculini/ meum erit: de cunctis animantibus tam de bobus q̃ de ouibus/meum erit.

Iob.10.d. ℭQuare de vulua eduxisti me: qui vtinam cõsumptus essem/ ne oculus me videret & c.

Psalmo.57.a ℭAlienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero locuti sunt falsa.

ℭCętera in verbis Abraam. Gene.20.in fine: & Liberi. Oseę.4.c.

Leuiti.20.b. **Vxor.** ℭQui t supra vxorem filiam duxerit matrẽ eius scœlus operatus est: viuus ardebit cum eis: nec permanebit tantum nephas in medio vestri.

col.24. cũ duabus sequentibus. de rescrip. Quosdam alios casus vide collectos per Ludo. Ro. in repeti. l. Si vero §. de viro. in. 10. fallentia. ff. solu. ma.

p ℭMeliora vulnera sunt amici &c. Pro ostendendo fraternæ correctionis emolumento non modico citatur hæc sententia per textum in.c. Nimium.23. quæst.4. & in.c. Non omnis.5 quæst.5. de qua materia dixi plene in verbo Corripere. In materia autem vulnerũ potest pro iure humano notari ꝙ si quis a pluribus vulnus acceperit si postea decedat nec appareat tamen ex cuius moriatur vulnere omnes de homicidio tenentur. Qz si appareat is qui mortem infl:xit non tenetur alius & si letaliter vulnerasset de occiso/sed tantum de vulnerato. l. Item mela. §.1. ff. ad. l. Aqui. hoc de iure ciuili. iure autem canonico nedum occidens: sed & letaliter vulnerans de occiso tenetur. Vide Panor. post glo. ibi in verbo Discerni. in ca. Significasti.2. de homicidio Secundo: nota text. iuncta glo. in. l. Nichil. ff. de adult. vbi ꝓbatur (quod satis mirabile est) fœminam maiora posse q̃ masculum vulnera sustinere/ tardiusq̧ ex illatis ei vulneribus decedere. Tertio nota ꝙ decedens post. 8. dies a die illati vulneris presumitur ex vulnere non decessisse immo idem videtur si post tres dies iuxta id quod notat glo. in. l. 1. C. de. emenda. seruo. quod intelligendum videtur vbi cõualuisse visus est alioqui si semper in deterius processit & tandem defunctus est ex vulnere decessisse presumitur vt est bo. tex. in cap. Continebatur. & in.c. Presbyterum. de homicid. vide Panor. in.c.2. de cle. percus.

q ℭCapite nobis vulpes &c. Capiendę sunt vulpes. i. hæretici instar vulpium latentes & dolosi quoꝝ etsi diuersæ sunt species habent tamẽ caudas adinuicẽ colligatas ita Hostien. in. c. Inter solicitudines. in prin. de purga. cano. De quibus hæreticis sub vulpium nomine loquens Hiero. in.c. Quoniam vetus. in. prin. 24. quæst. 1. dicit Christi vineam vulpes exterminant inter lacus cõtritos/qui nõ habent aquam. Et dicit Inno. tertius in.d.c. Inter. in prin. Inter solicitudines nostras illa debet esse præcipua/ vt capiamus vulpeculas.

r ℭDiligenter agnosce vultum pecoris tui. Declara vt late scripsi in verbo Diligenter. Adde tamen pro literali sensu: ꝙ agnitio seu perspectio vultus alicuius plærũq̧ nos inducit in facilem eorum quæ intus gerit agnitionem. Vnde & dici solet ꝙ vult⁹ testis est inspiciẽd⁹ a iudice ꝓuernatis idagine. l.3. ver. Tu magis. ff. de test. hinc exiit illud ꝓuerbiale. Vult⁹ talis erit qualia mente gerit. Notat Specu. in. titu. de aduo. §.5. versi. Item non rideat. Et facit Ouidianum carmen. O q̃ difficile est crimen non prodere vultu. Notat idem Spe. in titulo de teste. §.7. versi. Considerate.

s ℭOmne quod aperit vuluã. Vulua dicitur quasi valua. i. ventris ianua. Notat Archi. in.c. Nasci. in prin. 56. distinctio. Et nõ tm̃ respectu mulierum dicitur vt in. l. Quęritur. ff. de edi. edic. Vbi dicitur mulieres quasdam vuluæ vicio mortuos parere/sed etiam respectu quorumdam irrationalium: vt hic satis probatur. & notat Archi. in c. Plerisq̧. 14. quæst.3.

t ℭQui super vxorem filiam/duxerit matrem eius &c. Iure humano talis qui vxore ducta filia/ matrẽ superinducit nũq̃ ab eius vxore filia debitum potest exigere/ sed si vxor monita nolit continere: poterit exactus reddere. vxore autem mortua neq̧ matrem quam copulata sibi filia cognouit: neq̧ aliam quãuis mulierẽ poterit in vxorem ducere. tex. est in cap. fi. iũcto c.2. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. Idem econtra si matre in vxorem ducta filiam cognosceret. De tali enim legitur conciliaris cõstitutio in hæc verb. Si quis cum filiastra scienter fornicatus fuerit: nec a matre debitum petere/ nec filiam vnq̃ habere potest vxorem. Nec filiastra nec ille vllo vnq̃ tempore/alij se poterunt matrimonio copulare. ita tex. in cap. 1. eodem ti. Quod autem si filia needum vxor esset: sed tantum sponsa de futuro. an eodem modo puniatur communis conclusio est; ꝙ sic. tunc tamen poterit episcopus cum eo dispensare vt cum alia contrahat: textus est in dict. cap.2. eodem titulo. quia enim ibi dicitur posse in tali casu dispensari: cẽsetur dispẽsatio episcopo permissa iuxta doctrinã Inno. in ca. Dilectus. de tempo. ordi. & intellige ꝙ poterit dispensare/etiam citra iuuentutẽ. s. etiam si iuuenis non esset. sed si filia fuisset vxor/cum matrẽ cognouit/solus papa dispensaret. vt cum alia vxore mortua contraheret/ nisi forsan iuuenis esset. quo casu permitteretur episcopo dispensare. Ita Panormit. in dicto capt.1. in fi. de eo qui cogno. consang. &c. Et de hac materia est textus cum ibi notatis in.c. Quædam cum fratre/iunctis quatuor se ꝗentibus.33. quæstione.7. & in capit. de incestis cum duobus sequentibus. 32. quæstione.3. Non omitto tamen pro limitatione eius quod supra dictum textum qui respicit hanc sententiam in ca. Si quis cum matre. eadem cau. & quæstione. vbi dicitur si quis cum matre & filia fornicatus fuerit ignorante matre de filia/ & filia de matre/ ille nunq̃ accipiat vxorem: illę vero si voluerint accipiant maritos/ si autem hoc scierint ipsæ fœminę absq̧ maritis perpetuo maneant. hæc ibi.

v ¶Qui duxerit vxorem fratris &c. Iste iure humano punitur pœna de qua superiore proxima annotatione vt est casus in.c. Si quis viduam. in verbo Relictam fratris.33.quæst.7. Qz si anteq̃ esset fratris vxor eam cognouisset / matrimonium postea cum fratre contractũ dissolueretur quia contrahi non potuit inter eos obstante affinitatis impedimento: quod ex carnali commixtione q̃uis illicita ortum est: iuxta ea quæ habentur in ca. Discretionem. de eo qui cogno. cõsang. vxo. suę non sufficeret tamen ad tale matrimonium dissoluendum fratris confessio / etiam coniunctia cum confessione alterius fratris qui postea eam (quam frater fatetur cognouisse) duxit vxorem / et idẽ si adesset confessio vxoris: & istis cõfessionibus rumor viciniæ responderet: quia his oĩbus nõ obstantibus nõ esset matrimoniũ (nisi aliter ꝓbaretur) dissoluẽdũ. casus est in.c. de illo. iuncto. capi. Super. eo. de eo qui cogno. consan. vxo. suæ.

x ¶Absq; filijs erit. Declara vt dixi in simili sententia in ver. Coire. Leui.20.c.

y ¶Et hoc maritus deprehendere nõ quiuerit: sed latet adulteriũ &c. Et sic loquitur hæc sentẽtia de adulterio per maritũ suspicato: quod tñ ab eo testibus ꝓbari nõ potest. & vt eiusmodi a mente viri euellatur suspitio prouidet. Iura aũt humana ꝓuidere nõ vidẽtur: nisi saltẽ cõsulendo vt patientiã suã adumbraret ꝑtextu incredulitatis. & si forsan ex sola suspitione in vxoris accusationẽ proruperit / pœniteat & accusatoriũ libellũ reuocare studeat tex. est l.1. Siue metu. C. de adult. iuncta. l. Mariti. in prĩ. ff. eodem tit. Quod consiliũ q̃ sit marito vtile / liquet ex pœnis / quas incurrit ex suspitione accusando: & impositũ per accusationẽ adulteriũ nõ probãdo. de quib⁹ pœnis habetur in.§. Quia vero plurimas. versi. Si vir. de adul. in auct. vt li. ma. & auie. colla.7. vbi dicitur. Si vir de adulterio inscripserit vxorem: & adulteriũ nõ probauerit / placet licere mulieri volẽti etiã pro hac causa repudium designare viro: & recipere quidẽ propriã dotẽ. Lucrari autem & antenuptialẽ donationẽ & ꝓ hmõi calũnia / si filios nõ habuerit ex eodẽ matrimonio tantũ secũdũ proprietatem accipere mulierẽ ex alia viri substantia quantum ante nuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit iubemus omnem viri substantiam filijs conseruari ita tamen vt etiam propter illatam adulterij accusationẽ & non probatã / illis quoq; maritus subdatur supplicijs / quæ etiã esset passura mulier si huiusmodi fuisset accusatio approbata. Hæc ibi. Et ita etiam probatur in aucten. Sed nouo iure cũ gl. ibi. C. de adul. non videtur tamẽ q; de iure canonico posset vxor ob adulterium sibi a marito obiectum / & nõ probatũ / thori separationẽ petere / cũ ex sola fieri possit fornicatione spirituali scilicet vel carnali. c. Idolatria. &. c. Nõ solũ.28. quæst.1. Intellige quando adulteriũ non probatur vere / aut præsumptiue. præsumptione violenta. Sufficit enim etiam de iure canonico ad accusandũ vxorẽ de adultero ꝑsumptio violenta: vt quia sola cũ solo & nuda cũ nudo fuisset inuenta iuxta. c. Literas. de resti. spo. tex. est in. c. Maritus. de adul. Quando aũt ꝑsũptio adulterij dicatur esse vehemẽs seu violẽta de iure ciuili q̃tum adhoc vt ea fieri possint q̃ possent fieri adulterio vere ꝓbato. est bo. tex. in autẽ. si quis ei. C. de adul. vbi dicit / si quis ei quẽ de sua vxore suspectũ habet ter denũciauerit in scripturis sub pręsentia trium testiũ fide dignorũ & post inuenerit eũ cum vxore sua in domo sua vel vxoris vel adulteri aut in popina aut in suburbanis eum perimat: si alibi inuenerit testibus conuocatis tradat iudici: qui nulla alia ratione exquisita habeat puniẽdi licentiã. Si tñ in sacro oratorio loqui inueniãtur post tres (vt dictũ est denunciationes) liceat / marito vtrasq; personas ecclię ꝑlato tradere: vel alijs clericis ad eorũ periculum diuisim isti seruentur donec iudex cognoscens hoc mittat episcopo ciuitatis: quaten⁹ & isti tradant vt debeant subire tormentum vt nuncietur per eum ad præsidem qui secundũ leges pœnam ponat legitimã. Hęc ibi.

yy ¶De tribu & cognatione sua. Qz consanguineas nostras siue vxoris nostræ in cõiugiũ

¶Qui v duxerit vxorem fratris sui rem facit illicitam: turpitudinẽ fratris sui reuelauit / absq; x filijs erit. Leuit.20.d.

¶Locutus est dominus ad Moysem: dicens. Loquere ad filios Israel: & dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit / maritumq; contemnens dormierit cum altero viro. Et hoc y maritus deprehendere non quiuerit: sed latet adulterium: & testibus argui non potest: quia non est inuenta in stupro. Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam: quæ vel poluta est / vel falsa suspitione appetitur: adducet eam ad sacerdotem & offeret oblationem pro illa / decimam partẽ sati / farinę hordeaceę. Nõ fundet super eam oleum: nec imponet thus: quia sacrificium zelotypię est: & oblatio inuestigãs adulterium. Offeret eam igitur sacerdos: & statuet coram domino: assumetq; aquam sanctam in vase fictili & pauxillum terrę de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cunq; steterit mulier in conspectu domini discooperiet caput eius: & ponet super manus illius sacrificium recordationis / & oblationem zelotypię. Ipse autem tenebit aquas amarissimas: quibus cum execratione maledicta congessit: adiurabitq; eam & dicet. Si non dormierit vir alienus tecum / & si non polluta es deserto mariti thoro / non te nocebunt aquæ istæ amarissimę in quas maledicta congessi. Sin autẽ declinasti a viro tuo atq; polluta es: & cõcubuisti cũ altero: his maledictionibus subiacebis. Det te dñs in maledictionem exẽpluq; cunctorũ in populo suo. Putrescere faciat fœmur tuũ & tumens vterus tuus disrũpatur. Ingrediãtur aquę maledictę in ventrẽ tuũ: & vtero tremescẽte putrescat fœmur. Et respõdebit mulier. Amen amen. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta: & delebit ea aquis amarissimis: in quas maledicta cõgessit & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit tollet sacerdos de manu eius sacrificiũ zelotypię & eleuabit illud corã dño: imponetq; illud super altare: ita dũtaxat vt pri⁹ pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur: & incẽdat super altare: & sic potũ det mulieri aquas amarissimas. Quod cũ biberit: si polluta est: & cõtẽpto viro adulterij rea: pertrãsibũt eã aquę maledictionis & inflato vẽtre cõputrescet fœmur. Eritq; mulier in maledictionẽ & in exẽplũ omni populo. Quod si polluta non fuerit erit innoxia & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier a viro suo: & si polluta fuerit: maritusq; zelotypię spiritu concitatus / adduxerit eã in conspectu dñi: & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sũt: marit⁹ absq; culpa erit: & illa recipiet iniquitatem suam. Nu.5.a.b.c. &.d. per tot.

¶Omnes viri ducent vxores de tribu yy & coguatione sua. Et cætera vt

nobis ducere liceat exemplis & auctoritatibus probatur. Abraam namq; Satai filiam fratris sui sororem videlicet Loth in vxorem duxit. Isaac Rebeccam in vxorem accepit: quae erat filia consobrini seu fratris patruelis matris suae. Iacob duas sorores Lyam videlicet & Rachel filias Labam auunculi sui sibi in matrimonio sociauit: In lege quoq; praecepit dominus Moysi vt nullus duceret vxorē nisi de propria tribu & familia. Item si aliquis absq; liberis moreretur praecepit dominus vt frater eius vxorem defuncti sibi copularet: & ex ea semen fratri suo suscitaret. Porro ad quoscunq; lex ipsa peruenerit/ eius praecep-

in verbo Tribus. Numeri.35.c.

Deu.22.c.d. ¶Si duxerit vir vxorē & postea odio habuerit eā: quęsieritq; occasiones quibus dimittat eā/ obijciens ei nomē pessimū & dixerit. Vxorē hanc accepi: & [z] ingressus ad eā nō inueni virginē: tollēt eā pater & mater eius: &

ptis probantur obnoxij: nisi quae vel euangelicis mandatis vel apostolicis institutis euacuata mōstrētur. Nullo autem euangelij praecepto: vel appostolico instituto/ cōsanguineorum coniunctiones prohibitae inueniuntur. Vnde & sicut ab initio: ita & nunc licite probantur. His ita respondetur. Consanguineorum coniunctiones alias causa necessitatis permissae. Alias causa iustae rationis inueniuntur imperatae. Cum enim vir ab initio atq; vna ex latere eius mulier a deo formaretur necessario sorores fratribus copulabantur. Quod autem cogente necessitate fit: cessante necessitate pariter cessare oportet qd vrgebat: ergo nūc tanto dānabilius vsurpatur consanguineorum coniunctio: quanto minus necessaria ꝓbatur. Vnde huiuscemodi copula postea lege prohibita inuenitur domino dicēte per Moysem. Turpitudinem sororis tuae non reuelabis. Hinc Augustinus ait in lib. de ciuitate dei. Cum genus humanum post copulam viri facti ex puluere & coniugis eius ex viri latere marium foeminarumq; cōmixtione opus haberet; vt gignendo multiplicaretur nec essent vlli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissent: viri coniuges suas sorores acceperunt. quod profecto quanto est antiquius conpellente necessitate: tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. habita est enim illis ratio certissima charitatis vt homines quibus esset vtilis atq; honestissima concordia diuersarum necessitudinum vinculis necterentur. Nec vnus in vno multas haberet necessitudines: sed singulae spargerentur in singulos. si ad socialem vitam diligentius plurimos obtinerent. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinum nomina. dum ergo habet quis alium patrem/ alium socerū/ numerosius se charitas porrigit vtrūq; aūt vnus. [?] Adam esse cogebatur & filijs & filiabus suis quando fratres sororesq; iungebātur coniugio: sicut Eua vxor eius vtriq; sexui filiorum fuit & socrus & mater: quasi duę foeminę fuissent/ altera mater altera socrus/ copiosius se dilectio societatis colligaret: sed hoc vnde fieret/ tunc non erat. quando nisi fratres & sorores ex illis duobus primis nulli homines erant/ fieri ergo debuit quod potuit vt existente copia vnde ducerentur vxores quae iam non erant sorores: nō solum illud non fieret vbi nulla necessitas esset: verumetiam si fieret nefas esset. quod humano genere crescente etiam inter impios deorum multorum falsorumq; cultores sic obseruari cernimus: vt etsi peruersis legibus permittantur fraterna coniugia. i. matrimonia iniri inter duos ex fratribus descendentes: prout legitur in. l. Celebrandis. C. de nup. Melior tamen cōsuetudo ipsam malit exhorrere licentiam sicq; aduersetur quasi licere nunq̃ potuerit. Copulatio ergo maris & foeminae quantum attinet ad genus humanum/ quoddam seminarium est charitatis. Coelestis vero ciuitas opus habet vt noxam generationis euadat. hac itaq; consuetudine quę ab ipso exordio humanae propagationis originem habuit quam nulla lex contra iubendo euacuauerat excusantur Abraam Isaac & Iacob: & caeteri qui de propria cognatione ducebant vxores. Quāuis etiam alia causa certissimae rationis: qua id factum sit/ possit intelligi. Caeteris nāq; idolatria foedatis sola familia Heber in cultu vnius dei remansit. Vnde Abraam a Caldęis cum fratre suo Aram in ignem/ quem adorare noluit proiectus est: vt numen suae diuinitatis exurēdo sentiret quem venerando colere contempsit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idolatriam prolaberentur: & ita deum offenderent: sicut quondam ante deum filij dei cōmixti filiabus hominum ipsum ad iracundiam prouocauerant rectissime cautū est. vt patriarchae viri sanctissimi non nisi de propria cognatione. i. de familia fidelium sibi vxores acciperent. Hinc etiam cum filij Israel intraturi terram promissionis a domino audirent ne filias Chananęorū sibi in vxores acciperent nec suas eis nuptui traderent: statim subiunxit dominus ne faciāt vos recedere a deo vestro & fornicari cum dijs alienis. Hinc etiam Esdras Idumeas atq; aliarum mulieres nationum per quas filij Israel ibant ad deos alienos ab eis separari iussit. Est autem & alia causa quare consanguineorum coniunctiones in populo dei primum permissae/ vel potius imperatae fuerunt. Deus enim sic ab initio salutem humani generis dispensauit vt primitiuam ecclesiam in illo populo institueret qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus: vnde de plebe iudaica primum apostolos elegit: quos quasi fundamentum ecclesiae instituit quorū predicatione de eadem plebe multi ad deum conuersi in seipsis originem ecclesiae prestiterunt. Deinde in cęcitate suę perfidię Iudaica plebe relicta ad gentes quae tā fide q̃ cognatione carnis a Christo erant alienę prędicatio euāgelica translata est & quasi consanguineae copulam Christus aspernatus/ de aliena cognatione sibi vxorem elegit adimplēs illud quod per prophetam Osee predixerat In peccatis vestris dimisi matrem vestram quasi adulteram et repudiatā. Et item per alium prophetam: vocabo non plebem meam/ plebem meā. In huius ergo rei sacramento consanguineorum coniunctiones primum in populo permissę sunt. nūc autem prohibitę. quia non in vna familia tantum: sed in omni multitudine gentium populus fidelium inuenitur: non de propria cognatione: sed de qualibet alia cuicunq; vxorem ducere conceditur. Illud autem ꝙ pręcepta legis seruanda dicuntur quae nec euangelicis nec apostolicis institutis euacuata probantur/ verū quidē est: sed cum omnia figuralia signa Apostolus probet ad tempus esse data: atq; ideo veniente veritate affirmet illa figuralia non vltra esse seruāda. hoc aūt (vt s̄ monstratū est) causa sacramenti a deo institutū esse ꝓbetur & hoc cū caeteris figuralibus euacuatū certissime constat. Quāq̃ sicut apl'us quędā cōsulendo addidit q̃ euangelicis ꝑceptis nō inueniebātur diffinita: nec tñ ideo tanq̃ temeraria vel superflua ab alijs apostolis sūt repudiata sic & ecclesia post appostolica instituta quedā cōsilia pfectionis addidit; vtpote de cōtinētia ministrorū/ de cōfectione mysteriorū/ de celebratione officiorūq; nullatenus respuēda sunt: sed diligēti veneratiōe suscipiēda. Cōsanguineorū ergo cōiūctiōes q̄uis euāgelicis & apostolicis ꝑceptis nō īueniūtur ꝓhibitę sūt tñ fugiendę quia ecclesiasticis institutionib⁹ īueniūtur terminatę. Pręmissa oīa q̄ ꝓ digna hui⁹ ānotatione sentētię trāscribēda cēsui sūpta sunt. 35. q. 1. toto discursu haec aūt cōiunctionis ꝓhibitio vsq; ad quem gradū extendatur nō solū propter consanguinitatē/ sed etiā ꝓpter affinitatē cumulatissime tractat̄. 35. q. 2. 3. 4. 5. & sequentib⁹ vsq; ad decimā īclusiue. Hodie tñ tenēdū est qd habet̄ i. c. Nō debet. versi. Prohibitio. de cōsang. & affi. vbi gñalis concilij ponitur decretū. In haec verba. Prohibitio copulę cōiugalis quartū cōsanguinitatis & affinitatis gradū de cętero nō excedat qm̄ ī vlteriorib⁹ gradib⁹ iam nō pōt absq; grāui dispēdio hmōi ꝓhibitio gñaliter obseruari. Quaternari⁹ vero nūerus bñ congruit ꝓhibitiōi cōiugij corporalis de quo dicit Apostolus ꝙ vir non habet potestatē sui corporis sed mulier: neq; mulier habet potestatē corporis sui: sed vir. quia quatuor sunt humores in corpore qui constāt ex quatuor elementis. Cum ergo iam vsq; ad quartū gradū prohibitio coniugalis copulę sit restricta eam ita volumus esse perpetuā non obstantibus cōstitutionibus super hoc dudū editis vel ab alijs vel a nobis vt si quis extra prohibitionem huiusmodi ꝑsumpserit copulari: nulla longinquitate defendatur annorū. quia diuturnitas temporum non minuit peccatum sed auget: tantoq; sunt grauiora crimina/ q̃to diutius infelicem animā detinēt alligatā Haec ibi.

z ¶ Et ingressus ad eam non inuenit virginē &c Iure ciuili qui vxorē duxit/ eāq; quae anteq̄ ei nuberet in stuprum incidit vel adulteriū/ si sciēter ducat/ nō potest postea cōqueri. sero enī accusat mores quos vxorē ducēdo ꝓbauerit dicit tex. in. l. si vxor. §. fi. ff. de adul. Si vero ducat ignoranter accusare potest & ob id vxorē dimittere/ tex. est in. l. Miles. §. fi. ff. eo. de iure aūt canonico (cui statur in hac materia) dimittere non posset prout nec etiā ex lege euāgelica. Exigitur enim ad petendā thori

ferant [a] secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis: qui in porta sunt: & dicet pater filiam meam dedi huic vxorem quam quia odit imponit ei nomen pessimum vt dicat: non inueni filiam tuam virginem: & ecce hec sunt signa virginitatis filię meę. Expādent [b] vestimentum coram senioribus ciuitatis. Apprehēdentq́ senes vrbis illius/ virum & [c] verberabunt illum: condemnantes insuper centum siclis argenti quos dabit patri puellę: quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel: habebitq́ eam vxorē: & non poterit dimittere omnibus diebus vitę suę. Quod si verum est quod obijcit & non est inuenta in puella virginitas: eijcient eam extra fores domus patris sui & [d] lapidibus obruent viri ciuitatis illius & morietur: quoniam fecit nephas in Israel: vt fornicaretur in domo patris sui & auferes malum de medio tui.

¶ Si inuenerit vir puellam virginem/ que non habet sponsum: & apprehendens concubuerit cum illa: & res ad iudicium venerit. Dabit qui dormiuit cū illa: patri puellę quinquaginta siclos argēti: & habebit [e] eam vxorē: quia humiliauit illā non poterit dimittere eā cunctis diebus vitę suę. Deu. 22 in fi.

¶ Vxor [f] tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuę. Psal. 127. b.

¶ Domus & diuitię dātur a parentibus: a [g] dño autē ꝓprie vxor prudēs. Prouer. 19. b.

¶ Perfruere [h] vita cum vxore/ quam diligis cunctis diebus vitę instabilitatis tuę/ qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuę. Eccēs. 9. b.

¶ Vulgo dicitur. Si [i] dimiserit vir vxorem suam: & recedens ab eo Hieremie. 3. a.

separationem superueniens fornicatio vel spiritualis vel carnalis vt dictū est & probatur in cap. 2. & in c. De illa. de diuor.

a ¶ Ferant secum signa virginitatis eius. i. linteamina sanguine conspersa. Hūc enim morem seruabat antiquitas/ vt ea parentes puellæ linteamina seruarent in quibus fuerat deflorata: vt sic signa suæ virginitatis si res nonnunq̄ exposceret/ ostenderent. Ita sentit glo. in. c. Satis. alias est in. c. Hæc imago. §. Satis. in verbo Lapidaretur. & in verb. Demonstraret. 33. quæsti. 5. & ita etiam dicit ibidem Archidi. Fatetur tamen hanc virginitatis probationem vilem fuisse. Quia tamen verisimile nō est maritum audere in vxoris accusationem prosilire si hęc probatio fuisset efficax/ vtpote cum iuxta consuetum morem sciret parentes asseruasse linteamina & sic promptam habere virginitatis ostensionē per ipsa linteamina sanguinolēta. Ideo Nico. de Lyra. hic dicit Hebræos aliter dicere: ꝙ scilicet virginitatis probatio fiebat ꝑ matronas honestas quæ puellam secrete considerauerant dum esset nuptura: seu cum fuit viro tradenda. q ꝓbandi modus honestior est: & a iure cōprobatus: vt late ꝑ docto. i. c. Proposuisti. & ibi est bo. tex. de ꝓba.

b ¶ Expādēt vestimētum &c. i. probationem suā demonstrabit. de qua superiore annotatione.

c ¶ Et verberabunt illum condemnantes insuper &c. Hinc dicit tex. qui Augustini est in dict. ca. Hæc imago. §. Satis. 33. quęst. 5. Viris subditas & pœne famulas lex esse voluit vxores: dum constituit vt diceret aduersus vxorem vir testimonū. vnde lapidaretur illa si hoc verū esse demōstraret. Ipse tñ non vicissim lapidatur/ si hoc falsū esse constiterit: sed tantūmodo castigatur & damnificatur: eiq́ perpetuo iubetur adhęrere/ qua carere voluerat. In alijs aūt causis eum qui testimonio falso cuiq̄ nocuerit/ quod si ꝓbaretur ius sit occidi. eadem plecti iubetur pœna/ qua fuerat/ si verum esset/ ipse plectendus. hæc ibi.

d ¶ Et lapidibus obruent viri ciuitatis illius. In veteri lege quæ iam sponsa erat lapidabatur ob fornicationem: sed quæ nondū alicuius sponsa erat: si fornicabatur nō ideo plectebatur morte. Nisi postea copularetur tanq̄ virgo. quia si postea eius ꝑcedens ꝓbatur fornicatio lapidabaẗ vt hic. Dicūt etiā quidā: ꝙ in Aaronitis simplex fornicatio morte puniebaẗ quia maior in eis exigebatur mundicies propter mūdi auctorē. i. Christū q de eis erat nasciturꝰ. Pręmissa ponit glo. 2. i. c. Inuēta. 27. q. 2.

e ¶ Et habebit eam vxorem &c. Vide quæ diffuse scripta sunt in verbo Desponsata Exodi. 22.

f ¶ Vxor tua sicut vitis abundans &c. Fœcunditas in vxore/ bonum est & ipsam & eius maritum apprime exhylarās: vt enim dicit Ambrosius iam in superioribus allegatus. pudor est fœminis nuptiarum pręmia non habere. cap. Pudor. in pri. 32. quæst. 2. Quia tamen iusto dei iudicio tametsi occulto nonnunq̄ fit: vt vxores plærœq́ etiā diuino cultui vigilanter hærētes/ vel non concipiant/ vel conceptū æditumq́ partū protinus amittant non est cur debeant pudere. dicit glo. 1. in. d. c. Pudor.

g ¶ A domino autem proprie vxor prudens. Viderint ergo qui nubunt/ ne domini dei sui considerationem secludant. de precibus ei fundendis pro prudente vxore comperienda non curantes. Si enim se in hoc prudentes non exhibeant: prudentem/ quæ a domino datur non consequentur vxorem. ar. bo. in. c. Si ducturi. 32. quęst. 6. vbi textus qui est Augustini in de verbis domini tractatu. 46. dicit. Si ducturi estis vxores/ seruate vos vxoribus vestris quales vultis eas ad vos venire: tales & ipsæ inueniant vos. Quis viuens est/ qui non castam velit ducere vxorem? & si accepturus est virginem: quis non intactam desideret? intactam quæris? intactus esto. Puram quæris? purus esto. Non enim illa potest: & tu non potes. hæc ibi.

h ¶ Perfruere vita cum vxore/ quam diligis. Mariti suis monentur vxoribus conuiuere. Vnde iure ciuili/ si quis in sua domo/ in qua cum sua coniuge cōmanet/ contēnens eam cum alijs inueniatur in ea domo commanēs: aut in eadem ciuitate degens/ in eadem domo cum alia muliere frequenter manere conuincitur: & semel/ & secundo culpatus/ aut per suos parētes aut per mulieris/ aut per alias aliquas fide dignas personas: huiusmodi luxuria nō abstinuerit/ licet mulieri pro hac causa soluere matrimonium & recipere datam dotem & antenuptialē donationē. & pro tali iniuria tertiā partē ex legitimis quā antenuptialis fecit donatio ex eius substantia percipere. Ita tamen vt si filios habuerit vsu solo mulier potiatur rerum/ quas ex antenuptiali donatione: & pœna tertię portionis mariti substantię acceperit/ dominio omnibus cōmunibus filijs conseruando. Si autem filios nō habuerit/ ex eodem matrimonio habebit etiam talium rerum proprietatem. Præmissa habētur in. §. Quia vero plurimas. paulo ante fi. in auctē. vt li. ma. & auie. colla. 8.

i ¶ Si dimiserit vir vxorem suam. Maritus potest etiā sine sui superioris auctoritate vxorem dimittere q̄uis cognitā. si religionem velit ingredi/ vel ad sacros ordines promoueri/ modo tamen id fiat de vxoris consensu. Etsi iuuenis sit/ religionem ingrediatur. si vero senex & de incontinentia non suspecta perpetuam voueat se seruaturam continentiam. Casus est in cap. Cum sis. & in cap. Vxoratus. de conuer. coniuga. Non posset tamen vxoratus ad ordinem promoueri episcopalem. Nisi eius vxor etiam senex & non suspecta/ prius professa continentiam sacrum sibi velamen imponat/ & religiosam vestem/ vel vitam assumat ita tex. in cap. Sane. eodem titu. Et sic in vxore episcopi speciale est. vt etiam non suspecta/ non possit in seculo remanere: sed religionem debeat ingredi ibiq́ manere. prout concludunt ibi glo. Panor. & alij: & glo. in cap. Quia sunt. 28. distinct. & in cap. Cum sis. de conuer. coniuga. Et dicit Hostien. in dic. capi. Sane. Specialitatis rationem esse/ quia si vxor remaneret in seculo sæpe mulieribus associata visitaret episcopum: & instaret pro gratiarum impetratione. Quid autem in vxore cardinalis. An necesse sit ꝙ religionem ingrediatur? dicit Ioan. And. in dict. ca. Sane. & post eum Panor. ꝙ si cardinalis est episcopus debet religionem ingredi. si vero non episcopus: prouideat papa/ qui solus cardinales creat. honestum tamen

esset vt intraret monasterium. & sic factum fuisse dicit Ioan. And. temporibus suis. Aduerte tamen quia de facili laicus vxorem habens ad episcopatum admitti non debet. sed exigitur magna causa. nam preiudicium non modicum irrogatur toti clero. Vide bo. tex. in cap. Quid proderit. 61. distinct. per quem ita Panor. in d. cap. Sane. in prin. Secundo aduerte ꝙ vxore suspecta remanente in seculo & continentiam promittente: si de facto maritus religionem intrat & ad monasticam admittatur professionem/ per hoc non viciatur ingressus aut professio: sed vxor quæ continentiam vouit ad subeundum monaste-

duxerit [k] alterum virum. Nunquid [l] reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa?

Matthei.5.a ¶Dictum est. Quicunq; dimiserit vxorē suā: det [m] ei libellū repudij. Ego autē dico vobis: quia omnis [n] qui dimiserit vxorē suā (excepta fornicationis causa) facit eam mœchari. Et [o] qui dimissam duxerit adulterat.

Matt.19.a.b ¶Accesserunt ad Iesum pharisęi tentantes eum/ & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacunq; ex causa? Qui respōdens/ ait eis. Non legistis/ quia qui fecit hominem ab initio masculum & fœminam

rium compellenda erit. tex. est a contrario in cap. Significauit. in fi. de conuer. coniuga. & notat Panor. in d. c. Cum sis. Tertio aduerte ꝙ si vxor adulteriū cōmiserit poterit maritus etiā sine eius consensu religionē ingredi. Nichilosecius tn̄ nō poterit vxor ad alia vota transire sed expectanda erit naturalis mors mariti religionem ingressi. Ita Inno. in dict. c. Cum sis. per bo. tex. in cap. Agathosa. §. Si vero. ibi nec quondam fornicationis crimen &c. 27. quæst. 2. Quarto aduerte ꝙ illa distinctio/ quæ fit/ dū maritus vult religionem ingredi: fieri etiam debet/ dū vult ad sacros ordines promoueri/ an scilicet vxor iuuenis sit seu suspecta: an non. hanc veram esse & communem opinionem dicit Panor. in c. Coniugatus. eodem titu. Vltimo aduerte. ꝙ marito ad religiosum statum vel sacros ordines sine vxoris consensu promoto valet in eius preiudicium professionis & ordinū sacrorū susceptio/ potest tamen ab vxore repeti & ei repetenti dari debet: morariq; cum ea/ & debitum reddere/ non tamen exigere. neq; postea vxore defuncta ad monasterium compelletur redire. casus est in ca. Quidam de conuer. coniuga. Sed an post mortem vxoris qui ea viuente promotus est ad sacros teneatur continere/ an vero aliam vxorem possit ducere? Ioan. Andr. Hostien. & Panor. in dict. cap. Placet eodem tit. dicunt: ꝙ debeat continere: & vsq; adeo/ ꝙ si matrimonium cōtraheret: non subsisteret. quamuis secus sit in marito/ qui fuit ingressus monasterium. quia post repetitionem de eo ab vxore factam: si decedat vxor quamuis matrimoniū contrahere nō debeat. (vt dicit tex. in. d. c. Quidam. in fi.) tamē si contrahat tenet matrimonium vt ibidem magis cōmuniter tenetur. Ratio diuersitatis secundū Inno. est quia matrimonium de iure diuino/ sacrorum non impedit ordinum susceptionem: sed tantum ex ecclesiæ constitutione. vt patet in ecclesia orientali: vbi clerici vxores habent. 31. distin. cap. Nicena & notatur in c. Cum olim. de cle. coniuga. & sic matrimonium non resistit naturaliter promotioni ad ordines sacros. sed matrimonium naturaliter impedit religionis ingressum. cum de religionis substantia sit caste viuere. vnde non tenuit ingressus: nisi respectu eius vt scilicet exigere nō possit: sed exactus reddere teneatur. vel in presenti/ vel in postea contracto matrimonio. Aliam diuersitatis rationem assignat Io. An. Nam per ordinis susceptionem imprimitur & remanet character/ non sic per religionis professionem. quia ordo sacramentum est: non sic professio. & ita etiā dicit Panor. in d. c. Placet. Et ꝙ promotus ad sacros vxore non consentiente teneatur ad vxorem redire/ etiam si necdum esset cognita & ad eius petitionem matrimonium consummare/ est textus in extraua. Antiquę. in ti. de voto.

k ¶Et recedens ab eo duxerit alterum virum. Qz vxor etiam iudicio ecclesiæ a marito dimissa nequeat alterum virum ducere: patet ex sequente euangelica sententia/ & ibi dicetur.

l ¶Nunquid reuertetur ad eam vltra? maritus ad vxorem quam etiam sine ecclesiæ iudicio temerarie dimisit redire nō compellitur: si post dimissionem illam q̄uis temerariam/ alteri viro fuerit vxor copulata. tex. est in cap. Constitutus de cōuer. coniuga. in c. Intelleximus. de adul.

m ¶Det ei libellum repudij. Vide annotationem in verb. Dimittere vbi posui causas repudij mittendi secundum ius Codicis. de causis aūt ipsius repudij secundum nouissimum ciuile ius autenticorum videre potes textum diffusum/ quem propterea non transcribo in d. §. Quia vero plurimas. in auten. vt liceat matri. & auię. colla. 8.

n ¶Omnis qui dimiserit vxorem suā excepta fornicatiōis causa &c. Declara satis extēse vt scriptū est in verbis Dimittere & Fornicatio. Aduerte tamen vlterius/ ꝙ cum hic sola excipiatur fornicationis causa propter nullū aliud crimen dimitti potest vxor a marito/ vel maritus ab vxore. c. 2. in princip. de diuor. cap. Omnes causationes. 32. quæst. 7. Intellige tamen exceptam esse nedum fornicationem carnalem: sed etiam spiritualem. vt dixi in d. verb. Fornicatio. vnde etiā propter vtranq; fornicationem sicut fit thori separatio: ita etiā perditur dos & donatio propter nuptias. vt notāter dicit Panor. in c. fi. in. 1. nc. de conuer. coniuga. An aūt propter crimen sodomiticum qd videtur esse quędam species fornicationis carnalis & ea quidem cæteris omnibus deterior. vt est tex. in cap. Adulterij crimen. 32. quæst. 7. fiat thori separatio/ ita ꝙ vir vxorem/ & vxor virū dimittere possit. Inno. in c. 1. de adul. tenet ꝙ non. & idem videtur tenere in d. c. Omnes causationes. sed Panor. post Antho. de But. & Io. Calde. in c. Maritus/ de adul. tenēt contrarium/ & melius (vt videtur) quia nomine adulterij seu fornicationis comprehenditur omnis illicitus coitus. c. Meretrices. 32. quæst. 4. & quia maior iniuria infertur matrimonio ex nephando crimine contra naturā cōmisso: q̄ ex alia fornicationis specie. vnde Christus de fornicatione loquendo simpliciter: de qualibet eius specie videtur intellexisse. cum etiam in materia odiosa fiat lata interpretatio quatenus proprietas verborum patitur. vt est bo. tex. in lege. Cum l. ff. de testa. per quem ita Decius in c. Inter cæteras. in. 3. colum. de rescrip.

o ¶Et qui dimissam duxerit adulterat. Licite ergo dimittitur vxor ob causam fornicationis; sed manet vinculū prioris coniugij propter quod fit reus adulterij quicunq; duxerit dimissam ob causam fornicationis: sicut aūt manente in se sacramento regenerationis excōmunicatur quisquis reus est criminis. Ita quę separatur a viro nunq̄ carebit sacramento coniugij etiam si non reconcilietur viro. Carebit autem si mortuus fuerit vir eius. Ita textus ex Augustino sumptus in libr. de adulterinis coniugijs li. 2. in ca. Licet. 32. quæst. 7. vnde apostolus dicit his qui sunt in coniugio precipio (non ego sed dominus) vxorem a viro suo non discedere. Qz si discesserit manere innuptam: aut reconciliari viro suo. c. Apostolus. in prin. eadem cau. & quæst. Idem aūt est in viro qui vxorem dimisit vel dimissus est ab vxore. Neq; enim alteri mulieri nubere potest/ ea quam dimisit seu a qua dimissꝰ est/ superstite. c. Fieri potest. & c. Placuit. ea. cau. & quæst. Multo igitur minꝰ licet coniugum alteri/ cum alia vxore/ vel alio viro extra matrimonij colorem commisceri d. c. Fieri. in fine. vnde si vir qui vxorē dimisit fuerit post dimissionem fornicatus/ reintegrabitur matrimonium c. Ex litteris. in fi. de diuor. & idem si vxorem non dimisit: sz dimissus sit ab vxore. quia adhuc ea petente reintegrabitur matrimonium d. ca. Intelleximus. de adul. Quod tn̄ dictum est. vxorem licite dimitti ex causa fornicationis: procedit etiam in viro: vt scilicet ab vxore propter fornicationem dimitti possit. Neq; enim q̄tum ad hoc vir & vxor iudicantur ad imparia d. c. Apostolus. in fi. Intellige tamen hanc dimissionem nō fieri auctoritate propria: sed iudicio ecclesię. Alioqui reintegrandum erit matrimonium: nisi forte alter coniugum in hoc fra. inciderit fornicationem. quia alter de notoria illa fornicatione opponens/ impediet matrimonium reintegrari. tex. est in ca.

Significasti. de diuor.

p ¶ Dimittet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori suæ. Iure humano ꝗnis vxor sequi debeat domicilium viri tamen remanet in potestate patris: & non transit in potestatem sui viri / vnde etiam licet ea quæ ex operis suis vxor acquirit acquirat marito iuxta l. Sicut. de ope. liber. tamen ea quæ aliunde vxori obueniunt acquiruntur patri quo ad vsufructum / dñio apud ipsam vxorem remanente: tex. est & ibi præmissa ponit Ioan. Faber. in l. 1. C. de bo. quę liberis &c. & est glo. & ibi notat Areti. insti. ad Tertul. in princ. de cõsuetudine tamen in toto Frãciæ regno obseruata vxor desinit esse in potestate patris & transit in potestatem mariti. vt notat Io. Fab. in l. Nõ sine. C. eo. ti. & insti. ad Tertul. in prin. quæ consuetudo videtur conformis iuri diui. no. quia scribitur Gene. 3. in dolore paries. & sub viri potestate eris &. 1. Pe. 3. mulieres sint subditę viris suis. Et in huius exemplum legitur Genę. 16. de Sara quę virũ dominum suum vocauit: An aũt econtra / vir vxorem dominam debeat vocare. vide Bar. in l. donationes, C. de do. inter vi. & vxo. qui tenet ꝙ non. & idem in l. Si post. §. fi. ff. de bo. pos. q̃sita. & ita etiam dicit Panor. in c. Ex parte. b. in fi. de fo. cõpe. vocare tamen potest dominã domus. propter pręrogatiuam quæ vxori datur in domo. notat ange. in consi. 144. i pri. Refert & sequit. Boheri⁹ in suo cõmento Bituricẽsi cõsuetudinũ. §. 4. iti. de causis iuris. sta. p. i glo. 2.

fecit eos / & dixit. Propter hoc dimittet [p] homo patrem & matrem / & adhęrebit vxori suę & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus [q] cõiunxit / homo nõ separet. Dicũt illi. Quid ergo Moyses mãdauit dari illi libellum repudij / & dimittere? Et ait illis. Quoniam Moyses ad duriciam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicunq; [r] dimiserit vxorem suam / nisi ob fornicationem: & aliam duxerit / mœchatur. Et qui dimissam duxerit mœchatur. Dicũt ei discipuli eius. Si [s] ita est causa hominis cum vxore / non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi / qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi / qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum: qui potest capere capiat.

¶ Propter [t] fornicationem vnusquisq; suam vxorem habeat: & vna quęque suum virum habeat / vxori [v] vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Mulier [x] sui corporis potestatem non habet: sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet: sed mulier. 1. Corin. 7. a

¶ Alligatus [y] es vxori: noli quęrere solutionẽ. Solutus es ab vxore: noli 1. Corin. 7. e.

q ¶ Quod deus coniunxit / homo non separet. Recurre ad verbum Coniungere

r ¶ Quicunq; dimiserit &c. Declara vt in simili sententia dictum est supra eodem. Matthæi. 5.

s ¶ Si ita est causa hominis cum vxore: non expedit nubere. Apostoli vxoris onere contemplato: si talis est (inquiunt) vita hominis cum vxore non expedit nubere. quorum dominus sententiam probans / recte (ait) quidem sentitis ꝙ non expediat homini ad cœlorum regna tendenti accipere vxorem: sed difficilis res est. Et non omnes capiunt verbum istud. verum quibus datum est. Ita tex. in c. Qui sitit. 33. quæst. 5. Cætera quæ hic dici possent / dicentur annotatione sequente.

t ¶ Propter fornicationem vnusquisq; suam vxorem habeat. vide diffusam annotationem in verbo Fornicatio. Adde tamen primo. ꝙ & si continere non valenti expediat vxorem ducere: ne in aliquam fornicationis speciem labatur. tamen non videtur cuilibet alteri simpliciter expedire & præsertim studioso homini aut cõtemplationi dedito. A studio enim contemplationeq; mentem reuocat matrimonialis solicitudo. Nam multa sunt matrimonij onera; quibus animaduersis apostoli si ita est (inquiũt) nõ expedit homini vxorẽ ducere d. c. Omnes. in fi. 32. quæst. 7. hinc narrat Hiero. contra Iouinianum. Ciceronem post Terentiæ suæ vxoris decessum / rogatum ab Hircio vt suam sororem duceret in vxorẽ. Qui nequaq̃ annuit dicens: se non posse vxori pariter & philosophiæ operam dare. Præmissa refert & sequitur Panor. in c. Diuersis fallacijs. & ibi est ad hoc bo. tex. de cleri. coniuga. Et ideo Alexan. terti⁹ a Verulañ. consultus episcopo. An clerici infra subdiaconatus ordinem constituti qui continere carnis deuicti vicio non valentes / vxores accipiunt ecclesiastico beneficio canonice debeant spoliari. Respõdit. Id volum⁹ te tenere: ꝙ cũ simul voluptatibus & carnalib⁹ desiderijs ac diuinis & eccl'iasticis obsequijs vacare non valeant ob inmundiciam suam ecclesiasticis sacramentis tractandis indigni / ecclesiasticis procul dubio beneficijs sunt priuandi. prout de hoc est casus in ca. Quod a te. de cle. coniuga. Et ad pręmissa facit quod notat Panor. in cap. 1. §. Vna. de sum. tri. vbi dicit ꝙ Aristoteles a iuuene quodam percuntatus: an nuberet (dixit eum quodcunq; ageret: pœnitentiam acturum quasi diceret. Durum esse matrimonium contrahere propter ipsius onera. & reuocationem a studio & cõtemplatione. durum item non contrahere: propter carnis stimulos. quibus iuuenes impeti solent.

v ¶ Vxori vir debitũ reddat &c. Declara vt late dixi in verb. Debitum.

x ¶ Mulier sui corporis &c. Neq; ergo vir sine vxoris assensu: neq; vxor dissentiente viro continẽtiæ votũ emittere potest. ꝓut dixi late in verb. Votum. & ꝓbatur per bo. tex. quẽ ibidẽ nõ citaui in c. Vna sola. 33. q. 5. de quo dixi in verb. Fraudare. in fi. magnę annotationis.

y ¶ Alligat⁹ es vxori noli q̃rere solutionem. Intellige: nisi ex causa fornicatiõis: ꝓpter quã ipse dñs dimitti posse decreuit. vt in superiorib⁹ sententijs visum est. Sed an vxorẽ adulterantem nedũ maritus dimittere possit: sed etiã teneatur scõmuniter cõcluditur: ꝙ si manifestũ sit vxoris adulteriũ: nec eius correctio speratur. quia pertinaci animo se corrigere recusat aut correctionem ꝓmittens ex consuetudine semper relabit: nõ licet viro eã retinere / neeã in sua videatur iniquitate fouere, iuxta id qd dicit. Patronus est turpitudinis q celat crimẽ vxoris. c. 1. 32. q. 1. & facit tex. i c. Quẽadmodũ. i fi. de iureiu. i l. 2. & i l. Sine metu. C. de adul. cũ similib⁹. Si vero manifestũ nõ sit vxoris adulteriũ. vel si manifestũ / secuta tñ est ei⁹ correctio / aut in re / aut in spe: tunc licet ei vxorem suã retinere / & recõciliari sibi / non tñ sepe hoc faciat: ne facilitas venię prębeat incentiuum delinquẽdi c. Si vir / de adul. vide Henri. Bouhic. in d. c. Quẽadmodũ in pe. dist. de iureiu. vbi tñ dicit: ꝙ qñ de incorrigibilitate vxoris nõ oĩno desperat: vt qa sępe ad pniam reuertit. põt eadẽ sępe admitti: sʒ etiã in infinitũ: sed ad eccl'ię petitionẽ nõ admittet sępe & ita intelligit d. c. Si vir. de adul. Et ita etiã dicit Hostiẽ. in sũma sua. in ti. de adul. §. Qualiter. versi. repellit etiã p bo. tex. i d. c. Quẽadmodũ. §. fi. versi. Sʒ nũqd. dũ ibi dr. Nũqd vir nõ põt dimittere vxori peccãti nõ solũ septies sed etiã vsq; septuagesies septies scdm euãgelicã veritatẽ. Hęc ibi. Cõclusio ergo sit: ꝙ sępe penitẽtẽ vxorẽ / sępe põt maritus ad recõciliationem admittere: ne eccl'ia tñ videat suo pctõ fouere / nõ intercedet ꝓ ea sępe peccãte. Ita ꝓprie loquit d. c. Si vir. Sed aduerte qa hęc cõclusio videt dubitabilis: qa fatent oẽs: ꝙ vxorẽ circa lapsũ carnis incorrigibilẽ non debet maritus retinere, ne ei⁹ videat turpitudinis patron⁹. Incorrigibilitas aũt videt induci ex eo / ꝙ sępe monita vt desisteret sępe relabit. vt in simi i notatur in clerico incorrigibili in ca. Cum non ab homine. de iudi. Pro priore tamen sententia videtur bo. tex. Augustini in cap. Non erit. 32. quæst. 2. dum ibi dicitur. Non erit turpis / neq; difficilis etiam post patrata atq; purgata adulteria. reconciliatio coniugii. vbi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. Cogita. Iure aũt ciuili statutũ ẽ vt vxorem semel adulterio damnatam nõ possit amplius maritus retinere: seu ab eo separatam in suum consortium reducere; nisi

saltē crimē velit incurrere lenocinij. tex. ē in l. Castitati. in fi. & in d. l. Sine metu. in fine. C. de adulte. Neq; postea audit volēs ꝑtextu adulterij de quo vxor fuerat dānata ipsā accusare. l. Si vxor. §. pe. ff. de adul. & idē si nō fuissꝫ dānata: sꝫ sciēter eā/ q̄uis adulterā retinuit. qa ꝑ hoc de iure Codicis ꝑdebat ius accusādę vxoris de illo adulterio. Iure tñ autēticorū licet retinuerit/ ac cusare pōt & ꝓbare: & ꝓpter adulteriū probatū/ repudiū mittere. casus est in l. Crimē iuncta auten. sed nouo iure. C. de adul.

z ℭ Si acceperis vxorem &c. Declara hanc sententiam/ vt in verb. Nubere.

quęrere vxorem. Si[z] autem acceperis vxorē: non peccasti. Et si nupserit virgo/ non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebūt huiusmodi.

1. Corin. 7. f. ℭ Qui sine vxore est sollicit⁹ est/ quę domini sūt: quomodo placeat deo. Qui[a] autem cum vxore est/ solicitus est/ quę sunt mundi: quomodo placeat vxori: & diuisus est.

